M. FABII

QVINTILIANI ORATO-
RIARVM INSTITV
TIONVM LIBRI
DVODECIM,

summa tum diligentia, tum iudicio, ad uetustissimorum quorunq; exemplariorum fidē recogniti, additis simul eiusdem declamationib. non minus iucundis quàm utilibus.

Eucharius Cervicornus excudebat,
ANNO M. D. XXVII.
MENSE AVG.

GERARDVS BVCOLDIANVS

GODEFRIDO HITTORPIO S. D.

VIDEMVS MI HITTORPI, librariorum uulgus, qui omnia utilitate metiũtur, nullam fere in classicis autoribus restituendis operam collocare: sed pleraq; omnia, uti circũfertur depravata temere typis excudere. Nã ut sunt ferè ἀμαθεῖς, et subinde φιλάργυροι, rem sibi magis parandam, ac iuuentuti inseruiendum esse ducunt. Neque uero mihi quicquam pensi habere uidentur ij, qui quæstus causa quorumlibet ineptißimorum hominum nescio quas nugas, cum de profanis, tum de religione ipsa temere euulgare non dubitant. Permagni profecto interest, quale sit id, quod in mille exemplaria crescat, & in eorum interim manus perueniat, qui aut ætatis uitio, aut præceptorum ignorantia minus sibi prospiciunt: & ea sæpe à pueris imbibunt, quæ olim dedidicisse uolent. Cæterũ plurimum tibi hic ipsa debet iuuentus, quod eos autores emaculatiores uel solos exhibes, unde præterquam quod rerum & uerborum copiam ferat, stylum quoq; ipsum felicißime formet. Perspicis id quidem acute, es enim non leuiter doctus, maximum momentum habere, & communis salutis interesse, ut hæc literarum studia, quæ iam ruinam minantur, perpetuo conseruentur. Sic enim natura comparatum est, quemadmodum omnium rerum imagines & simulacra quædam literis sunt mandata, ita illis ipsis maxima omnium rerum momenta retineri. Siquidem non potest non rerumpub. status conuelli, atque adeo ipsa religio secum ruinam trahere, si ipsæ literæ ad Cimmerias illas tenebras relabantur. Quanta autem lux cum rebus humanis, tum ipsis sacris literarum beneficio his annis sit allata, quis tam nullius iudicij qui non uideat? quis tam ἄθεος qui inficias eat? Porrò quod me in FABIO recognoscendo facere uolebas, quantum breuis illa inter imprimendum temporis usura patiebatur, feci non minori iudicio, ac diligentia. Etenim cum Aldum, qui aliâs facile κορυφαῖος est, hic per omnia sequi tutum non foret, collatis multis exemplaribus optimum quodq; sequutus sum. Neque uero ulli mediocris iudicij in uotis esse potuit, ut citra exemplariorum præscriptum quisquam, uel literatißimus, in summo autore Oedipum agat: & pro suo captu, tum addendo, tum tollendo temere quicquam immutet. Quare equidẽ nõ inficior, nõnulla loca adhuc restare, ubi quis facile impingat: quæ tantißper utcunq; tolerabilia habẽda sunt, dum scriptum exemplar, non quodlibet, sed correctum (si modo id sperandum est) alicubi inuenitatur. Bene uale. 1527 pridie calendas Augusti.

Βουκολδιανὸς πᾶσι τοῖς ποτὲ
ἑπτορβυσομένοις εὐπράπιδι.

Ἄλογα ζῶα βροτῶν ὡς ἀνθρῶν πάντα χρείῳ
οὕνεκα μὴ καλοὺς εἰδέναι αὐτὰ λόγους,
ὣς ἄν ἄλλος ἀνήρ γε μεταπρέπῃ ἀνθράσιν ἄλλοις
τῷ ἀγορευόντων πᾶν κατὰ μοῖραν ἔπος.
Τόν δέ τοι εἶμ ἀγορῇ βροτοὶ ὡς θεὸν εἰσορόωσι
οἳ ἐπισαμένως εἶπεν ἕκαστα μόνος.
Οἷος ἄρ' ἦ παῖς, ἦ νέος οἷς ἀγανοῖς ἔπεεσιν
ἦεν ἐν ἀνθρώποις εἶν' οὐχ ἅρισος ἀνήρ,
Δεῦρ' ἄγε ξωμαΐων τὸν ἑήτορα φάσθιον αὖτε
πάντα διδασκόμενον χερσὶ τεοῖσι δέχου.
Ἄπλα γὰ ἕλληνες μοὶ ὁι ἀλφησταί ποτ' ἔγραψαν
τῆς περὶ ἑητορικῆς βιβλία τόσσον ἔχῃ.
Ἄπλα δ' ἀλλοδίκης κικέρων ἐξήρατο γαίης
πάντων ἑλλήνων γέγραφεν ὅσσα ἅμα.

Abdicationum formæ quot 141
Abusio necessaria 149.
Accēdendi iudicis gradus 252.
Accentuum regulæ. 12.
Accusatoris constitutio 141
Actio iniuriarū.141 Actio demētiæ.ibi.
Actio tutelæ. ibidē.
Actio ꝓcurationis male gestæ,scripti ma
Actio quæstionis.142.ca.6 (leficij ibi.
Actio indecora.213 Actores comici.36
Aduersarij quando urgendi ut respō.112.
Aenigma,obscurior allegoria 164
Affectus facto mouendi 114.cap.2
Affectuū diuisio,& quō mouēdi sunt.116
Affectuū species quot.116. (cap.3.
Affectuum mouendorum summa. 118.
Affectus duplices. 225.
Aliud latine,aliud grammatice loqui. 16.
Allegoria.164 Allocutiones obliquæ.
Altercatio quid.126.ca.5 (172
Altercator bonus uitio iracūdiæ carebit.
Ambiguum 114.ca.10. (ibi.
Amor & affectus excæcāt hominem.116.
Amphibologia. 121.
Amphibologia fit singulis uoci.144.c.10
Amphibologiarum solutiones 145
Amphibologia uitanda 185
Amplificatio quæ 157.cap.4.
Amplificandi quatuor modi ibi.
Anacephaleosis qd. 112.
Analogia proportio 15.
Anastrophe.165 Anœconometon.154
Antanaclasis.181 Antapotosis.156
Anticategoria.66. Antimetabolæ.182
Antipophora.ibi. Antiphrasis.165
Antitheton. 181.
Antonius dissimulator artis rhetoricæ.
Antonomasia 163. (42.
Aphelia 156. Aphodos. 182.
Apodixes.23 Aposiopesis.156.173.180
Apostrophe 173. 178.
Apud quos dicendum 214.
Argumentum. 29.
Argumenta in narratione. 80.
Argumenta siue enthymemata 91. c.10
Argumētorum loci quot 92.93
Argumentorum usus 102. ca.12
Argumentorum pedes 192.
Argumentatio. 232.
Ars quid sit 44
Ars ne plus conferat eloquentiæ an natura.45.cap.20.
Ars memoriæ quid sit. 219.
Artium diuisio generalis 44.c.19.
Artis cognitio an necessaria sit.36.ca.12
Aschematon 154
Asiani oratores. 148.
Astismos. 165.
Asyndeton. 180.
Auerso pollice demonstrare aliquid. 228.
Aura popularis. 214.
Autoritati non nimis fidendum. 194.
Autores Græci qui legendi 196
Autores latini. 199.
Autores q plurima sciuerūt scripserūtq;.

Barbarismus & eius modi.11. (253.
Beneuolentiam à persona agentis,ꝑ sona aduersæ partis,litigatoris,aduersarij,iudicis,adiunctis personis,à causa &c. 69.70.
Boni consulo 17.
Brachylogia. 156. 180.

Cacemphaton uitandum 155
Cacosyndeton. 154
Cacozeliæ. 29. Cacozilon 154
Cæsaris candidatus 122
Cæratinæ ambiguitates 21.
Capitis gestus 226.
Carneadis disputatio. ibi.
Castoris et Pollucis præstigiæ 218
Catachresis 163.
Catapeplasmenon. 24.
Catholica præcepta 38.
Causarum genera quot. 71.
Causa prima cur aspiremus ad summum eloquentiæ gradum 253
Causarum genera tria. 50.
Causæ definitio. 52.
Causæ simplices 58.
Causæ cōiunctæ ibi.
Cauſa antiquitus scribebatur. 18.
Chriarum genera 21
Ciceronis urbanitas 119
Ciceronis laus 200.
Cicero immodicus rerū à se gestarū laudator.212. (uarices. 231.
Ciceronis an orator habendus. 235.
Ciceronis discipuli 252.
Climax,gradatio. 180.
Cœnismus. 154.
Cogitatio quæ. 208.
Cognatio status & diuersitas.145.ca.11.
Color deformibus dandus. 63.
Collocatio apta 187
Comœdiæ. 20.
Comœdiæ antiquæ autores. 197
Comœdus qd doceat. 25.
Comœdiæ nouæ scriptores. 200.
Comicorum pronuntiatio. 36.
Comici & tragici obseruātes ꝓsonarum
Coparatio qbus uijs ducatur.134. (214
Comparatio nō uidetur esse figura. 176.
Comparatiua pro absolutis. 178.
Compositio quid 183.cap.4
Cōpositio nō delectat solū, sed etiā mouet
Cōpositionis iunctura. 185. (aios.184
Cōpositio q̄bus magis placebat 193
Conclusio quæ 112.cap.1.
Confirmatio subiungēda narrationi. 30.
Congregatio uerborum 179.
Coniectura unde. 54.
Coniecturales causæ. 31.
Coniecturales loci à ꝓsona,à causis 135
Coniuncta defensio 130.
Consilium qd distet à iudicio. 127.cap.6.
Consuetudo.17.ca.12 Consul unde.17.
Consummatio quid 176
Continens quid 67.c.13
Contrariæ leges 143
Copia uerborum 192.cap.1.
Cornelia mater Gracchorum 5
Crassi memoria 221.
Crocodilinæ ambiguitates 21
Cyri ingenium 221

Declamatio trium filiorum. 131.
Declamatorum libertas. 75.
Declamādi & uere agēdi discrimen.107.
Declamandi utilitas 35.
Declinare noīa & uerba pueri sciant. 10.
Decorū materiæ seruandū.203. (ca.8.
Defensio seu quæstio coniuncta 130
Delectantia quæ 153
Demonstratiuum genus causæ. 59.cap.9.
Demosthenis cura spiritus 225
Demosthenes an orator 235
Demosthenes Platonem audijt 239
Deorum laus 60.
Destructio post confirmationem 30
Diallage 180.
Dialectica ad oratorem pertinet. 238.
Dialectica genus orationis concisum.45.
Dialectica cauillatrix. 138.
Dicacitas qd 120
Dicendi genus triplex 250
Dicendi apte ratio 211.cap.1
Dicendi uirtutes non semper decent. 214.
Dicendi genus in suasorijs 64.
Dicendi rō omnis qbus cōtineatur. 51.c.5
Diexodos. 182.
Dinosis. 156.
Discipulorum officium 35.cap.10.
Dispositionis diffinitio. 129.cap.2
Dissolutio quid. 180.
Diuisio 33.cap.7 & .129.cap.2
Diuisio rhetorices 38.ca.15
Domi utilius an in scholis eruditur.5.c.3

Eclipsis 162
Ediscenda quæ 33.cap.8
Egressio quid 82.ca.3.232.
Elocutio difficillima. 147.
Elocutio quæ optima. 148.
Elocutione quæ spectanda 149.c.1.
Eloquentia cur petenda 26.
Eloquentiæ mala,& cur à Lacedemoni-

bus expulsa. 41.
Eloquentiæ laus ibi.
Eloquentiæ omnium aliqd commune. 203.
Eloquentiæ dißimulandi mos 244
Eloquentiæ fiducia. 213.
Eloquentiæ genus alios aliud decere. 213.
Eloqui qd sit. 148 Emẽdationis ptes 206
Emẽdandi finis. ib. Emphasis. 156. 158
Emphasis usus. 174. Energia. 155. 156
Enthymema rhetoricus syllogismus. 23. 110
Enthymema & eius species 108
Enthymema qd. 159
Entia atq; essentia 38.
Epanalepsis 155.
Epanodi modi quot. 178. & deinceps.
Epanodos qd significet 179
Epichirema quibus constet & quo modo refellatur 108. ca. 14
Epichirema & syllogismus quo differãt. (109.
Epilogus 232
Epiphonema. 159. Epitheton. 163.
Ethopœia 173
Etice oratori accommodata 238.
Etymologia à Cicerone notatio 16.
Exclamatio 171. 185.
Exempla, Græci paradigmata. 99. ca. 11.
Exempla uirtutum in Romanis 239.
Exercitationes primæ apud rhetorẽ. 29.
Exergasia 156 (ca. 4
Exhortatio ad oratoriam 236.
Exepexergasia 156.
Expositio superflua & falsa. 79
Exordium siue principium latine, græce
Exordij ratio. 71. (procœmiũ. 68. ca. 1.
Exordiorum uitia 73

FAbricij nobile facinus. 237.
Fabula qd 29.
Facultas ex tpe dicẽdi quõ pareatur. 208
Fama & rumor 86. cap. 3.
Fauorem conciliantia 70
Figuræ non omnes uitiosæ 11.
Figurarum à tropis differentia. 166. ca. 1.
Figura quid 166
Figuram quid accipere debeamus 167.
Figuræ genus qdam unũ putauerunt. ibi.
Figuræ partes duæ ibi.
Figuræ sententiarum 169. ca. 2.
Figuris respondendi primũ genus. 176.
Figuræ uerborum 176. c. 3.
Figurarum uitia excusantur 177.
Figuræ in noïbus & uerbis, per genus, numerũ, partes mutatas &c. 177.
Figuræ græcæ 177
Figuræ quæ fiunt per detractionẽ 180
Figuræ non receptæ noïe figurarũ. 182.
Figuris utendi ratio 185
Figuræ qbus ornatur oratio 206
Filio nato quã spẽ pater de eo capiat. 3. 1.
Fingendi & mentiendi cautelæ 79.
Finitio qd sit. 137. c. 4 Finitio uitiosa. (138.
Finitionis euersio ibi.
Formarum incertæ personæ 171.

GEometria cõmoda oratori. 23. c. 18
Genera sentẽtiarũ. 159. c. 5.
Genus dicendi. 246. ca. 10.
Genera dicendi aliquot. 247.
Gestus institutio 24
Gestus & laudes eius. 226.
Gestus mutandi rõ. 230.
Gestus ante exordium. 231.
Græca prius discenda 4.
Græcos compositio decet 15.
Græca in latinum uertere optimum. 206.
Gradatio græce climax 180
Grammatici ueteres quales 8.
Grãmatices rudimẽta nõ fastidiẽda. 9.
Grãmatica necessaria pueris, iucũda seni (bus. 9. c. 5
Grãmatici officiũ. 20. ca. 15
Grammatica literatura uocatur 27

HIstoriæ contextus qualis 192
Historia 29.
Historici Græci mendaces 30.
Historicorũ lectio apd' rhetorem. 32.
Historia orationem alere potest 195.
Historiæ græcæ scriptores 198
Historici latini 200.
Historiarũ cognitio oratori necessaria. (241. c. 4
Homericus Phœnix. 29.
Homerus de eloquentia Vlyßis 231.
Homœologia. 154 Homœoteleuton. 181
Homœoptoton. ibi. Hypallage. 162
Hyperbole. 165 Hypotyposis. 172.
Hyperbaton. 165. 178.

IActatio sui uitiosa 212.
Imitatio qualis 202.
Imitatio per se ipsa nõ sufficit ibi.
Imitari uolenti necessaria 203
Imminutionis ratio 159.
Impersonalia uerba. 10.
Improperij uitium. 149 Incisum. 191.
Index Crassi 227.
Ingeniorum discrimina notabit præceptor. 34. cap. 9.
Ineruditi quare uulgo ingeniosiores habeãtur. 36. c. 15
Iniuriarum actio. 141.
Inornatum qd. 152.
Insinuatione quando utendum. 71.
Intentio simplex quomodo tractãda. 129
Interrogationis primus modus 169
Interrogatio sui et respõsio sibi facta. 170
Interrogatio facta nõ expectans responsum, & per subiectionẽ, p cõparationẽ, per præsumptionẽ, per præmuniti onẽ, per confessionẽ, per prædictionẽ p emendationẽ, p uim uerbi &c. ibi.
Inuidia duplex. 117 Ironia. 164. 172.
Iron quis. 172. Isocolon 182.
Iudex sp attentus & docilis faciẽdus. 70
Iudicialis & conditionalis cõtextus. 192.
Iudicatio quid 66. ca. 13
Iudicialium causarum ptes qnq;. 65. c. 11.
Iudicialiũ controuersiarũ genera. 66. c. 12
Iudiciũ qd distet à cõsilio. 127. cap. 6.
Iudices docendi 114
Iunctura compositionis 185
Iunctura membrorum incisorumq;. 186.
Iuris quæstiones 130
Iuris ciuilis scientia oratori. 240. cap. 3.
Iusiurandum 87. cap. 6

LAchrymarum quis modus. 114.
Lælij filia paternã eloquentiam elegantiorem reddidit. 5.
Latina facũdia nõ põt æquare græ. 247
Laus hoïm à tpe, corpe, fortuna, aïo. 60.
Laudationum actio 231.
Lectio pueri qualis esse debeat. 19. ca. 14.
Lectio libera. 194 Lectio phõrũ. 195.
Legendi q sint incipientibus 33. cap. 6
Leges cõtrariæ. 143. c. 8. Leges dupli (ces. 144.
Lex translationis. 164.
Lex in pedibus metricis 189.
Leonides Alexandri pædagogus 3
Licentia. 171 Literæ & earũ ptãtes. 9.
Liuiana hubertas lactea. 195. (cap. 6
Loci cões. 30. 31. Loci argumẽtorũ. 92
Loci cões in refutando à (33. & dein. coniectura, finitione, qualitate 105.
Loci cõiecturales à psona, causis, &c. 135
Lumina orationis sententiæ 161
Lupus fœmina 15.
Lysiæ opinio de rhetorica 42.

MAcrologia. 154.
Manus sinistra 229.
Materiæ dictandæ pueris 30. 33
Membrum quid 191.
Memoriæ utilitas. 218.
Memoriæ præcepta per Fabium. 219.
Memoriæ quid conducat 219
Mendacium dicere interdũ licet. 237.
Metabasis. 178. Metabole 179
Metalepsis. 165 Metaphoræ laus. 161
Metaphoræ lex. ibi. Metapho. usus. 162
Metaph. altera lex. 162 Metastasis. 172
Metus duplex. 117. Miosis. 154
Mimesis. 173. Mithridatis memoria.
Metonymia. 162. 179. (221.
Monotonia uitanda 224.
Mores & officium præceptoris. 27. c. 2.
Motus excitandi in nobis ratio 118
Musice & eius laudes 21. ca. 17
Musici uates & sapientes. ibi.
Mutua accusatio. 134. Mysterismos. 165

NArratio an debeat subijci procœmio. 75.

Narrationũ duæ ſpecies. 74.
Narrationis proprietates 75.
Narratio quæ 73.cap.2
Narratio tota pro nobis 75.
Narrationum tres ſpecies. 29.
Narratio aperta ſit & breuis 76.
Narrationi an plura trib. ſint neceſſaria.
Narratio tota contra nos. ibidẽ. (77.
Narratio partim pro nobis partim contra nos 80
Narratio non admittit excurſionem. 80.
Narratio uenuſtanda 81
Narrationis initium & finis. ibid.
Narratio ſinuoſa 29
Narrationis pedes 192.
Narratio qd poſtulet. 232.
Natura ne plus conferat eloquentiæ an
Natura qd ad riſum ualeat. 119 (ars. 45
Negotium qd 52
Noema. 159.
Nomina pedum & ſyllabæ 188
Numeri ratio. 187.
Numerorum in oratione difficultas. 187.
Numeri duplices in uoce & corpore. 22.
Nutrices pueri quales. 3.

Obſcœna uitanda 153
Obſcuritatis modi 150.
Obſcuritas ibid.
Obſeruatio perſonarum apud comicos tragicoſq; 214.
Oculorum geſtus, lachrymarũ, palpebrarum, genarum, ſuperciliorũ, narium, labrorum, ceruicis, colli, humerorum, brachij, manuum, &c. 226. 227
Occupatio non inutilis. 71.
Officium & mores præceptoris. 27.
Onomatopœia 15. 163.
Opus ſuum Quintilianus diuidit 2.
Oratori in agẽdis cauſis ſeruanda. 244.
Oratori qs finis. 251. ca. 11. (ca. 9.
Oratoriæ utilitas. 243.
Orationis partes quæ 9.cap.7
Orationis uirtutes & uitia 10.cap.10.
Oratio interdum ſubmittenda 152
Oratorem qualem uult Quintilians. 2
Oratori futuro plurium artium neceſſaria ſcientia 21
Oratoris futuri inſtitutio. 4.
Orator ne futurus debeat oĩa ferè eodem tempore addiſcere. 25.
Orator quæ ſpectare debeat 37
Orator nullus inuentus perfectus 202
Orator ſit ſapiens Romanus. 238.
Orator quando incipiet agere cauſas. 241. cap. 6.
Orator qs 234.
Oratoris geſtus. 227.
Oratoris cultus 230
Oratoris annuli ibi.
Oratori cogitandum qd 231
Oratoris officia. 236.
Oratori mores excolendi ſtudijs. 237. c. 2
Oratori iuris ciuilis ſcientia neceſſaria.
Oratori hiſtoriarum cognitio (240.
neceſſaria. 241. cap. 4.
Oratoris inſtrumenta ibidem ca. 5
Oratori in ſuſcipiendis cauſis obſeruanda. 242. cap. 7.
Oratori in diſcendis cauſis quæ obſeruanda 243. ca. 8
Oratori tria præſtanda 51.
Oratori minime conuenit diſtortus uultus geſtuſq; 120.
Oratorum lectio apud rhetorem. 32. ca. 5
Oratorum Græcorum ingens manus. 198
Oratores latini 200
Oratori q finis ſeruandus. 212.
Orationum alia uincta alia ſoluta. 184.
Oratio uerbo claudenda. 185.
Oratio ſit diſtincta 223.
Orationis aſperitas molliẽda colore. 217.
Orationis formæ uariæ. 246.
Oratio rerum regina. 26.
Ordinis ciuium inſectandi ratio. 217.
Ordo compoſitionis. 185.
Oris diſpoſitio 225.
Ornatus qd 151. ca. 3
Ornatus quo conſtet. 212.
Orthographiæ diffinitio 18. cap. 13

Paedagogi puerorum. 3.
Palæſtrica diſciplina 25.
Parabolæ lex. 156.
Paradiaſtole 181
Paradoxon 171.
Parentheſis 178
Parentes futuri oratoris. 3.
Parium contrariorum genera. 181.
Pariſon. 181.
Parode. 171.
Paræmia. 165.
Paronomaſia 181
Participiorum quorundam uis. 10.
Partitione an ſit utendum 83. ca. 5.
Partitionis utilitas. 85.
Partitio qd 129. ca. 2
Patris ſpes de filio nato. 5.
Pectus diſertos facit 210
Pedum ſyllabæ & nomina 188.
Pedum metricorum lex 189
Pedum geſtus & eorum uitia 229.
Pericles fulgurare & tonare uiſus. 42.
Pericles auditor Anaxagoræ 239.
Periclis uotum 145.
Periergia. 154.
Periodi ratio 191
Periphraſis 165.
Periſſologia 165
Permiſſio 171
Perorationis duplex ratio 112. ca. 1
Perſona decoris cauſa intuenda 63
Perſonarum quõ habenda ratio. 216
Perſpicuitas in uerbis habet quandã pro prietatẽ 149. ca. 2.
Philoſophorum lectio 159
Philoſophi Græci qui legendi. 198.
Philoſophi Latini 201
Phõrum ſecta plus cõferens eloquen. 239
Philoſophi qui mercedem acceperũt. 243
Phyſica oratori neceſſaria 239
Pictores clari. 246.
Pleonaſmus 154. 179.
Ploce ex permixtis figuris. 179
Pœnitentiæ color 217
Poetica themata. 35
Poetarum lectio utilis oratori. 195
Poetarum Latinorum nomina 199
Poet. Græc. excellentiũ nomina. 196. 197
Polyptoton 179. 139
Polyſyndeton 180
Præceptũ exẽplorũ uſurpãdorũ. 10. p to.
Præceptor diſcernere ĩter ĩgenia debe. 34
Præceptore optimo utendũ 28. ca. 3.
Præceptores quales. 3
Præceptoris mores & officium. 27
Præiudiciorum uis in tribus 86. ca. 2
Prælectio puerorum. 32
Præteritum tempus in iudicijs. 133
Primordia diſcendi. 20
Probationum diuiſio 85. cap. 1.
Probatio artificialis quæ 90. ca. 8.
Prolepſis 71.
Pronuntiatio prima 21. ca. 19
Pronuntiationis laus 221. ca. 3.
Pronũtiatio ex natura, an ex arte ſit. 222
Pronuntiationis rõ quæ orõnis 223
Pronuntiatio apta. 225.
Pronuntiatio tria præſtare debet 231
Procœmij pronuntiatio 232
Propria uerba 15.
Proprijs dignitatem dat antiquitas 152.
Proſonomaſia. 181
Proſopopœia. 64. 80.
Proſopopœiæ. 19. 114. 171
Pſeudographiæ 25.
Puer inter quos educandus 3.
Puer quõ inſtruendus 4
Puerorum ingenia quõ dignoſc. 7. ca. 4
Puerum à ſermone Græco mauult incipere Fabius 4.
Pueri intra biennĩ oĩa ferè loquun. 26.
Puer quando tradendus rhetori. 26. ca. 1.

Qualitas quid ſit 139
Qualitas uocis et quantitas. 222
Quales præceptores eſſe debeant 2. ca. 2

Quæstiones tres in omni disputatione.58
Quæstio quid 66.cap.13
Quæstiones iuris 130
Quæstiones uariæ. 136.
Quæstio actionis 142.cap.6
Quid quenq; deceat in eloquentiæ gene-
Quoi.19. (re.213.
Quotidie scribendum. 18.

Ratiocinatio qualis sit.144.cap.9
Ratio dicēdi oīs qb.cōtineatur.51.
Rationis diffinitio.66.cap.13. (cap.5.
Refutatio quot modis accipiatur.104.ca
Rei quadruplex obseruatio.231. (pi.13
Reprehensio quomodo 106
Responsendi figura 170.
Rhetori quando tradēdus puer.36.cap.1.
Rhetoris officia 27
Rhetoricæ definitio & quis eius finis.38.
capite.16. & numero.41.
Rhetorica & similia nomina habent
duplicem sensum 38.
Rhetorice an sit utilis 41.ca.17
Rhetorice an sit ars 42.cap.18.
Rhetorices confirmatur esse artem. 44.
Rhetorica ex quibus 44.
Rhetorica an sit uirtus 45.ca.21.
Rhetorice pars orationis 45
Rhetoricæ materia quæ 46.ca.22
Rhetoricæ autores antiquissimi 48.
Rhetori.scriptores Romani 48
Rhetorices initium 49.cap.2.
Rhetorices quinq; partes 49.ca.3
Ridendi modus oratori seruandus. 120.
Ridiculum quid & eius diuisio 120.
Risus effectus 118 cap.4.
Risus mouendi difficultatem docent De-
mosthenes & Cicero 119
Risus unde concilietur, & quibus ex lo-
cis peti debeat 121.
Risus exempla ex omnibus argumento-
rum locis 123
Rumor & fama 86.cap.3.

Sallustij prologi. 61.
Sallustiana breuitas. 195.
Sallustij in scribendo diligentia. 204.
Sarcasmos 165.
Schema quid 167.
Schemata lexeos duorū sunt generū. 177
Schemata usu recepta & uetustate com-
mendata 177
Scientia iuris ciuilis oratori necessaria.
Scribendi modus.204. (240.ca.3
Scribendum optime 204
Scribenda non sunt dicenda 249.
Scriptores artis rhetoricæ. 47.cap.1.
Scripti & uoluntatis status 143.ca.7.
Sententiarum genera 159.cap.5.
Sententiarum noua genera 160.
Sententiarum ornamenta 69.
Sententiarum figuræ 169.cap.2
Septennium non expectandum in orato-
ris futuri eruditione 4.
Seriorum tria genera. 125.
Sermo ex quibus constet 15.
Sermonis commenti ratio 153
Sermo felicissimus 185.
Sermo noster nunquam negligens 210.
Sexti casus uis apud Græcos, apud nos se
Signa probationum.90.ca.9. (ptimi.10.
Similium quadruplex ratio. 181.
Simulatio 171
Socratis sapientia 212.
Solœcismus 12.
Sphinx à Verre data Hortensio 125.
Spiritus 222.225
Status qd sit 52.ca.6
Status unde ducatur, & reus an actor sta
tum faciat ca.7.
Status sit rectus 232.
Status quot & qui 55
Status ex scripto & uoluntate 14.ca.7
Status cognatio & diuersitas.145.ca.11.
Structura omnis qbus constet 186.
Studia oratori quæ post finem.251.cap.11.
Suasoriū seu deliberatiuū genus.61.ca.10.
Suadendi partes quæ 62
Sustentatio. 171.
Stylus optimus dicendi magister. 204.
Syllabæ longæ breuib.commiscendæ.186
Syllabarum uitandarum præceptum.186
Syllabarum pedes & nomina 188.
Syllogismus & epichirema quo differant
Syllogismus.144.cap.19. (109.
Synalœphe 186
Synathrismos 158.
Synecdoche 162.
Synezeugmenon. 180.
Synœciosis 181.

Tabulæ & ea quæ contra tab. 87.
Tapinosis qd.154. (cap.5.
Tautologia uitanda 154.
Tempus incipiendi agere causas.241.c.6
Tenores ab antiquis dicti tonores. 12.
Testamentis qd accidat 143.ca.7.
Testes qui 87.ca.7
Testium duo genera 88.
Themata proposita 129
Themistoclis memoria 221.
Themistocles habitus indoctior 22
Theodectis memoria 221.
Theses 27.30
Thesis à causa distinguitur 52.
Topographia 172
Tormenta 86.ca.4
Tragœdiarum scriptores Græci 197
Tragœdiarum scriptores Latini 199.
Transgressiones uitandæ 185
Translata uerba 15.
Translatio 149
Translationis lex 164
Triplex dicendi genus 250
Tropus qd 161.ca.6.
Troporum diuisio ibidē
Tropi & figuræ in quo differant.166.c.1
Tumultus unde oriatur 139
Turpia ut decora fiant 215
Turpium laudandi ratio 216

Verba & uerbalia 10.ca.9.
Verba uetustate repetita.17.ca.11.
Verbis quibus utendum ibi.
Verbo claudenda oratio 185.
Verborum copia pertractatur.195.cap.1.
Verborum uarietas in pronuntiando.235
Vergilij diligentia 204
Versus urbanitatem adiuuant commode
positi 125
Vetera uerba 15.
Veterum poemata 20.
Virtus secundum naturam est 252
Virtus doctrina perficitur 237
Virtutes dicendi diuersissimæ 217
Virtutes dicēdi quasdā nō sp decere. 214.
Vitia gestuum manualium. 229.
Vitium nolentium contradictionibus oc-
currere 170
Vita honesta facilis acquisitu 252
Vitij in figuris excusandi rationes.177.
Vituperatio hominum 60.
Viua uox præceptoris. 28.
Vocis quantitas, qualitas, spiritus. 222.
Vocis cura ibid.
Voluntatis & scripti status. 143.cap.7.
Vox ultra uires urgenda non est. 224.
Vrbes laudantur & homines 61
Vsus doctrinam superat 242
Vtilitas & ratio declamandi. 35.cap.11.
Vtrum & quid 63.
Vtra pars prior dicere debeat 131.
Vultus qualis 226

Errata.

Folio.269.uersu.57. necessitatem? totus ordo responsi: Vir.

Finis.

QVINTILIANI VITA.

MArcus Fabius Quintilianus Romæ natus est. Quibus cõsulibus aut quo imperante Cæsare non legi. Verissima coniectura adducor ut fidem libris temporum nõ habeam, ubi legitur Quintilianus Calagura urbe Hispaniæ oriundus. Nam Marcus Valerius Martialis Calaguritani agri alumnus cum Hiberos memoria dignos suis epigrammatibus inserat, nullam de Quintiliano mentionem fecit, sed eum separatim cum uenera tione nominat:

Quintiliane uagæ moderator summe iuuentæ,
Gloria Romanæ Quintiliane togæ.

Et ipse dicit, cum esset adolescentulus, cognouisse Domitium Afrum & Senecam, qui ambo sub Nerone periere. Seneca in libro sexto diuisionũ Quintiliani declamatoris meminit, cuius adhuc extant multæ declamationes acutæ & breues, stylo aliquantulum remissiore. Is auus fuit M. Fabij Quintiliani, qui Romæ multis annis rhetoricen cum summa laude docuit. Et ipse rursus Quintilianus mentionem facit patris, qui caussidicus fuit apud principem. Neque notitia, neq; gratia caruit. Domitiani enim Cæsaris nepotum cura ei delegata fuit. Disciplinæ eius castigatissimæ plenissimum testimonium C. Cælius affert. Qui sub tali præceptore tantum profecit, ut sui temporis oratores facile superauerit. Duxit uxorem ex nobili familia, ex qua liberos suscepit, quæ acerbissima fatorum sorte in prima iuuentutis flore rapta fuit. Alterum ex liberis, cum librum de caussis corruptæ eloquentiæ edidisset, amisit. Postea cum rhetorices libros scriberet, Quintilianũ filium unicum parentis lumen ac solatium, rogo dedit. Testis & ipse infelix senex suarum lachrymarum est. Eius filiola ex alia (ut credo) uxore Tutilij equitis Romani filia genita, nupsit Nouio Celeri uiro claro. Quo tempore decesserit, affirmare non audeo, quoniam is qui tradit, fide caret.

M. FABIVS QVINTILIANVS, TRYPHONI BIBLIOPOLAE SALVTEM.

EFflagitasti quotidiano conuitio, ut libros, quos ad Marcellum meum de institutiõe oratoria scripseram, iam emittere inciperem. Nam ipse eos nondum opinabar satis maturuisse, quibus componẽdis (ut scis) paulo plus quàm biennium, tot alioqui negotijs districtus impendi, quod tempus non tam stylo, quàm inquisitioni instituti operis prope infiniti, et legẽdis autoribus, qui sunt innumerabiles, datum est: *Vsus deinde Horatij consilio, qui in arte poetica suadet, ne præcipitetur editio, nonumq; prematur in annum, dabam ijs otium, ut refrigerato inuentionis amore, diligentius repetitos tanquam lector perpenderem. Sed si tantopere efflagitantur, quàm tu affirmas, permittamus uela uentis, et auram soluentibus bene precemur. Multum autem in tua quoq; fide ac diligentia positum est, ut in manus hominum quamemendatissimi ueniant.

Petrus Mosell. *Vsus superfluum esse censet, idq; ex uetusto exemplari.

M. FABII QVINTILIANI IN ORATORIAE INSTITVTIONIS LIBRVM PRIMVM, AD MARCELLVM VICTORIVM PROOEMIVM.

POst impetratam studijs meis quietẽ, quæ per uiginti annos erudiendis iuuenibus impenderam, cũ à me quidam familiariter postularẽt, ut aliquid de rõne dicendi componerẽ, diu sum equidẽ reluctatus, ꝙ autores utriusq; linguæ clarissimos nõ ignorabam multa, quæ ad hoc opus ptinerent, diligentissime scripta posteris reliquisse. Sed qua ego ex causa facilioꝛẽ mihi ueniam meæ deprecatiõis arbitrabar fore, hac accendebant illi magis, ꝙ inter diuersas opiniões priorꝫ, & quasdam etiam inter se contrarias, difficilis esset electio, ut mihi si non inueniendi noua, at certe iudicandi de ueteribus, iniungere laborem non iniuste uiderent. Quamuis aũt non tam me uinceret præstandi, qđ exigebat fidutia, quàm negandi uerecundia, latius se tũ aperiente materia, plus quàm imponebat oneris sponte susceρi: simul ut pleniori obsequio demererer amantissimos mei, simul ne uulgarẽ uiam ingressus, alienis demũ uestigijs insisterem. Nam cæteri ferè, qui artẽ orandi lris tradiderunt, ita sunt exorsi quasi perfectis omni alio genere doctrinæ, summam eloquentiæ manũ imponerent: siue contẽnentes tanq; parua, quæ prius discimus studia, siue non ad suũ pertinere officium opinati, qñ diuisæ professionum uices essent: seu quod proximũ uero nullam ingenij sperantes gram circa res, etiam si necessarias, procul tũ ab ostentatione positas, ut operꝫ fastigia spectant, latent fundamẽta. Ego cum existimẽ nihil arti oratoriæ alienũ, sine quo fieri non posse oratorẽ fatendũ est, nec ad ullius rei summam, nisi p̃cedentibus initijs pueniri, ad minora illa, sed quæ si negligas, non sit maioribus locus, demittere me nõ recusabo, nec aliter quàm si mihi tradat educandus orator, studia eius formare ab infantia incipiam. Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus, quẽ cum amicissimũ nobis, tum eximio literarꝫ amore flagrantẽ, non propter hæc modo (quanquam sunt magna) dignissimũ hoc mutuæ inter nos charitatis pignore iudicabamus, sed ꝙ erudiendo nato tuo, cuius prima ætas manifestum iter ad ingenij lumen ostendit, non inutiles fore libri uidebant, quos ab ipsis dicendi uelut incunabulis, per oẽs quæ modo aliquid oratori futuro conferant artes, ad summã eius operis perducere destinabamus. Atq; eo magis, ꝙ duo iam sub nomine meo libri ferebant artis rhetoricæ, neq; editi à me, neq; in hoc comparati. Nanq; alterꝫ sermone per biduũ habito, pueri, quibus id præstabat, exceperant: alterꝫ pluribus sanè diebus, quantũ notando cõsequi potuerant, interceptũ boni iuuenes, sed nimiũ amantes mei, temerario editionis honore uulgauerant. Quare in his quoq; libris erunt eadẽ aliqua, multa mutata, plurima adiecta, oía uero compositiora, & quàm nos poterimus elaborata, Oratorẽ aũt instituimus illũ perfe

ctum,qui esse nisi uir bonus non potest,itaq; non dicendi mõ eximiam in eo facultatẽ,sed omnes animi uirtutes exigimus. Neq; ẽm hoc concesserim, rõnem rectæ honestæq; uitæ (ut quidam putauerunt)ad philosophos relegandam,cũ uir ille uere ciuilis, & publicar; priuatarumq; rer; administrationi accõmodatus,qui regere consilijs urbes,fundare legibus,emendare iudicijs possit,non alius sit profecto q̃ orator. Quare tametsi me fateor usu rũ quibusdam,quæ philosophor; libris continent, tñ ea iure uereq; contenderim esse operis nr̃i,proprieq; ad artem oratoriam pertinere. An si frequentissime de iustitia,fortitudine,temperantia,cæterisq; similibus sit disserendũ,& adeo,ut uix ulla possit causa reperiri, in quã non aliqua quæstio ex his incidat,eaq; omnia inuẽtione, atq; elocutione sint explicanda,dubitabit ubicunq; uis ingenij,& copia dicendi postulat,ibi partes oratoris esse p̃cipuas? Fuerunt q; hæc,ut Cicero apertissime colligit,quemadmodũ iuncta natura,sic officio quoq; copulata,ut ijdem sapientes,atq; eloquẽtes haberent. Scidit deinde se studiũ, atq; inertia factum est,ut artes esse plures uiderẽtur. Nam ut primũ lingua esse cœpit in quæstu,institutumq; eloquẽtiæ bonis male uti,curam mor; qui diserti habebant, reliquerunt. Ea uero destituta,infirmioribus ingenijs uelut prædæ fuit. Inde quidam cõtempto bñ dicendi labore,ad formãdos animos,instituendasq; uitæ leges regressi,partẽ quidẽ potiorẽ,si diuidi posset,retinuerunt,nomen tñ sibi insolentissimũ arrogauerunt,ut soli sapiẽtiæ studiosi uocarent. Quod neq; summi impatores,neq; in consilijs rer; maximar;,ac totius administratione reip. p̃clarissime uersati,sibi unquam uendicare sunt ausi: facere ẽm optima,q̃ promittere maluerũt. Ac ueter; quidẽ sapientiæ professor; multos & honesta præcepisse,& ut p̃ceperunt etiam uixisse facile concesserim, nr̃is uero tpibus sub hoc nomine maxima in plerisq; uitia latuerũt. Non ẽm uirtute ac studijs ut haberent philosophi laborabant,sed uultũ & tristitiam,& dissentientẽ à cæteris habitũ, pessimis moribus prætendebant. Hæc aũt quæ uelut ppria philosophiæ asserunt, passim tractamus oẽs. Quis ẽm nõ de iusto,æquo,ac bono,mõ,non & uir pessimus loquit? Quis non etiã rusticor; aliqua de causis naturalibus quærit? Nam uerbor; proprietas,ac differentia oñibus,qui sermonẽ curæ habent,debet esse cõmunis. Sed ea & sciet optime,& eloquet orator: qui si fuisset aliqñ perfectus,non à philosophor; scholis uirtutis præcepta peterent. Nunc necesse est ad eos aliquando autores recurrere,qui desertam (ut dixi)partem oratoriæ artis meliorem præsertim occupauerunt,& uelut nostrum reposcere,non ut nos illorũ utamur inuentis,sed ut illos alienis usos esse doceamus. Sit igitur orator uir talis,qualis uere sapiẽs appellari possit,nec moribus modo perfectus (nam id mea quidem opinione, quanq̃ sint qui dissentiant,satis non est)sed etiam sciẽtia & omni facultate dicendi, qualis adhuc fortasse nemo fuerit. Sed non ideo minus nobis ad summa tendendum est, quod fecerunt pleriq; ueterum, qui etsi nondum quenq̃ sapientem repertum putabant, præcepta tamẽ sapientiæ tradiderunt. Nam est certe aliquid cõsummata eloquentia,neq; ad eam peruenire natura humani ingenij prohibet: quod si non cõtingat,altius tamen ibunt,q ad summa nitent,quàm qui præsumpta desperatione quò uelint euadendi, p̃tinus circa ima substiterint. Quo magis impetranda uenia erit,si ne minora quidẽ illa, uerum operi quod instituimus,necessaria præteribo. Nam liber primus ea quæ sunt ante officium rhetoris,cõtinebit: Secundo,prima apud rhetorem elemẽta,& quæ de ipsa rhetoricæ substantia quæruntur,tractabimus. Quinq; deinceps inuentioni (nam & huic dispositio subiungit)quatuor elocutioni,in cuius partem memoria ac pronuntiatio ueniunt,dabuntur. Vnus accedet,in quo nobis orator ipse informandus est,ut qui mores eius,quæ in suscipiendis,discẽdis,agendis causis ratio,quod eloquentiæ genus,quis agendi debeat esse finis, qũæ post finem studia,quantum nostra ualebit infirmitas, differamus. His oñibus admiscebitur,ut quisq; locus postulabit,dicendi ratio,quæ non eor; modo scientia,quibus solis quidã nomen artis dederunt,studiosos instruat,& (ut sic dixerim)ius ipsum rhetorices interpretetur,sed alere facundiam,uires augere eloquentiæ possit. Nam plerunq; nudæ illæ artes,nimia subtilitatis affectatione frangunt atq; concidũt quicquid est in oratione generosius, & omnem succum ingenij bibunt,& ossa detegunt: quæ ut esse & astringi neruis suis de-

Li.3. de orato.

bent,ſic corpore operienda ſunt.Ideoq; nos non particulam illam, ſicut pleriq;,ſed quicquid utile ad inſtituendum oratorẽ putabamus, in hos duodecim libros contulimus, breuiter omnia demonſtrando. Nam ſi quantum de quaq; re dici poteſt proſequamur, finis operis non reperietur. Illud tamen in primis teſtandum eſt, nihil præcepta atq; artes ualere,niſi adiuuante natura.Quapropter ei cui deerit ingeniũ,non magis hæc ſcripta ſunt, quàm de agrorum cultu ſterilibus terris. Sunt & alia ingenita cuiq; adiumenta,uox,latus patiens laboris,ualetudo,conſtantia,decor:quæ ſi modica obtigerunt,poſſunt ratione ampliari,ſed nõnunquam ita deſunt,ut bona etiam ingenñ ſtudiñq; corrumpãt.Sicut & hæc ipſa ſine doctore perito, ſtudio pertinaci ſcribendi,legendi,dicendi,multa & continua exercitatione,per ſe nihil proſunt.

Quã ſpẽ de filio recens nato percipiat pater,& à quali nutrice,& inter quos collactaneos educandũ curet. Cap.I.

IGitur nato filio,pater ſpem de illo primũ q̃ optimam capiat,ita diligẽtior à principijs fiet.Falſa em̃ eſt querela,pauciſſimis hominibus uim percipiendi quæ tradant̃ eſſe conceſſam,pleroſq; uero laborem ac tẽpora tarditate ingenñ perdere.Nam contrà,plures reperias & faciles in excogitando,& ad diſcendũ promptos. Quippe id eſt homini naturale,ac ſicut aues ad uolatũ,equi ad curſum,ad ſæuitiam feræ gignunt̃,ita nobis propria eſt mentis agitatio atq; ſolertia,unde origo animi,cæleſtis credit̃. Hebetes uero & indociles, non magis ſecundũ naturã homines eduntur,q̃ prodigioſa corpora,&monſtris inſignia. Sed hi pauci admodũ fuerũt:argumentũ,q; in pueris elucet ſpes plurimorũ,quæ cũ emoritur ætate,manifeſtũ eſt non naturam defeciſſe,ſed curam. Præſtat tamen ingenio alius aliũ. Concedo.ſed ut plus efficiat aut minus:nemo tamen reperit̃,qui ſit ſtudio nihil conſecutus.Hoc qui peruiderit,protinus ut erit parens factus,acrẽ q̃ maxime curam ſpei futuri oratoris impẽdat:Ante oñia ne ſit uitioſus ſermo nutricibus,quas(ſi fieri poſſet)ſapientes Chryſippus optauit,certe quantũ res patereꝯ,optimas eligi uoluit. Et morũ quidẽ in his haud dubie prior ratio eſt,recte tamen etiam loquant̃. Has primũ audiet puer,has uerba effingere imitãdo conabit̃.Et natura tenaciſſimi ſumus eorũ quæ rudibus annis percipimus,ut ſapor quo noua imbuas durat:nec lanarum colores,quibus ſimplex ille cãdor mutatus eſt,eluí poſſunt.Et hæc ipſa magis pertinaciter hærẽt,quæ deteriora ſunt.Nam bona facile mutant̃ in peius.nam̃ quando in bonũ uerteris uitia? Non aſſueſcat ergo(ne,dum infans quidẽ eſt)ſermoni q̃ dediſcendus ſit. In parentibus uero q̃ plurimũ eſſe eruditionis optauerim.uerũ nec de patribus tantũ loquor.Nam Gracchorũ eloquentiæ,multum cõtuliſſe accepimus Corneliam matrẽ,cuius doctiſſimi ſermo in poſteros quoq; eſt epiſtolis traditus.Et Lælñ filiareddidiſſe in loquendo paternã eloquẽtiam elegantiorẽ dicitur.Et Q.Hortenſii filiæ oratio apud triumuiros habita legit̃,non tantũ in ſexus honorem. Nec tñ ñ quibus diſcere ipſis non cõtigit,minorẽ curam docẽdi liberos habeant,ſed ſint propter hoc ipſum ad cætera magis diligentes. De pueris,inter quos educabitur ille huic ſpei deſtinatus,idem quod de nutricibus dictum ſit.

Nutrices.

Parentes.

Pueri.

Quales præceptores ac pædagogi eſſe debeant,& à quo ſermone,& à qua ætate auſpicandũ ſit. Cap. .II.

DE pædagogis hoc amplius,ut aut ſint eruditi plane, quam primam eſſe curã uelim, aut ſe non eſſe eruditos ſciant. Nihil em̃ peius eſt ñs,qui paulũ aliquid ultra primas literas progreſſi,falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionẽ induerunt. Nam & cedere præcipiendi peritis indignant̃,& uelut iure quodam poteſtatis, quo fere hoc hominũ genus intumeſcit,imperioſi atq; interim ſæuientes ſtultitiã ſuam perdocent. Nec minus error eorũ nocet moribus. Siquidem Leonides Alexãdri pædagogus, ut à Babylonio Diogene tradit̃, quibuſdam eum uitijs imbuit,quæ robuſtũ quoq; & maximũ regẽ ab illa inſtitutione puerili ſunt ꝓſecuta. Si cui multa uideor exigere, cogitet oratorẽ inſtitui,rẽ arduam,etiam cũ ei formando nihil defuerit,præterea plura ac difficiliora ſupereſſe. Nam & ſtudio perpetuo,& præſtantiſſimis præceptoribus,& pluribus diſciplinis opus ẽ.Quapropt̃ præcipienda ſunt optima:quæ ſi qs grauabit̃,non rationi defuerit,ſed homini. Si tñ nõ contin get quales maxĩe uelim habere nutrices,pueros,pædagogos,at unus certe ſit aſſiduus dicendi non impitus:q; ſiqua erunt ab his præſente alũno dicta uitioſe,corrigat ꝓtinus,nec

Pædagogi

Leonides.

infidere illi finat, dum tamẽ intelligatur id quod prius dixi, bonum esse, hoc, remedium. A sermone græco puerũ incipere malo, quia latinus, qui pluribus in usu est, uel nobis nolentibus se perhibet, simul quia disciplinis quoq; græcis prius instituẽdus est, unde & nostræ fluxerunt. Non tamen hoc adeo superstitiose uelim fieri, ut diu tantum loquaẽ græce, aut discat, sicut pleriscq; moris est. Hinc enim accidunt & oris plurima uitia in peregrinum sonum corrupti, & sermonis: cui cum græcæ figuræ assidua consuetudine hæserũt, ĩ diuersa quoq; loquẽdi rõne, pertinacissime durãt. Non lõge itaq; latina subsequi debẽt, & cito parit ire. Ita fiet, ut cum æquali cura linguam utranq; tueri cœperimus, neutra alteri officiat. Quidam literis instituendos, q minores septem annis essent, non putauerũt, quod illa primũ ætas, & intellectũ disciplinarq; capere, & laborem pati non possit. In qua sententia Hesiodum esse plurimi tradunt, qui ante grammaticum Aristophanem fuerũt. Nam is primus ὑπομνήμασι, in quo libro scriptum hoc inuenitur, negauit esse huius poetæ. Sed alĩ quoq; autores, inter quos Eratosthenes, idem præceperũt. Melius autem qui nullum tempus uacare cura uolũt, ut Chrysippus: nam is, quamuis nutricibus triennium dederit, tamen ab illis quoq; iam formandam quàm optimis institutis mentem infantiũ iudicat. Cur autem non pertineat ad literas ætas, quæ ad mores iam pertinet? Neq; ignoro toto illo (de quo loquor) tempore uix tantum effici, quantum conferre unus postea possit annus: sed tĩ mihi qui id senserunt, uidentur non tam discentibus in hac parte, quàm docẽtibus pepercisse. Quid melius alioquĩ facient ex quo loqui poterunt? Faciant eñ aliquid necesse est: Aut cur hoc, quantulumcunq; est usq; ad septem annos lucrum, fastidiamus? Nam certe quamlibet paruum sit, quod contulerit ætas prior, maiora tamẽ aliqua discet puer eo ipso anno, quo minora didicisset. Hoc per singulos annos prorogatũ, in summam proficit: & quantum in infantia præsumptum est temporis, adolescentiæ acquiriẽ. Idem etiam de sequentibus annis præceptum sit, ne quod cuiq; discẽdum est, sero discere incipiat. Non ergo ꝑdamus primũ statim tp̃s, atq; eo minus, ꝙ initia lr̃arum sola memoria constant, quæ non modo iam est in paruis, sed tum etiam tenacissima est. Nec sum adeo ætatum imprudens, ut instandum protinus teneris acerbe putem, exigendamq; plenam operam. Nam id in primis cauere oportebit, ne studia qui amare nondũ potest, oderit: & amaritudinem semel perceptam etiam ultra rudes annos reformidet. Lusus hic sit, & rogetur & laudeẽ, & nunq̃ non fecisse se gaudeat. Aliquando ipso nolente doceatur alius, cui inuideat, cõtendat interim, & sæpius uincere se putet, præmiis etiã quæ capit illa ætas, euocetur. Parua docemus instituendũ oratorem profecti, sed est sua etiam studiis infantia: & ut corporũ mox fortissimorũ educatio à lacte cunisq; initium ducit, ita futurus eloquentissimus edidit aliqñ uagitum, & loqui primũ incerta uoce tentauit, & hæsit circa formas literarũ. Nec si quid discere satis non est, ideo nec necesse est. Quod si nemo reꝓhendit ꝓfem, qui hæc non negligenda in suo filio putet, cur improbetur, si quis ea quæ domi suæ recte faceret, in publicũ promit? Atq; eo magis, ꝙ minora etiam facilius minores percipiũt, & ut corpora ad quosdam membrorũ flexus formari nisi tenera nõ possunt, sic animos quoq; ad pleraq; duriores robur ip̃m facit. An Philippus Macedonũ rex Alexãdro filio suo prima lr̃arum elemẽta tradi ab Aristotele sũmo eius ætatis philosopho uoluisset, aut ille suscepisset hoc officium, si nõ studiorum initia à perfectissimo quoq; optime tractari, & pertinere ad summam credidisset? Fingamus igit Alexandrũ dari nobis, impositum gremio dignum tãta cura infantem (quanq̃ suus cuiq; dignus est) pudeat ne me in ip̃is statim elementis, etiam breuia docendi monstrare cõpendia? Neq; eñ mihi illud saltem placet, qd̃ fieri in plurimis uideo, ut literarũ nomina, & contextũ prius q̃ formas paruuli discãt. Obstat hoc agnitioni earũ, non intendentibus mox animũ ad ipsos ductus, dum antecedẽtem memoriam sequunt, quæ causa est præcipientibus, ut etiam cũ satis affixisse eas pueris, recto illo quo primum scribi solent contextu uidenẽ, retroagant rursus, & uaria permutatione perturbent, donec literas q instituunt facie norint, nõ ordine. Quapropt optime, sicut hominũ pariter & habitus & nomina, edocebunt. Sed quod in literis obest, in syllabis nõ nocebit. Non excludo aũt id qd̃ est notũ, irritandæ ad addiscendũ infantiæ gratia, ebur-

neas etiã literarꝫ formas in lusum offerre: uel si quid aliud, quo magis illa ætas gaudeat, in ueniri potest, qđ tractare, intueri, nominare, iucundũ sit. Cum uero iam ductus sequi cœperit, nõ inutile erit, eas tabellæ quàm optime inscalpi, ut ꝑ illos uelut sulcos ducatur stylus. Nam neq; errabit quẽadmodum in ceris (continebitur em̃ utrinq; marginibus) nec extra præscriptũ poterit egredi, & celeri⁹ ac sæpius sequẽdo certa uestigia, formabit articulos, neq; egebit adiutorio, manũ suã manu supimposita regẽtis. Non est aliena res, quæ fere ab honestis negligi solet, cura bene ac uelocit scribẽdi. Nam cũ sit in studiis præcipuum, quoq; solo uerus ille profectus, & altis radicibus nixus paret, scribere ip̃m, tardior stylus cogitationem moratur, rudis et confusus intellectu caret, unde sequitur alter dictãdi quæ ex his transferenda sunt labor. Quare cũ semp & ubiq;, tũ præcipue in epistolis secretis & familiaribus delectabit, ne hoc quidem neglectum reliquisse. Syllabis nullum compendium est, perdiscendæ omnes, nec ut fit plerunq;, difficillima quæq; earꝫ differenda, ut in omnibus scribendis deprehendant. Quinimo ne primæ quidẽ memoriæ temere credendum, repetere & inculcare diu fuerit utilius, et in lectione quoq; non properare ad cõtinuandam eam, uel accelerandã, nisi cũ inoffensa, atq; indubitata literarum int̃ se coniunctio, suppeditare sine ulla cogitandi saltem mora poterit. tũc ipsis syllabis uerba complecti, & his sermonem connectere incipiat. Incredibile est quantũ moræ lectioni festinatione adiũciat. Hinc enim accidit dubitatio, int̃missio, repetitio, plusq; possunt audẽtibus, deinde cũ errarunt, etiam iꝭ quæ iam sciunt diffidentibus. Certa sit ergo in primis lectio, deinde coniuncta, & diu lentior, donec exercitatiõe contingat emendata uelocitas. Nam ꝑspicere in dextrum, quod omnes præcipiũt, et prouidere, non rõnis modo, sed usus quoq; est, qm̃ sequentia intuenti priora dicenda sunt: & quod difficillimũ est, diuidenda intẽtio animi, ut aliud uoce, aliud oculis agat. Illud non pœnitebit curasse, cum scribere nomina puer (quemadmodũ moris est) cœperit, ne hanc opam in uocabulis uulgaribus, & forte occurrẽtibus perdat: protinus em̃ potest interpretationem linguæ secretioris, id est quas Græci glossas uocant, dum aliud agitur, edisce re, & inter prima elementa conseq; rẽ post ea proprium tp̃s desideraturã. Et quoniam adhuc circa res tenues moramur, iꝭ quoq; uersus, q ad imitationem scribendi proponent, nõ otiosas uelim sententias habeant: sed honestum aliquid monentes. Prosequit hæc memoria in senectutem, & imp̃ssa animo rudi usq; ad mores proficiet. Etiam dicta claroꝝ uirorum, & electos ex poetis maxime (nãq; eorum paruis cognitio gratior est) locos edisce re int̃ lusum licet. Nam & maxie necessaria est oratori (sicut suo loco dicam) memoria: & ea præcipue firmat atq; alitur exercitatiõe: & in iꝭ de quibus nunc loquimur ætatibus (quæ nihildum ipsæ gñare ex se queunt) prope sola est quæ iuuari cura docentium possit. Non alienũ fuerit exigere ab his ætatibus, quo sit absolutius os & exp̃ssior sermo, ut nomina quædã uersusq; affectatæ difficultatis ex pluribus asperrime coeuntibus inter se syllabis catenatos, & ueluti confragosos quàm citatissime uoluant, χαλεπτοὶ græce uocantur, res modica dictu: qua tamen omissa, multa linguæ uitia, nisi primis eximuntur annis, inemẽdabili in posterum prauitate durantur.

Vtrum utilius domi an in scholis erudiantur. *Caput .III.*

SEd nobis iã paulatim accrescere puer, & exire de gremio, ac discere serio incipiat. Hoc igit̃ potissimum loco tractanda quæstio est, Vtilius ne sit domi atq; intra priuatos parietes studentem continere, an frequẽtiæ scholarũ, & uelut publicis præceptoribus tradere. Quod quidem tũ iis, à quibus clarissimarꝫ ciuitatũ mores sunt instituti, tũ eminentissimis autoribus uideo placuisse. Non est tñ dissimulandum, esse nonnullos q ab hoc prope publico more priuata quadam psuasione dissentiant. Hi duas præcipue rõnes seq uidentur: unam q moribus magis cõsulant, fugiendo turbam hominũ ætatis eius, quæ sit ad uitia maxime prona: unde causas turpiũ factoꝝ sæpe extitisse utinam falso iactaret: alterã, q quisquis futurus est ille præceptor, liberalius tempora sua impensurus uni uidet, q̃ si eadem in plures partiat. Prior causa prorsus grauis. Nam si studiis quidem scholas ꝑdesse, moribus aũt nocere constaret, potior mihi ratio uiuendi honeste, quàm uel optime dicendi uideret. Sed mea quidem sententia iũcta ista atq; indiscreta sunt, Neq; em̃ esse ora-

torem nisi bonũ uirum iudico: & fieri etiam si possit uolo. De hac re igit prius. Corrũpi mores in scholis putant: nam & corrumpunt interim: sed domi quoq;, & sunt multa eius rei exẽpla, tam læsæ hercle quàm cõseruatæ sanctissime utrobiq; opiniõis. Natura cuiusq; totum curaq; distat: da mentẽ ad peiora facilem, da negligentiã formandi, custodiendiq; in ætate prima pudoris, non minorem flagitijs occasionẽ secreta præbuerint. Nam & esse potest turpis domesticus ille præceptor, nec tutior int seruos malos, quàm ingenuos paz modestos cõuersatio est. At si bona ipsius indoles, si non cæca, ac sopita parentum secordia est, & præceptorem eligere sanctissimũ quenq;, cuius rei præcipua prudẽtibus cura est, & disciplinam, quæ maxime seuera fuerit, licet, & nihilominus amicũ grauẽ uiz, aut fidelem libertũ lateri filii sui adiungere: cuius assiduus comitatus etiam illos meliores faciet, q timebunt. Facile erat huius metus remediũ. Vtinam liberorum nostroz mores non ipsi perderemus. Infantiam statim delicijs soluimus. Mollis illa educatio, quam indulgentiã uocamus, neruos oẽs & mentis & corporis frangit. Quid nõ adultus cõcupiscet, q in puris repit? Nondũ prima uerba exprimit, iam coccum intelligit, iam cõchylium poscit. Ante palatum eoz quã os instituimus. In lecticis crescunt, si terram attigerint è manibus utrinq; sustinentiũ pendent. Gaudemus si quid licentius dixerint. Verba ne Alexandrinis qdem permittẽda delicijs, risu & osculo excipimus. Nec mirz, nos docuimus, ex nobis audierunt, nostras amicas, nostros cõcubinos uident. Oñe conuiuiũ obscœnis canticis strepit, pudenda dictu spectant. Fit ex ijs cõsuetudo, deinde natura, discũt hæc miseri anteq; sciant uitia esse. Inde soluti ac fluentes non accipiũt in scholis mala ista, sed in scholas affertur. Verũ in studiis magis uacabit unus uni. Ante oia nihil prohibet esse istũ, nescio quẽ, unum etiam cum eo, q in scholis erudit. Sed etiam si iungi utrũq; non posset, lumen tñ illud cõuentus honestissimi, tenebris ac solitudini prætulissem. Nam optimꝰ quisq; præceptor freqntia gaudet, ac maiore se theatro dignũ putat, at uero minores ex cõscientia suæ infirmitatis hærere singulis, & officio fungi quodãmodo pædagogoz nõ indignant. Sed præstet alicui uel gratia, uel amicitia, uel pecunia, ut doctissimũ atq; incõparabilem magistrum domi habeat, num tñ ille totũ in uno diem consumpturus est? Aut potest esse ulla tam ppetua discẽtis intẽtio, quæ non ut uisus oculoz obtuitu cõtinuo fatiget? cũ præsertim plus secreti tpis studia desiderẽt. Neq; eñ ediscẽti scribenti & cogitanti præceptor assistit, quoz aliquid agentibus cuiuscunq; interuentus impedimento est. Lectio quoq; non oĩs nec semp præeunte, uel interpretante eget. quando eñ tot autorum notitia contingeret? ergo modicum tps est, quo in totũ diẽ uelut opus ordinet. Ideoq; per plures ire possunt etiam, quæ singulis tradẽda sunt. Pleraq; uero hanc conditionẽ habent, ut eadem uoce ad oẽs simul perferant. Taceo de positionibus & declamationibus rhetorũ, quibus certe quantuscũq; numerus adhibeat, tñ unusquisq; totum feret. Non eñ uox illa præceptoris, ut cœna, minus pluribus sufficit: sed ut sol, uniuersis idem lucis, caloris q; largitur. Grãmaticus quoq; si de rõne loquendi differat, quæstiones explicet, historias exponat, poemata enarret, tot illa discent, quot audient. At eñ emendationi prælectioniq; nũerus obstat, sit incõmodum (nam quid fere undiq; placet?) mox illud cõparabimus commodis. Nec ego tñ eò mitti puerũ uolo, ubi negligat. Sed neq; præceptor bonus maiore se turba q ut sustinere eam possit, onerauerit. & in primis ea habẽda cura est, ut is oĩno fiat nobis familiarit amicus, nec officium in docendo spectet, sed affectũ, ita nunq erimus in turba. Nec sane quisquã literis saltem leuit imbutus, eum in quo studium, ingeniumq; pspexerit, non in suã quoq; gloriam peculiariter fouebit. Sed ut fugiendæ sint magnæ scholæ (cui ne ipse quidem rei assentior) si ad aliquẽ merito concurrit, non tñ hoc eo ualet, ut fugiendæ sint omnino scholæ. aliud est eñ uitare eas, aliud eligere. Et si refutauimus quæ cõtrà dicunt, iã explicemus quid ipsi sequamur. Ante oĩa futurus orator, cui in maxima celebritate, & in media republica uiuendum est, assuescat iam à tenero non reformidare homines, neq; illa solitaria, & uelut umbratili uita pallescere. Excitanda mẽs & attollẽda sp est, quæ in huiusmodi secretis, aut languescit, & quendam uelut in opaco sitũ ducit, aut cõtrà tumescit inani psuasione. Necesse est eñ sibi nimium tribuat, q se nemini comparat. Deinde cũ

proferenda ſunt ſtudia,caligat in ſole,& oĩa noua offendit,ut q̃ ſolus didicerit,quod inter multos faciendum eſt. Mitto amicitias,quæ uſq; ad ſenectutẽ firmiſſime durant,religioſa quadã neceſſitudine imbutæ. Neq; eñ eſt ſanctius ſacris ĩſdem quàm ſtudiis initiari. Sen ſum ipm qui cõis dicit,ubi diſcet,cum ſe à congreſſu,qui nõ hõibus ſolum,ſed mutis quo q; aĩalibus naturalis ẽ,ſegregarit? Adde q; domi ea ſola diſcere poteſt,quæ ipſi præcipient in ſchola,etiã quæ aliis. Audiet multa quotidie ꝓbari,multa corrigi,proderit alicuius ob iurgata deſidia,ꝓderit laudata induſtria,excitabit laude æmulatio,turpe ducet cedere pa ri,pulchr̃ ſuperaſſe maiores,accendunt oĩa hæc animos:& licet ipa uitiũ ſit ambitio,fre quent tñ cauſa uirtutum eſt. Non inutilem ſcio ſeruatũ eſſe à præceptoribus meis morẽ,q̃ cũ pueros in claſſes diſtribuerant,ordinẽ diſcendi ſcdm uires ingenii dabãt,& ita ſuperio re loco quiſq; declamabat,ut præcedere ꝓfectu uidebat. Huius rei iudicia præbebant,ea nobis ingẽs palmæ cõtentio,ducere uero claſſẽ,multo pulcherrimũ. Nec de hoc ſemel de cretũ erat,triceſimꝰ dies reddebat uicto certaminis poteſtatẽ. Ita nec ſupior ſucceſſu curã remittebat,& dolor uictũ ad depellendã ignominiam cõcitabat. Id nobis acriores ad ſtu dia diſcẽdi faces ſubdidiſſe,q̃ exhortatiõem docẽtiũ, pædagogor̃ cuſtodiã,uota parentũ, quantũ animi mei cõiectura colligere poſſum,cõtenderim. Sed ſicut firmiores in lris pro fectꝰ alit æmulatio,ita incipiẽtibus,atq; adhuc teneris,cõdiſcipulor̃ q̃ præceptor̃ iucũdi or,hoc ipſo q; facilior,imitatio eſt. Vix eñ ſe pria elemẽta ad ſpem tollere effingẽdæ (quã ſummã putant) eloq̃ntiæ audebũt,proxima amplectunt magis,ut uites arboribꝰ applici tæ, inferiores prius apphendendo ramos in cacumina euadũt. Quod adeo uer̃ eſt,ut ipſi us etiã mgri,ſi tñ ambitioſis utilia ꝓferet, hoc opus ſit,cũ adhuc rudia tractabit ĩgenia,nõ ſtatim onerare infirmitatẽ diſcentiũ,ſed tẽperare uires ſuas,& ad intellectũ audiẽtis deſcẽ dere. Nam ut uaſcula oris anguſti ſupfuſam humoris copiam reſpuũt,ſenſim aũt influen tibꝰ,uel etiam inſtillatis complent: ſic animi pueror̃ quantũ excipere poſſint, uidendum eſt. Nam maiora intellectu,uelut par̃ aptos ad percipiendũ aĩos non ſubibũt. Vtile igit eſt habere quos imitari primũ,mox uincere uelis. ita paulatim & ſuperior̃ ſpes erit. His adñcio præceptores ipſos nõ idẽ mẽtis, ac ſpũs in dicẽdo poſſe cõcipere, ſingulis tm̃ pñti bus,qd illa celebritate audientiũ inſtinctos. Maxia eñ pars eloquẽtiæ cõſtat aĩo, hũc affi ci,hũc concipere imagines rer̃,& tranſformari quodam mõ ad naturam eor̃,de quibus loquimur,neceſſe eſt. Is porro quo generoſior,celſioŕq; eſt, hoc maioribus uelut organis commouet, ideoq; & laude creſcit,& impetu auget,& aliquid magnũ agere gaudet. Eſt quædam tacita dedignatio,uim dicendi tantis comparatam laboribus ad unum auditorẽ demittere,pudet ſupra modũ ſermones attollere. Et ſane quis concipiat mẽte,uel decla mantis habitum,uel orantis uocem,inceſſum,pronũciationem,illũ deniq; animi & cor poris motum,ſudorẽ,ut alia præteream,& fatigationẽ,audiẽte uno,nõne quiddã pati fu rori ſimile uideat? Non eſſet in rebus humanis eloquentia,ſi tm̃ cũ ſingulis loqueremur.

Qua ratione in paruis ingenia dignoſcantur,& quomodo tractanda ſint. Caput .IIII.

TRadito ſibi puero,docendi peritus ingeniũ eius in primis,naturãq; perſpiciet. Inge nii ſignũ in paruis præcipuũ,memoria eſt (Eius duplex uirtus,facile percipere,& fi delit continere) proximũ imitatio. Nam id quoq; eſt docilis naturæ,ſic tñ ut ea quæ diſcit effingat: nã habitũ forte & inceſſum,& ſi quid in peius notabile eſt. Nõ dabit mihi ſpem bonæ indolis,q̃ hoc imitandi ſtudio petet,ut rideat. Nam probus quoq; in primis erit ille uere ingenioſus,alioq; nõ prius duxerim tardi eſſe ĩgenii,quàm mali. Probus aũt ab illo peius ſegni,& iacente plurimũ aberit. Hic meus quæ tradent non difficulti accipiet,quædã etiã interrogabit,ſequet tñ magis quàm præcurret. Illud ingenior̃ uelut præcox genus,nõ te mere unq̃ peruenit ad frugem. Hi ſunt qui parua facile faciunt,& audacia prouecti,quic quid ibi pñt,ſtatim oſtendunt: poſſunt aũt id demũ,qd in proximo eſt,uerba continuant, illi hæc uultu interrito,nulla tardati uerecũdia ꝓferunt,non multũ præſtant,ſed cito,nõ ſub eſt uera uis,nec penitus immiſſis radicibꝰ innitit,ut quæ ſummo ſolo ſparſa ſunt ſemia,ce lerius ſe effundunt,& imitatæ ſpicas herbulæ,inanibus ariſtis añ meſſem flaueſcunt. Pla cent hæc annis cõparata,deinde ſtat profectus,admiratio decreſcit. Hæc cũ animaduerte

rit,pſpiciat deinceps,quonã modo tractandus ſit diſcentis animus. Sunt quidã,niſi inſtiteris,remiſſi quidam imperia indignant: quoſdam continet metus,quoſdam debilitat,alios continuatio extũdit,in alijs plus impetus facit. Mihi ille det puer,quẽ laus excitet, quem gloria iuuet,qui uictus fleat,hic erit alendus ambitu,hunc mordebit obiurgatio,hunc honor excitabit,in hoc deſidiam nunq; uerebor. Danda eſt tñ omnibus aliqua remiſſio,nõ ſolum, quia nulla res eſt quæ perferre poſſit continuũ laborem,atq; ea quoq;, quæ ſenſu & retendantur anima carent,ut ſeruare uim ſuã poſſint,uelut quiete alterna retinent,ſed ꝙ ſtudiũ diſcẽdi,uolũtate, quæ cogi non põt,conſtat. Itaq; & uirium plus afferunt ad diſcendũ renouati ac recẽtes,& acriorem animum,qui fere neceſſitatibus repugnat. Nec me offenderit luſus in pueris,eſt & hoc ſignũ alacritatis: neq; illũ triſtem,ſemperq; demiſſum,ſperare poſſim erectæ circa ſtudia mẽtis fore,cũ in hoc quoq; maxime naturali ætatibus illis impetu iaceat. Modus tñ ſit remiſſioibus, ne aut odiũ ſtudioꝝ faciant negatæ,aut otij conſuetudi nẽ nimiæ. Sunt etiã nonnulli acuẽdis pueroꝝ ingenijs nõ inutiles luſus,cũ poſitis inuicẽ cuiuſcũq; gñis quæſtiũculis æmulant. Mores quoq; ſe inter ludendũ ſimplicius detegũt, modo nulla uideat ætas tam infirma,quæ nõ protinus quid rectũ, prauumq; ſit diſcat,tũ uel maxime formanda,cũ ſimulandi neſcia eſt,& præcipientibus facillime cedit. Frangas em̃ citius quàm corrigas,quæ in prauũ induruerunt. Protinus ergo neqd cupide,nequid improbe,neqd impotẽter faciat,monendus eſt puer. Habendũq; in aio ſemp illud Vergilianũ, Adeo in teneris conſueſcere multũ eſt. Cædi uero diſcipulos,quanq; id receptũ ſit, & Chryſippus non improbet,minime uelim. Primũ,quia deforme,ac ſeruile eſt,& certe qd conuenit,ſi ætatẽ mutes,iniuria. deinde,ꝙ ſi cui eſt mens tã illiberalis,ut obiurgatione non corrigat,is etiam ad plagas, ut peſſima quæq; mãcipia,durabit. poſtremo,ꝙ ne opus erit quidẽ hac caſtigatiõe,ſi aſſiduus ſtudioꝝ exactor aſtiterit. Nunc fere negligentia pædagogoꝝ ſic emẽdari uident, ut pueri nõ facere quæ recta ſunt cogant, ſed cũ nõ fecerint puniant. Deniq; cũ paruulũ uerberibus coegeris,quid iuueni facias,cui nec adhiberi põt hic metus,& maiora diſcẽda ſunt? Adde ꝙ multa uapulãtibus dictu deformia, & mox uerecundiæ futura,ſæpe dolore uel metu accidunt,q pudor refringit animũ,& abſcit, atq; ipſius lucis fugam,& tædiũ dictat. Iam ſi minor in eligendis cuſtodũ & præceptoꝝ moribus fuit cura,pudet dicere,in quæ ꝓbra nefandi hoſtes iſto cædendi iure abutant, quàm det alijs quoq; nonnunq; occaſionẽ hic miſeroꝝ metus. Non morabor in pte hac,nimium eſt quod intelligit. Quare hoc dixiſſe ſatis eſt,in ætatẽ infirmam & iniuriæ obnoxiam,nemini debet nimium licere. Nunc quibus inſtituendus ſit artibus, qui ſic formabitur, ut fieri poſſit orator,& quæ in quaq; ætate inchoanda,dicere ingrediar.

De Grammatica. Caput .V.

PRimus,in eo qui legendi,ſcribendiq; adeptus erit facultatẽ,grãmaticis eſt locus, nec refert de græco,an de latino loquar, quanq; græcũ eſſe priorẽ placet. Vtriq; eadẽ uia eſt. Hæc igit profeſſio cũ breuiſſime in duas ꝑtes diuidat,recte loquendi ſciam & poetaꝝ enarrationẽ,plus habet in receſſu,quàm frõte ꝓmittit. Nam & ſcribẽdi rõ coniũcta cũ loquẽdo eſt,& enarrationẽ præcedit emendata lectio, & mixtũ his omnibus iudicium eſt. Quo quidã ita ſunt ſeuere uſi ueteres grãmatici,ut nõ uerſus modo cenſoria quadã uirgula notare,& libros, qui falſo uiderent inſcripti, tanq; ſubditicios ſummouere familia pmiſerint ſibi,ſed autores alios in ordinẽ redegerint,alios oĩno exemerint numero. Nec poetas legiſſe ſatis eſt,excutiendũ omne ſcriptoꝝ genus,nõ propt hiſtorias modo,ſed uerba, quæ frequenter ius ab autoribus ſumũt. Tum nec citra muſicen grãmatice poteſt eſſe perfecta,cũ ei de metris rhythmiſq; dicendũ ſit. Nec ſi rationem ſideꝝ ignoret,poetas intelligat: qui (ut alia omittam) toties ortu occaſuq; ſignoꝝ in declarandis temporibus utant. Nec ignara philoſophiæ,cũ propter plurimos in omnibus fere carminibus locos,ex intima quæſtionum naturalium ſubtilitate repetitos,tũ uel propter Empedoclem in græcis, Varronem ac Lucretiũ in latinis,qui præcepta ſapientiæ uerſibus tradiderunt. Eloquẽtia quoq; non mediocri eſt opus,ut de unaquaq; earum quas demonſtrauimus reꝝ, dicat proprie & copioſe. Quo minus ſunt ferendi,qui hanc artem ut tenuem,ac ieiunam cauillant:

quæ nisi oratori futuro fundamenta fidelitet iecerit, quicquid superstruxeris corruet, ne cessaria pueris, iucunda senibus, dulcis secretorum comes, & quæ uel sola omni studiorũ genere, plus habet operis, quàm ostentationis.

De literis, & earum potestate. *Caput* .VI.

NE quis igit̃ tanquam parua fastidiat grammatices elemẽta, nõ quia magnæ sit operæ, consonantes à uocalibus discernere, ipsasq; eas in semiuocalium numeꝝ, mutarumq; partiri, sed quia interiora uelut sacri huius adeũtibus, apparebit multa reꝝ subtilitas, quæ nõ modo acuere ingenia puerilia, sed exercere altissimã quoq; eruditionẽ, ac sciẽtiam possit. An cuiuslibet auris est exigere literaꝝ sonos? non hercule magis quàm neruorum. At grammatici saltem omẽs in hanc descendent rerum tenuitatem, desint ne aliquæ nobis necessariæ literæ, nõ cum græca scribimus, tũ eã ab ĩsdem duas mutuamur, sed proprie in latinis, ut in his, seruus, & uulgus, æolicũ digammõ desideratur, & medius est quidam u & i literæ sonus. Non eã sic optimum dicimus, ut opimum, & heri, neq; e plane, neq; i auditur. An rursus aliæ redundent, præter illam aspirationis; quæ si necessaria est, etiam cõtrariam sibi poscit. Et k, quæ & ipsa quorundam nominum nota est, & q, cuius similis effectus, speciesq;, nisi ꝙ paulum à nostris obliquatur, cappa apud Græcos, nũc tantum in nũero manet, & nostrarum ultima x, qua tĩ carere potuimus, si non quæsissemus. Atq; etiã in ipsis uocalibus grammatici est uidere, an aliquas pro cõsonantib⁹ usus acceperit, quia iam sicut tam scribitur, & uos ut cos. Atq; ut uocales iunguntur, aut unam longam faciant, ut ueteres scripsere, qui geminatiõe earum uelut apice utebantur, aut duas, nisi quis putat etiam ex tribus uocalibus syllabam, quod nequit fieri, si non aliquæ officio consonantium fungantur. Quæret hoc etiam, quomodo duabus demum uocalibus in seipsas coeundi natura sit, cum consonantium nulla, nisi alteram frangat. Atqui litera i sibi insidit. Coniicit enim est, ab illo iacit. Et u quomodo nũc scribitur uulgus, & seruus. Sciat etiam Ciceroni placuisse aĩ aĩamq; geminata i scribere, quod si est etiam, iungetur, ut consonans. Quare discat puer quid in literis proprium, quid cõmune, quæ cum quibus cognatio; nec miret, cur ex scãno fiat scabellum, aut à pinna (quod est acutũ) securis utrinꝙ habens aciem bipennis; ne illoꝝ sequatur errorem, qui quia à pẽnis duabus hoc esse nomen existimant, pinnas auiũ dici uolunt. Neq; has mõ nouerint mutatiões, quas afferũt declinatio, ac p̃positio, ut secat secuit, cadit excidit, cædit excidit, calcat exculcat, & sic à laũdo lot⁹, & inde rursus illotus, & mille alia, sed & quæ rectis quoq; casib⁹ ætate transierũt. Nã ut Valesii, & Fusii in Valerios, Furiosq; uenerũt, ita arbos, labos, uapos, etiã & clamos ac passes ætatis fuerũt. Et hæc ipa s lr̃a ab his noĩbus excluſa, in qbusdam ipsa alteri successit. nam mertare atq; pultare dicebant, quin fordeũ, fœdusq;, pro aspiratiõe uel simili litera utẽtes: nam contra Græci aspirare solẽt, ut pro Fundanio Cicero testẽ, q primam eius literam dicere nõ posset, irridet. Sed b quoq;, in locum aliarum dedimus aliquando, unde Byrrhus & bruges, & belena, necnon eadem fecit ex duello bellum, unde duellios quidam dicere bellios ausi. Quid stlotum, stlitesq;? Quid d literæ cũ t quædam cognatio? Quare minus mirum, si uetustis operibus urbis nostræ, & celebribus templis legant̃ Alexanter, & Cassantra. Quid o atq; u ꝑmutatæ inuicẽ? ut Hecoba & notrix, Culchides, & Pulyxena scriberentur, ac ne in græcis id tantũ notetur dederont, ac probaueront, sic ὀδυσεύς quem ὀυδυσέα fecerunt æoles, ad Vlyssem deductus est. Quid? non e quoq; i loco fuit, ut Menerua, & leber, & magester, & deioue uictore non deioui uictori. Sed mihi locum signare satis est. Non eã doceo, sed admoneo docturos. Inde in syllabas cura transibit, de quibus in orthographia pauca annotabo, tum uidebit, ad quẽ hoc pertinet, quot & quæ partes orationis, quanq̃ de numero parum conuenit.

De partibus orationis *Caput* .VII.

VEteres enim, quorum fuerunt Aristoteles atq; Theodectes, uerba modo, & nomina, & conuinctiões tradiderũt, uidelicet ꝙ in uerbis uim sermonis, in nominibus materiam, quia alterum est quod loquimur, alterum de quo loquimur, in conuinctionibus aũt eorum complexum esse iudicauerunt, quas coniunctiones à plerisq; dici scio, sed hæc uide

tur ex ſyndeſmo magis ꝓpria trãſlatio. Paulatim à philoſophis ac maxĩe ſtoicis auctus eſt numerus, ac primum conuinctionibus articuli adiecti, poſt præpoſitiones, noĩbus appellatio, deinde pronomen, deinde mixtum uerbo participiũ, ipſis uerbis aduerbia: Noſter ſermo articulos non deſiderat, ideoq; in alias partes orationis ſparguntur. Sed accedit ſuperioribus interiectio. Alĩ tamen ex idoneis autoribus octo dũtaxat partes ſecuti ſunt, ut Ariſtarchus, & ætate noſtra Palæmon, qui uocabulum, ſiue appellationem nomini ſubiecerunt tanquã ſpecies eius. At ĩ qui aliud nomen, aliud uocabulum faciunt, nouem, nihilo minus fuerunt qui ipſum adhuc uocabulum ab appellatione diducerent, ut eſſet uocabulum corpus uiſu tactuq; manifeſtũ, domus, lectus, appellatio, cui uel alterꝰ deeſt, uel utrũq;, uentus, cælum, deus, uirtus. Adĩciebant & aſſeuerationem, ut heu, & tractationem, ut faſceatim, quæ mihi non approbantur. Vocabulum, an appellatio dicenda ſit προσηγορία, & ſubĩcienda nomini nec ne, quia parui refert, liberum opinaturis relinquo.

Declinare in primis nomina & uerba ſcire oportere pueros, & genera noſſe. Caput. VIII.

NOmina declinare & uerba in primis pueri ſciãt, neq; eñ aliter peruenire ad intellectum ſequentiũ poſſunt, quod etiam admonere ſuperuacuum fuerat, niſi ambitioſa feſtinatiõe pleriq; à poſterioribus inciperent: & dũ oſtentare diſcipulos circa ſpecioſiora malunt, cõpendio morañt. Atq; ſi qs, & didicerit ſatis, & qđ non minus deeſſe interim ſolet, & uoluerit docere quæ didicit, non erit contentus tradere in noĩbus tria gña, & ea quæ ſunt duobus, oñibúsue cõia. Nec ſtatim diligentem putabo, q promiſcua, quæ epicœna dicuñ, oſtenderit, in quibus ſexus uterq; per alterꝰ apparet, aut quæ fœminina poſitione mares, aut neutrali fœminas ſignificant, qualia ſunt muræna, & Gliceriũ. Scrutabiť mille præceptor acer atq; ſubtilis origines noĩm, quæ ex habitu corporis, ut ruffos longoſq; fecerunt. Vbi erit aliud ſecretius, Syllæ, Burri, Galbæ, Plauti, Panſæ, Scauri taliáque, & ex caſu naſcentium, hinc Agrippa & Opiter, & Cordus, & Poſthumus erunt, & ĩs quæ poſt natos eueniunt, unde Vopiſcus. Iam Cotta, Scipiones, Lenates, Serani ſunt: & ex uarĩs cauſis gentes quoq;, ac loca, & alia multa reperias inter nominũ cauſas. In ſeruis iam intercidit illud genus, qđ ducebať a dño, unde marcipores, publipores. Quærat etiã, ſit ne apud Græcos uis quædam ſexti caſus, & apud nos quoq; ſeptimi. Nam cum dico haſta percuſſi, non utor ablatiui natura, nec ſi idem græce dicam datiui τῷ δορί.

De uerbis & uerbalibus. Caput .IX.

SEd in uerbis quoq; quis eſt adeo imperitus, ut ignoret genera, & qualitates, & perſonas & numeros? Literarĩ pene iſta ſunt ludi, & triuialis ſcientiæ. Iam quoſdã illa turbabunt quæ declinationibus non tenẽtur. Nam & quædam participia, an uerbi appellationes ſint dubitari põt: qa aliud alio loco ualẽt, ut lectus, & ſapiẽs. Quædam appellationibus ſimília, ut fraudator, nutritor. Iam, itur in antiquam ſyluam, nõne propriæ cuiuſdam rationis eſt? Nam quod ĩnitium eius ĩnueniás? cui ſimile fletur, accipimus aliter, ut Pandi tur interea domus omnipotentis olympi. aliter, ut totis uſqueadeo turbatur agris. Eſt etiam quidam tertius modus, ut urbs habitatur, unde & campus curritur, mare nauigatur. Pranſus quoq;, atq; potus diuerſum ualent quàm indicant. Quid? q multa uerba non totum declinationis ordinem ferunt? Quædam etiam mutantur, ut fero in præterito. Quædam tertiæ demum perſonæ figura dicuntur, ut licet, piget. Quædam ſimile quiddam patiuntur, uocabulis in aduerbium tranſeuntibus. Nam ut noctu & diu, ita dictu & factu. Sunt enim hæc quoq; uerba participialia quidem, non tamen qualia dicto factoq;.

De uirtutibus & uitijs orationis. Caput. X.

IAm cum oñis oratio tres habeat uirtutes, ut emẽdata, ut dilucida, ut ornata ſit, quia dicere apte, quod eſt præcipuũ, pleriq; ornatui ſubĩciũt, totidem uitia, quæ ſunt ſupradictis contraria, emendate loquendi regulã, quæ grãmatices prior eſt ps, examinet. Hæc exigiť uerbis, aut ſingulis, aut pluribus. Verba nunc gñaliter accipi uolo: nam duplex eorꝰ intellectus eſt, alter, q oĩa per quæ ſermo nectitur ſignificat, ut apud Horatium, Verbaq; ꝓuiſam rẽ non inuita ſequenť: alter, in quo eſt una pſonis lego, ſcribo. Quã uitãtes ambiguitatẽ quidã dicere maluerũt, uoces, dictiones, locutiões, ſingula ſunt, aut nña, aut pegri

na,aut ſimplicia,aut cõpoſita,aut propria,aut tranſlata,aut uſitata,aut ficta. Vni uerbo ui tium ſæpius quàm uirtus ineſt. Licet em̃ dicamus aliquid propriũ,ſpecioſum,ſublime,ni hil tñ horum,niſi in complexu loquẽdi,ſerieq; contingit. Laudamus em̃ uerba rebus bñ accõmodata. Sola eſt,quæ notari poſſit uelut uocalitas,quæ εὐφωνία dicit̃, cuius ĩ eo dele ctus eſt,ut inter duo,quæ idem ſignificant,ac tantundẽ ualent,quod melius ſonet,malis. Prima barbariſmi,ac ſolœciſmi fœditas abſit. Sed quia interim excuſant̃ hæc uitia,aut cõ ſuetudine,aut autoritate,aut uetuſtate,aut deniq; uicinitate uirtutũ (Nam ſæpe à figuris ea ſeparare difficile eſt) ne quẽ tam lubrica obſeruatio fallat,acriter ſe in illud tenue diſcri men grammaticus intendat,de quo nos latius ibi loquemur,ubi de figuris oꝝonis tractan dum erit. Interim uitiũ quod fit ſingulis uerbis,ſit barbariſmus. Occurrat mihi forſan alĩ quis, quid hic promiſſo tanti operis dignũ? aut quis hoc neſcit,alios barbariſmos ſcriben do fieri,alios loquendo? quia quod male ſcribit̃,male etiam dici neceſſe eſt: qui uitioſe di xerit,non utiq; & ſcripto peccat. Illud prius additione,detractione,ĩmutatione,tranſmu tatione: hoc ſecundũ,diuiſione,complexione,aſpiratione,ſono cõtineri. Sed ut parua ſint hæc,pueri docentur adhuc,& grãmaticos officiũ ſui commonemus. Ex quibus ſiquis erit plane impolitus,& ueſtibulũ modo artis huius ingreſſus,intra hæc quæ profitentiũ com mentariolis uulgata ſunt,conſiſtet,doctiores multa adĩcient,uel hoc primum,q; barbarĩ ſmũ pluribus modis accipimus: Vnum in gẽte,quale ſit,ſiquis Afrũ,uel Hiſpanũ latinæ orationi nomẽ inſerat,ut ferrum,quo rotæ uinciunt̃,dici ſolet canthus,quanquam eo tan quam recepto utit̃ Perſius,ſicut Catullus ploxenum circa Padum inuenit,& in oratione Labieni,ſiue illa Cornelĩ Galli eſt,in Pollionem,caſnar aſſectator è Gallia ductũ eſt,nam maſtrugam,quod Sardum eſt, illudens Cicero ex induſtria dixit: Alteq; genus barbariſ ſmi accipimus,quod fit animi natura, ut is à quo ĩſolẽter quid,aut minaciter,aut crudelit̃ dictum ſit,barbare locutus exiſtimatur: Tertium eſt illud uitium barbariſmi,cuius exem pla uulgo ſunt plurima,ſibi etiam quiſq; fingere poteſt,ut uerbo cui libebit,adĩciat lr̃am ſyllabámue,uel detrahat,aut aliam p alia,aut eandẽ alio,quàm rectũ eſt,loco ponat. Sed quidam fere in iactationẽ eruditionis, ſumere illa ex poetis ſolent,& autores quos præle gunt criminant̃. Scire aũt debet puer,hæc apud ſcriptores carminũ,aut uenia digna, aut etiam laude duci,potiusq; illa docẽdi erunt minus uulgata. Nam duos in uno nomine fa ciebat barbariſmos Tinga Placentinus,ſi reprehendenti Hortenſio credimus,preculã pro pergulam dicens,& immutatione cum c pro g uteretur, & tranſmutatione cum r præpo neret e antecedenti. At in eadẽ uitĩ geminatione,et Metieo Suffecieo dicens Ennius,poe tico iure defendit̃. Sed in proſa quoq; eſt quædã iam recepta immutatio. Nam Cicero ca nopitaq; exercitum dicit, ipſi canobon uocant,& thraſumenum p thraſomeno,multi au tores,etiam ſi eſt in eo tranſmutatio,uendicauerunt,ſimiliter alia: nam ſiue eſt falſum aſ ſentior,Siſenna dixit aſſentio,multiq; & hunc & analogiam ſecuti,ſiue illud ueq; eſt,hæc quoq; pars conſenſu defenditur. At ille pexus,pinguiſq; doctor,aut illic detractionẽ,aut hic adiectionem putabit. Quid? q; quædam quæ ſingula proculdubio uitioſa ſunt,iuncta ſine reprehenſione dicunt̃? Nam dua & tre & pondo diuerſorum generum ſunt barbarĩ ſmi: At duapondo,& trepõdo,uſq; ad noſtram ætatem ab oñibus dictum eſt,& recte di ci Meſſala confirmat. Abſurdum forſan uideat̃ dicere barbariſmum, quod eſt unius uerbi uitium,fieri per numeros,aut genera,ſicut ſolœciſmũ: ſcala tñ,& ſcopa, cõtraq; hordea, & mulſa,licet literarum mutationem,detractionem, adiectionem non habeant, non alio uitioſa ſunt,quã q; pluralia ſingularit̃,& ſingularia pluraliter efferunt̃: & gladia qui dixe runt,genere exciderunt. Sed hoc quoq; notare contentus ſum, ne arti culpa quorundam peruicacium perplexe uidear & ipſe quæſtionem addidiſſe. Plus exigunt ſubtilitatis,quæ accidunt in dicẽdo uitia,quia exempla eorũ tradi ſcripto non poſſunt, niſi cum in uerſus inciderũt,ut diuiſio διαίρεσις europai,& ei contrariũ uitiũ,qđ συναίρεσιν & συναλοιφὴν græ ci uocant, nos complexionem dicimus, qualis eſt apud P. Varronem, Cum te flagranti deiectũ fulmine Phæton. Nam ſi eſſet proſa oratio, eaſdẽ literas enuntiare ueris ſyllabis licebat. Præterea quæ fiũt ſpatio,ſiue cũ ſyllaba correpta producitur,ut Italiam fato pro-

fugus,seu longa corripiť,ut Vnius ob noxam & furias,extra carmen non deprehendas, sed nec in carmine uitia ducenda sunt. Illa uero non nisi aure exigũtur, quæ fiunt per sonos, quanq̃ per aspirationem, siue adiicitur uitiose, siue detrahiť,apud nos potest quæri,an in scripto sit uitium,si h litera est,non nota,cuius quidem ratio mutata cum tẽporibus est sæpius. Parcissime ea ueteres usi etiam in uocalibus,cũ œdos, ircosq̃ dicebant. Diu deinde reseruatũ, ne consonantibus aspiraretur,ut in Graccis,& triumpis. Erupit breui tempore nimius usus,ut choronæ,chenturiões,præchones adhuc quibusdam inscriptiõibus maneant. Qua de re Catulli nobile epigramma est. Inde durat ad nos usq̃ uehementi,& comprehẽdere,& mihi. nam mehe quoq̃ pro me apud antiquos tragœdiarum præcipue scriptores in ueteribus libris inuenimus. Adhuc difficilior obseruatio est p tenores,quos quidem ab antiquis dictos tonores cõperi,ut uidelicet declinato à græcis uerbo,qui τόνους dicunt,uel accentus,quas græci προσῳδίας uocant, cum acuta & grauis alia p alia ponit, ut in hoc Cámillus,si acuitur prima, aut grauis pro flexa, ut Céthegus, & hic prima acuta. Nã si media mutať,aut flexa p graui,aut grauis p apice circunducta sequetur:quã ex duabus syllabis in unam cogentes,& deinde flectẽtes duplicit peccant.Sed id sæpius in græcis nominib⁹ accidit,ut Atreus:quẽ nobis iuuenibus doctissimi senes acuta prima dicere solebant,ut necessario scda grauis esset. Item Terei, Nereiq̃. Hæc de accentibus tradita. Cæterꝝ iam scio quosdam eruditos,nõnullos etiam grãmaticos sic docere,ac loqui,ut propter quædam uocũ discrimina uerbum interim acuto sono finiant,ut in illis, Quæ circũ littora,circũ piscosos scopulos, ne si grauem posuerint secundam, circus dici uideať, non circuitus. Item quantũ,quale,interrogantes graui,cõparantes acuto tenore concludunt, quod tñ in aduerbijs fere solis,ac pronominibus uẽdicant,in cæteris ueterẽ legem sequũtur. Mihi uideť conditionem mutare,q̃ his locis uerba coniũgimus. Nam cum dico circũ littora,tanq̃ unum enũtio dissimulata distinctione. itaq̃ tanquã in una uoce,una est acuta. qđidem accidit in illo,Troiæ qui primus ab oris. Euenit ut metri quoq̃ cõditio mutet accẽtum,ut Pecudes pictæq̃ uolucres. Nam uolúcres media acuta legam,quia & si natura breuis,tñ positione longa est,ne faciat iambum,quem non recipit uersus herous. Separata uero hæc,à præcepto nostro non recedent,aut si consuetudo uicerit,uetus lex sermonis abolebiť,cuius difficilior apud græcos obseruatio est,quia plura illis loquẽdi genera, quas διάλεκτους uocant,& quod aliâs uitiosum,interim aliâs rectũ est,apud nos uero breuissima ratio. Nam q̃ in oñi uoce,acuta intra numerum trium syllabarꝝ continetur, siue eæ sint in uerbo solæ, siue ultimæ,& in his aut proxima extremæ, aut ab ea tertia. Trium porro,de quibus loquor,media longa,aut acuta,aut flexa erit,eodẽ loco breuis utiq̃ grauem habebit sonũ,ideoq̃ positam ante se.i.ab ultima tertiam acuet.Est aũt in omni uoce utiq̃ acuta,sed nunq̃ plus una.nec ultima unq̃.ideoq̃ in dissyllabis prior. Præterea nunq̃ in eadem flexa, & acuta, quia eadem flexa, ex acuta itaq̃ neutra claudet uocem latinam. Ea uero quæ sunt syllabæ unius,erũt acuta aut flexa,ne sit aliqua uox sine acuta. Et illa p sonos accidũt, quæ demonstrari scripto non possunt,uitia oris, & linguæ, ἰωτακισμοῦς,& λαβδακισμοὺς & ἰσχνοθέτας & πλατασμοὺς feliciores fingendis nõibus græci uocãt: sicut κοιλοσομίαν cum uox quasi in recessu oris audiť. Sunt etiam proprij quidam & innumerabiles soni,quibus nonnũquam nationes reprehendimus. Remotis igitur omnibus,de quibus supra diximus,uitijs, erit illa quæ uocatur ὀρθοέπεια .i. emendata cum suauitate uocũ explanatio. Nam sic accipi potest recta. Cætera uitia oñia ex pluribus uocibus sunt,quorum est solœcismus, quanquã circa hoc quoq̃ disputatũ est. nam etiam qui contextu, uel complexu orationis accidere eum confitentur,quia tamen unius emendatione uerbi corrigi possit,in uerbo esse uitium,non in sermone,contendunt,cum siue amaræ corticis,seu medio cortice,per genus facit solœcismum, quorum neutrum quidem reprehendo, cum sit utriusq̃ Virgilius autor. Sed fingamus, utrumlibet non recte dictum, mutatio uocis alterius,in qua uitium erat,rectam loquẽdi rationem sic reddit,ut amari corticis fiat, uel media cortice,quod manifeste calũniæ est:neutrum enim uitiosum separatum est,sed cõpositione peccatur,quæ iam sermonis est,Illud eruditius quæritur,an in singulis quoque

uerbis possit fieri solœcismus, uti si unum quis ad se uocans dicat, uenite, aut si plures à se dimittens, ita loquatur, abi, aut discedet? Necnon cũ responsum ab interrogante dissentit, ut si dicenti, quem uideo, ita occurras, ego. In gestu etiam nonnulli putant illud idem uitium inesse, cum aliud uoce, aliud nutu, uel manu demonstrat. Huic opinioni neq; omnino accedo, neq; plane dissentio: nam id fateor posse accidere uoce una, non tamẽ aliter, quàm si sit aliquid, quod uim alterius uocis obtineat, ad quod uox illa referat, ut solœcismus ex complexu fiat eorum, quibus res significantur, & uolũtas ostenditur. Atq;, ut omnem effugiam cauillationem, fit aliquando in uno uerbo, nunquam in solo uerbo. Per quot autẽ, & quas accidat species, non satis conuenit, qui planissime, quadripertitam uolũt esse rationem, nec aliam quàm barbarismi, ut fiat adiectiõe, ut Veni de Susis in Alexandriam. Detractiõe, ambulo uiam, Aegypto uenio, nec hoc fecit. Transmutatione, qua ordo turbat, quoq; ego enim hoc uolui, autem non habui. Ex quo genere an sit igitur in initio sermonis positum dubitari potest, quia maximos autores in diuersa fuisse opinione uideo, cum apud alios sit etiam frequens, apud alios nunq; reperiatur. Hæc tria genera quidam diducũt à solœcismo, & adiectionis uitiũ πλεονασμὸν, detractionis ἔλλειψιν, inuersionis ἀναστροφὴν uocant: quæ si in speciem solœcismi cadant, ὑπερβατὸν quoq; appellari eodem modo posse. Immutatio sine controuersia est cum aliud pro alio ponit. Id per oẽs orationis partes deprehendimus, frequentissime in uerbo, quia plurima huic accidũt, ideoq; in eo fiũt solœcismi per genera, tpa, personas, modos, siue cui stat? eos dici, seu qualitates placet, uel sex, uel ut alij dicunt, octo: nam totidem uitiorũ erunt formæ, in quot species eorũ quodq;, de quibus supradictum est, diuiseris. Præterea numeros, in quibus nos singularẽ, ac pluralem habemus, Græci & δυικὸν, quanq; fuerunt, qui nobis quoq; adiicerẽt dualem, scripsere, legere, quod deuitandæ asperitatis gratia mollitũ est, ut apud ueteres pro male mereris, male mererе, ideoq; quod uocant duale, in illo solo genere consistit, cũ apud Græcos & in uerbi tota fere ratione, & in nominibus deprehendatur, & sic quoq; rarissimus eius sit usus: apud nostrorum uero neminem hæc obseruatio reperiatur, quin è cõtrario, Deuenere locos, & Conticuere oẽs, & Consedere duces, apte nos doceant, nil horũ ad duos pertinere: Dixere quoq;, quanq; id Antonius Rufus ex diuerso ponit exẽplum, de pluribus patronis præconuntiet. Quid? non Liuius circa initia statim primi libri, Tenuere, inquit, arcẽ Sabini, & mox, in aduersum Romani subiere? Sed quẽ potius ego, q̃ M. Tulliũ sequar? q̃ in oratore, Non reprehendo, inqt, scripsere, scripserũt esse uerius sentio. Sil? ne in uocabulis, & nominibus fit solœcismus genere, numero: ꝓprie aũt casibus, quicqd eorũ alteri succedet, huic parti subiunganẽ licet, per cõparationes, & superlatiões, itẽq; in quibus patriũ ꝓ possessiuo dicit, uel contrà. Nam uitiũ quod fit per quantitatẽ, ut magnũ peculiolũ, erunt qui solœcismũ putẽt, quia pro nomine ĩtegro positũ sit diminutũ. At ego dubito, an id improprium potius appellẽ, significatione eñ deerat. solœcismi porro uitiũ, non est in sensu, sed in cõplexu. In participio ꝓ genus, & casũ, ut in uocabulo: per tpa, ut ĩ uerbo, per numerũ, ut in urroq;, peccat. Pronomẽ quoq; gen?, numerũ, casus habet, quæ oĩa recipiũt hmõi errorẽ. Fiunt solœcismi, & quidẽ plurimi per partes orationis, sed id tradere satis nõ est, ne itademũ uitiũ credat esse puer, si ꝓ alia ponat alia: ut uerbũ ubi nomẽ eẽ debuerit, uel aduerbiũ ubi pronomẽ, & similia. Nam sunt quædam cognata, ut dicũt, id est, eiusdẽ generis, in quibus, qui alia specie quàm oportet utet, nõ minus q̃ ipso genere permutato, deliquerit. Nam & an, & aut coniũctiones sunt, male tñ interroges, hic aut ille sit, & ne ac nõ aduerbia, qui tñ dicat pro illo ne feceris, non feceris, in idẽ incidat uitiũ, quia alterũ negandi est, alterum uetandi: hoc amplius, intro & intus loci aduerbia, eo tamen intus, & intro sum, solœcismi sunt. Eadem in diuersitate pronominum, interiectionum, præpositionũ accidẽt. Est enim solœcismus in oratione comprehensionis unius sequẽtium, ac priorum inter se inconueniens positio. Quædam tamen & faciẽ solœcismi habent, & dici uitiosa non possunt, ut tragœdia Thyestes, & ludi Floralia, ac Megalesia, quanquã hæc sequẽti tempore interciderunt, nũquam aliter à ueteribus dicta. Schemata igitur nominabunt, frequentiora quidẽ apud poetas, sed oratoribus quoq; permissa. Verum schema fere habebit aliquã

Petrus Mosell. legit: Nec uero reprehenderim scripsere, alij scripserũt esse uerius sentio.

rationem,ut docebimus eo,quem pauloante promiſimus,loco. Sed hoc quoq; quod ſchema uocatur,ſi ab aliquo per imprudentiam factũ erit,ſolœciſmi uitio non carebit. In eadem ſpecie ſunt,ſed ſchemate carent,ut ſupra dixi,nomĩa fœminina, quibus mares utuntur,& neutralia,quibus fœminæ. Hactenus de ſolœciſmo.neq; enim artẽ grammaticam componere aggreſſi ſumus:ſed cũ in ordinẽ incurreret,inhonoratam tranſire noluimus. Hoc amplius, ut inſtitutũ ordinem ſequar, uerba aut latina, aut pegrina ſunt. Peregrina porro ex omnibus prope dixerim gẽtibus,ut homines,ut inſtituta etiam multa uenerũt. Taceo de Thuſcis,& Sabinis,& Prænestinis quoq;:nam ut eorum ſermone utentem Vectium Lucillius inſectatur,quemadmodum Pollio deprehẽdit in Liuio patauinitatem,licet oĩa Italica ꝑ Romanis habeam:pluríma gallice ualuerunt,ut rheda,& petoritũ quoq;,quoꝝ altero Cicero tamen,altero Horatius utiť,& mappam quoq;,uſitatum circo nomẽ,Pœni ſibi uẽdicant,& gurdos,quos ꝑ ſtolidis accipit uulgus, ex Hiſpania duxiſſe originẽ audiui. Sed hæc diuiſio mea,ad græcum ſermonẽ præcipue ptinet,nam & maxima ex pte Romanus inde conuerſus eſt.Et confeſſis quoq; Græcis utimur uerbis,ubi noſtra deſunt,ſicut illi à nobis nonnunq̃ mutuanť. Inde illa quæſtio exoritur,an eadẽ ratiõe per caſus duci exťna,qua noſtra,conueniat. At ſi repias grammaticum uetꝝ amatorẽ,neget quicq̃ ex latina ratione mutandũ,quia cum ſit apud nos caſus ablatiuus,quẽ illi non hñt, paꝝ conueniat uno caſu noſtro,quinq; græcis uti.Quinetiam laudet uirtutẽ eoꝝ,qui potentiorẽ facere linguam latinam ſtudebant,nec alienis egere inſtitutis fatebanť. Inde Caſtorem media ſyllaba ꝑducta ꝑnuntiarunt,quia hoc noſtris nominibus accidebat,quorũ prima poſitio in eaſdem,quas Caſtor lr̃as exit.Et ut Palæmo, ac Thelamo &Plato(nã ſic eum Cicero quoq; appellat)dicerenť,retinuerunt,quia latinum quod o & n literis finiretur,non repiebant. Nec in a quidem atq; s lr̃as exire temere maſculina græca nomina recto caſu patiebanť. Ideoq; & apud Cœliũ legimus, Pelia Cincinnatus, & apud Meſſalã, bene fecit Euthia,& apud Ciceronem,Hermagora:Ne miremur,ꝙ ab antiquoꝝ pleriſq;,Aenea & Anchiſa ſit dictus. Nam ſi ut Mecœnas,Suffenas,Aſprenas dicerenť,grõ caſu non æ litera, ſed tis ſyllaba terminarenť. Inde olympo & tyranno acutam mediam ſyllabam dederũt,quia duabus longis ſequentibus,primam breuẽ acui, noſter ſermo nõ patiť. Sic gtũs Achilli,& Vlyſſi fecit,ſic alia pluríma. Nunc recentiores inſtituerũt, græcis nominibus græcas declinationes potius dare,quod tñ ipſum non ſemper fieri poteſt.Mihi aũt placet latinam rationem ſequi,quouſq; patitur decor.Neq; enim iam Calypſonem dixerim,ut Iunonem,quanq̃ ſecutus antiquos C. Cæſar utiť hac ratione declinandi.Sed autoritatem conſuetudo ſuperauit. In cæteris quæ poterunt utroq; modo nõ indecenter efferri,qui græcam figuram ſequi malet,non latine qdem,ſed citra reprehẽſionem loquetur.Simplices uoces prima poſitione,id eſt natura ſua conſtant, cõpoſitæ aũt præpoſitionibus ſubiunguntť,ut innocens,interdum repugnantibus inter ſe duabus,quale eſt imperterritus,alioqui poſſunt aliqñ continuari duæ,ut incõpoſitus,reconditus,& quo Cicero utitur,ſubabſurdum,aut è duobus quaſi corporibus coaleſcunt,ut maleficus. Nam ex tribus,noſtræ utiq; linguæ non conceſſerim,quamuis capſis Cicero dicat compoſitũ eſſe ex cape & ſi uis,& inueniant qui lupercalia,æque tres partes oſonis eſſe cõtẽdant,quaſi luere ꝑ caprũ:nam ſolitaurília, iã perſuaſum eſt eſſe ex ſue oue & tauro. Et ſane ita ſe habet ſacrum,quale apud Homerũ quoq; eſt. Sed hæc nõ tam ex tribus quàm ex particulis triũ coeunt.Cæteꝝ etiam ex præpoſitiõe,& duobus uocabulis dure uideť ſtruxiſſe Pacuuius, Nerei repandroſtrum incuruiceruicum pecus. Iunguntur aũt, aut ex duobus latinis integris,ut ſuperfui & ſubterfugi,quanq̃ ex integris an cõpoſita ſint quæriť:aut ex integro & corrupto,ut maleuolus:aut ex corrupto & integro,ut noctiuagus:aut duobus corruptis,ut pediſequus:aut ex nſo & pegrino,ut biclinium:aut cõtra,ut epitogium,& anticato,aut ex duobus peregrinis,ut epirhedium.Nam cũ ſit præpoſitio ἐπὶ græca, rheda gallicum,nec Græcus tamẽ,nec Gallus utiť compoſito,Romani ſuum ex utroq; alieno fecerunt.Frequenter aũt præpoſitiões quoq; copulatio iſta corrumpit,inde abſtulit,aufugit, amiſit,cum præpoſitio ſit ab ſola:& coit,cũ ſit præpoſitio con, ſic ignaui & erep.& ſimi-

sia. sed res tota magis Græcos decet, nobis minus succedit, nec id fieri naturaputo, sed alienis fauemus, ideoq; cum κυρταύχενα mirati sumus, incuruiceruicum uix à risu defendimus. Propria sunt uerba, cum id significant, in quod primo denominata sunt. Translata, cum aliu m natura intellectum, alium loco præbent. Vsitatis tutius utimur. Noua nõ sine quodam periculo fingimus. Nam si recepta sunt, modicã laudẽ afferunt oratori, repudiata, etiam in iocos exeunt. Audendum tñ, nanq; ut Cicero ait, etiam quæ primo dura uisa sunt, usu molliunt. Sed minime nobis cõcessa est ὀνοματοποιία: quis em̃ ferat, siquid simile illis merito laudatis λίγξ βιὰι & σιζῆ ἄνεμος fingere audeamus? Iam ne balare quidẽ, aut hinnire fortiter diceremus, ni si iudicio uetustatis niterentur. Est etiam sua loquentibus obseruatio, sua scribentibus. Sermo constat ratione, uetustate, auctoritate, consuetudine. Rationem præstat præcipue analogia, nonnunquã & etymologia. Vetera, maiestas quædam, & ut sic dixerim, religio cõmendat. Autoritas ab oratoribus uel historicis peti solet. Nam poetas metri necessitas excusat: nisi siquando nihil impediẽte in utroq;, modulatione pedũ alterũ malunt, qualia sunt, Imo de stirpe recisum: & Aeriæ quo congessere palũbes, & Silice in nuda, & similia, cum summorum in eloquẽtia uirorum iudiciũ, pro ratione, & uel error honestus est, magnos duces sequẽtibus. Cõsuetudo uero certissima loquẽdi magistra, utẽdumq; plane sermone, ut numo, cui publica forma est. Omnia tamen hæc exigunt acre iudiciũ. Analogia præcipue, quam ꝓxime ex græco transferentes in latinũ, ꝓportionẽ uocauerunt: Eius hæc uis est, ut id quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non quæritur, referat, ut incerta certis ꝓbet. Quod efficit duplici uia, comparatione similium, in extremis maxime syllabis (propter quod ea quæ sunt è singulis, negant debere ratione) & diminutiõe. Compatio in nominibus, aut genus deꝑhẽdit, aut declinationẽ. Genus, ut si quærat funis masculinũ sit, an fœmininũ, sile illi sit panis. Declinatione, ut si ueniat in dubiũ, hac domu dicẽdum sit, an hac domo, & domuũ an domoꝝ, similia sunt domus, anus, manus. Diminutio genus modo detegit. Et ne ab eodem exẽplo recedam, funẽ masculinum esse funiculus ostendit. Eadem in uerbis quoq; ratio comparationis, ut si quis antiquos secutus, feruere breui media syllaba dicat, deprehendat uitiose loqui, ꝙ oĩa quæ e & o literis fatendi modo terminantur, eadẽ si in infinitis e literam media syllaba acceperunt, utiq; productam habent, prandeo, pendeo, spondeo, prandere, pendere, spondere. At quæ o solam habent, dummodo per eandem literam in infinita exeant, breuia fiunt lego, dico, curro, legere, dicere, currere. Etiamsi est apud Lucilium: Feruit aqua & feruet, feruit nũc, feruet ad annũ. Sed pace dicere hoĩs eruditissimi liceat, si feruit putat illi simile currit & legit, feruo dicetur, ut curro & lego, quod nobis inauditum est. Sed nõ est hæc uera cõparatio: nam feruit illi est simile seruit, quam proportionẽ sequenti dicere necesse est feruire, ut seruire. Prima quoq; aliqñ positio ex obliquis inuenitur, ut memoria repeto conuictos à me qui reꝑhenderant, ꝙ hoc uerbo usus essem pepigi. Nam id quidẽ dixisse summos autores confitebantur, rõnem tamen negabant permittere, quia prima positio paciscor, cũ haberet naturam patiendi, faceret tempore præterito pactus sum. Nos præter autoritatem oratorum atq; historicorum, analogia quoq; hoc dictum tuebamur. Nam cum in duodecim tabulis legerimus, ni ita pagunt, inueniebamus simile huic cadũt: Inde prĩa positio, etiam si uetustate exoleuerat, apparebat pago, ut cado: unde non erat dubiũ, sic pepigi nos dicere, ut cecidi. Sed meminerimus, nõ per omnia duci analogiæ posse rationẽ, cum sibi ipsa plurimis in locis repugnet. Quædam sine dubio conant eruditi defendere, ut cum deprehensum est lepus & lupus simili positione, quantum casibus numerisq; dissentiant, ita respondent, non esse paria: quia lepus epicœnum sit, lupus masculinũ, quanq; Varro, in eo libro quo initia Romanæ urbis enarrat, lupum fœminam dicit, Enniũ, pictoremq; Fabium secutus. Illi autem ĩdem cum interrogantur, cur aper apri, & pater patris faciat, illud nomen positum, hoc ad aliquid esse contendunt. Præterea quoniam utrunq; à Græcis ductum est, ad eam rationem recurrũt, ut πατρός patris, κάπρος apri faciat. Illa tamẽ quo modo effugiẽt, ut nomina quamuis fœminina, singulari nominatiuo us finita, nũ genitiuo casu in ris syllabam terminantur, faciat tamẽ Venus Veneris? Item cum e s li- *Analogia.*

teris finita per uarios exeant gtōs, nunquam tñ eadem ris syllaba terminatos, Ceres cogat dici Cereris? Quid uero, quæ tota positionis eiusdē in diuersos flexus exeunt? cum Alba faciat albanus & albensis, uolo uolui & uolaui. Nam præterito quidē tpe, uarie formari uerba prima persona o litera terminata, ipsa analogia confitet. Siquidē facit cado cecidi, spōdeo spopōdi, pingo pinxi, lego legi, pono posui, frango fregi, laudo laudaui. Non em̄ cum primū fingerentur homines, analogia demissa cælo, formam loquēdi dedit, sed inuēta est postq̄ loquebant, & notatū in sermone, qd quo modo caderet. itaq; non rōne nitit, sed exēplo, nec lex est loquēdi, sed obseruatio, ut ipsam analogiam nulla res alia fecerit, q̄ consuetudo. Inhærent tñ quidam molestissima diligentiæ puersitate, ut audaciter potius dicant, q̄ audacter, licet oēs oratores aliud sequantur, et emicauit nō emicuit, & conire nō coire. His pmittamus & audiuisse, & sciuisse, & tribunale, & faciliter dicere, frugalis quo q; sit apud illos nō frugi, nam quo alio modo fiat frugalitas? Idem centū milia nummū, & fidē deūm ostendant, duplices quoq; solœcismos esse, qñ & casum mutant & numerū. Nesciebamus enim, ac non cōsuetudini & decori seruiebamus, sicut in plurimis, quæ Tullius in oratore diuine, ut omnia, exequit. Sed Augustus quoq; in epistolis ad C. Cæsarem scriptis emendat, q; is caldū dicere, q̄ calidum malit, non quia illud nō sit latinū, sed quia sit odiosum, & ut ipse græco uerbo significauit περίεργον. Atq; hanc quidam ὀρθοέπειαν solā putant, quam ego minime excludo: Quid em̄ tam necessariū, quàm certa locutio? imò inhærēdum ei iudico quoad licet, diu etiam mutantibus repugnandū, sed abolita atq; abrogata retinere, insolētiæ cuiusdā est, & friuolæ in paruis iactantiæ. Multū em̄ est literatus, q sine aspiratiōe & producta secūda syllaba salutauit, auete (est em̄) & caleface dixerit potius, quàm quod dicimus & cōseruauisse. iis adiiciat face, & dice, & similia. Recta est hæc uia, qs negat? sed adiacet & mollior, & magis trita. Ego tñ non alio magis angor, quàm q; obliquis casibus ducti, etiā primam sibi positionē non inuenire, sed mutare pmittūt, ut cū ebur & robur ita dicta ac scripta in summis autoribus, in o literam secūdæ syllabæ transferunt, quia sit roboris & eboris. Sulfur aūt & guttur u lr̄am in genitiuo seruent, ideoq; iecur etiā & femur cōtrouerfiam fecerūt, quod nō minus est licentiosum, quàm si sulfuri & gutturi subiicerēt in gtō lr̄am o mediā, quia esset eboris & roboris, sicut Antonius Gnifo, qui robur quidē & ebur atq; etiam marmur fatet esse, ueq; fieri uult ex his robura, ebura, marmura. Quod si animaduerterēt literaq; affinitatē, scirent sic ab eo quod est robur, roboris fieri, quō ab eo quod est miles, limes, militis, limitis, iudex, uindex, iudicis, uindicis, & quæ supra iam attigi. Quid? non similes quoq; (ut dicebam) positiōes, in lōge diuersas figuras p obliquos casus exeūt, ut uirgo, luno, fusus, lusus, cuspis, puppis, & mille alia, cū illud etiam accidat, ut quædam pluralit non dicant, quædam cōtra singulari nūero, quædā casibus careant, quædam à primis statim positiōibus tota mutent, ut Iupiter. Qd uerbis etiam accidit, ut fero, tuli, cuius præteritū pfectū, & ulterius nō inuenit. Nec plurimū refert, nulla hæc, an prædura sint. Nam quid pgenies gtō singulari, quid spes plurali faciet? Quō aūt quire & ire, uel in præterita patiēdi modo, uel in participia transibunt? Quid de alīs dicam, cū senatus senatus senatui, an senatus senati senato faciat, incertū sit? Quare mihi nō inuenuste dici uidet, aliud esse latine, aliud grammatice loq. Hæc de analogia nimiū. Etymologia, quæ uerboq; originē inquirit, à Cicer. dicta est notatio, quia nomen eius apud Aristo. inuenit ἐτυμολογ, qd est nota: nam uerbum ex uerbo ductum, id est uerisloquiū, ipse Cicero q finxit, reformidat. Sunt qui uim potius intuiti, originationē uocēt. Hæc habet aliqñ usum necessariū, quoties interpretatione res, de qua quærit, eget, ut cū M. Cælius se esse hominē frugi uult pbare, nō quia abstinēs sit (nam id ne mentiri quidē poterat) sed quia utilis multis, id est fructuosus, unde sit dicta frugalitas. Ideoq; in definitionibus assignat etymologiæ locus. Nōnunq; etiam barbara ab emēdatis conat discernere, ut cū triquetrā dici Siciliam, an triquedrā, meridiē, an medidiem oporteat, quærit, aliaq; quæ cōsuetudini seruiūt. Continet aūt in se multā eruditionē, siue illa ex Græcis orta tractemus, quæ sunt plurima, præcipueq; æolica rōne, cui est sermo noster simillimus, declinata, siue ex historiaq; ueteq; notitia nomina hominū, locoq;, gētium, urbium, regramus,

unde Bruti, Publicolæ, Pithici, cur Latiũ, Italia, Beneuentũ, quæ capitoliũ, & collẽ quirinalẽ, & Argiletũ appellãdi rõ. Iam illa minora, in qbus maxĩe ſtudioſi eius rei fatigant, q̃ uerba paulũ declinata uarie & multipl'r, ad ueritatẽ reducunt, aut correptis, aut porrectis, aut adiectis, aut detractis, aut pmutatis lr̃is ſyllabis ue. Inde prauis ingenijs ad fœdiſſima uſq; ludibria dilabunt: Sit ne cõſul à cõſulẽdo, an à iudicando. Nã & hoc cõſulere ueteres uocauerũt. Vnde adhuc remanet illud, rogat boni cõſulas, id eſt bonũ iudices. Sena tui nomẽ dederit ætas: nã ĩdẽ pr̃es ſunt, & rex & rector, & alia plurima ĩdubitata, nec abnuerim tegulæ, regulæq;, & ſimiliũ his, rõnẽ. Iam ſit & claſſis à calãdo, & lepus leuipes, & uulpes uolipes, et etiam *interpretationẽ rectam ſequendã, improbandã contrariã, ne* à cõtrarijs aliq̃ ſinamus trahi, ut lucus, qa umbra opacus parũ luceat, & ludus, quia ſit longiſſime ab luſu, & dis qa mime diues, etiã ne hoiem appellari, quia ſit humo natus, quaſi uero nõ oĩbus aĩalibus eadẽ origo, aut illi primi mortales ante nomen ĩpoſuerint terræ quàm ſibi, et uerba ab aere uerberato. Pergamus, ſic perueniemus eouſq;, ut ſtella luminis ſtilla credatur, cuius etymologiæ autorem clarũ ſane in literis nominari in ea parte qua à me reprehendi tur, inhumanum eſt: qui uero talia libris cõplexi ſunt, nomina ſua ipſi inſcripſerunt, ingenioſeq; ſibi uiſus eſt Caius cælibes dicere ueluti cælites, quod onere grauiſſimo uacent, id q; græco argumento iuuit: κὰϐέους em̃ eadem de cauſa dici affirmat. Nec ei cedit Modeſtus in inuentione. Nam quia Cælo Saturnus genitalia abſciderit, hoc noĩe appellatos, q uxore careant. At Lælius pituitam, quia petit uitam. Sed cui non poſt Varronem ſit ueniã qui agrum q; in eo agat aliquid, & graculos quia gregatim uolẽt, dictos Ciceroni perſuadere uoluit (ad eum enim ſcribit) cum alterum ex græco ſit manifeſtum duci, alterum ex uocibus auium, ſed hoc tanti fuit uertere, ut merula, quia ſola uolat, quaſi mera uolãs nominaretur. Quidam non dubitauerunt etymologiæ ſubijcere oẽm nominis cauſam, ut ex habitu, quemadmodum dixi, longos & ruſſos, ex ſono ſtrepere, murmurare, etiam deriuata, ut à uelocitate dicitur uelox, & compoſita pleraq; his ſimilia, quæ ſine dubio aliunde originem ducunt, ſed arte non egent. cuius in hoc opere non eſt uſus niſi in dubijs.

De uetuſtis uerbis, & quibus uerbis ſit utendum. Caput .XI.

VErba & à uetuſtate repetita non ſolum magnos aſſertores habent, ſed etiam afferũt oroni maieſtatẽ aliquam non ſine delectatione: nam & autoritatem antiquitatis habẽt: & quia intermiſſa ſunt, grãm nouitati ſimilem parant. Sed opus eſt modo, ut neq; crebra ſint hæc, nec manifeſta, quia nihil eſt odioſius affectatione, nec utiq; ab ultimis & iam obliteratis repetita tpibus, qualia ſunt toper, & antigerio, & exãclare, & pſapia, & Salioꝝ carmina uix ſacerdotibꝰ ſuis ſatis intellecta. Sed illa mutari uetat religio, & cõſecratis utẽdum eſt. Oratio uero cuius ſumma uirtus eſt pſpicuitas, q̃ ſit uitioſa, ſi egeat interp̃te. Ergo ut nouoꝝ optima erũt maxime ueteꝝ, ita ueteꝝ maxime noua. Similis circa autoritatẽ rõ. Nam etiã ſi põt uideri nihil peccare, q utiẽ his uerbis, quæ ſummi autores tradiderũt, multum tñ refert, non ſolũ quid dixerint, ſed etiam quid perſuaſerint. Neq; em̃ tiburchinabundum & lurchabundum iam in nobis quiſquam ferat. Licet Cato ſit autor. Nec hos lodices, quanq̃ id Pollioni placeat, nec gladiola, atqui Meſſala dixit, nec parricidatũ, qd̃ in Cœlio uix tolerabile uidet, nec collos mihi Caluus perſuaſerit, quæ nec ipſi iam dicerẽt.

De conſuetudine. Caput .XII.

SVpereſt igiẽ conſuetudo: nam fuerit pene ridiculum, malle ſermonẽ, quo locuti ſint hoĩes, q̃ quo loquant, & ſane quid eſt aliud uetus ſermo, quã uetus loquendi cõſuetudo? Sed huic ipſi neceſſarium eſt iudiciũ, conſtituẽdumq; in primis idipm, quid ſit quod conſuetudinẽ uocemus: quæ ſi ex eo qd̃ plures faciunt, nomẽ accipiat, periculoſiſſimũ dabit præceptum, non oroni modo, ſed (qd̃ maius eſt) uitæ. Vnde enim tm̃ boni, ut pluribus quæ recta ſunt placeãt? Igiẽ ut uelli, & comã in gradus frangere, & in balneis perpotare quãlibet hæc inuaſerint ciuitatẽ, non erit conſuetudo, quia nihil horũ caret reprehenſiõe, at lauamur, & tondemur, & conuiuimus ex conſuetudine. Sic in loquendo, nõ ſi quid uitioſe multis inſederit, pro regula ſermonis accipiendũ erit. Nam ut tranſeam quemadmodum uulgo imperiti loquunt̃, tota sæpe theatra, & oẽm circi turbã exclamaſſe barbare ſcimus,

Ergo consuetudinẽ sermonis, uocabo consensũ eruditorũ, sicut uiuendi, cõsensum bonorũ.

De orthographia. Caput .XIII.

NVnc qm̃ diximus, quæ sit loquendi regula, dicendũ quæ scribentibus custodienda, qd̃ Græci ὀρθογραφίαν uocant, nos recte scribendi scientiam nominemus. Cuius ars non in hoc posita est, ut nouerimus quibus quæq; syllaba literis constet. Nam id quidẽ infra grãmatici officium est, sed totam, ut mea fert opinio, subtilitatẽ, in dubijs habet, ut longis syllabis oĩbus apponere apicem ineptissimũ est, quia plurimæ natura ipsa uerbi, quod scribit, patent, sed interim necessariũ cum eadẽ litera alium atq; alium intellectum, prout correpta uel producta est, facit, ut malus, utrum arborem significet, an hoĩem non bonũ, apice distinguit: palus aliud priore syllaba longa, aliud sequẽti significat, & cum eadẽ lra nominatiuo casu breuis, ablatiuo lõga est, utrũ sequamur plerunq; hac nota monendi sumus. Similiter putauerũt illa quoq; seruanda discrimina, ut ex præpositionem, si uerbum sequeret specto, adiecta secũdæ syllabæ s lra, exspecto, sed si pecto, remota s scriberemus. Illa quoq; seruata est à multis differẽtia, ut ad cũ esset præpositio d literam, cũ aũt coniunctio t acciperet. Itemq; cum si tẽpus significaret per q, si comitẽ per c. si uero causam per q. ac duas sequẽtes uu scriberet. Frigidiora his alia, ut quicquid c quartum haberet, ne interrogare bis uideremur. Et quotidie non cotidie, ut sit quot diebus. Verum hæc iam etiã inter ipsas ineptias euanuerũt. Quæri solet in scribendo, præpositiones, sonũ quẽ iunctæ efficiunt, an quẽ separatæ, obseruare conueniat, ut cum dico obtinuit, secundam em̃ b literam rõ poscit, aures magis audiũt p. Et immunis illud n. quod ueritas exigit, sequentis syllabæ sono uictũ, m gemina commutat. Est etiam in diuidẽdis uerbis obseruatio, mediam literã consonantẽ priori, an sequẽti syllabæ adiungas. Aruspex em̃, quia pars eius posteriOr a spectando est, s literã tertiæ dabimus, abstemius quia ex abstinẽtia temeti composita uox est, primæ relinquet. Nam k quidẽ in nullis uerbis utendũ puto, nisi quæ significat, etiam ut sola ponat. Hoc eo non omisi, q̃ quidam eam quoties a sequatur necessariam credunt, cũ sit c litera, quæ ad oẽs uocales uim suã perferat. Verũ orthographia quoq; cõsuetudini seruit, ideoq; sæpe mutata ẽ. Nam illa uetustissima transeo tpa, quibus & pauciores literæ, nec similes his nostris earũ formæ fuerũt, & uis quoq; diuersa, sicut apd̃ græcos o litera, quæ interim longa ac breuis, ut apud nos, interim pro syllaba, quã nomine suo exprimit, posita est, & latinis ueteribus d plurimis in uerbis ultimam adiectã, quod manifestũ est etiam ex colũna rostrata, quæ est Iulio in foro posita. Interim g quoq;, ut in puluinari Solis qui colit iuxta ædem Quirini, uesperug. quod uesperuginẽ accipimus. De mutatione etiã literarũ, de qua supra dixi, nihil repetere hic necesse ẽ. Fortasse em̃ sicut scribebãt, etiam ita loquebant. Semiuocales geminare, diu non fuit usitatissimi moris, atq; ecõtrario usq; ad Actiũ & ultra, porrectas syllabas geminis, ut dixi, uocalibus scripserũt. Diutius durauit, ut e i iungendis eadẽ rõne, qua Græci ει uterent, ea casibus, numerisq; discreta est, ut Lucilius præcipit. Iam puerei uenere e postremũ facito atq; i, ut puerei plures fiant, ac deinceps. Idem, Mẽdacei, fureiq; addes e, cũ dare furi Iusseris. Quod quidẽ cum superuacuum est, quia i tam lõgæ quã breuis naturam habet, tũ incommodum aliqñ. Nam in ijs, quæ proximam ad ultimam literam e habebũt & i longa terminabunt, illam rõnem sequẽtes utemur e gemina, qualia sunt hæc aureei, argẽteei, & similia. Idq; ijs præcipue, q ad lectionem instituent, etiam impedimento erit, ficut in græcis accidit adiectiõe i literæ, quã non solum datiuis casibus in parte ultima ascribũt, sed quibusdam etiam interponunt, ut in ΛΗΙΣΙΝ, quia etymologia ex diuisiõe in trisyllabis facta desideret eam literã. Ai syllabam, cuius secundam nunc e literam ponimus, uarie per a & i efferebant, quidam semp, ut græci, quidam singulariter tm̃, cum in datiuum, uel genitiuum casum icidissent: Vnde Pictai uestis, & aulai Vergilius amantissimus uetustatis carminibus inseruit. In ijsdẽ plurali nũero utebantur, hi Syllæ, Galbæ. Est in hac quoq; parte Lucilij præceptũ, quod quia pluribus explicatur uersibus, si quis parũ credat, apud ipm̃ in nono requirat. Quid, q̃ Ciceronis tpibus, paulumq; infra, fere quoties s litera media uocalium longarum, uel subiecta lõgis esset, geminabatur? ut caussæ, cassus, diuissiones, quomodo & ipsum, & Vergilium quoq;

scripsisse manus eor docet. Atqui paululũ superiores etiã illud, qđ nos gemina dicimus, iussi, una dixerunt, iusi. Etiam optimus, maximus, ut mediã i literam, quæ ueteribus u fuerat, acciperent, C. primũ Cæsaris inscriptione traditur factum. Here nunc e litera terminamus, at uetes comicos adhuc libris inuenio, heri ad me uenit, qđ idem in epistolis Augusti, quas sua manu scripsit, aut emendauit, deprehenditur. Quid, nõ Cato Censorius, dicã & faciam, dicem & faciẽ scripsit, eundemq; in cæteris, quæ similiter cadunt modũ tenuit? qđ & ex ueteribus eius libris manifestum est. Et à Messala in libro de s litera positũ sibe, & quasi scriptum in multos libris est. Sed an hoc uoluerit autores nescio, T. Liuium ita his usum ex Pædiano comperi, qui & ipse eũ sequebat, hæc nos i litera finimus. Quid dicam uortices, & uorsus, cæteraq; ad eundẽ modũ, quæ primo Scipio Africanus in e literam secundam uertisse dicit: Nostri præceptores ceruom seruomq; u & o literis scripserũt, quia subiecta sibi uocalis in unum sonum coalescere, & confundi nequiret, nunc u gemina scribunt ea ratione quam reddidi, neutrosane modo uox, quam sentimus, efficit. Nec inutiliter Claudius æolicam illã F ad hos usus literam adiecerat. Illud nunc melius, q̃ cui tribus quas proposui literis enotamus, in quo pueris nobis ad pinguẽ sane sonum, quoi utebant, tm̃ ut ab illo qui distingueret. Quid quæ scribũtur aliter quàm enuntiant? Nam & Caius C. litera notatur, quæ inuersa mulierẽ declarat, quia tã Caias esse uocitatas, quàm Caios, etiam ex nuptialibus sacris apparet. Nec Cneus eam literam in prænominis nota accipit, qua sonat, & colũna, exempta n: & consules geminata eadem litera ss. legimus Coss. & suburra cum tribus literis notatur, c tertiam ostendit. Multa sunt generis huius. Sed hæc quoq; uereor, ne modum iam paruæ quæstionis excesserint. Iudicium aũt suum grammaticus interponat his oĩbus. Nam hoc ualere plurimũ debet. Ego uero quod cõsuetudo obtinuerit, sic scribendum quicq; iudico quo mõ sonat. Hic em̃ est usus literas, ut custodiant uocem, & uelut depositum reddant legentibus. Itaq; id exprimere debent, qđ dicturi sumus. Hæ fere sunt emendate loquendi, scribẽdiq; partes, duas reliquas, significanter ornateq; dicendi, non equidẽ grammaticis aufero: sed cũ mihi officia rhetoris superfint, maiori operi reseruo. Redit aũt illa cogitatio, quosdam fore, qui hæc quæ diximus, parua nimiũ, & impedimenta quoq; maius aliquid agendi, putent. Nec ipse usq; ad extremam anxietatẽ, & ineptas cauillationes descendendũ, atq; his ingenia concidi, & cõminui credo. Sed nihil ex grammatica nocuerit, nisi qđ superuacuum est. An ideo minor ẽ M. Tullius orator, q̃ idem artis huius diligentissimus fuit, & in filio, ut in epistolis apparet, recte loquendi usq; quaq; asper quoq; exactor? aut uim C. Cæsaris fregerunt editi de analogia libri? aut ideo minus Messala nitidus, quia quosdam totos libellos, non de uerbis mõ singulis, sed etiã lris, dedit? Nõ obstant hæ disciplinæ p illas eũtibus, sed circa illas hærẽtibus.

De lectione pueri. *Caput .XIIII.*

SVpereſt lectio, in qua puer ut sciat, ubi suspendere spiritũ debeat, quo loco uersum distinguere, ubi claudat sensus, unde incipiat, qñ attollenda, uel submittenda sit uox, qđ quoq; flexu, quid lentius, celerius, concitatius, lenius dicendũ, demõstrari nisi in ope ipso non potest. Vnum est igit quod in hac parte præcipiam, ut omnia ista facere possit intelligat. Sit aũt in primis lectio uirilis, & cum suauitate quadam grauis, & non quidem prosæ similis, quia carmen est, & se poetæ canere testant, non tñ in canticum dissoluta, nec psalmate, ut nunc à plerisq; fit, effœminata. De quo genere optime C. Cæsarem prætextatũ adhuc, accepimus dixisse, si cantas, male cantas, si legis, cantas. Nec prosopopœias, ut quibusdam placet, ad comicũ morem pronuntiari uelim: Esse tã flexum quẽdam, quo distinguant ab ijs, in quibus poetæ persona sua utentur. Cætera admonitione magna egent, in primis, ut teneræ mẽtes tracturæq; altius quicquid rudibus & oĩm ignaris insederit, non mõ quæ diserta, sed uel magis quæ honesta sunt discant. Ideoq; optime institutũ est, ut ab Homero, atq; Vergilio lectio inciperet, quanq; ad intelligẽdas eor uirtutes, firmiori iudicio opus esset. Sed huic rei supereſt tps, nec em̃ semel legent. Interim & sublimitate heroici carminis animus assurgat, & ex magnitudine rer spm̃ ducat, & optimis imbuat. Vtiles tragœdiæ, alũt & lyrici, si tñ in ijs non autores modo, sed etiam partes operis elegeris.

Nam & Græci licenter multa, & Horatiũ in quibuſdam nolim interpretari. Ele gia uero utiq; quæ amat, & hẽdecaſyllaba, & qbus ſunt commata Sotadeor; (Nam de Sotadeis ne præcipiendum quidem eſt,) amoueanť, ſi fieri põt: ſi minus, certe ad firmius ætatis robur reſeruenť. Comœdiæ, quæ plurimum ad eloquentiã conferre põt, cum p oẽs perſonas & affectus eat, quem uſum in pueris putẽ, paulo pòſt ſuo loco dicam. Nam cũ mores in tuto fuerint, inť præcipua legenda erit, de Menandro loquor, nec tñ excluſerim alios. Nã latini quoq; autores afferent utilitatis aliquid. Sed pueris, quæ maxime ingeniũ alant atq; aĩm augeant, prælegenda, cæteris quæ ad eruditionem mõ pertinent, lõga ætas ſpatiũ dabit. Multum aũt ueteres etiam latini conferunt, quanq; pleriq; plus ingenio quàm arte ualue rũt, in primis copiam uerbor;, quor; in tragœdijs grauitas, in comœdijs elegantia, & qui dã uelut atticiſmos, inueniri põt. Oeconomia quoq; in his diligentior, q; in pleriſq; nouo rum erit, qui olim oper; ſolam uirtutem, ſententias putauerunt. Sanctitas certe, & ut fic di cam, uirilitas ab his petẽda, qñ nos in omnia delicia; uitia, dicẽdi quoq; rõne, defluximus. Deniq; credamus ſummis oratoribus, q; utet; poemata, uel ad fidem cauſa;, uel ad orna mentum eloquentiæ aſſumunt. Nam præcipue quidem apud Ciceronem, frequenter tñ apud Aſinium etiam, & cæteros, qui ſunt proximi, uidimus Ennij, Actij, Pacuuij, Lucilij, Te rentij, Cæcilij, & aliorũ inſeri uerſus, ſumma non eruditionis mõ gra, ſed etiam iucundita tis, cũ poeticis uoluptatibus aures à forenſi aſpitate reſpirent, quibus accedit non medio cris utilitas, cũ ſententijs eor;, uelut quibuſdam teſtimonijs, quæ ꝓpoſuere cõfirment. Ve rum priora illa ad pueros magis, hæc ſequẽtia ad robuſtiores ptinebunt. cum grammati ces amor, & uſus lectiõis, non ſchola; tpibus, ſed uitæ ſpatio terminenť. In prælegendo, grãmaticus & illa quidem minora præſtare debebit, ut ptes oronis reddi ſibi ſoluto uerſu deſideret, & pedũ ꝓprietates, quæ adeo debent eſſe notæ in carminibus, ut etiam in orato ria cõpoſitione deſiderenť, deprehendantq; quæ barbara, quæ impropria, quæ cõtra legem loquẽdi ſunt poſita, nõ ut ex his utiq; improbenť poetæ: quibus, quia plerũq; ſeruire me tro coguntť, adeo ignoſcitť, ut uitia ipſa alijs in carmine appellatiõibus nominentur. Meta plaſmos em̃, & ſchematiſmos, & ſchemata (ut dixi) uocamus, & laudem uirtutis neceſſita ti damus. Sed ut cõmoneat artificialiũ, & memoriam agitet. Id quoq; inť prima rudimen ta non inutile, demonſtrare quot quæq; uerba modis intelligenda ſint. Circa gloſſemata etiam, id eſt, uoces minus uſitatas, nõ ultima eius ꝓfeſſionis diligentia eſt. Eñuero maiore cura iam doceat tropos oẽs, quibus præcipue non poema mõ, ſed etiam oro ornatur, ſche mata utraq;, id eſt, figuras, quæq; λέξεως, quæq; διανοίας uocanť, quorũ ego ſicut troporũ tractatum in eum locum differo, quo mihi de ornatu oronis dicendum erit. Præcipue ue ro illa infigat animis, quæ in œconomia uirtus, quæ in decoro re;, quid ꝓnæ cuiq; con uenerit, quid in ſenſibus laudandum, quid in uerbis, ubi copia probabilis, ubi modus. His accedat enarratio hiſtoriarũ, diligens quidem illa, non tñ uſq; ad ſuperuacuũ laborem oc cupata. Nam receptas, aut certe claris oratoribus memoratas expoſuiſſe, ſatis eſt. Perſeq; quidem quod quiſq; unq; uel contemptiſſimor; hominum dixerit, aut nimiæ miſeriæ, aut inanis iactantiæ eſt, & detinet, atq; obruit ingenia, melius alijs uacatura. Nam qui omnes etiam indignas lectione ſcedas excutit, anilibus quoq; fabulis accommodare operam po teſt. Atqui pleni ſunt eiuſmodi impedimentis grammaticorũ commentarij, uix ipſis, qui compoſuerũt, ſatis noti. Nam Didymo quoq;, quo nemo plura ſcripſit, accidiſſe cõpertũ eſt, ut cũ hiſtoriæ cuidam tanq; uanæ repugnaret, ipſius ꝓferretur liber, qui eam contine bat, qđ euenit præcipue in fabuloſis uſq; ad ridicula, quædam etiã pudenda, unde impro biſſimo cuiq; pleraq; fingẽdi licentia eſt, adeo ut de libris totis, & autoribus, ut ſuccurrit, mentiať tuto, quia inueniri, qui nunq; fuere, non poſſunt. Nam in notioribus frequentiſſi me deprehendunť à curioſis. Ex quo mihi inť uirtutes grammatici habebiť, aliqua neſcire.

De officio grammatici, & quæ primordia ſint dicendi. Caput .XV.

ET finitæ quidem ſunt partes duæ, quas hæc ꝓfeſſio pollicetur, id eſt, rõ loquendi, & enarratio autor;, quarũ illã methodicen, hanc hiſtoricen uocãt. Adijciamus tñ eorũ curæ & quædã dicendi primordia, quibus ætates nondũ rhetorẽ capiẽteis inſtituãt. Igiť

Aesopi fabellas, quæ fabulis nutriculæ proxime succedunt, narrare sermone puro, & nihil se supra modum extollente, deinde eandē gracilitatem stylo exigere cōdiscant, uersus primo soluere, mox mutatis uerbis interpretari, tum paraphrasi audacius uertere, quia & breuiare quædam, & exornare, saluo mō poetæ sensu, permittitur. Quod opus, etiam consummatis professoribus difficile, qui cōmode tractauerit, cuicunq; discendo sufficiet. Sententiæ quoq;, & chriæ, & ethologiæ, subiectis dictorū rationibus, apd grammaticos scribantur, quia initium ex lectione ducūt. Quoꝝ omnium similis est rō, forma diuersa, quia sententia uniuersalis est uox, ethologia personis continet. Chriarum plura genera traduntur: Vnum simile sentētiæ, quod est positum in uoce simplici, dixit ille, aut dicere solebat. Alterum quod est in rīdendo, interrogatus ille, uel cum hoc ei dictum esset, rīdit. Tertiū huic non dissimile, cum quis non dixisset, sed aliquid fecisset, etiam in ipsis factis chriam putant, ut Crates, cum indoctū puerum uidisset, pædagogum eius percussit. Et aliud penè par ei, quod tī eodem nomine appellare non audent, sed dicunt χρειῶδες, ut Milo, quē uitulum assueuerat ferre, taurū ferebat. In his omnibus & declinatio per eosdem ducitur casus, & tam factoꝝ quàm dictorū rō est. Narratiunculas à poetis celebratas, notitiæ causa non eloquentiæ, tractandas puto. Cætera maioris opis ac spūs, latini rhetores relinquēdo, necessaria grammaticis fecerunt: Græci magis operū suoꝝ & onera, & modū norūt.

An oratori futuro necessaria sit plurium artium scientia. Caput .XVI.

HAec de grammatica quàm breuissime potui, non ut oīa dicerē, sectatus, qd̄ infinitū erat, sed ut maxime necessaria, nūc de cæteris artibus, quibus instituēdos priusq; tradant rhetori, pueros existimo, strictim subiungam, ut efficiatur orbis ille doctrinæ, quam græci ἐγκυκλοπαιδείαν uocant. Nam ꝫsdē fere annis, aliaꝝ quoq; disciplinarū studia ingrediēda sunt: quæ quia & ipsæ artes sunt, & esse pfecta sine his orandi scientia non pōt, nec rursus ad efficiendum oratorē satis ualent solæ, an sint huic operi necessariæ, quærit. Nam quid, inquiunt, ad agendam causam, dicendam ue sententiā pertinet scire, quemadmodū data linea cōstitui triangula æquis lateribus possint. Aut quo melius, uel defendet reū, uel reget cōsilia, qui citharæ sonos noībus, & spatijs distinxerit? Enumerēt fortasse multos, quamlibet utiles foro, qui nec geometren audiuerunt, nec musicos, nisi hac cōi uoluptate aurium, intelligant. Quibus ego primum hoc respondeo, quod & M. Cicero scripto ad Brutū libro frequentius testat, non eum à nobis institui oratorē, qui sit, aut fuerit, sed imaginem quandā cōcepisse nos animo perfecti illius, ex nulla parte cessantis. Nā & sapientē formātes, eū qui sit futurus cōsummatus undiq;, & (ut dicūt) mortalis quidam deus, non mō cognitione cælestiū uel mortaliū putant instituendum, sed per quædam parua sane, si ipsa demum æstimes, ducunt, sicut exquisitas interim ambiguitates, nō quia ceratinæ, aut crocodilinæ possint facere sapientē, sed quia illū ne in minimis quidē oporteat falli. Similit oratorē, qui debet esse sapiens, non geometres faciet, aut musicus, quæq; his alia subiungam, sed hæ quoq; artes, ut sit cōsummatus, iuuabūt. Nisi forte antidotum quidē, atq; alia, quæ morbis, aut uulneribus medent, ex multis atq; interim cōtrarijs quoq; int se effectibus cōponi uidemus, quoꝝ ex diuersis fit illa mixtura una, quæ nulli earū similis ē, quibus cōstat, sed ꝓprias uires ex oīnibus sumit, & muta animalia mellis illū, inimitabilē humanæ rōni, saporem, uario florū ac succorum genere perficiūt, nos mirabimur, si oratio, qua nihil præstantius hoī dedit ꝓuidentia, pluribus artibus eget? quæ etiam cum se non ostendunt in dicendo, nec proferunt, uim tī occultam suggerunt, & tacitæ quoq; sentiūtur. Fuit aliquis sine his disertus, at ego oratorē uolo. Non multum adhiciūt, sed utiq; nō erit totum, cui uel parua deerunt, & optimū quidem hunc esse cōueniet, cuius etiam si in arduo spes est, nos tī præcipiamus oīnia, ut saltem plura fiāt. Sed cur deficiat animus? natura em̄ perfectum oratorem esse non prohibet. Turpiterq; desperat, quicquid fieri pōt.

De musice & eius laudibus Caput .XVII.

ATq; ego uel iudicio ueterū poteram esse contentus. Nam quis ignorat musicen (ut de hac primum loquar) tm̄ illis iam antiquis temporibus non studij modo, uerum etiam uenerationis habuisse, ut ijdem musici, & uates, & sapientes iudicarent? Mittā alios,

Orpheus & Linus, quorum utrũq; dĩs genitum, alterꝫ uero, ꝙ rudes quoq;, atq; agrestes aĩos admiratione mulceret, non feras mõ, sed saxa etiam, syluasq; duxisse, posteritatis memoriæ traditũ est. Et Timagenes autor est, omniũ in literis studiorum antiquissimã musicen extitisse. Et testimonio sunt clarissimi poetæ, apd quos int regalia conuiuia laudes heroum ac deorꝫ ad citharam canebant. Iopas ille Vergilĩ, nonne canit errantẽ lunã, solisq; labores, & cæteraq; quibus certe palam cõfirmat autor eminentissimus, musicen cũ diuinarꝫ etiam rerꝫ cognitione esse coniũctam, qd si dat, erit etiam oratori necessaria, siquidem (ut diximus) hæc quoq; ps, quæ ab oratoribus relicta, à philosophis est occupata, nostri opis fuit, ac sine oĩm talium scientia, non põt esse pfecta eloquentia. Atq; claros nomine sapientiæ uiros, nemo dubitauerit studiosos musicæ fuisse, cũ Pythagoras, atq; eũ secuti, acceptã sine dubio antiquitus opinionẽ uulgauerint, mundũ ipm eius rõne esse compositũ, quam postea sit lyra imitata. Nec illa mõ contẽti dissimiliũ concordia, quam uocant harmoniam, sonũ quoq; his motibus dederũt. Nam Plato cũ in alĩs quibusdam, tum præcipue in Timæo, ne intelligi quidẽ, nisi ab ĩs, q hanc quoq; partẽ disciplinæ diligent perceperint, põt. Quid de philosophis loquorꝫ quorꝫ fons ipse Socrates iam senex institui lyra non erubescebat. Duces maximos & fidibus, & tibĩs cecinisse traditũ, & exercitus Lacedæmoniorũ musicis accensos modis. Quid aũt aliud in nostris legionibus cornua, ac tubæ faciũt quorꝫ concentus quanto est uehementior, tm Romana in bellis gloria cæteris pstat. Non igit fruſtra Plato ciuili uiro, quem πολιτικὸν uocant, necessariam musicẽ credidit. Et eius sectæ, quæ alĩs seueriſſima, alĩs asperrima uidet, principes, in hac fuere sententia, ut existimarent sapientũ aliquos nonnullam opam his studĩs accõmodaturos. Et Lycurgus durissimarꝫ Lacedæmonĩs legũ autor, musices disciplinam pbauit. Atq; eam natura ipsa uidet ad tolerandos facilius labores, uelut muneri nobis dedisse. Siquidem & remigem cantus hortat, nec solũ in ĩs operibus, in quibus pluriũ conatus, præeunte aliqua iucũda uoce cõspirat, sed etiam singulorꝫ fatigatio, quamlibet se rudi modulatione solat. Laudem adhuc dicere artis pulcherrimæ uideor, nondum tm eam oratori coniungere. Transeamus igitur id quoq;, qd grammatice quondam, ac musice iunctæ fuerunt. Siquidem Architas, atq; Aristoxenus, etiam subiectam grammaticen musicæ putauerũt, & eosdẽ utriusq; rei præceptores fuisse, cum Sophron ostendit, mimorꝫ quidem scriptor, sed quem Plato adeo probauit, ut suppositos capiti libros eius, cum moreretur, habuisse tradat, tum Eupolis, apud quem Prodamus & musicẽ, & literas docet. Et Maricas q est Hyperbolus, nihil se ex musicis scire, nisi literas confitet. Aristophanes quoq; non uno libro, sic institui pueros antiquitus solitos esse demonstrat. Et apud Menandrum in Hypobolimæo senex, qui repoſcenti filiũ patri uelut rõnem impendiorꝫ, quæ in educationem contulerat, opponens se, psaltis, & geometris multa dicit dedisse. Vnde etiam ille mos, ut in conuiuĩs post cœnam circũferret lyra: cuius cũ se impitum Themistocles confessus esset, ut uerbis Ciceronis utar, habitus est indoctior. Sed uterꝫ quoq; Romanorꝫ epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Versus quoq; Saliorꝫ habent carmen. Quæ cũ oĩa sint à Numa rege instituta, faciũt manifestum, ne illis quidẽ, qui rudes, ac bellicosi uidẽt, curam musices, quãtam illa recipiebat ætas, defuisse. Deniq; in puerbium usq; græcorꝫ celebratum est, indoctos à musis atq; gratĩs abesse. Verũ quid ex ea ppie petat futurus orator, disseramus. Numeros musice habet duplices, in uocibus, & in corpore, utriusq; em rei aptus quidam modus desiderat. Vocis rõnem Aristoxenus musicus diuidit in ῥυθμόν & μέλος & μέτρον, quorum alterum modulatione, canore alterꝫ, ac sonis constat. Num igit non hæc omnia oratori necessariaq; quorꝫ unum ad gestum, alterꝫ ad collocationem uerborꝫ, tertium ad flexus uocis, qui sunt in agendo quoq; plurimi, ptinet. Nisi forte in carminibus tm, & in canticis exigit structura quædam, & inoffensa copulatio uocũ, & in agẽdo superuacua est, aut non cõpositio, & sonus in ofone quoq;, uarie pro rerum mõ adhibet, sicut in musice. Nanq; & uoce, & modulatione grandia elate, iucunda dulcit, moderata leniter canit, totaq; arte consentit cum eorꝫ, quæ dicunt, affectibus. Atqui in orando quoq; intensio uocis, remissio, flexus, ptinet ad mouendos audientium affectus. Alia quoq; & collocationis, & uocis (ut eodẽ utar uer-

bo)modulatione concitationem iudicum,alia miſericordiam petimus,cũ etiam organis, quibus ſermo exprimi non põt,affici animos in diuerſum habitũ ſentiamus. Corpis quo q̃ decens,& aptus motus,qui dicitur εὐρυθμία eſt neceſſarius,nec aliunde peti põt,in quo ps actionis non minima conſiſtit,qua de re ſepoſitus nobis eſt locus. Age,ſi habebit in primis curam uocis orator, quid tam muſices propriũ? Sed ne hæc quidẽ præſumenda pars eſt,ut uno interim cõtenti ſimus exẽplo C. Gracchi,præcipui ſuor̃ tempor̃ oratoris, cui concionanti conſiſtens poſt eum muſicus,fiſtula, quam tonarion uocant, modos,quibus deberet intendi,miniſtrabat. Hæc ei cura inter turbidiſſimas actiones,uel terrenti optimates,uel iam timenti fuit. Libet propter quoſdã imperitiores,etiã craſſiore(ut uocant)muſa,dubitationẽ huius utilitatis eximere, nã poetas certe legẽdos oratori futuro cõceſſerit. Num igit̃ hi fine muſice? at ſi q̃s tam cæcus animi ẽ,ut de alijs dubitet,illos certe,q̃ carmina ad lyram cõpoſuerunt. Hæc diutius forent dicẽda,ſi hoc ſtudiũ uelut nouũ præciperẽ. Cum uero antiquitus à Chirone, atq̃ Achille uſq̃ ad nr̃a tpa apud oẽs, qui mõ legitimã diſciplinã non ſint perofi,durauerit,non eſt committendũ,ut illa dubia faciam,defenſiõis ſolicitudine. Quamuis aũt ſatis iam ex ipſis, quibus ſum mõ uſus,exẽplis,credã eſſe manifeſtũ,quæ mihi,& quatinus muſice placeat,apertius tñ profitendũ puto, nõ hanc à me p̃cipi,quæ nũc in ſcenis effœminata,& ipudicis modis fracta,non ex parte minima, ſi q̃d in nobis uirilis roboris manebat,excidit,ſed qua laudes fortiũ canebant̃, quaq̃ & ipſi fortes canebant:hæc pſalteria,& ſambuca etiã uirginibus p̃bis recuſanda,quæ ſcẽm cognitiõnẽ rõnis, ad mouendos,leniendosq̃ affectus plurimũ ualet. Nam & Pythagoram accepimus,concitatos ad uim pudicæ domui afferendam iuuenes,iuſſa mutare in ſpondeũ modos tibicina,cõpoſuiſſe. Et Chryſippus etiã nutricũ,quæ adhibent̃ infantibus,allectatiõi, ſuũ quoddam carmen aſſignat. Etiam non inerudite ad declamandũ ficta materia,in qua ponit̃ tibicen, q̃ ſacrificanti phrygiũ cecinerat,acto illo in inſaniam, & per præcipitia delato accuſari,q̃ cauſa mortis extiterit: quæ ſi dici debẽt ab oratore, nec dici citra ſcĩam muſices poſſunt,quomodo non hanc quoq̃ artẽ neceſſariã eſſe operi nr̃o,uel iniq̃ conſentiẽt̃

Commodam geometriam oratori. *Caput .XVIII.*

IN geometria partem fatentur eſſe utilem teneris ætatibus,agitari nanq̃ aĩos,atq̃ acui ingenia,& celeritatẽ percipiendi uenire inde concedunt,ſed prodeſſe eam,non ut cæteras artes,cum perceptæ ſint,ſed cum diſcaẽt̃,exiſtimant. Id uulgaris opinio eſt,nec ſine cauſa ſummi uiri etiam impenſam huic ſcientiæ operam dederũt. Nam cũ ſit geometria diuiſa in numeros atq̃ formas,numeror̃ quidem notitia non oratori modo,ſed cuicunq̃ primis ſaltẽ literis erudito neceſſaria eſt. In cauſis uero uel frequẽtiſſime uerſari ſolet, in quibus actor,non dico ſi circa ſummas trepidat,ſed ſi digitor̃ ſaltem incerto,aut indecoro geſtu à cõputatione diſſentit,iudicatur indoctus. Illa uero linearis ratio,& ipſa quidẽ cadit frequent̃ in cauſas, ſi de terminis,menſurisq̃ ſunt lites, ſed habet maiorẽ quandam aliam cũ arte oratoria cognationem. Iam primũ ordo eſt geometriæ neceſſarius,nõne & eloq̃tiæ? Ex prioribus geometria probat inſequentia,& certis incerta,nonne id in dicẽdo facimus? Quid illa propoſitarũ quæſtionum concluſio,non tota fere conſtat ſyllogiſmis? Propter qd̃ plures inuenies,qui dialecticæ ſimilem,q̃ qui rhetoricæ fateant̃ hanc artẽ. Verũ & orator etiã ſi raro,non tñ nunq̃ probabit dialectice. Nam & ſyllogiſmis ſi res poſcet utetur,& certe enthymemate,q̃ rhetoricus eſt ſyllogiſmus. Deniq̃ p̃bationum quæ ſunt potentiſſimæ,grammicæ ἀποδείξεις uulgo dicuntur. Quid aũt magis oratio,q̃ probationem petit? Falſa quoq̃ ueriſimilia,geometria rõne deprehendit. Fit hoc & in numeris p quaſdam,quas pſeudographias uocant,quibus pueri ludere ſolebamus. Sed alia maiora ſunt. Nam quis non ita proponenti credat,quor̃ locor̃ extremæ lineæ eandem menſuram colligunt,eor̃ ſpatium quoq̃ qd̃ ĩs lineis continet̃, par ſit neceſſe eſt? at id falſum eſt. Nam primũ refert,cuius ſit formæ ille circuitus,rep̃henſiq̃ à geometris ſunt hiſtorici,q̃ magnitudinem inſular̃ ſatis ſignificari nauigationis ambitu crediderunt. Nam ut quæq̃ forma p̃fectiſſima ẽ,ita capaciſſima. Ideoq̃ illa circũcurrẽs linea,ſi efficiet orbẽ,quæ forma ẽ in planis maxime perfecta,amplius ſpatium complectet̃, q̃ ſi quadratum paribus oris effici

at. Rursus quadratą triãgulis, triangula ipsa plus æquis lateribus, q̃ inæqualibus. Sed alia forsitan obscuriora, nos facillimũ, etiam imperitis, sequamur experimentum. Iugeri mensuram ducentos & quadraginta lõgitudinis pedes esse, dimidioq; in latitudine patere, nõ fere quisquam est q ignoret, & qui sit circuitus, & quãtum campi claudat, colligere expeditum. At cẽteni & octogeni in quamq; partem pedes idem spatiũ exterminant. Sed multo amplius diuisæ quatuor lineis areæ faciunt. Id si cõputare quem piget, breuioribus numeris idem discat: nam deni in quadram pedes, quadraginta per oram, intra centũ erunt. At si quinideni per latera, quini in fronte sint, ex illo qđ amplectuntur quartam partẽ deducent eodem circũductu. Si uero porrecti utrinq; undeuiceni singulis distent, nõ plures intus quadratos habebunt, q̃ per quot longitudo ducet, quæ circumibit aũt linea, eiusdẽ spatij erit, cuius ea quæ centum continet. Ita quicquid formæ quadrati detraxeris, amplitudini quoq; peribit. Ergo etiã id fieri põt, ut maiore circuitu, minor loci amplitudo cludat. Hoc in planis. Nam in collibus uallibusq;, etiã imperito patet, plus soli esse quàm cæli. Quidq; se eadem geometria tollit ad rationem usq; mundi, in qua cum siderũ certos, cõstitutosq; cursus numeris docet, discimus nihil esse inordinatũ atq; fortuitum, qđ ipm nonnunquam pertinere ad oratorem potest. An uero cũ Pericles Athenienses solis obscuratiõe territos, redditis eius rei causis, metu liberauit, aut cũ Sulpitius ille Gallus in exercitu L. Pauli de lunæ defectione disseruit, ne uelut prodigio diuinitus facto militũ animi terrerent, nõ uidetur esse usus oratoris officio? Quod si Nicias in Sicilia scisset, non eodẽ confusus metu, pulcherrimũ Athenienſium exercitum perdidisset. sicut Dion, cum ad destruẽdam Dionysii tyrannidem uenit, non est tali casu deterritus. Sint exempla, licet usus bellici, transeamusq; q Archimedes unus obsidionem Syracusarum in lõgius traxit, illud utiq; iam proprium ad efficiendum quod intendimus, plurimas quæstiones, quarꝝ difficilior alia ratione explicatio est, ut de ratione diuidendi, de sectione in infinitum, de celeritate augendi linearibus illis probationibus solui solere, ut si est oratori (quod proximus demonstrabit liber) de oĩbus rebus dicendum, nullo mõ sine geometria esse possit orator.

De prima pronuntiatione, & gestus institutione. *Caput .XIX.*

DAndum aliqd comœdo quoq;, eatenus, qua pnũtiandi sciam futurus orator deridebat. Non eñ puerꝝ, quẽ in hoc instituimus, aut fœmineæ uocis exilitate frãgi uolo, aut senilit tremere, nec uitia ebrietatis effingat, nec seruili uernilitate imbuat, nec amoris, auaritiæ, metus, discat affectũ, quæ neq; oratori sunt necessaria, & mentẽ p̃cipue in ætate prima tenerã adhuc, & rudẽ inficiũt. Nam frequẽs imitatio, transit in mores. Ne gestus q dem oĩs, ac motus à comœdis petendus ẽ, quanq̃ eñ utrunq; eorꝝ ad quendam modũ præstare debet orator, plurimũ tñ aberit à scenico, nec uultu, nec manu, nec excursionibus nimius. Nam siqua in his ars est dicentiũ, ea prima est, ne ars esse uideat. Qđ est igit huius doctoris officiũ? In primis uitia, siqua sunt, oris emẽdet, ut exp̃ssa sint uerba, ut suis quæq; lꝛæ sonis enuntient. Quarundã eñ uel exilitate, uel pinguitudine nimia laboramus, quasdam uelut acriores paꝝ efficimus, & aliꝭ non dissimilibus, sed quasi hebetioribus pmutamus. Quippe ρ literæ qua Demosthenes quoq; laborauit, λ succedit, quarꝝ uis est apd nos quoq;, & cũ c ac filr g nõ ualuerũt, in t ac d molliunt. Ne puero quidẽ illas circa s literã delicias hic magister feret, nec uerba in faucibus patiet audiri, nec oris inanitate resonare, nec qđ minime sermoni puro cõueniat, simplicẽ uocis naturã pleniore quodã sono circũlinire, qđ græci καταπεπλασμένον dicũt. Sic appellat cantus tibiarꝝ, quæ p̃clusis qbus clarescũt foraminibus, recto mõ exitu grauiorẽ spm̃ reddunt. Curabit etiam, ne extremæ syllabæ intercidãt, ut par sibi sermo sit, ut quoties exclamandũ erit, laterꝝ conatꝰ sit ille nõ capitis, ut gestus ad uocẽ, uultus ad gestũ accommodet. Obseruandũ erit etiã, ut recta sit facies dicẽtis, ne labra detorqueant, ne ĩmodicus hiatus rictũ distẽdat, ne supinus uultus, ne deiecti in terram oculi, ne ĩclinata utrolibet ceruix. Nam frõs pluribus generibus peccat. Vidi multos, quoꝝ supcilia ad singulos uocis conatus alleuarent, aliorum cõstricta, aliorũ etiam dissidentia, cũ altero in uerticẽ tenderent, altero pene oculus ipse premeret. Infinitũ aũt, ut mox dicemus, in his quoq; rebus momẽtum est. Et nihil potest placere, quod

non decet. Debet etiã docere comœdus, quomodo narrandũ, qua sit autoritate suadendũ, qua cõcitatione consurgat ira, quis flexus deceat miserationẽ. Quod ita optime faciet, si certos ex comœdiis elegerit locos, & ad hoc maxie idoneos, id est actionibus similes. Iidẽ aũt ad pnuntiandum non mõ utilissimi, uerum ad augendam quoq; eloquentiam maxie accommodati erũt. Et hæc dum infirma ætas maiora non capiet. Cæteꝛ cum legere oꝛones oportebit, cũ uirtutes earum iam sentiet, tum mihi diligẽs aliquis, ac pitus assistat, ne q; solũ lectione formet, uerumetiam edisce electa ex his cogat, & ea dicere stantẽ clare, & quemadmodũ agere oportebit, ut ptinus pronuntiatione uocem & memoriam exerce at. Ne illos quidem reꝓhendendos putem, q paulũ etiam palæstricis uacauerint. Non de iis loquor, quibus pars uitæ in oleo, pars in uino consumit, qui corpis cura mentem obru erunt. Hos em̃ abesse ab eo, quem instituimus, quàm longissime uelim. Sed nomen ẽ idem iis à quibus gestus motusq; formant, ut recta sint brachia, ne indocte rusticæ ue manus, ne status indecorus, nequa in proferendis pedibus inscitia, ne caput oculiq; ab alia corpis inclinatione dissideant. Nam nec hoc esse in parte pronũtiationis negauerit quisquam, nec ipsam pnuntiationem ab oratore secernet. Et certe qd facere oporteat, non indignandũ est discere, cum præsertim hæc chironomia, quæ est (ut nomine ipso declarat) lex gestus, & ab illis temporibus heroicis orta sit, & à summis græciæ uiris, & ab ipso etiam Socrate probata, à Platone quoq; in parte ciuilis posita uirtutum, & à Chrysippo in præceptis de liberoꝝ educatione compositis non omissa. Nam Lacedæmonios quidem etiam saltationem quandam, tanq̃ ad bella quoq; utilem, habuisse inter exercitationes accepimus. Neq; id ueteribus Romanis dedecori fuit. Argumentum est sacerdotũ nomine, ac religione durans ad hoc tẽpus saltatio. Et illa in tertio Ciceronis de oratore libro uerba Crassi, quibus præcepit, ut orator utat laterũ inclinatione forti, ac uirili, non à scena & histrionibus, sed ab armis, aut etiam à palæstra, cuius etiam disciplinæ usus in nostram usq; ætatem sine reprehensione descendit, à me tñ, nec ultra pueriles annos retinebit, nec in iis ipsis diu, neq; em̃ gestum oratoris cõponi ad similitudinem saltatiõis uolo, sed subesse aliquid ex hac exercitatione puerili, unde nos nõ id agentes, furtim decor ille discẽtibus traditus psequat.

An prædicta discenda sint eodem tempore. Caput .XX.

QVæri solet, an, etiam si discenda sint hæc, eodem tempore tamen tradi omnia, & percipi possint. Negant em̃ quidam, quia confundatur animus, ac fatigetur tot disciplinis in diuersum tendentibus, ad quas nec mens, nec corpus, nec dies sufficiat. Et si maxie hæc patiatur ætas robustior, tamen pueriles annos onerari non oporteat. Sed non satis perspicitur, quantum natura humani ingenij ualeat, quæ ita est agilis & uelox, sic in omnem partem (ut ita dixerim) spectat, ut ne possit quidem aliquid agere tñ unum, in plura uero nõ eodem die modo, sed eodem temporis momento, uim suam impendat. An uero citharœdi, nõ simul, & memoriæ, & sono uocis, & pluribus flexibus seruiunt? cũ interim alios neruos dextra percutiũt, alios læua trahunt, cõtinent, probant, ne pes quidem otiosus certã legẽ tempoꝝ seruat. Et hæc pariter omnia. Quid nos agendi subita necessitate deprehensi? nonne alia dicimus, alia prouidemus? cũ pariter inuentio reꝝ, electio uerborum, compositio, gestus, pronuntiatio, uultus motusq; desiderent. Quæ si uelut uno conatu tam diuersa parent simul, cur non plurimis curis horas partiamur? cũ præsertim reficiat aios, ac reparet uarietas ipsa, cõtraq; fit aliquanto difficilius in labore uno perseuerare? Ideoq; & stylus lectiõe requiescit, & ipsius lectionis tædium uicibus leuat. Quamlibet multa egerimus, quodam tñ modo recentes sumus ad id quod incipimus. Quis non obtundi possit, si per totum diem cuiuscunq; artis unum magistrum ferat? mutatione recreabit, sicut in cibis, quoꝝ diuersitate reficit stomachus, & pluribus minore fastidio alitur. aut dicant isti mihi, quæ sit alia ratio discendi, si grammatico soli deseruiamus, deinde geometræ tantũ. Omittamus interim qd didicimus, mox transeamus ad musicum, excidant priora, & cum latinis studebimus literis, non respiciamus ad græcas, & ut semel finiã, nihil faciamus nisi nouissimũ. Cur nõ idem suademus agricolis, ne arua simul & uineta, & oleas, & arbusta colant, ne pratis & pecoribus & hortis & aluearibus accõmodẽt curam? Cur ipsi aliquid

percurrunt

forenſibus negotijs, aliquid deſiderijs amicorũ, aliquid rõnibus domeſticis, aliq̃d curæ corporis, nõnihil uoluptatibus quotidie damus? quarũ nos una res quælibet nihil intermittẽtes fatigaret. Adeo facilius eſt multa facere quã diu. Illud quidẽ minime uerendũ eſt, ne laborem ſtudiorũ pueri difficilius tolerẽt; neq; em̃ ulla ætas minus fatigat. Miror ſit forſitan, ſed experimẽtis deprehendas. Nam & dociliora ſunt ingenia prius q̃ obduruerũt. Id uel hoc argumento patet, q̃ intra bienniũ q̃ uerba recte formare potuerũt, q̃uis nullo inſtãte, oſa fere loquunt. At nouitijs nr̃is, per quot annos ſermo latinus repugnat? Magis ſcias, ſi quẽ iam robuſtũ inſtituere literis cœperis, nõ ſinecauſa dici παιδομαθεῖς eos, q̃ in ſua quidq; arte optime faciant. Et patiẽtior ẽ laboris natura pueris, quàm iuuenibus, uidelicet ut corpa infantiũ, nec caſus, quo in terram toties deferunt, tam grauit affligit, nec illa p manus, & genua reptatio, nec poſt breue tp̃s continui luſus, & totius diei diſcurſus, quia põdus illis abeſt, nec ſe ipſi grauãt, ſic animi quoq; credo, quia minore conatu mouent, nec ſuo niſu ſtudijs inſiſtũt, ſed formandos ſe tantũmodo p̃ſtant, non ſimiliter fatigant. Præterea ſcdm aliam ætatis illius facilitatẽ, uelut ſimplicius docẽteis ſequunt, neq; quæ iã egerint, metiuntur. Abeſt illis etiam adhuc laboris iudiciũ. Porro ut frequent experti ſumus, minus afficit ſenſus, fatigatio quàm cogitatio. Sed ne tẽporis quidẽ unquam plus erit, quia his ætatibus omnis in audiendo profectus eſt. Cum ad ſtylũ ſecedet, cũ generabit ipſe aliquid atq; cõponet, tum inchoare hæc ſtudia, uel non uacabit, uel non libebit. Ergo cum grammaticus totũ diem occupare non poſſit, nec debeat, ne diſcentis animũ tædio auertat, q̃bus potius ſtudijs hæc tpm uelut ſucciſiua donabimus? Nam nec ego cõſumi ſtudentem in his artibus uolo, nec moduleť, aut muſicis notis cantica excipiat, nec utiq; ad minutiſſima uſq; geometriæ opera deſcendat, non comœdũ in p̃nuntiando, nec ſaltatorẽ in geſtu facio. quæ ſi omnia exigerem, ſuppeditabit tñ tp̃s, longa eſt enim quæ diſcit ætas, & ego non de tardis ingenijs loquor. Deniq; cur in his omnibus, quæ diſcẽda oratori futuro puto, eminuit? Plato qui noncontẽtus diſciplinis, quas præſtare poterant Athenæ, non Pythagoreorum, ad quos in Italiã nauigauerat, Aegypti quoq; ſacerdotes adijt, atq; eorũ arcana perdidicit. Difficultatis patrocinia præteximus ſegnitiæ. Neq; em̃ nobis operis amor eſt, nec quia ſit honeſta, atq; rerum pulcherrima eloquẽtia, petit ipſa, ſed ad uilem uſum, & ſordidũ lucrũ accingimur. Dicant ſine his in foro multi, & acquirãt, dũ ſit locupletior aliquis ſordidæ mercis negotiator, & plus uoci ſuæ debeat p̃co, ne uelim quidem lectorẽ dari mihi, q̃d ſtudia referant computatur. Qui uero imaginẽ ipſam eloquẽtiæ diuina quadã mẽte cõceperit, quiq; illã (ut ait Sophocles nõ ignobilis tragicus) reginam rerũ ornatu ponet añ oculos, fructũq; non ex ſtipe aduocationũ, ſed ex aĩo ſuo, & contẽplatione, ac ſcientia petet, perpetuũ illum, nec fortunæ ſubiectũ, facile perſuadebit ſibi, ut tẽpora, quæ ſpectaculis, cãpo, teſſeris, otioſis deniq; ſermonibus, ne dicã ſomno, & conuiuiorũ mora cõterũt, geometræ potius, ac muſico impẽdat, quanto plus delectatiõis habiturus, q̃ ex illis in eruditis uoluptatibus? Dedit em̃ hoc p̃uidẽtia hoĩbus munus, ut honeſta magis iuuarẽt. Sed nos hæc ipſa dulcedo lõgius duxit. Hacten° ergo de ſtudijs, q̃bus anteq̃ maiora capiat puer inſtituẽdus ẽ, p̃ximus liber uelut nouũ ſumet exordiũ, & ad rhetoris officia trãſibit.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER .II.

Quando rhetori ſit tradendus puer. Caput .I.

TEnuit conſuetudo, quæ quotidie magis inualeſcit, ut præceptoribus eloquentiæ latinis quidẽ ſemper, ſed etiam græcis interim diſcipuli ſerius, q̃rõ poſtulat traderent. Eius rei duplex eſt cauſa, q̃ & rhetores utiq; noſtri ſuas partes omiſerũt, & grãmatici alienas occupauerũt. Nam & illi declamare mõ, & ſcientiam declamandi, ac facultatẽ tradere, officij ſui ducunt, idq; intra deliberatiuas, iudicialesq; materias: nam cætera ut p̃feſſione ſua minora deſpiciũt. Et hi nõ ſatis credũt excepiſſe, quæ derelicta erant, quo noĩe gr̃a quoq;

his habenda est, sed ad ꝓsopopœias usq;, & ad suasorias, in quibus onus dicendi uel maximũ est, irrũpunt. Hinc ergo accidit, ut quæ alterius artis prima erant opa, facta sint alteri us nouissima, & ætas altioribus iã disciplinis debita, in schola minore subsidat, ac rhetorice apd grammaticos exerceat. Itaq; qd est maxime ridiculũ, non añ ad declamandi magrm mittẽdus uidet puer, q̃ declamare iam sciat. Nos suum cuiq; professioni modũ demus, et grãmatice (quàm in latinũ transferentes literaturam uocauerũt) fines suos norit, ꝑsertim tm̃ ab hac appellationis suæ pauptate, intra quã primi illi cõstitere, prouecta. Nam tenuis à fonte assumptis poetaꝝ historicorũq; uiribus pleno iam satis alueo fluit, cũ ꝓter rõnem recte loquendi non paꝝ alioqui copiosam, ꝓpe oĩm maximaꝝ artium sciam amplexa sit: & rhetorice, cui nomẽ uis eloq̃ndi dedit, officia sua non detrectet, nec occupari gaudeat ꝓtinentem ad se laborẽ, quæ dũ opæ cedit, iam pene possessione depulsa est. Nec inficiabor aliquẽ ex ijs, q grammaticen ꝓfiteanť, eousq; sciẽtiæ ꝓgredi posse, ut ad hæc quoq; tradẽda sufficiat. Sed cum id aget, rhetoris officio fungeť, nõ suo. Nos porro quærimus, qñ ijs, quæ rhetorice p̃cipit, pcipiendis, puer maturus esse uideať. In quo qdem non id est æstimandũ, cuius quisq; sit ætatis, sed quantũ in studijs iam effecerit. Et ne diutius differã, qñ sit rhetori tradẽdus, sic optĩe finiri credo, cũ poterit. Sed hoc ipm ex supiore pendet quæstione. Nam si grãmatices munus usq; ad suasorias, quæ sunt apd rhetorẽ materiæ int rudimẽta dicẽdi, progať, tardius rhetore opus ẽ. At si rhetor prima officia opis sui nõ recusat, à narratiõibus statim, & laudandi uitupandiq; opusculis cura eius desiderať. An ignoramus, antiqs hoc fuisse ad augendam eloquentiã genus exercitationis, ut theses dicerent, & cões locos, & cætera citra cõplexũ reꝝ ꝓsonaꝝq;, qbus ueræ fictæq; controuersiæ contnent? Ex quo palam ẽ, q̃ turpiť deserat eam ꝓtem rhetorices ĩstitutio, quã & primam habuit, & diu solam. Quid aũt ex ijs, de qbus supra dixi, qd non tũ in alia quæ sunt rhetoꝝ ꝓpria, tũ certe in illd iudiciale causæ genus incidať? an nõ in foro narrandũ ẽ? qua in pte nescio, an sit uel plurimum, nõne laus, ac uitupatio certaminibus illis frequent inseritur? Non cões loci, siue q sunt in uitia directi, quales legimus à Cicerone cõpositos, seu quib* quæstiões gñaliter tractanť, quales sunt editi à Quinto quoq; Hortẽsio, ut sit ne paruis argumentis credendũ, & ꝓ testibus, & in testes in medijs litiũ medullis uersanť? Arma sunt hæc quodãmodo p̃paranda semp, ut ijs cũ res poscat utaris. Quæ qui ptinere ad oronem non putabit, is ne statuam quidẽ inchoari credet cũ eius membra fundent. Neq; hanc (ut aliqui putabũt) festinationẽ meam sic quisquã calumnieť, tanq̃ eum qui sit rhetori tradẽdus, abducendũ ꝓtinus à grammaticis putem. Dabunť illis tũ quoq; tpa sua, neq; erit uerendum, ne binis præceptoribus oneret puer. Non em̃ crescet, sed diuideť, qui sub uno mescebať labor, & erit sui quisq; operis magister utilior, qd adhuc obtinent græci, & à Latinis omissum est, & fieri uidetur excusate, quia sunt, qui labori isti successerint.

De moribus & officijs præceptoris. *Caput .II.*

ERgo cũ ad eas in studijs uires puenerit puer, ut quæ prima esse præcepta rhetoꝝ diximus, mẽte cõsequi possit, tradendus eius artis magris erit. Quoꝝ in primis inspice mores oportebit, qd ego non iccirco potissimũ in hac pte tractare sum aggressus, quia nõ in cæteris quoq; doctoribus, idẽ hoc examinandũ q̃ diligẽtissime putẽ, sicut testatus sum libro superiore, sed ꝙ magis eius rei necessariã mentionẽ facit ætas ipa discentiũ. Nam & adulti fere pueri ad hos p̃ceptores transferunť, & apd eos iuuenes etiam facti pseuerant. Ideoq; maior adhibenda tũ cura est, ut & teneriores animos ab iniuria sanctitas docẽtis custodiat, & ferociores à licẽtia grauitas deterreat. Neq; uero satis est, summam p̃stare abstinentiam, nisi disciplinæ seueritate conuenientiũ quoq; ad se mores astrinxerit. Sumat igiť añ oĩa parentis erga discipulos suos animũ, ac succedere se in eoꝝ locũ, à quibus sibi liberi tradanť, existimet. Ipse nec habeat uitia, nec ferat. Nõ austeritas eius tristis, nõ dissoluta sit comitas, ne inde odiũ, hinc contemptus oriať. Plurimus ei de honesto, ac bono sermo sit. Nam quo sæpius monuerit, hoc rarius castigabit. Minime iracũdus, nec tñ eoꝝ quæ emẽdanda erũt dissimulator, simplex in docendo, patiens laboris, assiduus potius q̃ imodicus. Interrogantibus libenť rñdeat, non interrogantes ꝓconteť ultro. In laudandis discipulo-

dictionibus,nec malignus,nec effusus,quia res altera tædiũ laboris,altera securitatẽ parit. inemẽdando quæ corrigenda erũt nõ acerbus,minimeq; cõtumelioſus. Nã id quidẽ multos à ꝓpoſito ſtudendi fugat,ꝙ quidam ſic obiurgant quaſi oderint.Iꝑe aliquid,imò multa quotidie dicat,quæ ſecũ audita referant. Licet em̃ ſatis exemplorũ ad imitandũ exlecti one ſuppeditet,tñ uiua illa(ut dicit)uox alit plenius,præcipueq; præceptoris,quẽ diſcipuli(ſi mõ recte ſunt inſtituti)& amant,& uerent. Vix aũt dici põt,quanto libẽtius imitemur eos,quibus fauemus.Minime uero ꝓmittenda pueris(ut fit apd̃ pleroſq;)aſſurgẽdi,exultandiq; in laudando licentia.Quinetiam iuuenũ modicũ eſſe,cum audiẽt,teſtimoniũ debet. Ita fiet ut ex iudicio p̃ceptoris diſcipulus pendeat,atq; id ſe dixiſſe recte,qd̃ ab eo ꝓbabit,credat.Illa uero uitioſiſſima,quæ iam humanitas uocat,inuicẽ qualiacũq; laudandi,cũ eſt indecora,& thetralis,& ſeuere inſtitutis ſcholis aliena,tñ ſtudioſorũ pnitioſiſſima hoſtis.Supuacua em̃ uident cura,ac labor,parata quicqd effuderint laude. Vultũ igit̃ præceptoris intueri,tam q audiũt debent,q̃ ipſe q dicit.Ita em̃ ꝓbanda,atq; improbanda diſcernent,ſic ſtylo facultas cõtinget,auditiõi iudiciũ.At nunc ꝓni atq; ſuccincti,ad oẽm clauſulam nõ exurgunt mõ,uerũ etiam excurrunt,& cũ indecora exultatiõe conclamant. Id mutuum eſt,& ibi declamationis fortuna:Hinc tumor,& uana de ſe ꝓſuaſio,uſq; adeo, ut illo cõdiſcipulorũ tumultu inflati,ſi parũ à præceptore laudent̃,ipſi de illo male ſentiãt. Sed ſe quoq; præceptores intẽte,ac modeſte audiri uelint. Non em̃ iudicio diſcipulorũ dicere debet mgr̃,ſed diſcipuli magr̃i.Quin(ſi fieri põt)intendendus animus in hoc quoq; ut ꝓſpiciat quæ quiſq;,& quomodo laudet,& placere quæ bñ dicet,non ſuo magis q̃ eorũ noie delectet̃,q recte iudicabunt.Pueros adoleſcentibus ſedere permixtos,non placet mihi.Nam etiã ſi uir talis,qualem eſſe oportet ſtudiis,moribuſq; præpoſitũ,modeſtam habere põt etiam iuuentutem,tñ uel infirmitas à robuſtioribus ſepanda ẽ,& carendũ nõ ſolũ crimine turpitudinis,uerũ etiam ſuſpicioẽ. Hæc notanda breuit̃ exiſtimaui:nam ut abſit ab ultimis uitiis ipſe p̃ceptor,ac ſchola,ne præcipiendũ qdem credo. Ac ſiquis eſt,q flagitia manifeſta in deligendo filij præceptore non uitet, iam hinc ſciat cætera quoq;, quæ ad utilitatem iuuentutis componere conamur,eſſe ſibi hac parte omiſſa, ſuperuacua.

An protinus præceptore optimo ſit utendum. Caput .III.

NE illorũ quidem perſuaſio ſilentio tranſeunda eſt,q etiam cum idoneos rhetorĩ pueros putauerunt,non tñ continuo tradendos eminentiſſimo credunt. Sed apd̃ minores aliquãdiu detinent,tanq̃ inſtituendis artibus magis ſit apta mediocritas p̃ceptoris, cũ ad intellectũ atq; imitatiõem facilior,tum ad ſuſcipiendas elementorũ moleſtias minus ſuppa. Qua in re mihi non arbitror diu laborandũ, ut oſtendam quanto ſit melius optimis imbui,quantaq; in eluendis quæ ſemel inſederint uitiis difficultas cõſequat̃,cũ geminatũ onus ſuccedentes p̃mat.Et qdem dedocendi grauius,ac prius,quàm docendi.Propter qd̃ Timotheum clarum in arte tibiarum ferũt maiores abiis,quos alius inſtituiſſet,ſolitũ exigere mercedes,quàm ſi rudes traderent̃. Error tñ eſt in re duplex,unus ꝙ interim ſuffice re illis minores exiſtimant,& bono ſani ſtomacho cõtenti ſunt.Quæ qanq̃ & ipſa reꝑhenſione digna ſecuritas,tñ eſſet utcunq; tolerabilis,ſi eiuſmodi præceptores minus docerent, non peius.Alter error,ille etiam frequentior,ꝙ eos q ampliorem dicendi facultatem ſint conſecuti,nõ putant ad minora deſcendere.Idq; interim fieri,qa faſtidiant præſtare hanc inferioribus curam,interim quia oẽmino non poſſint. Ego porro eum,q nolit, in numero præcipientiũ non habeo,poſſe aũt maxime ſi uelit,optimum quenq; contendo. Primũ,ꝙ eum q eloquentia cæteris præſtet,illa quoq;,per quæ ad eloquẽtiam peruenit̃,diligentiſſime percepiſſe credibile eſt.deinde,quia plurimum in præcipiendo ualet rõ,quæ doctiſſimo cuiq; planiſſima eſt. poſtremo,quia nemo ſic in maioribus eminet,ut eũ minora deficiant. Niſi forte Iouem quidem Phidias optime fecit, illa aũt quæ in ornamentum eius opis accedunt,alius melius elaboraſſet,aut orator loqui neſciet, aut leuiores morbos curare nõ poterit præſtantiſſimus medicus. Quid ergo? non eſt quædam eloquentia maior, q̃ ut eam intellectu conſeq̃ puerilis infirmitas poſſit? Ego uero confiteor,ſed hunc diſertũ præceptorem,prudentem quoq;,& nõ ignarũ docendi eſſe oportebit, ſubmittentem ſe ad

menſuram diſcentis,ut uelociſſimus quiſq;,ſi forte iter cum paruulo faciat, det manū, & gradū ſuum minuat,nec ꝓcedat ultra,q̄ comes poſſit.Quid? ſi plerunq; accidit, ut facilio ra ſint ad intelligēdū,& lucidiora multo,quæ à doctiſſimo quoq; dicunt? Nam & prima eſt eloquentiæ uirtus perſpicuitas;& quo quiſq; ingenio minus ualet,hoc ſe magis attolle re,& dilatare conat,ut ſtatura breues in digitos erigunt,& plura infirmi minant. Nam et tumidos,& corruptos,& tinnulos,& quocunq; alio cacozeliæ genere peccantes certū ha beo,non uiriū,ſed infirmitatis uitio laborare,ut corpa nō robore, ſed ualetudine inflant, & recto itinere lapſi,plerūq; diuertunt. Erit ergo etiā obſcurior quo quiſq; deterior. Nō excidit mihi ſcripſiſſe me in libro priore,cū potiorem in ſcholis eruditionē eſſe,q̄ domi di cerem,libentius ſe prima ſtudia, tenerosq; ꝓfectus ad imitationē condiſcipulorū quæ faci lior eſſet,erigere:Quod à quibuſdam ſic accipi pōt,tanquā hæc,quam nunc tueor, ſenten tia priori diuerſa ſit. Id à me ꝓcul aberit:nanq; ea cauſa uel maxima eſt,cur optimo cuiq; præceptori ſit tradendus puer,q; apud eum diſcipuli quoq; melius inſtituti,aut dicēt qd̄ inutile nō ſit imitari,aut ſiquid errauerint,ſtatim corrigent. At indoctus ille etiam proba bit fortaſſe uitioſa,& placere audientibus iudicio ſuo coget. Sit ergo tam eloquentia,quā moribus præſtantiſſimus,qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere,ac facere doceat.

De primis apud rhetorem exercitationibus. Caput .IIII.

HInc iam quas primas in docendo partes rhetorē putem,tradere incipiā,dilata parū per illa, quæ ſola uulgo uocat arte rhetorica. Ac mihi opportunus maxime uidet ingreſſus ab eo,cuius aliquid ſimile apud grāmaticos puer didicerit.Et quia narrationū, excepta qua in cauſis utimur, tres accepimus ſpēs, Fabulā, quæ uerſat in tragœdijs, atq; carminibus,non à ueritate mō,ſed etiam à forma ueritatis remotam, Argumētum,qd̄ fal ſum,ſed uero ſimile comœdiæ fingunt,Hiſtoriam,in qua eſt geſtæ rei expoſitio, grāmati cis aūt poeticas dedimus,apud rhetorem initium ſit hiſtoria,tanto robuſtior,quanto ueri or. Sed narrandi quidē,quæ nobis optima ratio uideat,tum demonſtrabimus, cū de iudi ciali parte dicemus. Interim admonere illud ſat eſt,ut ſit ea nec arida prorſus, nec ieiuna. Nam quid opus erat tm̄ ſtudijs laboris īpendere,ſi res nudas,atq; inornatas indicare ſatis uideret? Neq; rurſus finuoſa,& accerſitis deſcriptionibus,in quas plerīq; imitatiōe poeti cæ licētiæ ducunt,laſciuiat. Vitium utrunq;,peius tū illud qd̄ ex inopia, q̄ quod ex copia uenit. Nam in pueris oīo perfecta,nec exigi,nec ſperari poteſt,melior aūt eſt indoles læ ta generoſiq; conatus,& uel plura iuſto concipiens interim ſpūs. Nec unq̄ me in his diſcē tis annis offendat, ſiquid ſuperfuerit, quin ipſis doctoribus hoc eſſe curæ uelim,ut tene ras adhuc mentes moræ nutricū mollius alant,& ſatiari ueluti quodā iucundioris diſcipli næ cibo lacteq; patiant. Erit illud plenius interim corpus,qd̄ mox adulta ætas aſtringat. hinc ſpes roboris. Maciem nanq; & infirmitatē in poſterū minari ſolet, ꝓtinus oībus mem bris exp̄ſſus infans. Audiet hæc ætas plura,& inueniat,& inuētis gaudeat,ſint licet illa nō ſatis ſicca īterim ac ſeuera. Facile remediū eſt hubertatis,ſterilia nullo labore uincunt. Il la mihi in pueris natura minimū ſpei dederit,in qua ingenium iudicio præſumitur. Mate riam eſſe primum uolo, uel abūdantiorē,atq; ultra quàm oporteat fuſam. Multū inde de coquent anni,multum rō limabit,aliquid uelut uſu ipſo deteretur. Sit modo unde excidi poſſit,& quod excalpi, erit aūt,ſi non ab initio tenuem nimium laminam duxerimus,& quā cælatura altior rūpat. Quod me de his ætatibus ſentire minus mirabit,qui apud Cī ceronē legerit, Volo em̄ ſe efferat in adoleſcente fœcunditas. Quapropt in primis euitan dus,& in pueris præcipue,magiſter aridus,non minus q̄ teneris adhuc plantis ſiccum & ſine humore ullo ſolum. Inde fiunt humiles ſtatim,& uelut ad terram ſpectantes,q nihil ſupra quotidianū ſermonē attollere audeant. Macies illis pro ſanitate,& iudicij loco infir mitas eſt:& dum ſatis putant uitio carere,in idipſum incidūt uitium, ꝓ uirtutibus carēt. Quare mihi ne maturitas quidem ipſa feſtinet, nec muſta in lacu ſtatim auſtera ſint,ſic & annos ferent,& uetuſtate proficient. Ne illud quidem qd̄ admoneamus indignum eſt,in genia pueroꝝ nimia interim emendationis ſeueritate deficere, nā & deſperant,& doleāt, & nouiſſime oderunt;& quod maxime nocet,dum omnia timent, nihil conantur,qd̄ et-

iam rusticis notū est, qui frōdibus teneris nō putant adhibendā esse falcem, quia reformi dare ferrum uident, & nondum cicatricem pati posse. Iucundus ergo tū maxime debet es se præceptor, ut remedia, quæ alioqui natura sunt aspera, molli manu, & leui leniant, lau dare aliqua, ferre quædā, mutare etiam, reddita cur id fiat rōne, illuminare, interponēdo aliquid sui. Nōnunq; hoc quoq; erit utile, totas ipm dictare materias, quas & imitet puer, & interim tanq; suas amet. At si tam negligens ei stylus fuerit, ut emendationē non recipi at, exptus sum prodesse, quoties eandē materiam rursus à me retractatam scribere de inte gro iuberem, posse em eum adhuc melius, quatinus nullo magis studia, q; spe gaudēt. Ali ter aūt alia ætas emendanda est, & pro mō uirium, & exigendū, & corrigendum opus. So lebam ego dicere pueris aliquid ausis licentius, aut lætius, laudare illud me adhuc, uentu⁹ tps quo idem non permitterem, ita & ingenio gaudebant, & iudicio non fallebant. Sed ut eo reuertar unde egressus sum, narrationes stylo cōponi, quanta maxima possit adhibi ta diligētia, uolo. Nam ut primo cū sermo instituit, dicere quæ audierint, utile est pueris ad loquendi facultatē, ideoq; & retro agere expositionem, & à media in utranq; ptem dis currere sane merito cogant, sed ad gremiū præceptoris, & dum non possunt, & dum res, ac uerba connectere incipiunt, ut protinus memoriā firment, ita cū iam formam recte lo quendi & emēdatæ oronis accipiēt, extēporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, & uix surgendi mora, circulatoriæ uere iactationis est. Hinc parentū imperitor⁹ inane gaudiū, ipsis uero contemptus opis, & inuerecunda frons, & cōsuetudo pessime dicendi, & malo rum exercitatio, & quæ magnos quoq; pfectus frequent perdidit, arrogās de se persuasio innascit. Erit sutū parandæ facilitatis tps, neq; à nobis negligenter locus iste transibit. Inte rim satis est, si puer omi cura, & summo (quantū illa ætas capit) labore aliquid probabile scripserit, in hoc assuescat, huius rei sibi naturam faciat. Ille demū in id qd quærimus, aut ei proximū poterit euadere, q ante discet recte dicere, q cito. Narrationibus nō inutiliter subiungit opus destruēdi confirmandiq; eas, qd ἀνασκευὴν vel κατασκευὴν uocat. Id porro nō tm in fabulosis, & carmine traditis fieri pōt, uerumetiam in ipsis annalium monumentis, ut si quærat, an sit credibile, super caput Valerij pugnantis sedisse coruū, q os oculosq; ho stis galli rostro atq; alis euerberaret. Sit in utranq; ptem ingens ad dicendū materia, ut de serpente quo Scipio tradit genitus, & Lupa Romuli, & Aegeria Numæ. Nam græcis hi storicis plerunq; poeticæ similis est licētia. Sæpe etiam quæri solet de tpe, de loco, quo ge sta res dicit, nonnunq; de persona quoq;, sicut Liuius frequentissime dubitat, & alij ab alijs historicis dissentiūt. Inde paulatim ad maiora tendere incipiet, laudare claros uiros, & ui tuperare improbos, qd non simplicis utilitatis opus est. Nanq; & ingeniū exercet multi plici uariaq; materia, & animus contēplatione recti, prauiq; format, & multa inde cogni tio rer⁹ uenit, exemplisq;, quæ sunt in omi genere causarum potentissima, iam tū instruit, cū res poscet usurus. Hinc illa quoq; exercitatio subit cōparatiōis, uter melior, uter ue de terior, quæ quanq; uersat in rōne simili, tñ & duplicat materiam, & uirtutū uitiorumq;, non tm naturam, sed etiam modū tractat. Ver⁹ de ordine laudis cōtraq;, quoniam hæc ter tia rhetorices pars est, præcipiemus suo tempore. Communes loci (de ijs loquor, quibus citra personas in ipsa uitia moris est perorare, ut in adulter⁹, aleatorem, petulantē) ex me dijs sunt iudicijs: & si reum adijcias, accusatiōes, quanq; hi quoq; ab illo generali tractatu, ad quasdā deduci species solent, ut si ponat adulter cæcus, aleator pauper, petulans senex. Habent aūt nonnunq; etiam defensionem. Nam & pro luxuria, & pro amore dicimus, & leno interim parasitusq; defendit, sic ut nō homini patrocinemur, sed crimini. Thesis aūt, quæ sumunt ex rer⁹ compatione, ut rustica ne uita, an urbana potior, iurisperiti, an milita ris uiri laus maior, mire sunt ad exercitationē dicēdi, spatiosæ atq; huberes, quæ uel ad sua dendi officiū, uel etiam ad iudicior⁹ disceptationē iuuant plurimū. Nam posterior ex pdi ctis locus, i causa Murænæ copiosissime à Cicerone tractat. Sunt & illæ pene totæ ad deli beratiuū pertinentes genus, ducenda ne uxor, petendi ne sint magistratus. Nanq; hæ pso nis mō adiectis suasoriæ erunt. Solebant præceptores mei, nec inutili, & nobis etiā iucun do gne exercitationis, pparare nos coniecturalibus causis, cū quærere atq; exeq; iuberent,

cur armata apud Lacedæmonios Venus, & quid ita crederet Cupido puer, ac uolucer, & sagittis, ac face armatus, & similia, in quibus scrutabamur uoluntatem, cuius in controuersiis frequēs quæstio est, quod genus chriæ uideri potest. Nam locos quidem, quales sunt de testibus, semp ne his credendum, & de argumentis, an habēda etiam paruis fides, adeo manifestū est ad forenses actiones pertinere, ut quidam nec ignobiles in officijs ciuilibus, scriptos eos, memoriæq; diligentissime mandatos, in promptu habuerint, ut quoties esset occasio, extemporales eorū dictiones, his uelut emblematis exornarent. Quo quidem (nec enim huius rei iudicium differre sustineo) summam uidebantur mihi infirmitatem de se confiteri. Nam quid ꝝ possint in causis (quarum uaria ac noua semper est facies) propriū inuenire? quomodo ꝓpositis ex parte diuersa respondere? altercatiōibus uelociter occurrere? testē rogare? q etiam in ijs, quæ sunt communia, & in plurimis causis tractant, uulgatissimos sensus uerbis, nisi tanto antè ꝓparatis, prosequi nequeant? Necesse est his, cū eadem iudicijs pluribus dicūt, aut fastidiū moueant, ueluti frigidi & repositi cibi, aut pudorem, deprehensa toties audientiū memoria, infelix supellex, quæ sicut apud paupes ambitiosos, pluribus & diuersis officijs conterat, cum eo quidem, quod uix ullus est tam cōis locus, q possit cohærere cum causa, nisi aliquo propriæ quæstionis uinculo copulatus, apparentq; eū non tam insertū quàm applicitum, uel qđ dissimilis est cæteris, uel qđ plerunq; assumi etiam parū apte solet, non quia desiderat, sed quia paratus est, ut quidam sententiarum gratia uerbosissimos locos arcessunt, cū ex locis debeat nasci sententia. ita sunt autē speciosa hæc & utilia, si oriuntur ex causa. Cæterū quamlibet pulchra locutio, nisi ad uictoriam tendit, utiq; superuacua, sed interim etiam cōtraria est. Verum hactenus euagari satis fuerit, legū laus & uituperatio iam maiores, ac prope summis operibus suffecturas uires desiderant, quæ quidē suasorijs, an cōtrouersiis magis accommodata sit exercitatio, cōsuetudine & iure ciuitatū differt. Apud græcos enim lator earum ad iudicem uocabatur, Romanis pro cōcione suadere, ac dissuadere moris fuit. Vtroq; aūt modo pauca de his, & fere certa dicunt. Nam & genera sunt tria, sacri, publici, priuati iuris. Quæ diuisio ad laudem magis spectat, si quis eam per gradus augeat, ꝙ lex, ꝙ publica, ꝙ ad religionē deūm comparata sit. Ea quidem de quibus quæri solet, cōmunia oīmibus. Aut em de iure dubitari potest eius qui rogat, ut de P. Clodij qui non rite creatus tribunus arguebat, aut de ipsius rogationis, qđ est uariū, siue non trino forte nundino promulgata, siue non idoneo die, siue contra intercessiones, uel auspicia, aliud'ue quid qđ legitime obstet, dicit lata esse, uel ferri, siue alicui manentium legum repugnare. Sed hæc ad illas primas exercitationes nō pertinent, nam sunt hæ citra complexū personarum, tꝑm, causarum. Reliqua eadem fere uero, fictoq; certamini huiusmodi tractant. Nam uitium, aut in uerbis, aut in rebus est. In uerbis quæritur, an satis significent, an sit in his aliquid ambiguū: In rebus, an lex sibi ipsa consentiat, an in præteritum referri debeat, an in singulos homines. Maxime uero commune est quærere, an sit honesta, an utilis. Nec ignoro plures fieri à pleriscq; ꝑtes, sed nos iustum, pium, religiosum, cæteraq; his similia, honesto cōplectimur. Iusti tñ species nō simplicit excuti solet. Aut em de re ipsa quærit, ut digna ne pœna, uel præmio sit, aut de mō præmij pœnæ'ue, qui tā maior q̄ minor culpari pōt. Vtilitas quoq; interim natura discernit, interim tpe. Quædam an obtineri possint, ambigi solet. Ne illud quidē ignorare oportet, leges aliqñ totas, aliqñ ex parte reprehendi solere, cum exemplū rei utriusq; nobis claris oratoribus præbeat. Nec me fallit eas quoq; leges esse, quæ non in perpetuum rogent, sed de honoribus, aut imperijs, qualis Manilia fuit, de qua Ciceronis oratio est. Sed de his nihil hoc loco præcipi pōt. Constant em propria rerū, de quibus agit, non communi qualitate. His fere ueteres facultatem dicendi exercuerunt, assumpta tñ à dialecticis argumentandi rōne. Nam fictas ad imitationē fori, consiliorumq; materias, apd græcos dicere, circa Demetriū Phalerea institutū fere cōstat. An ab ipso id genus exercitationis sit inuentū (ut alio quoq; libro sum confessus) parū comperi. Sed ne ꝝ quidem, qui hoc fortissime affirmant, ullo satis idoneo autore nituntur. Latinos uero dicendi præceptores, extremis L. Crassi temporibus cœpisse Cicero autor est, quorum insignis maxime Plotius fuit.

De lectione oratorum, & historicorum apud rhetorem. *Caput .V.*

SEd de rõne declamandi post paulum, interim quia prima rhetorices rudimẽta tractamus, non omittendum uidetur id quoq; ut moneam, quantum sit collaturus ad profectum discentium rhetor, si quemadmodum à grammaticis exigit poetarum enarratio. ita ipse quoq; historiæ, atq; etiam magis orationũ lectione, susceptos à se discipulos instruxerit, qđ nos in paucis, quorum id ætas exigebat, & parẽtes utile esse crediderant, seruauimus. Cæterꝝ sentientibus iam tum optima, duæ res impedimento fuerunt, qꝙ & longa cõsuetudo aliter docendi fecerat legem, & robusti fere iuuenes, nec hunc laborem desiderantes, exemplum nostrum sequebantur. Nec tñ etiam si quid noui uel sero inuenissem, præcipere in posterꝝ puderet. Nunc uero scio id fieri apud græcos, sed magis per adiutores, quia non uidentur tempora suffectura, si legẽtibus singulis præire semp ipsi uelint. Et hercle prælectio, quæ in hoc adhibet, ut facile atq; distincte pueri scripta oculis sequant, etiã illa quæ uim cuiusq; uerbi, si quod minus usitatum incidat, docet, multum infra rhetoris officium existimanda est. At demõstrare uirtutes, uel siqñ ita incidat, uitia, id professionis eius atq; promissi, quo se magistrum eloquentiæ pollicetur, maxime propriũ est, eo qdem ualidius, qꝙ non utiq; hunc laborem docentium postulo, ut ad gremium reuocatis cuius quisq; eorꝝ uelit libri lectioni deseruiant. Nam mihi cum facilius tum etiam multo uidetur magis utile, facto silentio, unũ aliquem (qđ ipsum imperari per uices optimũ est) constituere lectorẽ, ut protinus pronuntiationi quoq; assuescant, tũ exposita causa, in quã scripta legetur oratio (nam sic clarius quæ dicent, intelligi poterunt) nihil otiosum pati, quodq; in inuentione, quodq; in elocutione annotandũ erit, quæ in procœmio conciliandi iudicis rõ, quæ narrandi lux, breuitas, fides, quod aliqñ consilium, & q̃ occulta calliditas. Nanq; ea sola in hoc ars est, quæ intelligi, nisi ab artifice nõ possit. Quanta deinceps in diuidendo prudentia, quã subtilis & crebra argumentatio, quibus uiribus inspiret, qua iucũditate permulceat, quanta in maledictis asperitas, in iocis urbanitas, ut deniq; dominet in affectibus, atq; in pectora irrũpat, animumq; iudicum simílem ĩs, quæ dicit, efficiat. Tum in rõne eloquendi, quod uerbũ proprium, ornatum, sublime, ubi amplificatio laudanda, quæ uirtus ei contraria, quod speciose translatũ, quæ figura uerborum, quæ lenis, & quadrata, sed uirilis tñ compositio. Ne id quidem inutile, etiã corruptas aliqñ, & uitiosas orationes, quas tamen plerisq; iudiciorum prauitate mirantur, legi palam pueris, ostendiq; in ĩs quã multa impropria, obscura, tumida, humilia, sordida, lasciua, effœminata sint, quæ nõ laudantur mõ à plerisq;, sed (quod peius est) propter hoc ipsum, qꝙ sunt praua, laudantur. Nam sermo rectus, & scđm naturam enuntiatus, nihil habere ex ingenio uidetur. Illa uero, quæ utcunq; deflexa sunt tanquã exquisitiora miramur, nõ aliter quàm distortis, & quocũq; mõ prodigiosis corporibus, apud quosdam maius est pretium, quã ĩs, quæ nihil ex communis habitus bonis perdiderunt. Atq; etiam q̃ specie capiuntur, uulsis, leuatisq;, & inustas comas acu comẽtibus, & nõ suo colore nitidis, plus esse formæ putant, q̃ possit tribuere ĩcorrupta natura, ut pulchritudo corpis uenire uideat ex malis moribus. Nec solum hæc ipse debebit docere præceptor, sed frequẽter interrogare, & iudicium discipulorum experiri. Sic audientibus securitas aberit, nec quæ dicent perfluent aures, simulq; ad id pducentur, qđ ex hoc quærit, ut inueniant ipsi & intelligant. Nam quid aliud agimus docendo eos, q̃ ne semp docendi sint? Hoc diligentiæ genus ausim dicere plus collaturũ discentibus, quàm oẽs omnium artes, quæ iuuant sine dubio multum, sed latiore quadam comprehensione, per oẽs quidem species rerꝝ quotidie pene nascentium ire qui possunt? Sicut de re militari, quanq̃ sint tradita quædam præcepta communia, magis tñ pderit scire, qua ducum quisq; ratione, in quali loco, tempore, sit usus sapienter, aut contrà. Nam in omnibus fere minus ualent præcepta, q̃ experimenta. An uero declamabit quidẽ præceptor, ut sit exemplo suis auditoribus, non plus contulerint lecti Cicero ac Demosthenes? Corriget palã, siqd in declamãdo discipulus errauerit, nõ potẽtius erit emẽdare oronẽ? quinimo etiã iucũdius, aliena em uitia quisq; reprhẽdi mauult q̃ sua. Nec deerant plura, q̃ dicerẽ, sed neminẽ hæc utilitas fugit, atq; utinã tã nõ pigeat facere istud, q̃ nõ displicebit,

Qui primi legendi. *Caput .VI.*

QVod si potuerit obtineri, non ita difficilis supererit quæstio, q̃ legendi sint incipientibus. Nam quidã illos minores, quia facilior eorum intellectus uidebatur, probauerunt, alij floridius genus, ut ad alenda primarũ ætatum ingenia magis accommodatum. Ego optimos quidem, & statim, & semper, sed tñ eorum candidissimum quenq;, & maxime * expositum uelim, ut Liuium pueris magis quã Sallustiũ, & hic historiæ maioris est autor, ad quem tñ iam profectu opus est. Cicero, ut mihi quidem uidetur, & iucundus incipientibus quoq;, & apertus est satis, nec prodesse tm̃, sed etiam amari potest, tum quem admodũ Liuius præcipit, ut quisq; erit Ciceroni simillimus. Duo aũt genera maxime cauenda pueris puto: Vnum, nequis eos antiquitatis nimius admirator in Gracchorũ, Catonisq;, & aliorum similium lectione durescere uelit: fient em̃ horridi atq; ieiuni. Nam neq; uim eorũ adhuc intellectu consequentur, & elocutione, quæ tum sine dubio erat optima, sed nostris temporibus aliena, cõtenti (quod est pessimum) similes sibi magnis uiris uidebuntur: Alterum, qđ huic diuersum est, ne recentis huius lasciuiæ floscul̃is capti, uoluptate quadam praua deliniant̃. & p̃dulce illud genus ac puerilibus ingenijs hoc gratius, quo proprius est, adament. Firmis aũt iudicijs, iamq; extra periculum positis suaserim, & antiquos legere, ex quibus si assumat̃ solida, ac uirilis ingenij uis, detersо rudis seculi squalore, tũ noster hic cultus clarius enitescet, & nouos, quibus & ipsis multa uirtus adest. Nec em̃ nos tarditatis natura damnauit, sed dicendi mutauimus genus, & ultra nobis q̃ oportebat indulsimus, ita nõ tam ingenio illi nos supauerũt, quàm p̃posito. Multa ergo licebit eligere. Sed curandũ erit, ne ijs quibus permixta sunt, inquinentur. Quosdam uero etiam quos totos imitari oporteat, & fuisse nuper, & nunc esse, quidni libenter nõ concesserim mõ, uerũetiam contenderim. Sed hi q̃ sint, non cuiusq; est p̃nuntiare. Tutius circa priores imitatio ẽ uel errat̃. Ideoq; hãc nouorũ distuli lectionẽ, ne imitatio iudiciũ antecederet.

De diuisione. *Caput .VII.*

FVit etiam in hoc diuersum præcipientiũ propositũ, q̃ eorum quidã materias, quas discipulis ad discendũ dabant, non contenti diuisione dirigere, latius dicendo prosequebantur, nec solum probationibus implebant, sed etiam affectibus. Alij, cũ primas modo lineas duxissent, post declamationes quid omisissent quisq; tractabant, quosdam uero locos non minore cura, quàm cum ad dicendũ ipsi surgerent, excolebant. Vtile utrumq;, & ideo neutrũ ab altero separo. Sed si facere tantũ alterum necesse sit, plus proderit demonstrasse rectam protinus uiam, quàm reuocare ab errore iam lapsos. Primum, quia emẽdationem auribus mõ accipiunt, diuisionem uero ad cogitationẽ etiam & stylum perferũt. Deinde q̃ libentius præcipientẽ audiũt, quàm reprehendentem. Si qui uero paulo sunt uiuaciores, in his præsertim moribus, etiã irascunt̃ admonitioni, & taciti repugnant. Nec ideo tñ minus uitia apte coarguenda sunt. Habenda em̃ ratio cæterorũ, qui recta esse, quæ præceptor nõ emendauerit, credent. Vtraq; aũt ratio miscenda est, & ita tractanda, ut res ipsæ postulabũt. Nanq; incipientibus danda erit uelut præformata materia, scđm cuiusq; uires. At cum satis composuisse se ad exemplũ uidebunt̃, breuia quædam demonstranda uestigia, quæ persecuti, iam suis uiribus sine adminiculo progredi possint. Nonnunq̃ credi sibi eos oportebit, ne mala consuetudine semper alienũ laborem sequendi, nihil per se conari, & quærere sciant. Quod si satis prudent̃ dicenda uiderint, iam prope cõsummata fuerit præcipientis opera. Si quid errauerint, adhuc erũt ad ducẽ reducendi. Cui rei simile quiddam faciẽtes aues cernimus, quæ teneris infirmisq; fœtibus cibos ore suo collatos partiunt̃. At cum uisi sunt adulti, paulum egredi nidis & circũuolare, sedem illam præcedentes ipsæ docent, tum expertas uires libero cælo, suaq; ipsorum fiduciæ permittunt.

De ediscendo. *Caput .VIII.*

ILlud ex consuetudine mutandum prorsus existimo in his, de quibus nunc disserimus, ætatibus, ne omnia quæ scripserint, ediscant, & certa (ut moris est) die dicant. Quod quidem maxime patres exigunt, atq; ita demum studere liberos suos si quam frequentissime declamauerint, credunt, cum profectus præcipue diligentia constet. Nam ut scri-

bere pueros, plurimũq; esse in hoc opere, plane uelim, sic edíscere electos ex orationibus, uel historijs alio ue quo genere dignos ea cura uoluminũ locos, multo magis suadeam. Nam etiam exercebit acrius memoria, aliena cõplectendo, quàm sua: & qui erunt in difficiliore huius generis labore uersati sine molestia, quæ ipsi cõposuerunt, iam familiarius aío suo affigent, & assuescent optimis, semperq; habebũt intra se, quod imitent. Etiam nõ sentientes formam oronis illam, quam mente penitus acceperint, expriment. Abundabũt aũt copia uerborum optimos, & cõpositione, ac figuris iam nõ quæsitis, sed sponte, & ex reposito uelut thesauro se offerentibus. Accedit his & iucũda in sermone bene à quoq; dictorum relatio & in causis utilis. Nam & plus autoritatis afferunt ea, quæ non pñtis gratia litis sunt cõparata, & laudem sæpe maiorẽ, quàm si nostra sint, conciliant. Aliquando tñ permittendum quæ ipsi scripserint dicere, ut laboris sui fructũ, etiam ex illa, quæ maxime petitur, laude plurimũ capiant. Verum id quoq; tum fieri oportebit, cũ aliquid cõmodius elimauerint, ut eo uelut p̃mio studij sui donent, ac se meruisse, ut dicerẽt, gaudeant.

An secundum sui quisq; ingenij docendus sit naturam. Caput .IX.

VIrtus p̃ceptoris haberi solet, nec immerito diligent in ijs, quos erudiendos suscepit, notare discrimia ingeniorũ, & quò quenq; natura maxime ferat. Nam est in hoc incredibilis quædã uarietas, nec pauciores animorũ pene, quã corporũ formæ. Quod intelligi etiam ex ipsis oratoribus potest, qui tñ inter se distant gñe dicendi, ut nemo sit alteri similis, quamuis plurimi se ad eorum, quos probabant, imitationem cõposuerint. Vtile deinde pleriſq; uisum est, ita quẽq; instituere, ut propria naturæ bona, doctrina fouerent, & in id potissimũ ingenia quo tenderent, adiuuarent: Vt siquis palæstræ peritus, cum in aliquod plenum pueris gymnasium uenerit, exptus eorum oñi mõ corpus, animumq; discernat, cui quisq; certamini præparandus sit: ita præceptorem eloquentiæ cum sagaciter fuerit intuitus, cuius ingeniũ presso limatoq; genere dicendi, cuius acri, graui, dulci, aspo, nitido, urbano maxime gaudeat, ita se commodaturũ singulis, ut in eo quo quisq; eminet puehatur, q; & adiuta cura natura magis eualescat: & si in diuersa ducatur, nec in ijs, quibus minus aptus est, satis possit efficere, & ea in quæ natus uidet, deserendo faciat infirmiora. Quod mihi (libera em̃ uel cõtra receptas persuasiones rõnem sequenti, sententia est) in parte uerũ uidetur. Nam proprietates ingeniorum díspicere, prorsus necessarium est. In his quoq; certum studiorũ facere delectum, nemo dissuaserit. Nanq; erit alius historiæ magis idoneus, alius cõpositus ad carmen, alius utilis studio iuris, ut nonnulli rus fortasse mittendi. Sic discernet hæc dicẽdi magister, quomodo palæstricus ille cursorẽ faciet, aut pugilem, aut luctatorem, aliud ue quid ex ijs, quæ sunt sacrorũ certaminũ. Verum ei, qui foro destinabit, non in unam partem aliquã, sed in oñia quæ sunt eius operis, etiam si qua difficiliora discenti uidebunt, elaborandũ est. Nam & omnino superuacua erat doctrina, si natura sufficeret. An siquis ingenio corruptus, ac tumidus (ut pleriq; sunt) inciderit in hoc eũ ire patiemur? Aridũ, atq; ieiunũ nõ alemus, & quasi uestiemus? Nam si quædã detrahere necessariũ est, cur nõ sit adijcere concessum? Neq; ego cõtra naturam pugno. Nõ em̃ deserendũ id bonũ, si qd ingenitum est, existimo, sed augendum, addendũq; qd cessat. An non clarissimus ille p̃ceptor Isocrates, quẽ non magis libri bñ dixisse, q̃ discipuli bene docuisse testant, cũ de Ephoro, atq; Theopompo sic iudicaret, ut alteri frenis, alteri calcaribus opus esse diceret, aut in illo lentiore tarditatẽ, aut in hoc pene præcipiti, concitationem adiuuandã docendo existimauit, cum alterius alterius natura miscendũ arbitraret? Imbecillis tñ ingenijs sane sic obsequẽdũ sit, ut tñ in id quo uocat natura, ducant. Ita em̃ qd solũ possunt, melius efficiẽt. Si uero liberalior natura cõtigerit, & in qua merito ad spem oratoris simus aggressi, nulla dicẽdi uirtus omittenda est. Nam licet sit aliquã in partẽ pinior, ut necesse ẽ, cæteris tñ non repugnabit, atq; ea cura paria faciet ijs, in q bus eminebit. Sicut ille (ne ab eodẽ exemplo recedamus) exercẽdi corpora pitus, nõ si docendũ pancratiastẽ suscepit, pugno ferire uel calce tñ, aut nexus mõ, atq; in his certos aliquos docebit, sed oía quæ sunt eius certaminis. Erit q ex ijs aliqua nõ possit, in id maxime, qd poterit, incũbet. Nam sunt hæc duo uitanda prsus, unũ, ne tentes, qd effici non possit. Alterũ, ne ab

eo qđ quis optime facit,in aliud,cui minus ẽ idoneus,transferas. At si fuerit qui docebit, ille,quẽ adolescentes senẽ uidimus,Nicostratus, oĩbus in eo docendi ptibus similit utetur,efficietq; illũ,qualis hic fuit,luctando,pugnãdoq;,quoꝝ utroq; certamine ñsdem diebus coronabat,inuictum.Et quanto id magis oratoris futuri magistro ꝓuidendum erit? Non eĩ satis est dicere presse tm̃,aut subtiliter,aut aspere,non magis quàm phonasco,acutis tm̃,aut medñs,aut grauibus sonis,aut hoꝝ etiam particulis excellere. Nam sicut citharа,ita oratio perfecta non est,nisi ab imo ad summum omnibus intenta neruis consentiat.

De officio discipulorum. *Caput .X.*

PLura de officiis docentiũ locutus,discipulos id unum interim moneo,ut præceptores suos non minus,q̃ ipsa studia ament,& parentes esse,non quidem corpoꝝ,sed mentiũ credant. Multũ hæc pietas confert studio. Nam ita & libent audient,& dictis credent,& esse similes cõcupiscent. In ipsos deniq; cœtus scholaꝝ læti & alacres cõuenient,emẽdati non irascent,laudati gaudebũt,ut sint charissimi,studio merebunt. Nam ut illoꝝ officiũ est docere,sic hoꝝ præbere se dociles. Alioqui neutrũ sine altero sufficit. Et sicut hominis ortus ex utroq; gignentiũ confertur,& frustra sparseris semina,nisi illa præmollitus fouerit sulcus,ita eloquentia coalescere nequit,nisi sociata tradentis,accipientisq; concordia.

De utilitate,& ratione declamandi. *Caput .XI.*

IN his primis operibus,quæ nõ ipsa parua sunt,sed maiorũ quasi membra atq; partes, bene instituto,ac satis exercitato,iã fere tps appetet aggrediendi suasorias,iudicialesq; materias: quarum antequã uiam ingrediar,pauca mihi de ipsa declamandi rõne dicenda sunt,quæ quidem ut ex oĩbus nouissime inuenta,ita & multo est utilissima. Nam & cũcta illa,de quibus diximus in se fere continet,& ueritati proximã imaginẽ reddit. Ideoq; ita est celebrata,ut plerisq; uideret ad formandam eloquentiam uel sola sufficere. Neq; eĩ uirtus ulla perpetuæ duntaxat orationis reperiri potest, quæ non sit cum hac dicendi meditatione cõis. Eo quidem res ista,culpa docentium recidit,ut inter præcipuas quæ corrũperent eloquentiam causas,licentia, atq; insciția declamantium fuerit. Sed eo quod natura bonũ est,bene uti licet. Sint ergo & ipsæ materiæ,quæ fingent,q̃ simillimæ ueritati. Et declamatio in quantũ maxime potest,imitetur eas actiões, in quarum exercitationem repta est. Nam magos & pestilentiã,& responsa,& sæuiores tragicis nouercas,aliaq; magis adhuc fabulosa,frustra inter spõsiones,& iterdicta quæremus. Quid ergo? Nunq̃ hæc supra fidem,& poetica (ut uere dixerim) themata iuuenibus pertractare pmittemus, ut expatient,& gaudeant materia,& quasi in corpus eant,erit optimum. Sed certe sint grãdia & tumida,non stulta etiã,& acrioribus oculis intuenti ridicula,ac si iam cedendũ est,impleat se declamator aliqñ,dum sciat,ut quadrupedes cum uiridi pabulo distentæ sunt,sanguinis detractione curant,& sic ad cibos uiribus cõseruandis idoneos redeũt, ita sibi quoq; tenuandos adipes,& quicquid humoris corrupti cõtraxerit,emittendũ,si esse sanus,ac robustus uolet. Alioqui tumor ille inanis, primo cuiuscũq; ueri operis conatu deprehendetur. Totum aũt declamandi opus,qui diuersum omnino à forensibus causis existimant, ñ profecto,ne rõnem quidem,qua ista exercitatio inuenta sit,peruidẽt. Nam si foro non pparat, aut scenicæ ostentationi,aut furiosæ uociferationi simillimum est. Quid eĩ attinet iudicem præparare,qui nullus est? narrare quod oĩes sciant falsum? probationes adhibere causæ,de qua nemo sit pronũtiaturus? Et hæc quidem otiosa tm̃. Affici uero & ira,uel luctu permouere,cuius est ludibrñ? nisi quibusdam pugnæ simulacris ad uerũ discrimẽ, aciemq; iustam cõsuescimus. Nihil ergo inter forense genus dicendi, atq; hoc declamatorium intererit? Si ꝓfectus gratia dicimus,nihil. Vtinamq; adñci ad consuetudinem posset,ut nominibus uteremur,& perplexæ magis,& longioris aliquando actus cõtrouersiæ fingerent,& uerba in usu quotidiano posita min⁹ timeremus,& iocos inserere moris esset, quæ nos quamlibet per alia in scholis exercitati simus,tyrones in foro inueniũt. Si uero in ostentationem compareț declamatio,sane paululũ aliquid inclamare ad uoluptatem audientiũ debemus. Nam & in ñs actionibus,quæ in aliqua fine dubio ueritate uersant,sed sunt ad popularem aptatæ delectationem,quales legimus panegyricos,totũq; hoc demõ

ſtrationum genus, permittit adhibere plus cultus, omnemq; artem, quæ latere plerūq; in iudicijs debet, non confiteri mō, ſed oſtentare etiam hominibus in hoc aduocatis. Quare declamatio, qm̄ eſt iudicioꝝ, conſiliorūq; imago, ſimilis eſſe debet ueritati, qm̄ aūt aliquid in ſe habet ἐπιδεικτικόν, nonnihil ſibi nitoris aſſumere, quod faciūt actores comici, qui nec ita prorſus, ut nos uulgo loquimur, pnuntiant, quod eſſet ſine arte, nec tñ procul à natura recedūt, quo uitio pīret imitatio, ſed morē cōmunis huius ſermonis, decore quodam ſcenico exornant. Sic quoq; aliqua nos incōmoda ex ijs, quas finxerimus materijs, conſequētur, in eò præcipue q multa in his relinquunt incerta, quæ ſumimus, ut uidētur ætates, facultates, liberi, parentes, urbiū ipſarū uires, iura, mores, alia his ſimilia. Quin aliqñ etiam argumenta ex ipſis poſitionū uitijs ducimus. Sed hæc ſuo quæq; loco. Quamuis em̄ oīe propoſitum opis à nobis deſtinati eo ſpectet, ut orator inſtituatur, tñ ne quid ſtudioſi requirant, etiam ſiquid erit, quod ad ſcholas pertineat proprie, in tranſitu non omittemus.

An artis neceſſaria cognitio ſit. Caput .XII.

IAm hinc ergo nobis inchoanda eſt ea pars artis, ex qua capere initium ſolent, qui priora omiſerūt, quanq̄ uideo quoſdam in ipſo ſtatim limine obſtaturos mihi, qui nihil egere eiuſmodi præceptis eloquentiam putent, ſed natura ſua, & uulgari modo, & ſcholarū exercitatione contenti, rideant etiam diligētiam noſtram, exemplo quoq; magni nominis pfeſſorum, quorum aliquis (ut opinor) interrogatus quid eſſet ſchema & noema, neſcire ſe quidem, ſed ſi ad rem pertineret, eſſe in ſua declamatione reſpondit. Alius percontanti, Theodoreus an Apollodoreus eſſet, ego, inquit, parmularius ſum, nec ſane potuit urbanius ex confeſſiōe inſcitiæ ſuæ elabi. Porro ij, quia & beneficio ingenij præſtantes ſunt habiti, & multa etiam memoria digna exclamauerunt, plurimos hñt ſimiles negligentiæ ſuæ, pauciſſimos naturæ. Igitur & impetu dicere ſe, & uiribus uti gloriant. Nec em̄ opus eſſe pbatione, aut diſpoſitione in rebus fictis, ſed cuius rei gratia plenum ſit auditorium, ſentētijs grandibus, quarum optima quæq; à periculo petatur. Quinetiam in cogitando, nulla rōne adhibita, aut tectum intuentes, magnū aliquid qđ ultro ſe offerat, pluribus ſæpe diebus expectant, aut murmure incerto, uelut claſſico inſtincti, concitatiſſimū corporis motum non enuntiandis, ſed quærēdis uerbis accommodant. Nonnulli certa ſibi initia priuſquam ſenſum inuenerint, deſtinant, quibus aliquid diſerti ſubiungēdum ſit, eaq; diu ſecū ipſi, clareq; meditati, deſperata connectēdi facultate deſerūt, & ad alia deinceps, atq; inde alia non minus cōmunia, atq; nota diuertunt. Qui plurimum uidētur habere rōnis, non in cauſas tm̄ laborem ſuum, ſed in locos intendunt, atq; ijs non corpori proſpiciunt, ſed abrupta quædam, ut forte ad manum uenere, iaculantur. Vnde fit, ut diſſoluta, & ex diuerſis congeſta oratio, cohærere non poſſit, ſimiliſq; ſit cōmentarijs puerorū, in quos ea quæ aliis declamantibus laudata ſunt, regerunt. Magnas tamē ſententias, & res bonas (ita em̄ gloriari ſolent) elidunt, nam & barbari & ſerui, & ſi hoc ſat eſt, nulla eſt ratio dicendi.

Quare ineruditi ingenioſiores uulgo habeantur. Caput .XIII.

NE hoc quidem negauerim, ſequi plerunq; hanc opinionē, ut fortius dicere uideantur indocti. Primū, uitio male iudicantium, qui maiorē habere uim credūt ea, quæ non habent artem, ut effringere quā apire, rumpe quā ſoluere, trahere q̄ ducere putant robuſtius. Nam & gladiator, qui armoꝝ inſcius in rixam ruit, & luctator, q totius corporis nixu in id quod ſemel inuaſit, incumbit, fortior ab iis uocatur, cum interim & hic frequēter ſuis uiribus ipſe proſternit, & illum uehemētis impetus, excipit aduerſarii mollis articulus. Sed ſunt in hac parte, quæ imperitos etiam naturaliť fallant, nam & diuiſio, cū plurimū ualeat in cauſis, ſpeciē uiriū minuit, & rudia politis maiora, & ſparſa compoſitis numeroſiora credunt. Eſt præterea quædam uirtutum uitiorūq; uicinia, qua maledicus pro libero, temerarius pro forti, effuſus pro copioſo accipitur. Maledicit aūt ineruditus apertius, & ſæpius, uel cum piculo ſuſcepti litigatoris, frequenter etiam ſuo. Affert & iſta res opinionem, quia libentiſſime homines audiunt ea, quæ ipſi dicere uoluiſſent. Illud quoq; alterum quod eſt in elocutione ipſa piculum, minus uitat, conaturq; perdite. Inde euenit nonnunquā, ut aliquid grande inueniat, qui ſemp quærit quod nimium eſt, uerum & ra-

ro euenit,& cætera uitia nõ pensat. Propter hoc quoq; interdum uident indocti copiam habere maiorẽ,q; dicũt oĩa,doctis est & electio & modus. His accedit,quod à cura docẽdi quod intenderint,recedunt. Itaq; illud quæstionũ & argumentorũ apud corrupta iudicia frigus euitant,nihilq; aliud q̃ quo uel prauis uoluptatibus aures assistentium permulceant,quærunt. Sententiæ quoq; ipsæ,quas solas petunt,magis eminent,cũ omnia circa illas sordida & abiecta sint,ut lumina non inter umbras(quẽadmodũ Cice.dicit) sed plane in tenebris clariora sint. Itaq; ingenioſi uocentur,ut libet,dum tñ constet,contumelioſe sic laudari disertum. Nihilominus cõfitendum est etiam detrahere doctrinam aliquid, ut limam rudib.& cotes hebetibus,& uino uetustatem,sed uitia detrahit,atq; eo solo minus est,quod literæ perpolierunt,quo melius. Verũ hi pronuntiatione quoq; famam dicẽdi fortius quærunt. Nam & clamant ubiq;,& oĩa leuata(ut ipsi uocant) manu emugiũt, multo discursu,anhelitu,iactatione,gestu,motu capitis furẽtes. Iam collidere manus, terræ pedẽ incutere,femur,pectus,frontẽ cædere,mire ad pullatũ circulũ facit,cũ ille eruditus,ut in oratione multa submittere,uariare,disponere,ita etiam in ꝓnuntiando suũ cuiq; eorũ,quæ dicet colori accõmodare actum sciat, & siquid sit perpetua obseruatiõe dignũ, modestus esse & uideri malit. At illi hanc uim appellant, quæ est potius uiolentia. Cum interim non actores modo aliquos inuenias,sed(quod est turpius) præceptores etiam,q breuem dicendi exercitationem cõsecuti,omissa ratione,ut tulit impetus,passim tumultuentur,eosq; qui plus honoris literis tribuerũt,ineptos,& ieiunos,& tepidos,& infirmos, ut quodq; uerbum cõtumelioſissimum occurrit,appellent. Verum illis quidem gratulemur,sine labore,sine ratione,sine disciplina disertis. Nos qñ & ꝑcipiendi munus iampridem deprecati sumus,& in foro quoq; dicendi,quia honestissimũ finem putabamus,desinere dum desideraremur,inquirendo scribendoq; talia,consolemur otium nostrum,quæ futura usui bonæ mentis iuuenibus arbitramur,nobis certe sunt uoluptati.

Quis modus in arte *Caput* .XIIII.

NEmo aũt à me exigat id præceptorũ genus,quod est à pleriscq; scriptorib.artium traditũ,ut quasi quasdam leges immutabili necessitate constrictas studioſis dicendi feram. Vticq; proœmiũ,& id quale,proxima huic narratio,quæ lex deinde narrandi,ꝓpositio post hãc,uel ut q̃busdam placuit,excursio,tũ certus ordo quæstionũ, cæteraq; quæ uelut si aliter facere fas non sit, quidam tanq̃ iussi sequuntur. Erat em̃ rhetorice res prorsus facilis ac parua,si uno & breui præscripto contineretur. Sed mutant pleraq; causis,temporibus,necessitate,occasione. Atq; ideo res in oratoris præcipue cõsilio est,quia uarie,& ad rerum momenta conuertit. Quid em̃,si ꝑcipias imperatori,quoties aciẽ instruet,dirigat frõtem,cornua utrinq; ꝓmoueat,equites pro cornib.locet? Erit hæc quidẽ rectissima fortasse rõ,quoties licebit,sed mutabit natura loci,si mons occurret,si flumen obstabit,collibus,syluis,aliá ue asperitate aliqua prohibebit. Mutabit hostium genus, mutabit ꝑsentis cõditio discriminis,nũc acie directa,nunc cuneis,nũc auxilijs,nũc legiõe pugnabit,nonnunq̃ terga etiam dedisse simulata fuga ꝓderit. Ita,ꝓœmium necessariũ,an supuacuum, breue an lõgius,ad iudicem oñi sermone directo,an aliqñ auerso p aliquam figurã,dicendũ sit,cõstricta,an latius diffusa narratio,cõtinua an diuisa,recta an ordine pmutato, causæ docebunt. Itemq; de q̃stionũ ordine,cũ in eadem cõtrouersia aliud alĩ parti prius quæri frequent expediat. Neq; em̃ rogationib.plebis ue scitis sancta sunt ista ꝑcepta, sed hoc quicquid est,utilitas excogitauit. Non negabo aũt sic utile esse plerũq;, alioqui nec scribere rem, uerũ si eadem illa nobis aliud suadebit utilitas, hanc, relictis magistrorũ autoritatib. sequemur. Equidem id maxime ꝑcipiam,ac repetens iterũq; iterũq; monebo. Res duas in oñi actu spectet orator, quid deceat,quid expediat. Expedit aũt sæpe mutare ex illo cõstituto,traditoq; ordine aliqua,& interim decet, ut in statuis atq; picturis uidemus, uariari habitus,uultus,status. Nã recti quidẽ corporis,uel minima grã est. Nẽpe si aduersa sit facies,& demissa brachia,& iũcti pedes,et à summis ad ima rigẽs opus,flexus ille,et ut sic dixerim,motus,dat actũ quẽdã & factũ. Ideo nec ad unũ modũ formatæ manus,et in uultu mille spẽs, Cursum hñt quædam & impetũ,sedẽt alia,uel incũbũt,nuda hæc, illa uelata

sunt,quædã mixta ex utroq;.Quid tam distortũ & elaboratũ,q̃ est ille Discobolos Myronis? Siquis tñ ut parum rectũ improbet opus,nõne ab intellectu artis abfuerit,in qua uel præcipue laudabilis est illa ipsa nouitas,ac difficultas? Quã quidẽ gratiã & delectationẽ afferũt figuræ,quæq; in sensibus,quæq; in uerbis sunt.Mutant etiam aliquid à recto,atq; hanc præ se uirtutem ferũt,quod à consuetudine uulgari recesserũt.Habet in pictura speciem tota facies.Apelles tñ imaginẽ Antigoni latere tantum altero oñdit, ut amissi oculi deformitas lateret.Quid? non in oratione operienda sunt quædã, siue ostendi non debẽt, siue exprimi pro dignitate non pñt? ut fecit Timantes(ut opinor) Cithnius in ea tabula, qua Coloten Teium uicit. Nam cũ in Iphigeniæ immolatiõe pinxisset tristẽ Calchantẽ, tristiorẽ Vlyssem,addidisset Menelao quem summũ poterat ars efficere mœrorẽ, cõsumptis affectib.nõ reperiens quo digne modo patris uultũ possit exprimere,uelauit eius caput,& suo cuiusq; aĩo dedit æstimandũ.Nonne huic est illud simile Sallustianũ: Nam de Carthagine tacere satius puto,q̃ parũ dicere? Propter quæ mihi semper moris fuit,q̃ minime alligare me ad p̃cepta,quæ καθολικὰ uocant,id est(ut dicamus quõ possumus)universalia,uel ꝑpetualia. Raro em̃ reperiẽt hoc genus,ut non labefactari parte aliqua,& subrui possit.Sed de his plenius suo q̃q; loco tractabimus. Interim nolo se iuuenes satis instructos,si quẽ ex ĩs,qui breues plerũq; circũferunt,artis libellũ edidicerint,& uelut decretis technicoꝝ tutos putẽt.multo labore,assiduo studio,uaria exercitatiõe, plurib.experimẽtis,altissima prudẽtia,p̃sentissimo cõsilio cõstat ars dicendi. Sed adiuuaẽt his quoq;, si tñ rectam uiã,nõ unã orbitam monstrẽt,à qua declinare q̃ crediderit nefas, patiaẽt necesse est illã p funes ingredientiũ tarditatẽ.Itaq; & stratũ militari labore iter,sæpe deserimus compẽdio ducti,& si rectũ limitẽ rupti torrentib.pontes inciderint,circuire cogemur,et si ianua tenebiẽt incendio,per parietẽ exibimus.Late fusum opus est,& multiplex, & prope quotidie nouum,& de quo nunq̃ dicta erunt omnia. Quæ sint tamen tradita, quid ex ĩs optimum,& si qua mutari,adĩci,detrahi melius uidebitur,dicere experiar.

Diuisio totius operis. *Caput .XV.*

RHetoricen in latinum transferentes,tũ oratoriam,tũ oratricẽ nominauerunt.Quos equidẽ nõ fraudauerim debita laude,qđ copiã Romani sermonis augere tẽtauerũt. Sed non oĩa nos ducentes ex græco sequunt̃, sicut ne illos quidẽ, quoties suis utiq; uerbis signare nostra uoluerũt, & hæc interp̃tatio non minus dura est, q̃ illa Plauti,essentia atq; entia. Sed ne ꝑpria quidẽ:nam oratoria sic efferet̃,ut elocutoria,oratrix,ut elocutrix. Illa aũt de qua loquimur,rhetorice talis est,qualis eloquẽtia. Nec dubie apud Græcos quoq; duplicẽ intellectũ habet. Nanq; uno mõ fit appositũ ars rhetorica,ut nauis piratica,altero nomen rei,qualis est philosophia,amicitia. Nos ipsam nũc uolumus significare substãtiam,ut grãmatice literatura est nõ literatrix,quemadmodũ oratrix,nec literatoria quẽad modum oratoria.uerum in rhetorice non fit. Non pugnemus igit̃,cum præsertim pluribus alioqui græcis sit utendũ. Nam certe & physicos,musicos,& geometras dicã,ne uim afferamus ĩs nominib.indecora in latinum sermonem mutatio erit. Deniq; cum M. Tullius etiam ipsis librorũ,quos de hac re primũ scripserat,titulis græco noĩe utatur, profecto non est uerendum,ne temere uideamur oratori maximo de nomine artis suæ credidisse. Igitur rhetorice(iam em̃ sine metu cauillationis utemur hac appellatione)sic,ut opinor, optime diuidet̃,ut de arte,artifice,de opere dicamur. Ars erit quæ disciplina ꝑcipi debet, ea est bene dicendi scientia. Artifex est qui percipit hãc artem,id est orator, cuius ẽ summa,bene dicere. Opus quod efficiẽt ab artifice,id est bona oratio. Hæc omnia rursus diducunt̃ in species. Sed illa sequentia suo loco,nũc quæ prima parte tractanda sunt,ordiar.

Quid sit rhetorice,& quis eius finis. *Caput .XVI.*

ANte omnia quid sit rhetorice,quæ finiẽt quidẽ uarie, sed quæstionẽ habet duplicẽ, aut em̃ de qualitate ipsius rei, aut de comprehensione uerborũ dissensio est. Prima, ac præcipua opinionũ circa hæc differentia,quod alĩ malos quoq; uiros posse oratores dici putant,alĩ(quoꝝ nos sententiæ accedimus)nomen hoc,ac rem q̃ de qua loquimur,bonis demum tribui uolunt,Eoꝝ aũt,qui dicendi facultatem à maiore, ac magis expetenda

uitæ laude secernunt, quidam rhetoricen uim tm̃, qdam scientiam, sed nõ uirtutẽ, quidam usum, quidam artẽ quidẽ, sed à scia, & uirtute disiunctam, qdam etiã prauitatẽ quandã artis, id est κακοτεχνίαν nominauerũt. Hi ferè aut in psuadẽdo, aut in dicẽdo appositè ad psuadendũ, positum orãdi munus sunt arbitrati, id em̃ fieri potest ab eo quoq; q uir bonus nõ sit. Est igit frequentissimus finis, rhetoricen esse uim psuadendi. Qd ego uim appello, plerisq; potestatẽ, nõnulli facultatem uocãt: quæ res ne qd afferat ambiguitatis, uim dico τῶν λόγων. Hæc opinio originem ab Isocrate (si tñ re uera ars quæ circũfert, eius est) duxit. Qui cũ longe sit à uoluntate infamantiũ oratoris officia, finẽ artis temere cõprehẽdit, dicens esse rhetoricen persuadendi opificem, id est, πειθοῦς δημιουργόν. Nec em̃ mihi permiserim eadem uti declaratione, qua Ennius M. Cethegũ suadai medullã uocat. Apud Platonem quoq; Gorgias in libro, qui noie eius inscriptus est, idem ferè dicit, sed hãc Platonis illius opinionẽ uult accipi, non suam. Cicero pluribus locis scripsit, oratoris officiũ esse dicere appositè ad psuadendũ. In rhetoricis etiã, quos sine dubio ipse nõ probat, finẽ facit persuadere. Vex & pecunia psuadet, & gra, & autoritas dicentis, & dignitas, postremo aspectus etiã ipse sine uoce, quo uel recordatio meritorũ cuiusq;, uel facies aliqua miserabilis, uel formæ pulchritudo sententiam dictat. Nam et M. Aquilium defendens Antonius, cũ scissa uestè cicatrices, quas is pro patria pectore aduerso suscepisset, oñdit, nõ orationis habuit fidutiã, sed oculis populi Romani attulit uim, quem illo ipso aspectu, maxime motũ in hoc ut absolueret reum, creditũ est. Seruiũ qdem Galbam miseratiõe sola, qua nõ suos modo liberos paruulos in cõcionem ꝓduxerat, sed Galli etiam Sulpitij filiũ suis ipse manibus circũtulerat, elapsum esse, cum alioꝝ monumentis, tũ Catonis oratione testatũ est. Et Phrynen non Hyperidis actione quanq̃ admirabili, sed conspectu corporis, quod illa speciosissimum alioqui, diducta nudauerat tunica, putant periculo liberatam. Quæ si oĩa persuadent, nõ est hic, de quo locuti sumus, idoneus finis. Ideoq; diligentiores sunt uisi sibi, qui cũ de rhetorice idem sentirent, existimarũt eam uim dicendo psuadendi. Quem finem Gorgias in eodem, de quo supra diximus libro, uelut coactus à Socrate facit. A quo nõ dissentit Theodectes, siue ipsius id opus est, quod de rhetorice nomine eius inscribit, siue ut creditũ est, Aristotelis, in quo est, finẽ esse rhetorices, ducere homines dicendo in id, qd actor uelit. Sed ne hic qdem satis est cõprehensum. Persuadent em̃ dicẽdo, uel ducunt in id quod uolũt, alij quoq; ut meretrices, adulatores, corruptores. At cõtrà non psuadet semp orator, ut interim nõ sit ꝓprius hic finis eius, interim sit cõis cum ijs qui ab oratore ꝓcul absunt. Atqui nõ multũ ab hoc fine abest Apollodorus, dicẽs, iudicialis oronis primũ et super omnia esse, psuadere iudici, & sententiam eius ducere in id qd uelit. Nã & ipe oratorem fortunæ subijcit, ut si nõ psuaserit, nomen suũ retinere nõ possit. Quidam recesserunt ab euentu, sicut Aristoteles, qui dicit, Rhetorice est uis inueniẽdi oñia in oratione persuasibilia. Qui finis & illud uitiũ, de quo supra diximus, habet, & insuper q; nihil nisi inuentionẽ cõplectit, quæ sine elocutione non est oratio. Hermagoræ, q finẽ eius esse ait persuasibiliter dicere, & alijs qui eandẽ sententiam nõ ijsdẽ tantũ uerbis explicant, ac finẽ esse demonstrant, dicere quæ oporteat omnia ad persuadendũ, satis responsum est, cũ persuadere non tantũ oratoris esse conuicimus. Addita sunt his alia uarie. Quidã enim circa res omnes, qdam circa ciuiles modo uersari rhetoricen putauerunt, quoꝝ uerius utrũ sit, in eo loco, q huius quæstionis proprius est, dicam. Omnia subiecisse oratori uidet Aristoteles, cũ dixit, uim esse dicẽdi, quid in quaq; re possit esse psuasibile. Et Patrocles, qui non quidẽ adijcit in unaquaq; re, sed nihil excipiendo idẽ oñdit, uim enim uocat inueniẽdi qd sit in oratione psuasibile, q fines & ipsi solam cõplectuntur inuentionem. Qd uitium fugiens Theodorus, uim putat inueniẽdi, et eloquendi cũ ornatu credibilia in omni oone. Sed cũ eodem modo credibilia, quo persuasibilia etiam non orator inueniat, adijciendo in omni oratione, magis q̃ superiores concedit scelera quoq; suadentib. pulcherrimæ rei nomen. Gorgias apud Platonẽ, suadendi se artificẽ in iudicijs, & alijs cœtibus esse ait. De iustis quoq; & iniustis tractare, cui Socrates psuadendi, nõ docendi concedit facultatẽ. Qui uero non oĩa subijciebant oratori, solicitius ac uerbosius, ut necesse erat, adhibuerunt dis-

crimia, quoꝝ fuit Ariston Critolai peripatetici discipulus, cuius hic finis est, scietia uidẽ di & agendi in quæstionib. ciuilibus per orationẽ popularis persuasionis. Hic scientiam, quia peripateticus est, nõ ut stoici, uirtutis loco ponit, populare aũt cõprehẽdendo tantũ persuasionem, etiam contumelioſus est aduersus artẽ orandi, quam nihil putat doctis persuasuram. Illud de omnib. qui circa ciuiles demum quæstiones oratorem iudicãt uersari, dictũ sit, excludi abꝝs plurima oratoris officia, illam certe laudatiuam totam, quæ est rhetorices pars tertia, Cautius Theodorus Gadaræus, ut iam ad eos ueniamus, qui artẽ quidem esse eam, sed nõ uirtutẽ putauerunt, Ita em̃ dicit (ut ipsis eorum uerbis utar, qui hoc ex græco transtulerunt) Ars inuẽtrix, & iudicatrix, & enũtiatrix, decente ornatu secundũ mensionẽ eius, qd̃ in quoꝝ potest sumi persuasibile in materia ciuili. Itẽꝝ Cornelius Celsus, qui finẽ rhetorices ait, dicere p̃suasibiliter in dubia uel ciuili materia. Quibus sunt nõ dissimiles, qui ab aliꝝs tradunt̃, qualis est ille, Vis dicẽdi & eloquẽdi de reb. ciuilibus subiectis sibi, cũ quadã persuasione, & quodã corporis habitu, & eoꝝ quæ dicet pronuntiatione. Mille alia, sed aut eadẽ aut ex ꝝsdem composita, quibus item cum de materia rhetorices dicendũ erit, respondebimus. Quidam eam neꝝ uim, neꝝ scientiam, neꝝ artem putauerunt. sed Critolaus usum dicẽdi. Nam hoc τρίβωνα significat. Athenæus fallendi artem. Pleriꝝ autem dũ pauca ex Gorgia Platonis, à prioribus imperite excerpta, legere contẽti, nec hoc totũ, nec alia eius uolumina euoluunt, in maximũ errorẽ inciderunt, credũtꝝ eum in hac esse opinione, ut rhetoricen nõ artem, sed peritiam quandam gratiæ, ac uoluptatis existimet, & alio loco, ciuilitatis particulæ simulacrũ, & quartã partẽ adulationis, ꝙ duas partes ciuilitatis corpori assignet, medicinam, et quam interpretant̃ exercitatricẽ, duas animo, legalẽ atꝝ iustitiam, adulationem autem medicinæ, uocet coquoꝝ artificiũ, & exercitatricis mangonum, qui colorem fuco, & ueꝝ robur inani sagina mentiantur, legalis cauillatricẽ, iustitiæ rhetoricen. Quæ omnia sunt quidẽ scripta in hoc libro, dictaꝙ à Socrate, cuius persona uidetur Plato significare quid sentiat. Sed aliꝝ sunt eius sermones ad coarguendos, qui contrà disputant cõpositi, quos ἐλεγκτικούς uocant, aliꝝ ad præcipiendum, qui δογματικοὶ appellant̃. Socrates autem, seu Plato, eam quidem, quæ tum exercebatur, rhetoricen talem putat, nam & dicit his uerbis: τοῦτον τὸν τρόπον, ὃν ὑμεῖς πολιτεύεσθε. Non ueram autẽ & honestam intelligit. Itaꝝ disputatio illa contra Gorgiam ita claudit̃: οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι τὸν δὲ δίκαιον βούλεσθαι δίκαια, πᾶσι πράσσειν. Ad quod ille quidem conticescit, sed sermonem suscipit Polus iuuenili calore inconsideratior, contra quẽ illa de simulacro, & adulatione dicuntur. Tum Callicles adhuc cõcitatior, qui tñ ad hanc perducitur clausulam, τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι, δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι καὶ ἐπιστήμονα τοῦ δικαίου, ut appareat Platoni non rhetoricen uideri malũ, sed eam ueram, nisi iusto, ac bono non cõtingere. Adhuc aũt in Phædro manifestius facit, hanc artẽ consummari citra iustitiæ quoꝝ scĩam non posse, cui opinioni nos quoꝝ accedimus. An aliter defensionẽ Socratis, & eoꝝ qui pro patria ceciderãt, laudem scripsisset? quæ certe sunt oratoris opera. Sed in illud hominũ genus, quod facultate dicendi male utebatur, inuectus est. Nam & Socrates inhonestam sibi credidit oſonem, quam ei Lysias reo cõposuerat, & tũ maxime scribere litigatorib. quæ illi pro se ipsi dicerẽt, erat moris, atꝝ ita iuri, quo nõ licebat pro altero agere, fraus adhibebatur. Doctoresꝝ eius artis, parũ idonei Platoni uidebant̃, qui rhetoricen à iustitia separarent, & ueris credibilia præferrẽt. Nã id quoꝝ dicit in Phædro. Cõsensisse aũt illis superioribus uideri potest etiam Cornelius Celsus, cuius hæc uerba sunt: Orator simile tantũ ueri petit. Deinde paulo pòst: Non em̃ bona conscientia, sed uictoria litigantis est præmium. Quæ si uera essent, pessimorũ hominum foret, hæc tam perniciosa nocentissimis moribus dare instrumenta, & nequitiam præceptis adiuuare. Sed illi rõnem opinionis suæ uiderint. Nos aũt ingressi formare perfectum oratorem, quem in primis esse bonũ uirum uolumus, ad eos, qui de hoc opere melius sentiũt, reuertamur. Rhetoricen autem quidam eandẽ ciuilitatem esse iudicauerunt. Cicero scĩtiæ ciuilis partem uocat, ciuilis aũt scientia idem quod sapientia est. Quidam etiam philosophiæ, quorũ est Isocrates. Huic eius substantiæ maxime cõuenit finitio, rhetoricen esse bñ dicendi scĩam,

Nam & orationis oēs uirtutes semel complectit, & protinus mores etiam oratoris; cū bene dicere non possit, nisi uir bonus. Idē ualet Chrysippi finis ille ductus à Cleante, scīa recte dicēdi. Sunt plures eiusdem, sed ad alias quæstiones magis ptinent. Idem sentiret finis hoc mō comprehensus, persuadere quod oporteat, nisi ꝙ artem ad exitum alligat. At bñ artis, dicere scdm uirtutem orationis. Excludunt à rhetorice malos, & illi qui sciētiam ciuilium officiorū eam putauerunt, si scientiam uirtutem iudicant, sed anguste intra ciuiles quæstiones coercent. Albutius non obscurus professor, atq; autor, scientiam bene dicendi esse consentit, sed exceptionibus peccat, adiiciendo circa ciuiles quæstiones, & credibilit, quarum iam utriq; responsum est. Probabilis & illi uoluntatis, qui recte sentire, & dicere, rhetorices finem putauerunt. Hi sunt fere fines maxime illustres, & de quibus ꝑcipue dis putat. Nam omnes quidem persequi, nec attinet, nec possum, cum prauum quoddam (ut arbitror) studiū circa scriptores artium extiterit, nihil ñsdem uerbis, quæ prior aliquis occupasset finiendo, quæ ambitio ꝑcul aberit à me. Dicam em̄ non utiq; quæ inuenero, sed quæ placebunt, sicut hoc, rhetoricen esse bñ dicendi scientiam, cum reperto quod est optimū, qui quærit aliud, peius uelit. His approbatis, simul manifestum est illud quoq;, quem finem, uel quid summum & ultimum habeat rhetorice, quod τέλος dicitur, ad qd omnis ars tendit. Nam si est ipsa bene dicendi scientia, finis eius & summum est, bene dicere.

An utilis sit rhetorice. *Caput .XVII.*

SEquitur quæstio, an utilis rhetorice, nam qdam uehemēt in eam inuehi solēt, & qd sit indignissimū, in accusationem orationis utuntur orandi uiribus, eloquentiam esse, quæ pœnis eripiat scelestos, cuius fraude damnent interim boni, cōsilia ducant in peius, nec seditiones mō, turbæq; populares, sed bella etiam inexpiabilia excitentur, cuius deniq; tum maximus sit usus, cū pro falsis contra ueritatem ualet. Nam & Socrati obiiciūt comici, docere eū quomodo peiorem causam meliorem faciat, & cōtrà, * Thysiam, & Gorgiam similia dicit polliceri Plato. Et his adiiciunt exempla græcorum Romanorūq;, & enumerant, qui pernicioſa non singulis tm̄, sed rebus etiam publicis, usi eloquentia, turbauerunt status ciuitatum, uel euerterunt, eoq; & Lacedæmoniorū ciuitate expulsam, & Athenis quoq;, ubi actor mouere affectus uetabat, uelut recisam orandi potestatē. Quo quidē mō nec duces erunt utiles, nec magistratus, nec medicina, nec deniq; ipsa sapientia. Nam & dux Flaminius, & Gracchi, Saturnini, Glauciæ magistratus, & in medicinis uenena, & in ñs q philosophorū noīe male utunt, grauissima nonnunq̄ flagitia deprehensa sunt. Cibos aspernemur, attulerūt sæpe ualetudinis causas, nunq̄ tecta subeamus, super habitantes aliquando ꝑcumbūt. Non fabricetur militi gladius, pōt uti eodem ferro latro. Quis nescit, ignes, aquas, sine quibus nulla sit uita, & (ne terrenis immorer) solem lunamq;, præcipua fideī, aliqñ etiam nocere? Num igit negabit deformem Pyrrhi paçem cæcus ille Appius dicēdi uiribus diremisse? Aut nō diuina M. Tullñ eloquētia, & cōtra leges agrarias popularis fuit? & Catilinæ fregit audaciā? & supplicationes, q maximus honor uictoribus bello ducibus datur, in toga metuit? Nonne perterritos militū animos frequenter à metu reuocat oīo? & tot pugnandi ꝑicula ineūtibus, laudem uita potiorē esse persuadet? Nec uero me Lacedæmoniī, aut Athenienses magis mouerint, quā populus Romanus, apd quē summa semꝑ oratoribus dignitas fuit. Equidem nec urbium conditores reor aliter effecturos fuisse, ut uaga illa multitudo coiret in populos, nisi docta uoce commota, nec legū repertores sine summa ui orandi cōsecutos, ut se ipsi homines ad seruitutē iuris astringerēt. Quin ipsa uitæ præcepta, etiamsi natura sunt honesta, plus tñ ad formandas mētes ualēt, quoties pulchritudinem rerum, claritas orationis illuminat. Quare etiamsi in utranq; partem ualent arma facundiæ, non tñ est æquum id haberi malum, quo bene uti licet. Verū hæc apud eos forsitan quærant, qui summam rhetorices ad psuadendi uim retulerunt. Si uero est bñ dicendi scientia, quem nos finem sequimur, ut sit orator in primis uir bonus, utilem certe esse eam confitendū est. Et hercle deus ille princeps, parens rerū, fabricator ꝙ mūdi, nullo magis hominē separauit à cæteris, quæ quidē mortalia essent, animalibus, q̄ dicendi facultate. Nam corpora quidē magnitudine, uiribus, firmitate, patiētia, uelociLysiam

tate præſtantiora in illis mutis uidemus, eadē minus egere acquiſitæ extrinſecus opis. Nā & ingredi citius, & paſci, & tranare aquas, citra docētem natura ipſa ſciunt. Et pleraq; cō tra frigus ex ſuo corpore ueſtiunt, & arma ijs ingenita quædam, & ex obuio fere uict⁹, circa quæ oīa multus hominibus labor eſt. Ratiōem igitur nobis præcipuam dedit, eiusq; nos ſocios eſſe cum dijs immortalibus uoluit. Sed ipſa rō neq; tam nos iuuaret, neq; tam eſſet in nobis manifeſta, niſi quæ cōcepiſſemus mente, promere etiam loquendo poſſemus, qd magis deeſſe cæteris animalibus, quā intellectū, & cogitationē quandā uidemus. Nā & moliri cubilia, & nidos texere, & educare fœtus, & excludere, quinetiā reponere in hyemem alimenta, opa quædam nobis inimitabilia, qualia ſunt cerarū, & mellis, efficere, non nullius fortaſſe rōnis eſt: ſed quia carent ſermone, quæ id faciunt, muta, atq; irrationabilia uocant. Deniq; homines, quibus negata uox eſt, quantulum adiuuat animus ille cæleſtis? Quare ſi nihil à dijs oratione melius accepimus, quid tam dignum cultu, ac labore ducamus, aut in quo malimus præſtare hoībus, quàm quo ipſi hoīes cæteris animalibus præſtent? Eo quidem magis, q nulla in parte plenius labor gratiam refert. Id adeo manifeſtū erit, ſi cogitauerimus, & unde, & quouſq; iam prouecta ſit orandi facultas, & adhuc augeri poteſt. Nam ut omittam defendere amicos, regere cōſilijs ſenatum, populum, exercitū in quæ uult ducere, q̄ ſit utile, conueniatq; bono uiro, nōne pulchrum, uel hoc ipſum eſt, ex communi intellectu uerbisq;, quibus utantur oēs, tm̄ aſſequi laudis & gloriæ, ut non loqui & orare, ſed quod Periclī contigit, fulgurare, ac tonare uideariſ?

An rhetorice ſit ars. *Caput .XVIII.*

FInis non erit ſi expatiari parte in hac, & indulgere uoluptati uelim. Tranſeamus igit̄ ad eam quæſtionem quæ ſequit̄, an rhetorice ars ſit. Quod q̄dem adeo ex ijs q præcepta dicendi tradiderunt, nemo dubitauit, ut etiam ipſis librorū titulis teſtatū ſit, ſcriptos eos de arte rhetorica: Cicero uero etiam eā, quæ rhetorice uocet̄, eſſe artificioſam eloquētiam dicat. Quod non oratores tm̄ indicauerūt, ut ſtudijs aliquid ſuis præſtitiſſe uideant̄: ſed cum ijs philoſophi, & ſtoici, & peripatetici pleriq; conſentiunt. Ac me dubitaſſe confiteor, an hanc partem quæſtionis tractandam putarem. Nam quis eſt adeo nō ab eruditione mō, ſed à ſenſu remotus hominis, ut fabricādi quidem, & texendi, & è luto uaſa ducēdi artem putet, rhetoricen aūt maximum, ac pulcherrimum (ut ſupra diximus) opus, in tam ſublime faſtigium exiſtimet ſine arte ueniſſe? Equidē illos, q contrà diſputarunt, non tam id ſenſiſſe qd dicerēt, q̄ exercere ingenia materiæ difficultate credo uoluiſſe, ſicut Polycratem cum Buſirim laudaret, & Clytemneſtram, quanq̄ is, qd his diſſimile nō eſſet, compoſuiſſe oīonem, quæ eſt habita contra Socratem, dicit̄. Quidam naturalem eſſe rhetoricen uolunt, & tm̄ adiuuari exercitatione non diffitentur, & in libris Ciceronis de oratore dicit Antonius, obſeruationem quandam eſſe, non artem. Quod non ideo, ut pro uero accipiamus, eſt poſitum, ſed ut Antonij pſona ſeruetur, q diſſimulator artis fuit. Hanc aūt opinionem habuiſſe Lyſias uidetur, cuius ſentētiæ talis defenſio eſt, q indocti, & barbari, & ſerui pro ſe cum loquunt̄ aliquid, dicant ſimile principio, narrent, probent, refutent, & (qd uim habeat epilogi) deprecent̄. Deinde adijciunt illas uerborū cauillationes, nihil qd ex arte fiat, ante artem fuiſſe, atqui dixiſſe homines pro ſe, & in alios ſemp, doctores artis ſero iam, & circa Thyſiam & Coraca primū repertos, oratiōem igitur ante artē fuiſſe, eoq; artem non eſſe. Nos porro quando cœperit huius rei doctrina, non laboramus exquirere, quanq̄ apud Homerū etiam præceptorem Phœnicem, tum agendi, tum etiam eloquendi, & oratores plures, & oīe in tribus ducibus oīonis genus, & certamīa quoq; ꝓpoſita eloquentiæ int̄ iuuenes inuenimus, quin in cælatura clypei Achillis, & lites ſunt, & actores. Illud em̄ admonere ſatis eſt, oīa, quæ ars conſummarit, à natura initia duxiſſe, aut tollatur medicina, quæ ex obſeruatione ſalubrium, atq; his contrariorum reperta eſt: & ut quibuſdam placet, tota conſtat experimentis. Nam & uulnus deligauit aliquis, anteq̄ hæc ars eſſet, & febrem quiete & abſtinētia, nō quia rōnem uidebat, ſed quia id ualetudo ipſa coegerat, mitigauit. Nec fabrica ſit ars, caſas em̄ primi illi ſine arte fecerunt. Nec muſica, cant̄, ac ſaltat̄ ꝓ oēs gentes aliquo mō, Ita ſi rhetorice uocari debet ſermo quicūq;, fuiſſe eā

anteq̃ esset ars, confitebor. Si uero non quisquis loquit orator est, & tũ non tanq̃ oratores loquebant, necesse est oratorem factũ arte, nec ante artem fuisse, fateant. Quo illũ quoq; excludit, qđ dicunt, non esse artis id qđ faciant q non didicerint, dicere autem hoies, & q nõ didicerint. Ad cuius rei confirmationẽ afferũt Demadẽ remigẽ, & Aeschinẽ hypocriten oratores fuisse, falso. Nã neq; orator esse, q non didicit, põt, & hos sero potius, q̃ nunq̃ didicisse quis dixerit: quanq̃ Aeschines ab initio sit uersatus in lris, quas pater eius etiam docebat. Demadẽ neq; non didicisse certũ sit, & continua dicẽdi exercitatio potuerit tm̃, quantuscunq; postea fuit, fecisse. Nam id potẽtissimũ discendi genus est. Sed adhuc pstantiorem, si didicisset, futurũ fuisse dicere licebit. Nec em̃ oones scribere est ausus, ut eũ multũ ualuisse in dicendo sciamus. Aristoteles, ut solet, quærẽdi gra quædã subtilitatis suæ argumẽta excogitauit in Gryllo, sed idẽ & de arte rhetorica tres libros scripsit, & in eor̃ primo nõ artem solũ eã fatet, sed ei pticulam ciuilitatis, sicut dialecticis, assignat. Multa Critolaus cõtrà, multa Rhodius Athenodorus. Agnon quidẽ detraxit sibi inscriptiõe ipsa fidem, qua rhetorices accusationẽ pfessus est. Nam de Epicuro, qui disciplinas oẽs fugit, nihil miror. Hi cõplura dicunt, sed ex paucis locis ducta. Itaq; potẽtissimis eor̃ breuit occurram, ne in infinitum quæstio euadat. Prima his argumentatio ex materia est, Omẽs em̃, artem aiunt habere materiam, qđ est uer̃, rhetorices nullã esse ppriam, qđ esse falsum in sequentibus pbabo. Altera calũnia, nullam artem falsis assentire opinionibus, qa cõstituí sine præceptione nõ possit, quæ semp uera sit, rhetoricen assentiri falsis, non esse igitur artẽ. Ego rhetoricen nonnunq̃ dicere falsa p ueris cõfitebor, sed nõ ideo in falsa quoq; eẽ opinione concedam, qa lõge diuersum est sibi ipsi quid uideri, & ut alĩ uideat efficere. Nã & impator falsis utit sæpe, ut Hannibal, cum inclusus à Fabio sarmentis, circũ cornua borum deligatis, incẽsisq; per noctem in aduersos montes agens armẽta, speciẽ hosti abeũtis exercitus dedit, sed illũ fefellit, ipse quid uer̃ esset, non ignorauit. Nec uero Theopompus Lacedæmonius, cũ permutato cum uxore habitu, è custodia ut mulier euasit, falsam de se opinionem habuit, sed custodibus pbuit. Itidem orator cum falso utit pro uero, scit eẽ falsum, eoq; se p uero uti, nõ ergo falsam habet ipse opiniõem, sed fallit aliũ. Nec Cicero cũ se tenebras offudisse iudicibus in causa Cluentĩ gloriatus est, nihil ipse uidit. Et pictor cũ ui artis suæ efficit, ut quædam eminere in ope, quædam recessisse credamus, ipse ea plana esse non nescit. Aiunt etiam oẽs artes habere finẽ aliquem ppositum ad quẽ tendant, hũc mõ nullum esse in rhetorice, mõ non præstari eum qui promittat, mentiunt. Nos em̃ esse finem, iam ostendimus, & quis esset diximus, pstabit hũc semper orator, semper em̃ bene dicet. Firmum aũt hoc qđ opponit, aduersus eos fortasse sit, qui persuadere finem putauerunt. Noster orator, arsq; à nobis finita non sunt posita in euentu. Tendit quidem ad uictoriam q dicit, sed cum bñ dixit, etiamsi non uincat, id qđ arte continetur effecit. Nam & gubernator uult salua naue in portũ peruenire, si tm̃ tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicetq; notum illud, dum clauum rectum teneam. Et medicus sanitatem ægri petit, si tm̃ aut ualetudinis ui, aut intemperantia ægri, alio ue quo casu summa non contigit, dum ipse oĩa scđm rõnem fecerit, medicinæ fine non excidit. Ita oratori bñ dixisse finis est. Nam est ars ea, ut post paulũ clarius ostendemus, in actu posita, non in effectu. Ita falsum erit illud quoq; qđ dicit, artes scire qñ sint finẽ consecutæ, rhetoricẽ nescire. Nam se quisq; bñ dicere intelligit. Vti etiã uitĩs rhetoricẽ, qđ ars nulla faciat, criminant, quia & falsum dicat, & affectus moueat. Quor̃ neutrum est turpe, cũ ex bona rõne proficiscit, ideoq; nec uitiũ. Nam & mendaciũ dicere, etiam sapienti aliqñ concessum est: & affectus, si aliter ad æquitatẽ perduci iudex non poterit, necessario mouebit orator. Imperiti em̃ iudicant, & qui frequenter in hoc ipm̃ fallendi sunt, ne errent. Nam si mihi sapientes iudices dent, sapientum conciones, atq; oĩe conciliũ, nihil inuidia ualeat, nihil gra, nihil opinio præsumpta, falsiq; testes, perq̃ sit exiguus eloquẽtiæ locus, qa prope ĩ sola delectatione ponat. Sin & audientiũ mobiles animi, & tot malis obnoxia ueritas, arte pugnandum est, & adhibẽda quæ prosunt, nec em̃ qui recta uia depulsus est, reduci ad eá, nisi alio flexu potest. Plurima uero ex eo contra rhetoricen cauillatio est, q ex utraq; cau-

ſæ parte dicaꝫ. Inde hoc, nullam eſſe artẽ ſibi contrariam, rhetoricam eſſe contrariam ſibi. Nullam artẽ deſtruere qđ effecerit, accidere hoc rhetorices operi. Item, aut dicenda eam docere, aut non dicenda, ita uel per hoc non eſſe artẽ, ꝙ nõ dicenda præcipiat, uel per hoc, ꝙ cum dicenda præceperit, etiam contraria his doceat. Quæ oĩa apparent de ipſa rhetorice dici, quæ ſit à bono uiro, atq; ab ipſa uirtute ſeiuncta, alioqui ubi iniuſta cauſa ẽ, ibi rhetorice nõ eſt, adeo ut uix ex admirabili quodam caſu poſſit accidere, ut ex utraq; parte orator, id eſt uir bonus, dicat. tamen qm̃ hoc quoq; in rerꝫ naturam cadit, ut duos ſapiẽtes aliqñ iuſtæ cauſæ in diuerſũ trahant, qũq; etiã pugnaturos inť ſe eos ſi rõ ita duxerit, credũt, rñdebo ꝓpoſitis, atq; ita quidem, ut appareat hæc aduerſus eos quoq; fruſtra excogitata, q malis moribus nomen oratoris indulgent. Nam rhetorice non eſt cõtraria ſibi, cauſa em̃ cũ cauſa, non illa ſecum ipſa componiť. Nec ſi pugnent inter ſe q idem didicerint, idcirco ars, quæ utriq; tradita eſt, non erit, alioquin nec armorꝫ, quia ſæpe gladiatores ſub eodem magiſtro eruditi inter ſe cõponunť, nec gubernandi, quia naualibus prælijs gubernator ẽ gubernatori aduerſus, nec imperatoria, quia imperator cũ imperatore contendit. Itẽ non euertit opus rhetorice qđ efficit, nec em̃ poſitum à ſe argumentũ ſoluit orator. ſed ne rhetorice quidem. Quia apud eos, q in perſuadendo finem putant, aut ſiquis (ut dixi) caſus, duos inter ſe bonos uiros cõpoſuerit, uerĩſimilia quærenť. Non aũt ſiquid eſt altero credibilius, id ei contrariũ eſt, qđ fuit credibile. Nam ut candido candidius, & dulci dulcius nõ eſt aduerſum, ita nec ꝓbabili probabilius. Nec ꝑcipit unq̃ non dicenda, nec dicendis contraria, ſed quæ in quaq; cauſa dicenda ſunt. Non ſemp aũt etiamſi frequentiſſime, ueritas tuenda erit, ſed aliqñ exigit cõis utilitas, ut etiã falſa defendanť. Ponunť hæ quoq; in ſcđo Ciceronis de oratore li. contradictiones, artẽ earum rerꝫ eſſe quæ ſcianť, oratoris omnem actionẽ opinione non ſcĩa contineri, quia & apud eos dicat, qui neſciãt, & ipſe dicat aliqñ quæ neſciat. Ex his alterꝫ, id eſt, an ſciat iudex de quo dicať, nihil ad oratoris artẽ, alteri rñdendum. Ars earꝫ rerum eſt, quæ ſciunť, rhetorice eſt ars bñ dicendi, bñ aũt dicere ſcit orator. Sed neſcit an uerꝫ ſit, qđ dicit. Ne hi quidẽ, q ignem, aut aquam, aut quatuor elementa, aut corpora inſecabilia eſſe, ex quibus res oẽs initiũ duxerunt, tradunt, nec q interualla fiderꝫ, & menſuras ſolis, ac terræ colligunt, diſciplinã tñ ſuam artem uocant. Qđ ſi rõ efficit, ut hæc non opinari, ſed propẽ uim probationũ ſcire uideanť, eadem rõ idem præſtare oratori põt. Sed an cauſa uera ſit, neſcit. Ne medicus quidẽ, an dolorem capitis habeat, q hoc ſe pati dicet, curabit tñ tanq̃ id uerꝫ ſit, & erit ars medicina. Quidꝫ ꝙ rhetorice non utiq; ꝓpoſitum habet ſp uera dicendi, ſed ſemp uerĩſimilia, ſcit aũt eſſe uerĩſimilia quæ dicit. Adijciũt his q cõtrà ſentiunt, ꝙ ſæpe quæ in alijs litibus impugnarũt actores cauſarꝫ, eadẽ in alijs defendant, qđ non artis, ſed hoĩs eſt uitium. Hæc ſunt præcipua, quæ contra rhetoricẽ dicanť, alia & minora, & tñ ex his fontibus deriuata. Confirmať aũt eam eſſe artem breuiť. Nam ſiue (ut Cleantes uoluit) ars eſt poteſtas uiã ac ordinẽ efficiens, eſſe certam uiam, atq; ordinẽ in bñ dicendo nemo dubitauerit, ſiue ille ab oĩbus fere approbatus finis obſeruať, artẽ conſtare ex ꝑceptionibus conſentientibus, & coexercitatis ad finẽ utilem uitæ, iam oñdimus nihil non horꝫ in rhetorice eſſe. Quidꝫ ꝙ & inſpectiõe, & exercitatione, ut artes cæteræ, conſtat. Nec põt ars non eſſe, ſi eſt ars dialectice, qđ fere conſtat, cũ ab ea ſpecie magis q̃ gñe differat. Sed nec illa omittẽda ſunt, qua ĩ re alius ſe inartificialiť, aliꝰ artificialr gerat, in ea eſſe artẽ, & in eo qđ q didicerit, meliꝰ faciat q̃ q nõ didicerit, eẽ artẽ. Atqui non ſolũ doctus indoctum, ſed etiam doctior doctum in rhetorices ope ſuperabit, nec eſſent eius aliter tam multa præcepta, tamq; magni, qui docerẽt. Idq; cum oĩbus confitendum eſt, tum nobis præcipue, qui rõnem dicendi à bono uiro nõ ſeparamus.

Generalis diuiſio artium, & ex quibus ſit rhetorica. *Caput .XIX.*

CVm ſint aũt artium aliæ poſitæ in inſpectione, id eſt cognitione, & æſtimatione rerꝫ, qualis eſt aſtrologia, nullum exigens actũ, ſed ipſo rei, cuius ſtudiũ habet, intellectu contenta, quæ θεωρητικὴ uocať, aliæ in agẽdo, quarꝫ in hoc finis eſt, & ipſo actu perficitur, nihilq; poſt actũ opis relinquit, quæ practice dicit, qualis eſt ſaltatio, aliæ in effectu, quæ operis (qđ oculis ſubijciť) cõſummatione finẽ accipiũt, quã poeticen appellamus, qualis

est pictura, fere iudicandum est, rethoricen in actu cõsistere. Hoc enim quod est officij sui perficit, atq; ita ab oĩbus dictũ est. Mihi aũt uidetur etiam ex illis cæteris artibus multũ assumere. Nam & põt aliquando ipsa res p se inspectione esse contenta. Erit enim rhetorice in oratore etiam tacente, & si defierit agere, uel proposito, uel aliquo casu impeditus, nõ magis definet esse orator, q̃ medicus, qui curandi fecerit finẽ. Nam est aliquis, ac nescio an maximus, etiam ex secretis studijs fructus, ac tum pura uoluptas literarum, cũ ab actu, id est opere recesserũt, & cõtemplatione sui fruunt. Sed effectiue quoq; aliquid simile, scriptis oratiõibus, uel historijs, q̃ ipsum opus in parte oratoria merito ponimus, consequet. Si tñ una ex tribus artibus habenda sit, qa maximus eius usus actu cõtinetur, atq; ẽ in eo frequẽtissima, dicat actiua, uel administratiua. Nã & hoc eiusdẽ rei nomẽ est.

Vtrum plus conferat eloquentiæ ars, an natura. Caput XX.

SCio quæri etiam, natura ne plus ad eloquentiam cõferat, an doctrina. Qđ ad propositũ quidẽ nostri operis nihil pertinet, nec eñ cõsummatus orator, nisi ex utroq; fieri põt, plurimũ tñ referre arbitror, quã esse quæstionẽ in hoc loco uelimus. Nã si parti utri libet oĩno alteram detrahas, natura etiam sine doctrina multũ ualebit, doctrina nulla esse sine natura poterit. Sin ex pari coeat, in mediocribus quidẽ utrisq; maius adhuc naturæ credam esse momentũ, consummatos aũt plus doctrinæ debere, q̃ naturæ putabo. Sicut terræ nullam fertilitatẽ habẽti, nihil optimus agricola p̃fuerit, è terra huberi utile aliqđ etiam nullo colente nascetur. At in solo fœcundo plus cultor, q̃ ipsa per se bonitas soli efficiet. Etsi Praxiteles signũ aliquod ex molari lapide conatus esset exculpere, Parium marmor mallem rude. At si illud idẽ artifex expolisset, plus in manibus fuisset, quàm in marmore. Deniq; natura materiæ, ars doctrinæ est. Hæc fingit, illa fingitur. Nihil ars sine materia. Materiæ etiam sine arte pretium est. Ars summa, materia optima, melior.

An uirtus sit rhetorica. Caput XXI.

ILla quæstio est maior, ex medijs artibus, quæ neq; laudari per se, neq; uituperari possunt, sed utiles, aut secus, scđm mores utẽtium fiunt, habenda sit rhetorice, an sit, ut cõ pluribus etiam philosophoꝝ placet, uirtus. Equidẽ illud, quod in studijs dicendi pleriq; exercuerũt, & exercent, aut nullam artem, quæ ἀτεχνία nominatur, puto (multos enim uideo sine ratione, sine literis, qua uel impudentia, uel fames duxit, ruentes) aut malam quasi artem, quam κακοτεχνίαν dicimus. Nam & fuisse multos, & esse nõnullos existimo, qui facultatem dicẽdi ad hominum perniciem cõuerterunt. ματαιοτεχνία quoq; est quædam, id est superuacua artis imitatio, quæ nihil sane, nec boni nec mali habeat, sed uanũ laborem, qualis illius fuit, qui grana ciceris ex spatio distante missa, in acum continuo, & sine frustratiõe inserebat. Quem cum spectasset Alexander, donasse eum dicitur eiusdem legumĩnis modio. Quod quidem præmium fuit illo opere dignissimũ. His ego cõparandos existimo, qui in declinatiõibus, quas esse ueritati dissimillimas uolunt, ætatem multo studio, ac labore consumunt. Verum hæc quam instituere conamur, & cuius imaginem animo concepimus, quæ bono uiro conuenit, quæq; est uera rhetorice, uirtus erit. Qđ philosophi quidem multis, & acutis cõclusionibus colligunt, mihi uero etiam planiore hac proprieq; nostra probatione uidetur esse perspicuum. Ab his hæc dicuntur: Si consonare sibi in faciendis, ac non faciendis, uirtutis est, quæ pars eius prudentia uocatur, eadem in dicendis, ac nõ dicendis erit. Et si uirtutes sunt, ad quas nobis etiam anteq̃ doceremur, initia quædam, ac semina sunt cõcessa, natura, ut ad iustitiam, cuius rusticis quoq; ac barbaris apparet aliqua imago, nos certe sic eẽ ab initio formatos, ut possemus orare pro bonis, & si non perfecte, tamen ut ineessent quædam (ut dixi) semina eius facultatis, manifestum est. Non eadem aũt his natura artibus est, quæ à uirtute sunt remotæ. Itaq; cum duo sint gña oratiõis, altera perpetua, quæ rhetorice dicit, altera concisa, quæ dialectice: quas quidem Zenon adeo coniunxit, ut hanc cõpressæ in pugnum manus, illam explicitæ diceret similem, etiam disputatrix uirtus erit, adeo de hac quæ speciosior, atq; apertior tanto est, nihil dubitabitur. Sed planius hoc idẽ, atq; apertius intueri ex ipsis operibus uolo. Nam quid orator in laudando faciet, nisi honestoꝝ, ac turpiũ peritus, aut in suadendo

nisi utilitate perspecta, aut in iudicijs, si iustitiæ sit ignarus? Quid? non fortitudinem postulat res eadem, cũ sæpe contra turbulentas populi minas, sæpe cũ periculosa potentium offensa, nonnunquam, ut in iudicio Miloniano, inter circunfusa militũ arma dicendũ sit? ut si uirtus non est, nec perfecta quidẽ esse possit oratio. Quod si ea in quoq; animaliũ est uirtus, q̃ p̃stat cætera, uel pleraq;, ut in leone impetus, in equo uelocitas, hoiem porro ratione, atq; orõne excellere cæteris certum est, cur non tam in eloquentia, q̃ in oratione uirtutem eius eẽ credamus? Rectéq; hæc apd Ciceronẽ disserit Crassus: Est em̃ eloquẽtia una quædã de summis uirtutibus. Et ipse Cicero in sua persona, cũ ad Brutũ in epistolis, tũ etiã alijs locis, uirtutẽ eam appellat. At proœmiũ aliqñ, & narrationẽ dicit malº homo, & argumẽta, sic ut nihil sit in his requirendũ. Nam & latro pugnabit acriter, uirtus tamẽ erit fortitudo, & tormẽta sine gemitu feret malus seruº, tolerãtia tamẽ doloris laude sua nõ carebit. Multa fiũt eadẽ, sed aliter. Sufficiãt igit̃ hæc, q̃a de utilitate supra tractauimus.

Quæ sit materia rhetorices. *Caput* XXII.

MAteriam rhetorices quidam dixerunt esse orõem, quã sententiam ponit apud Platonem Gorgias: quæ si ita accipitur, ut sermo quacunq; de re compositus dicatur oratio, non materia, sed opus est, ut statuarij statua, nam & oratio efficitur arte sicut statua. Si uero hac appellatione uerba ipsa significari putamus, nihil hæc sine rerũ substantia faciunt. Quidam argumenta persuasibilia, quæ & ipsa in parte sunt operis, & arte fiunt, et materia egent. Quidam ciuiles quæstiones, quorum opinio non qualitate, sed modo errauit. Est enim hæc materia rhetorices, sed non sola. Quidam, quia uirtus sit rhetorice, materiam eius totam uitam uocant. Alij, quia non omnium uirtutũ materia, sit tota uita, sed pleraq; earum uersentur in partibus, sicut iustitia, fortitudo, cõtinentia, propriꝰ officijs & suo fine intelliguntur, rhetoricen quoq; dicunt in una aliqua parte ponendam, eiq; locum in ethice negotialem assignant, id est πράγματικὸν. Ego (nec id sine autoribus) materiam esse rhetorices iudico omnes res, quæcunq; ei ad dicendum subiectæ erunt. Nã Socrates apud Platonem dicere Gorgiæ uidetur, non in uerbis esse materiam, sed in rebus. Et in Phædro, palam non in iudicijs modo, & concionibus, sed in rebus etiam priuatis, ac domesticis rhetoricen esse demonstrat. Quo manifestum est, hanc opinionem ipsius Platonis fuisse. Et Cicero quodam loco materiam rhetorices uocat res, quæ subiectæ sunt ei, sed certas demum putat esse subiectas, alio uero de omnibus rebus oratori dicendum arbitratur, his quidem uerbis: Quanq̃ uis oratoris, professioq; ipsa bene dicẽdi hoc suscipere, ac polliceri uideatur, ut omni de re, quæcunq; sit proposita, ornate ab eo copioseq; dicatur. Atq; adhuc alibi: Enimuero oratori, quæ sunt in hominũ uita (quandoquidem in ea uersatur orator, atq; ea est ei subiecta materia) omnia quæsita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent. Hanc autem, quam nos materiam uocamus, id est res subiectas, quidam modo infinitam, modo non propriam rhetorices esse dixerunt, eamq; artem circuncurrentem uocauerunt, ꝙ in omni materia diceret, cũ quibus mihi minima pugna est. Nam de omni materia dicere eam fatentur, propriam habere materiam, quia multiplicẽ habeat, negãt. Sed nec infinita est, etiamsi est multiplex, & aliæ quoq; artes maiores habent multiplicem materiam, uelut architectonice. Nanq; in omnibus, quæ sunt ædificio utilia, uersatur. Et cælatura, quæ auro, argento, ære, ferro, opera efficit. Nam sculptura etiam lignũ, ebur, marmor, uitrum, gemmas, præter ea quæ supra dixi, complectitur. Nec protinus nõ est materia rhetorices, si in eadẽ uersatur & alius. Nam si quæram, quæ sit materia statuarij, dicetur æs, si quæram, quæ sit excusoris, id est eius fabricæ, quam Græci uocant χαλκευτικὴν, similiter æs esse respondeant. Atqui plurimum statuis differũt uasa. Nec medicina ideo non erit ars, quia unctio & exercitatio cum palæstrica, ciborum uero qualitas etiam cũ coquorum ei sit arte cõmunis. Quod uero de bono, utili, iusto disserere, philosophiæ officium esse dicunt, nõ obstat. Nam cum philosophũ dicunt, hoc accipi uolunt uirum bonum. Cur igitur oratorem, quem à bono uiro nõ separo, in eadem materia uersari mirer? Cum præsertim primo libro iam ostenderim, philosophos omissam hanc ab oratoribus partem occupasse, quæ rhetorices propria semper fuisset, ut illi

potius in nostra materia uersentur. Deniq; cum sit dialectices materia de rebus subiectis disputare, sit autẽ dialectices oratio concisa, cur non eadẽ perpetuæ quoq; materia uidea tur? Solet à quibusdam & illud poni: Olim igitur artiũ peritus erit orator, si de omnibus ei dicendum est. Possem hic Ciceronis respondere uerbis, apud quem hoc inuenio. Mea qdem sñia, nemo esse poterit omni laude cumulatus orator, nisi erit oĩm rerum magna rum, atq; artiũ scientiam consecutus. Sed mihi satis est, eius esse oratorem rei, de qua dicit, non insciũ. Nec em oẽs causas nouit, & debet posse de omnibus dicere. De quibus ergo dicet? de quibus didicit. Similiter de artibus quoq;, de quibus dicendũ erit, interim discet, & de quibus didicerit, dicet. Quid ergo, non aut faber de fabrica melius, aut de mu sice musicus, si nesciat orator quid sit, de quo quæratur? plane melius. Nam & litigator rusticus illiteratusq; de causa sua melius q̃ orator, qui nesciet qd in lite sit dicet. Sed acce pta à musico, à fabro, sicut à litigatore, melius orator, q̃ ipse qui docuerit. Verum et faber cũ de fabrica, & musicus cũ de musica, si quid confirmationẽ desiderauerit, dicet, nõ erit quidem orator, sed faciet illud quasi orator. Sicut cũ uulnus imperitus deligabit, nõ erit medicus, sed faciet ut medicus. An huiusmodi res, nec in laudem, nec in deliberationem, nec in iudicium ueniũt? Ergo cum de faciendo portu Hostiensi deliberatum est, nõ de buit dicere sententiam orator? atqui opus erat rõne architectoꝝ. Liuores & tumores in corpore, cruditatis; an uenenĩ signa sint, non tractat orator? At est id ex rõne medicinæ. Circa mensuras, & numeros non uersabitur? Dicamus has geometriæ esse partes. Equi dem omnia fere posse credo casu aliquo uenire in officium oratoris, quod si non accidet, non erunt ei subiecta. Ita sic quoq; recte diximus materiam rhetorices, esse omnes res ad dicendum ei subiectas. Quod quidem probat etiam sermo communis. Nam cum aliquid de quo dicamus accepimus, positam nobis esse materiam frequenter etiam præfatione te stamur. Gorgias qdem adeo rhetori de omnibus putauit esse dicendũ, ut se in auditoriis interrogari pateretur, qua quisq; de re uellet. Hermagoras quoq;, dicendo materiam esse in causa, & in quæstionibus, omnes res subiectas erat complexus. Sed quæstiões si neget ad rhetoricen pertinere, dissentit à nobis. Si aũt ad rhetoricen pertinent, ab hoc quoq; ad iuuamur. Nihil est em, quod non in causam, aut in quæstiones cadat. Aristoteles tres faci endo partes orationis, iudicialem, deliberatiuam, demonstratiuam, pene & ipse oratori subiecit omnia, nihil em non in hæc cadit. Quæsitum à paucissimis etiam de instrumento est. Instrumẽtum uoco, sine quo formari materia in id, quod uelimus effici opus, nõ pos sit. Verum hoc ego, non artem credo egere, sed artificem. Neq; em scientia desiderat in strumentum, quæ põt esse consummata, etiam si nihil faciat, sed ille opifex, ut cælator cæ lum, & pictor penicilla. Itaq; hæc in eũ locũ, quo de oratore dicturi sumus, differamus.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER .III.

De scriptoribus artis rhetoricæ. Caput I.

QVoniam in libro secundo quæsitum est, quid esset rhetorice, & quis finis eius, artem quoq; esse eam, & utilẽ, & uirtutem, ut uires nostræ tulerunt, ostendimus, materiamq; ei res omnes de quibus dicere opor teret, subiecimus, iam hinc unde cœperit, quibus constet, quo quæq; in ea modo inuenienda, atq; tractanda sint, exequar. Intra quem mo dum pleriq; scriptores artium constiterunt, adeo ut Apollodorus cõ tentus solis iudicialibus fuerit. Nec sum ignarus hoc à me præcipue, quod hic liber inchoat opus, studiosos eius desiderasse, ut inquisitione opinionum, quæ diuersissimæ fuerũt, longe difficillimũ, ita nescio, an minime legentibus futuꝝ uoluptati, quippe quod prope nudam præceptoꝝ traditionem desideret. In cæteris em admisce re tentauim⁹ aliquid nitoris, non iactandi ingenĩ gratia (namq; in id eligi materia pote rat huberior) sed ut hocipso alliceremus magis iuuentutẽ ad cognitionem eoꝝ, quæ ne

ceſſaria ſtudijs arbitrabamur, ſi ducti iucũditate aliq̃ lectiõis libẽtius diſcerẽt ea, quoꝝ ne ieiuna, atq; arida traditio auerteret aĩos, & aures (p̃ſertim tam delicatas) raderet, uerebamur. Qua ratiõe ſe Lucretius dicit p̃cepta philoſophiæ carmine eſſe complexum. Nanq; hac, ut eſt notũ, ſimilitudine utitur: Ac ueluti pueris abſynthia tetra medentes, cũ dare conantur, prius oras pocula circũ aſpirant mellis dulci flauoq; liq̃re. Et quæ ſequuntur, Sed nos nunc ueremur, ne parũ hic liber mellis, et abſynthij multũ habere uideat, ſitq; ſa lubrior ſtudijs, q̃ dulcior. Quinetiam hoc timeo, ne ex eo minorẽ gratiam ineat, q̃ plera que non inuenta per me, ſed ab alijs tradita continebit, habeat etiam q̃ſdam qui contrà ſentiant, & aduerſentur, propterea q̃ plurimi autores, q̃uis eõdẽ tẽderent, diuerſas tñ uias munierunt, atq; in ſuam quiſq; induxit ſequẽtes. Illi aũt probant q̃lecunq; ingreſſi ſunt iter, nec facile inculcatas pueris perſuaſiones mutaueris, quia nemo nõ didiciſſe mauult, q̃ diſcere. Eſt aũt, ut procedente libro patebit, infinita diſſenſio autoꝝ, primo ad ea quæ rudia, atq; impfecta adhuc erant, adhĩciẽtibus q̃ inueniſſent ſcriptoribus, mox, ut aliqd ſui uiderentur afferre, etiam recta mutantibus. Nam primus poſt eos q̃s poetæ tradiderunt, mouiſſe aliqua circa rhetoricẽ Empedocles dicitur. Artiũ aũt ſcriptores antiquiſſimi Corax & Thyſias Siculi, q̃s inſecutus eſt uir eiuſdẽ inſulæ Gorgias Leontinus, Empedoclis (ut tradit) diſcipulus. Is bñficio longiſſimæ ætatis (Nam centũ & nouẽ uixit annos) cũ multis ſimul floruit. Ideoq; & illoꝝ, de quibus ſupra dixi, fuit æmulus, & ultra Socratẽ uſq; durauit. Thraſymachus Chalcedonius cũ hoc, & Prodicus Chius, et Abderites Protagoras, à q̃ decẽ milibus denarioꝝ didiciſſe artẽ quã edidit, Euathlus dicitur, et Hippias Elæus, & quẽ Palameda Plato appellat, Alcidamas Eleates. Antiphon q̃q; et primus oĩm orõnem ſcripſit, & nihilominus artẽ & ipſe cõpoſuit, & pro ſe dixiſſe optime eſt creditus. Etiam Polycrates, à quo ſcriptam in Socratẽ diximus orõem. Et Theodorus Byzantius, ex ijs & ipſe, quos Plato appellat λογοδαιδάλους. Hoꝝ primi cões locos tractaſſe dicũtur, Protagoras, Gorgias, Prodicus, & Thraſymachus. Cicero in Bruto negat ante Periclẽ ſcriptum quicq̃, quod ornatum oratorium habeat, eius aliq̃ ferri. Equidẽ non repertio quicq̃ tantæ eloquentiæ fama dignum. Ideoq; minus miror, eẽ qui nihil ab eo ſcriptũ putent, hæc aũt, quæ feruntur, ab alijs eſſe cõpoſita. His ſucceſſere multi, ſed clariſſimus Gorgiæ auditor Iſocrates, quanq̃ de p̃ceptore eius inter autores non conuenit. Nos aũt Ariſtoteli credimus. Hinc uelut diuerſæ ſecari cœperũt uiæ. Nam & Iſocratis p̃ſtantiſſimi diſcipuli fuerunt in omni ſtudioꝝ gñe, eoq; iam ſeniore (octauum enim & nonageſimum impleuit annum) pomeridianis ſcholis Ariſtoteles p̃cipere artẽ oratoriam cœpit, noto quidẽ illo, ut traditur, uerſu ex Philocteta frequenter uſus: αἰσχρὸν σιωπᾶν, μᾶλλ' ἰσοκράτην λέγειν, Turpe eſſe tacere, & Iſocratẽ pati dicere. Ars eſt utriuſq;, ſed pluribus eã libris Ariſtoteles cõplexus eſt. Eodẽ tpe Theodectes fuit, de cuius opere ſupra dictum ẽ. Theophraſtus quoq; Ariſtotelis diſcipulus, de rhetorice diligenter ſcripſit, atq; hinc uel ſtudioſius philoſophi q̃ rhetores, p̃cipueq; ſtoicoꝝ, atq; peripateticoꝝ principes. Fecit deinde uelut propriam Hermagoras uiã, quã plurimi ſunt ſecuti, cui maxime par, atq; æmulus uidetur Athenæus fuiſſe. Multa poſt Apollonius Molon, multa Areus, multa Cæcilius, & Halicarnaſſeus Dionyſius. Præcipue tñ in ſe conuerterunt ſtudia Apollodorus Pergamenus, qui præceptor Apolloniæ Cæſaris Auguſti fuit, & Theodorus Gadareus, qui ſe dici maluit Rhodiũ, quẽ ſtudioſe audiſſe, cum in eã inſulam ſeceſſiſſet, dicitur Tiberius Cæſar. Hi diuerſas opiniones tradiderunt, appellatiq; inde Apollodorei, & Theodorei, ad morẽ certas in philoſophia ſectas ſequendi. Sed Apollodori præcepta magis ex diſcipulis cognoſcas, quorum diligentiſſimus in tradendo latine fuit C. Valgius, græce Atticus. Nam ipſius ſola uidetur ars edita ad Matium, quia cæteras, miſſa ad Domitiũ epiſtola non agnoſcit. Plura ſcripſit Theodorus, cuius auditorẽ Hermagoram ſunt qui uiderunt. Romanorum primus (quantum ego quidem ſciam) condidit aliqua in hanc materiam M. Cato ille cenſorius. poſt M. Antonius inchoauit. Nam hoc ſolũ opus eius & id ipſum imperfectum manet. Secuti minus celebres, quoꝝ memoriam ſi quo loco res poſcet, non omittam. Præcipuum uero lumen ſicut eloquentiæ, ita præceptis quoq; eius

dedit unicum apud nos ſpecimen orandi,docendiq; oratorias artes M.Tullius,poſt quem tacere modeſtiſſimum foret,niſi & rhetoricos ſuos ipſe adoleſcenti ſibi elapſos diceret,& in oratorijs hæc minora,quæ pleriq; deſiderant,ſciẽs omiſiſſet. Scripſit de eadem materia non pauca Cornificius,aliqua Stertinius, nonnihil pater Gallio, accuratius uero priores Gallione Celſus,& Lenas,& ætatis noſtræ Verginius,Plinius,Rutilius.Sũt & hodie clari eiuſdẽ operis autores,qui ſi oĩa complexi forent, conſuluiſſent labori meo, ſed parco nominibus uiuẽtium. Veniet eorum laudi ſuum tẽpus, ad poſteros enim uirtus durabit, non perueniet inuidia. Non tamẽ poſt tot ac tantos ſcriptores pigebit meam quibuſdam locis poſuiſſe ſententiam.Nec enim me cuiuſquam ſectæ,uelut quadam ſuperſtitione imbutus,addixi,& electuris quæ uolent faciẽda copia fuit.Sicut ipſe plurium in unum cõfero inuenta,ubicunq; ingenio non erit locus,curæ teſtimonium promeruiſſe contentus.

Quod initium rhetorices. *Caput .II.*

NEc diu nos moret quæſtio,quæ rhetorices origo ſit. Nam cui dubium eſt,quin ſermonem ab ipſa rerum natura genití ꝓtinus homines acceperint? quod certe principium eſt eius rei.Huic ſtudiũ,& incremẽtum dederit utilitas,ſummam,ratio & exercitatio? Nec uideo quare curam dicendi putent quidam inde cœpiſſe,ꝙ ij qui in diſcrimen aliquod uocabantur,accuratius loqui defendẽdi ſui gratia inſtituerint. Hæc eñ ut honeſtior cauſa,ita non utiq; prior eſt,cum præſertim accuſatio præcedat defenſionem, niſi qs dicit etiam gladium fabricatum ab eo prius,qui ferrum in tutelam ſui,quã qui in pernicie em alterius compararit.Initium ergo dicẽdi dedit natura,initium artis obſeruatio.Homines eñ ſicut in medicina cum uiderent alia ſalubria,alia inſalubria, ex obſeruatione eorũ effecerunt artem,ita cum in dicendo,alia utilia,alia inutilia deprehenderent, notarunt ea ad imitandum uitandumq;,& quædam ſecundum rationem eorum adiecerũt ipſi quoq;, hæc confirmata ſunt uſu, tum quæ ſciebat quiſq; docuit. Cicero quidem initium orandi conditoribus urbiũ,ac legumlatoribus dedit,in quibus fuiſſe uim dicendi neceſſe eſt, cur tamen hanc primam originem putet,non uideo,cum ſint adhuc quædam uagæ,& ſine urbibus,ac ſine legibus gentes,& tamen qui ſunt in ijs nati,& legationibus fungantur,& accuſent aliqua,ac defendant,& deniq; alium melius alio loqui credant.

Quinq; eſſe partes rhetoricæ. *Caput .III.*

OMnis autem orandi ratio,ut plurimi maximiq; autores tradiderũt, quinq; partibus conſtat,inuentione,diſpoſitione,elocutione,memoria,pronuntiatione,ſiue actione. Vtroq; eñ modo dicitur.Omnis uero ſermo,quo quidem uoluntas aliqua enuntiatur,habeat neceſſe eſt,& rem,& uerbum. Ac ſi eſt breuis,& una concluſione finiẽ,nihil fortaſſe ultra deſideret.At oratio longior plura exigit.Non enim tantum refert,quid,& quomodo dicamus,ſed etiam quo loco.Opus ergo eſt & diſpoſitione. Sed nec oĩa quæ res poſtulat,dicere,nec ſuo quæq; loco poterimus,niſi adiuuante memoria.Quapropter ea pars quarta erit.Verum hæc cuncta corrũpit,ac propemodũ perdit indecora,uel uoce, uel geſtu pronuntiatio.Huic quoq; igiẽ neceſſario tribuendus eſt quintus locus. Nec audiendi quidam,quorum eſt Albutius,q tris modo primas eſſe partes uolunt,quia memoria atq; actio natura,nõ arte contingant,quarum nos præcepta ſuo loco dabimus, licet Traſymachus quoq; idem de actiõe crediderit.His adiecerunt quidam ſextam partẽ,ita ut inuentioni iudicium ſubnecterent,quia primũ eſſet inuenire,deinde iudicare.Ego porro ne inuenisse quidem credo eum,qui non iudicauit,nec eñ contraria,communia, ſtulta inueniſſe dicitur quiſquam,ſed non uitaſſe.Et Cicero quidẽ in rhetoricis,iudicium ſubiecit inuẽtioni.Mihi autem adeo primis tribus partibus uideẽ eſſe permixtum,nam nec diſpoſitio ſine eo,nec elocutio fuerit,ut pronũtiationem quoq;,uel plurimum ab eo mutuari putem. Quod hoc audacius dixerim,ꝙ in partitionibus oratorijs ad eaſdẽ, de quibus ſupra dictũ eſt,quinq; ꝓuenit partes,nam cum dupliciter primum diuiſiſſet in inuentionem, atq; elocutionem,res ac diſpoſitionem inuẽtioni,uerba & ꝓnuntiationem elocutioni dedit,quin tam quoq; cõſtituit communẽ,ac uelut cuſtodem omnium,memoriam. Item in oratore, quinq; rebus conſtare eloquẽtiam dicit,in quibus poſtea ſcriptis certior eius ſentẽtia eſt.

Non minus mihi cupidi nouitatis alicuius uidenť fuisse, qui adiecerūt ordinem, cum dispositionem dixissent, quasi aliud sit dispositio, q̄ rerum ordine q̄ optime collocatio. Dion inuētionem modo, & dispositionem tradidit, sed utranq; duplicē, rerum ac uerborum, ut sit elocutio inuentionis, ꝓnuntiatio dispositionis, his quinta pars memoria accedat. Theodorei fere inuētionem duplicē, rerum, atq; elocutionis, deinde tris partes cæteras. Hermagoras, iudicium, partitionē, ordinem, quæ elocutionis sunt, subiecit œconomiæ, quæ græce appellata ex cura rerū domesticarum, & hic ꝑ abusionem posita, nomine latino caret. Est etiam circa hoc quæstio, ꝙ memoriam in ordine partium quidam inuētioni, quidam dispositioni subiunxerunt, nobis quartus sit ei locus, maxime placet. Non enim tantū inuenta tenere, ut disponamus, nec disposita, ut loquamur, sed etiam uerbis formata memoriæ mandare debemus. Hac em̄ oīa quæcunq; in orationē collata sunt, continentur. Fuerunt etiam in hac opinione nō pauci, ut has non rhetorices partes esse existimarēt, sed opera oratoris. Eius em̄ esse, inuenire, disponere, eloqui, & cætera. Quod si accipiamus, nihil arti relinquamus. Nam bñ dicere est oratoris, rhetorice tñ est, bene dicēdi scientia, uel, ut alĩ putant, artificis est persuadere, uis aūt persuadendi artis. ita inuenire quidē, & disponere oratoris, inuentio aūt & dispositio rhetorices propria uideri potest. In eo plures dissenserunt, utrum ne hæ partes essent rhetorices, an eiusdē opera, an (ut Athenæus credit) elementa, quæ uocantur στοιχεῖα. Sed neq; elementa recte quis dixerit, alioqui tantum inītia erunt, ut mūdi, uel humor, uel ignis, uel materia, uel corpora insecabilia, nec operꝭ recte nomen accipient, quæ nec ab alĩs perficiuntur, & aliud ipsa perficiunt. Partes igitur. Nam cum sit ex ĩs rhetorice, fieri non potest, ut cū totum ex partibus constet, non sint partes totius, ex quibus constat. Videntur aūt mihi, qui hæc opera dixerūt, eo quoq; moti, ꝙ in alia rursus diuisione nollent in idē nomen incidere, partes em̄ rhetorices esse dicebant laudatiuam, deliberatiuam, iudicialem. Quæ si partes sunt, materiæ sunt potius, quā artis. Nanq; in his singulis rhetorice tota est, quia & inuentionē, & dispositionem, & elocutionem, & memoriam, & ꝓnuntiationem, quæcunq; earum desiderat. Itaq; quidam genera tria rhetorices dicere maluerunt, optime aūt ĩ, quos secutus est Cice. qui genera causarꝭ.

Tria esse genera causarum. *Caput .IIII.*

SEd tria, an plura sint, ambigitur. Nec dubie, prope omnes utiq; summæ apd̄ antiquos autoritatis scriptores, Aristotelem secuti, qui nomine tantum alio concionalem ꝑ deliberatiua appellat, hac partitiōe contenti fuerunt. Verum & tunc leuiter est tentatū, tum apud græcos quosdam, tum apud Ciceronem in libris de Oratore, & nunc maximo tēporum nostrorꝭ autore prope impulsum, ut non modo plura hæc genera, sed etiam pene innumerabilia uideantur. Nam si laudandi, ac uituperandi officiū in parte tertia ponimus, in quo genere uersari uidemur, cum querimur, cōsolamur, mitigamus, concitamus, terremus, cōfirmamus, præcipimus, obscure dicta interꝑtamur, narramus, deꝑcamur, gratias agimus, gratulamur, obiurgamus, maledicimus, describimus, mandamus, renuntiamus, optamus, opinamur, & plura alia, ut mihi in illa uetere psuasione ꝑmanenti, uelut petēda sit uenia, quærendumq; quo moti priores, rem tam late fusam, tam breuiter astrinxerint. Quos qui errasse putant, hoc secutos arbitranť, ꝙ in his fere uersari tū oratores uidebant. Nam & laudes, & uituperationes scribebanť, & ἐπιταφίους dicere erat moris, & plurimū in cōsilĩs, ac iudicĩs insumebať operæ, ut scriptores artium ꝑ solis comprehenderint frequentissima. Qui uero defendunt, tria faciunt genera auditorꝭ, unum qd̄ ad delectationē conueniat, alterum quod consilium accipiat, tertiū quod de causis iudicet. Mihi cuncta rimanti, talis quædam ratio succurrit, ꝙ oīe oratoris officiū, aut in iudicĩs est, aut extra iudicia. Eorum de quibus iudicio quæritur, manifestū genus est, ea quæ ad iudicem non ueniunt, aut præteritum habent tēpus, aut futurum, præterita laudamus, aut uituperamus, de futuris deliberamus. Item oīa, de quibus dicendū est, aut certa sint necesse est, aut dubia. Certa, ut cuiq; est animus, laudat, aut culpat, ex dubĩs partim nobis ipsis ad electionē sunt libera, de his deliberatur, partim aliorum sententiæ commissa, de his lite contenditur. Anaximenes iudicialē & concionalem generales partes esse uoluit, Septem autem speci-

es, hortandi, dehortandi, laudandi, uituperandi, accusandi, defendendi, exquirendi, quod ζητασικὸν dicunt, quarũ duæ primæ deliberatiui, duæ sequentes demõstratiui, tres ultimæ iudicialis generis sunt partes. Protagoram transeo, qui interrogandi, rñdendi, mandandi, precandi, quod εὐχωλικὸν dixit, partes solas putat. Plato in sophiste, iudiciali, & concionali tertiam adiecit προσομιλητικὸν, quam sanè permittamus nobis dicere sermocinatricẽ, quæ à foreñsi ratione disiungitur, & est accommodata priuatis disputationibus, cuius uis eadem profecto est, quæ dialecticæ. Isocrates in omni genere inesse laudem, ac uituperationem existimauit. Nobis autem, & tutissimum est autores plures sequi, & ita uidetur ratio dictare. Est igitur, ut dixi, unum genus, quo laus ac uituperatio continetur, sed est appellatum à parte meliore laudatiuum, idem alĩ demonstratiuum uocant, utrunque nomen ex græco creditur fluxisse. Nam & ἐγκωμιαστικὸν & ἐπιδεικτικὸν dicũt. Sed mihi ἐπιδεικτικὸν nõ tam demonstrationis uim habere, quàm ostentationis uidet, & multũ ab illo ἐγκωμιαστικῷ differre: nam ut continet laudatiuum in se genus, ita non intra hoc solum consistit. An quam negauerit panegyricos ἐπιδεικτικοὺς esse? Atqui formam suadendi habent, & plerũque de utilitatibus Græciæ loquũtur, ut causarum quidem genera tria sint, sed ea tum in negotĩs, tum in ostentatione posita. Nisi fortè non ex græco mutuantes demõstratiuum uocant, uerum id sequuntur, quod laus ac uituperatio quale sit quicq; demonstrat. Alterũ est deliberatiuum, tertium iudiciale. Cæteræ species in hæc tria incident genera. Nec inuenietur ex his ulla, in qua non laudare aut uituperare, suadere aut dissuadere, intendere quid uel depellere debeamus. Illa quoq; sunt cõmunia, conciliare, narrare, docere, augere, diminuere, concitandis, componendisq; affectibus animos audientium fingere. Ne ĩs quidem accesserim, qui laudatiuam materiam honestorum, deliberatiuam utilium, iudicialem iustorum quæstione cõtineri putant, celeri magis, ac rotunda usi distributione quãuera. Stant enim quodammodo mutuis auxilĩs oñia. Nam & in laude iustitia, utilitasq; tractantur, & in concilĩs honestas, & raro inueneris iudicialem causam, cuius non parte aliquid eorum, quæ suprà diximus, reperiatur.

Quibus contineatur omnis ratio dicendi. *Caput .V.*

OMnis autem oratio constat, aut ex ĩs quæ significantur, aut ex ĩs quæ significant, id est rebus & uerbis. Facultas orandi consummatur natura, arte, exercitatione, cui quartam partem adĩciunt quidam imitationis, quam nos arti subĩcimus. Tria sunt autẽ quæ præstare debeat orator, ut doceat, moueat, delectet. Hæc eñ clarior diuisio, quàm eorum qui totum opus in res, & in affectus partiuntur. Non semper autem oña, in eam quæ tractabitur materiam, cadent. Erunt enim quædam remotæ ab affectibus, qui ut nõ ubiq; habent locum, ita quocunque irrumpunt, plurimũ ualent. Præstantissimis autoribus placet, alia in rhetorica esse, quæ probationem desiderent, alia quæ non desiderent, cum quibus ipse consentio. Quidam uero, ut Celsus, de nulla re dicturum oratorem, nisi de quæ quæritur existimant, cui cum maxima pars scriptorum repugnat, tum etiam ipsa partitio, nisi fortè laudare, quæ constet esse honesta, & uituperare, quæ ex cõfesso sunt turpia, non est oratoris officium. Illud iam omnes fatentur esse quæstiones, aut in scripto, aut in non scripto, in scripto sunt de iure, in non scripto de re. Illud legale, hoc rationale genus. Hermagoras, atque eum secuti, uocant νομικὸν & λογικὸν. Idem sentiunt, qui omnem quæstionem ponunt in rebus & in uerbis. Item conuenit quæstiones esse aut infinitas, aut finitas. Infinitæ sunt, quæ remotis personis & temporibus, & locis, cæterisq; similibus, in utranq; partem tractantur, quod Græci θέσιν dicunt, Cicero propositum, alĩ quæstiones uniuersales ciuiles, alĩ quæstiones philosopho cõuenientes. Athenæus, partẽ causæ appellat. Hoc genus Cicero sciẽtia & actione distinguit, ut sit sciẽtiæ an prouidẽtia mundus regatur, actionis, an accedendum ad rempu. administrandam. Prius trium generũ, an sit, qd sit, quale sit, omnia eñ hæc ignorari possunt. Sequens duorũ, quomodo adipiscamur, quõutamur. Finitæ autem sunt ex cõplexu rerum, personarum, temporum, cæterorumq;, hæ ὑποθέσεις à Græcis dicuntur, causæ à nostris. In his omnis quæstio uidet circa res, psonasq; consistere, Amplior est semper infinita, inde eñ finita descendit. Quod ut exẽplo pateat,

infinita est, an uxor ducēda, finita, an Catoni ducenda. Ideoq; esse suasoria potest. Sed etiam remotæ à personis proprijs, ad aliquid referri solent. Est em̄ simplex, an respu. administranda. Refert ad aliquid, an in tyrannide administranda. Sed hic quoq; subest uelut latēs persona, tyrannus em̄ geminat quæstionem, subestq; & temporis, & qualitatis tacita uis, nondum tamen hoc proprie dixeris causam. Hæ autem quas infinitas uoco, & generales appellantur, quod si est uerum, finitæ speciales erunt. In omni aūt speciali utiq; inest gña lis, ut quæ sit prior. Ac nescio, an in causis quoq; quicquid in quæstionē uenit qualitatis, generale sit: Milo Clodium occidit, iure occiderit insidiatorē, nōne hoc quærit, an sit ius insidiatorē occidendi? Quid? in coniecturis? non illa generalia, an causa sceleris odiū, cupiditas, an tormentis credendū, testibus, an argumentis maior fides habenda? Nam finiti one quidem comprehendi, nihil nō in uniuersum certum erit. Quidam putant etiam eas posse thesis aliqñ noīari, quæ personis, causisq; contineant, aliter tantūmodo positas, ut causa sit cum Orestes accusat, Thesis, an Orestes recte sit absolutus. Cuius generis est, an Cato recte Martiam Hortensio tradiderit. Hi thesim à causa sic distinguunt, ut illa sit spectatiuæ partis, hæc actiuæ. Illic enim ueritatis gratia tantum disputari, hic negotium agi. Quanquam inutiles quidam oratori putant uniuersales quæstiones, quia nihil prosit, & constet, ducendā esse uxorē, uel administrandam rempu. siquis uel ætate, uel ualetudine impediat. Sed non in omnibus eiusmodi quæstionibus sic occurri potest, ut illis, fit ne uirtus finis, regat ne mundus prouidentia. Quinetiam in ijs, quæ ad personam referūtur, ut non est satis generalē tractasse quæstionē, ita peruenirī ad speciem, nisi illa prius excussa, non pōt. Nam quō an sibi uxor ducenda sit deliberabit Cato, nisi constiterit uxores esse ducendas? Et quō an ducere debeat Martiam quæret, nisi Catoni ducenda uxor est? Sunt tñ inscripti nomine Hermagoræ libri, qui confirment illam opinionē, siue falsus est titulus, siue hic Hermagoras alius fuit. Nam eiusdem esse quomodo possunt, qui de hac arte mirabiliter multa composuit? Cū sicut ex Ciceronis quoq; rhetorico primo manifestum est, materiā rhetorices in thesis, & causas diuiserit. Qđ reprehēdit Cicero, ac thesim nihil ad oratorē ptinere cōtendit, totumq; hoc gñs quæstionis ad philosophos refert. Sed me liberauit reprehēdendi uerecundia, & q̄ ipse hos libros improbat, & q̄ in oratore, atq; ijs quos de oratore scripsit libris, & topicis, præcipit ut à proprijs personis, atq; tpibus auoce mus controuersiam, quia latius liceat dicere de gñe, quàm de specie, & qđ in uniuerso probatum est, id in parte probatū esse necesse sit. Status aūt in hoc omne gñs materiæ ijdem, qui in causam cadunt. Adhuc adijcitur, alias esse quæstiones in rebus ipsis, alias quæ ad aliquid referantur: Illud, an uxor ducenda, hoc, an seni ducenda. Illud, an fortis, hoc, an fortior. Causam finit Apollodorus, ut interpretatione Valgij discipuli eius utar, ita, Causa est negotium omnibus suis partibus spectans ad quæstionē, aut causa est negotium, cuius finis est controuersia. Ipsum deinde negotium sic finit: Negotium est cōgregatio personarum, locorum, temporū, causarum, modorum, casuum, factorum, instrumentorum, sermonū, scriptorum, & non scriptorum. Causam nunc intelligimus ὑπόθεσιν, negotium πρᾶγμα. Sed ipsam causam quidam similiter finierūt, ut Apollodorus negotiū. Isocrates causam esse ait quæstionem finitam, ciuilē, aut rerum controuersiam in personarum finitarū complexu. Cicero his uerbis: Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotijs cernitur, aut in omnibus, aut in pleriscq; eorum.

Quid sit status. Caput .VI.

ERgo cum omnis causa contineatur aliquo statu, priusquā dicere aggrediar, quomodo genus quodq; causæ sit tractandum, id quod commune est omnibus, quid sit status, & unde ducatur, & quot, & qui sint, intuendum puto, quanq; id nonnulli ad iudiciales tantum pertinere materias putauerunt. Quorum insciciam cum oīa tria genera fuero executus, res ipsa deprehendet. Quod nos statum, id quidam constitutionem uocant, aliq; quæstionem, aliq; quod ex quæstione appareat, caput. Theodorus generale caput, id est κεφάλαιον γενικώτατον, ad quod referūtur oīa. Quorum diuersa appellatio, uis eadem est, nec interest discētium, quibus quicq; noībus appellet, dū res ipsa manifesta sit, Statū Græci

στάσιν uocant, quod nomen non primum ab Hermagora traditum putatur, sed alij ab Eucrate Isocratis discipulo, alij à Zopyro Clazomenio, quanquã uidetur Aeschines quoq; in oratione contra Ctesiphontem uti hoc uerbo, cum à iudicibus petit, ne Demosthenem permittant euagari, sed eũ dicere de ipso causæ statu cogant. Quæ appellatio dicitur ducta, uel ex eo, q; ibi sit primus causæ congressus, uel quod in hoc causa consistat. Et nomi nis quidem hæc origo. Nunc quid sit. Statum quidam dixerunt primam causæ conflictionẽ, quos recte sensisse, sed parum elocutos puto. Non enim status prima conflictio, fecisti, non feci, sed quod ex prima conflictione nascitur, id est genus quæstionis, fecisti, nõ feci, an fecerit, hoc fecisti, non hoc feci, quid fecerit, quia ex his apparet, illud coniectura, hoc finitione quærendum, atq; in quo pars utraq; insistit, erit quæstio coniecturalis, uel finitiui status. Quid enim? si dicat quis, sonus est duorum inter se corporum conflictio, erret, ut opinor, non enim sonus est conflictio, sed ex cõflictione. Et hoc leuius: intelligitur enim utcũq; dictum, inde uero ingens male interpretantibus innatus est error: qui quia primam conflictionẽ legerant, crediderunt statum semper ex prima quæstione ducendũ, quod est uitiosissimum: nam quæstio nulla non habet utiq; statum, constat enim ex intentione & depulsione, sed aliæ sunt propriæ causæ, de quibus ferenda sententia est, aliæ adductæ extrinsecus, aliquid tamen ad summam causæ conferentes uelut auxilia quædam, quo fit, ut in cõtrouersia una plurésue quæstiones esse dicantur. Porro hæ plerũq; leuissima quæq; primo loco fungitur. Nanq; & illud frequens est, ut ea quibus minus confidimus, cũ tractata sint omittamus, interim sponte nostra uelut donantes, interim ad ea quæ sunt potentiora gradum ex ijs fecisse contenti. Simplex autem causa etiam si uarie defenditur, non potest habere plus uno de quo pronuntietur, atq; erit inde status causæ, quod & orator præcipue sibi obtinendum, & iudex spectandum maxime intelligit. In hoc em causa consistet. Cæteræ quæstionum possunt esse diuersi. Quod ut breuissimo pateat exẽplo, cum dicit reus, etiamsi feci, recte feci, qualitatis utitur statu, cum dicit: non feci, coniecturam mouet. Semper autem firmius est non fecisse. Ideoq; statum esse in eo iudicabo, quod dicerem, si mihi plus quàm unum dicere non liceret. Recte igitur est appellata causæ prima conflictio, non quæstionũ. Nam et pro Rabirio Posthumo Cicero prima parte orationis in hoc intendit, ut actionem competere in equitem Romanum neget, secunda, nullam ad eum pecuniam peruenisse confirmat. Statum tamen dicam in eo fuisse, qđ est potentius. Nec in causa Milonis circa primas quæstiones, quæ sunt post proœmium positæ, iudicabo conflixisse causam, sed ubi totis uiribus insidiator Clodius, ideoq; iure interfectus, ostenditur. Et hoc est quod ante omnia constituere in animo suo debeat orator, etiam si pro causa plura dicturus est, quid maxime liquere iudici uelit. Quod tamen ut primum cogitandum, ita non utiq; primum dicendum erit.

Vnde ducatur status, & reus, an actor statum faciat. Caput VII.

ALij statum crediderunt primam eius, cum quo ageret, deprecationẽ. Quam sentẽtiam his uerbis Cicero cõplectitur, in quo primũ consistit, quasi ad repugnãdum congressa defensio. Vnde rursus alia quæstio, an eũ semper is faciat, qui respõdet. Cui rei præcipue repuguat Cor. Celsus, dicẽs nõ à depulsione sumi, sed ab eo qui propositionẽ suam confirmet, ut si hominẽ occisum reus negat, status ab accusatore nascat, quia is uelit probare, si iure occisum reus dicit, translata probatiõis necessitate idẽ à reo fiat, & sit eius intentio. Cui non accedo equidẽ: nam est uero propius qđ contra dicitur, nullã esse litem si is cum quo agit nihil respondeat, ideoq; fieri statũ à respondẽte. Mea tamen sententia uarium id est, & accidit pro conditione causarũ, quia uideri potest propositio aliquando statũ facere, ut in coniecturalibus causis, utit enim coniectura magis qui agit. Quo moti quidam, eundẽ à reo inficialẽ esse dixerũt, & in syllogismo tota ratiocinatio ab eo est qui intendit. Sed quia uidetur illis quoq; necessitatem hos status exequẽdi facere qui negat, (is em si dicat non feci, coget aduersarium coniectura uti, & si dicat, non habet legem, syllogismo) concedamus ex depulsione nasci statum, nihilominus em res eò reuertetur, ut modo is qui agit, modo is cum quo agitur, statum faciat. Sit enim accusatoris intẽtio, ho-

minem occidisti, si neget reus, faciet statū qui negat. Quid si confitetur, sed iure à se adulterum dicit occisum? Nempe legem esse certum est, quæ permittat, nisi aliquid accusator respondeat nulla lis est. Non fuit (inquit) adulter. Ergo depulsio incipit esse actoris, ille statū faciet. Ita erit quidē status ex prima depulsiōe, sed ea fiet ab accusatore, nō à reo. Quidē ꝙ eadē quæstio potest eundē uel accusatorē facere, uel reum. Qui artē ludicram exercuerit, in q̄tuordecim primis ordinibus ne sedeat, qui se prætori in hortis oñderat, neq; erat productus, sedit in q̄tuordecim ordinibus. Nempe intentio est, artē ludicram exercuisti, depulsio, non exercui artē ludicram: quæstio, quid sit artē ludicram exercere. Si accusabit theatrali lege, depulsio erit rei, si excitatus fuerit de spectaculis, & aget iniuriarū, depulsio erit accusatoris. Frequētius tñ illud accidet, qđ est à pluribus traditū. Effugerunt has quæstiones, q̄ dixerunt statū eē, id qđ appareat ex intētione, & depulsione, ut feciſti, non feci, aut recte feci. Videremus tñ, utrum id sit status, an in eo status. Hermagoras statū uocat, ꝓ quē subiecta res intelligat, & ad quē probationes etiā partiū referant, nra opinio sp hæc fuit, ut cū eēnt frequēter in causa diuersi quæstionū stat⁹, in eo crederē statū causæ, qđ eēt in ea potentissimum, & in q̄ maxime res uerteret. Id si quis gñalem quæstionē, uel caput gñale dicere malit, cum hoc mihi non erit pugna, non magis q̄ si aliud adhuc, q̄ idē intelligatur, eius rei nomen inuenerit, quanq̄ tota uolumina in hanc disputationē impendisse multos sciam, nobis statum dici placet. Sed cum in alijs oībus int scriptores summa dissensio est, tum in hoc uidetur mihi p̄cipuum studium q̄q; diuersa tradendi fuisse, adeo nec qui sit numerus, nec quæ noīa, nec qui gñales, quive speciales sint status conuenit. Ac primum Aristoteles elementa decē constituit, circa quæ uersari uideatur oīs quæstio οὐσία, quam Plautus essentiam uocat. Nec sane aliud est eius nomē latinum. Sed ea quærit, an sit. Qualitatē, cuius apertus intellectus est. Quantitatē, quæ dupliciter à posterioribus diuisa est, quàm magnum, & q̄multum sit. Ad aliquid, unde ductæ translatio, & cōparatio. Post hæc ubi, & qñ, deinde facere, pati, habere, qđ est q̄si armatum esse, & uestitū esse, nouissime συγκεῖσθαι, quod est cōpositum eē quodammō, ut calefacere, stare, irasci. Sed ex his oībus prima quatuor ad status ptinere, cætera ad q̄sdam locos argumentorū uidētur. Alij nouē elementa posuerunt: Personam, qua de aīo, corpore, extra positis quæratur, qđ pertinere ad coniecturæ, & q̄litatis instrumēta uideo: Tēpus, quod χρόνον uocant, ex quo quæstio, an is, quē dum addicta est, mater peperit, seruus sit natus, Locus unde cōtrouersia uidetur, an fas fuerit tyrannū in tēplo occidere, an exulauerit, qui domi latuit, Tēpus iterū, qđ καιρὸν appellant, hanc aūt uideri uolunt speciē illius tpis, ut æstatē, uel hyemem. Huic subijcit ille in pestilentia comessator. Actum, id ē πρᾶξιν, qđ eò referunt, sciēs cōmiserit, an insciēs, necessitate, an casu, & talia. Numerū, qui cadit in speciē q̄ntitatis, an Thrasybulo triginta p̄mia debeantur, qui tot tyrannos sustulerit. Causam, cui plurimæ subiacent lites, q̄ties factū non negatur, sed quia iusta rōne fit, factum defendit. τρόπον, cum id quod alio mō fieri licet, alio dicit factum, hinc ē adulteris cæsus, uel fame necatus. Occasionē factorū, qđ est apertius, q̄ ut uel interp̄tandum, uel exēplo sit demonstranduu, tñ ἀφορμὰς ἔργων uocant. Hi quoq; nullam quæstionē extra hæc putant. Quidā detrahunt duas partes, numerum, & occasionē, & pro illo quē dixi actu subijciunt res, id ē πράγματα. Quæ ne p̄teriſſe uiderer, satis habui attingere. Cæterū his nec status satis oñdi, nec oēs contineri locos credo, quod apparebit diligētius legētibus, quæ de utraq; re dicā. Erunt em̄ plura multo, quā quæ his elemētis cōprehendunt. Apd plures autores legi placuisse quibusdam, unum oīno statum esse coniecturalē. Sed quibus placuerit, neq; illi tradiderunt, nec ego usquā reperire potui. Rōnem tñ hanc secuti dicūtur, ꝙ res oēs signis colligant quōlibet, q̄litatis q̄q; solum statū faciant, quia ubiq; q̄lis sit cuiusq; rei natura quæri pōt, sed utrocunq; modo, sequet summa confusio. Neq; interest unum qs statū faciat, an nullum, si oēs causæ sint conditionis eiusdē. Coniectura dicta est à coniectu, id est directiōe quadam rationis ad ueritatem, unde etiam somniorū, atq; ominum interp̄tes, coniectores uocamus. Appellatum tamen est hoc genus uarie, sicut in sequentibus apparebit.

Quot, & qui status. *Caput* VIII.

FVerunt, qui duos ſtatus facerent. Archidemus coiecturalē & finitiuum, excluſa q̄litate, quia ſic de ea quæri exiſtimabat, quid eſſet iniquū, quid iniuſtū, quid dicto audientem non eſſe, quod uocat de eodē, & alio. Huic diuerſa ſententia eoꝝ fuit, qui duos quidē ſtatus eſſe uoluerūt, ſed unū inficialē, alteꝝ iuridicialē. Inficialis, quē nos dicimus coniecturalē, cui ab inficiando nomen, alij in totū dederunt, alij in partem, quia accuſato rem coniectura, reū inficiatione uti putauerūt. Iuridicialis eſt, qui δικαιολογικὸς græce dicitur. Sed quemadmodū ab Archidemo q̄litas excluſa eſt, ſic ab his repudiata finitio. Nā ſubijciunt eam iuridiciali, quærendumq; arbitrantē, iuſtū ne ſit ſacrilegiū appellari, qđ obijciatur, uel furtum, uel amentiam. Qua in opinione Pamphilus fuit. Sed qualitatē in plura partitus eſt. Plurimi deinceps, mutatis tantum nominibus, in rem, de q̄ nō conſtet, & in rem, de qua cōſtet. Nam eſt ueꝝ, nec aliter feri pōt, quàm ut aut certū ſit factum eſſe qđ, aut non ſit: ſi non eſt certum, coniectura ſit, ſi certum eſt, reliqui ſtatus. Nam idem dicit Apollodorus, cū quæſtionem aut in rebus extra poſitis, quibus cōiectura explicatur, aut in noſtris opinionibus exiſtimet poſitam, quoꝝ illud πραγματικὸν, hoc περὶ ἔννοιας uocat. Idēq; ἄποροv καὶ πολυπτωτικὸν dicunt, q̄ dubiū, et præſumptū ſignificatur, de q̄ liquet. Itē Theodorus, qui de eo an ſit, & de accidentibus ei, qđ eſſe conſtet, id eſt περὶ οὐσίας καὶ συμβεβηκότων, exiſtimat quæri. Nam in his oībus prius genus coniecturam habet, ſequēs reliqua. Sed hæc reliqua Apollodorus duo uult eſſe, qualitatē, & de nomine, id eſt finitiuā. Theodorus, quid, quale, quantū, ad aliquid. Sunt qui & de eodem, & de alio, mō q̄litatē eſſe, mō finitionem uelint. In duo & Poſidonius diuidit, uocem & res. In uoce quæri putat, an ſignificet quicq̄ multa, quō rebus coniecturam, qđ κατάσασιν uocat, & q̄litatē, & finitionē, cui nomen dat κατ' ἔννοιαν & ad aliquid. Vnde & alia diuiſio eſt, alia eſſe ſcripta, & alia inſcripta. Celſus Cornelius duos & ipſe fecit ſtatus gñales, an ſit, q̄le ſit. Priori ſubiecit ſinitionē, qui æque quæratur, an ſit ſacrilegus, qui nihil ſe ſuſtuliſſe de tēplo dicit; & qui priuatam pecuniam confitetur ſe ſuſtuliſſe. Qualitatē in rem, & ſcriptū diuidit. Scripto quatuor partes legales, excluſa tranſlatione, quantitatē, & mentis quæſtionē cōiectu ræ ſubiecit. Eſt etiam alia in duos diuidendi ſtatus rō, quæ docet, aut de ſubſtantia controuerſiam eſſe, aut de q̄litate. Ipſam porro qualitarem, aut in ſummo genere cōſiſtere, aut in ſuccedentibus. De ſubſtantia eſt coniectura. Quæſtio em̄ tractatur rei, an facta ſit, an fiat, an futura ſit. Interdū etiam mentis, idq; melius, q̄ quod ijs placuit, qui ſtatū eundē facti noīauerunt, tanq̄ de p̄terito tm̄, & tm̄ de facto quæreretur. Pars q̄litatis, quæ eſt de ſummo gñe, raro in iudiciū uenit, q̄le eſt, id ne ſit honeſtū, qđ uulgo laudat. Succedentiū aūt aliæ de cōi appellatiōe, ut ſit ne ſacrilegus, q pecuniā priuatā ex tēplo furatus eſt, aut de re denoīata, ubi et factū eſſe certū eſt, nec dubitat quid ſit, qđ factū eſt. Cui ſubiacent oēs de honeſtis, iuſtis, utilibus quæſtiones. His etiam cæteri ſtatus contineri dicunt, quia & quātitas mō ad coniecturā referat, ut maior ne ſol q̄ terra, mō ad q̄litatē, q̄nta pœna quē piam, quantóue p̄mio ſit affici iuſtū, & tranſlatio uerſet circa q̄litatē, & definitio pars ſit tranſlationis. Quinetiam cōtrariæ leges, & rōcinatiuus ſtatus, id ē ſyllogiſmus, & plerunque ſcripti, & uoluntatis, æq̄ nitantur, niſi q, hic tertius aliq̄n coniecturam accipit, quid ſenſerit legis conſtitutor. Ambiguitatem uero ſemper coniectura explicari neceſſe ſit, qa cū ſit manifeſtū, uerborum duplicem eſſe intellectum, de ſola quærit uoluntate. A plurimis tres ſunt facti gñales ſtatus, quibus & Cicero in oratore utitur. Et oīa, quæ aut in cō troverſiam, aut in contentionē ueniant, cōtineri putat, ſit ne, quid ſit, quale ſit, quorum nomina apertiora ſunt, quàm ut docenda ſint. Idē Patrocles ſentit. Tres fecit & Marcus Antonius his quidē uerbis: Paucæ res ſunt, quibus ex rebus oēs orationes naſcunt, factum, non factum, ius, iniuria, bonum, malum. Sed qm̄ quod iure dicimur feciſſe, non hunc ſolum intellectum habet, ut lege, ſed illum q̄q;, ut iuſte feciſſe uideamur, ſecuti Antonium apertius uoluerunt eoſdē ſtatus diſtinguere. Itaq; dixerunt coniecturalē, legalē, iuridicialem. Qui & Virginio placent. Horum deinde fecerunt ſpecies, ita ut legali ſubijcerēt finitionem. & alios qui ex ſcripto dicuntur legum contrariaꝝ, quæ ἀντινομία dicit, & ſcripti, & ſententiæ, uel uoluntatis, id eſt κατὰ ῥητὸν, καὶ διάνοιαν, & μετάληψιν, quam nos uarie

translatiuam, transumptiuam, transpositam uocamus, συλλογισμόν, quē accipimus ratiocinatiuum, uel collectiuum ambiguitatis, quæ ἀμφιβολίαν nominatur. Quos posui, quia & ipsi à plerisq; status appellantur, quibusdam legales potius quæstiones eas dici placuit. Quatuor fecit Athenæus, προτρεπτικήν τάσιν, uel προτρεπτικήν, id est exhortatiuum, qui suasoriæ ē proprius, σωτηλικήν, qua cōiecturam significari magis ex ijs quæ sequuntur, q̄ ex ipso nomine appareat, ὑπαλλακτικήν, ea finitio est (mutatiōe em̄ nominis constat) iuridicialem, eadem apellatione græca q̄ cæteri usi. Nam est (ut dixi) multa in nominibus differentia. Sunt q ὑπαλλακτικήν translationē eē existimēt, secuti hanc mutationis significationē. Fecerunt alij totidē status, sed alios, an sit, quid sit, quale sit, quanrū sit, ut Cæcilius & Theon. Aristoteles in rhetoricis etiam sic omne opus diuidit in ueritatē, & petenda ac fugienda, quod ē suasoriæ, & de eodē, atq; alio partiendo, tñ ad hoc peruenit, ut an sit, quid, quale, quantū, et q̄ multū sit, quærendū putet. Quodam tñ loco finitionis quoq; uim intelligit, qñ dicit quædam sic defendi: Sustuli, sed non furtum feci: percussi, sed non iniuriam feci. Posuerat & Cicero in libris rhetoricis, facti, noīs, generis, actionis, ut in facto coniectura, in nomine finitio, in genere qualitas, in actione ius intelligeretur, iuri subiecerat translationē. Vex hic legales quoq; quæstiones alio loco tractat, ut species actiōis. Fuerūt q facerent quinq;, coniecturā, finitionē, qualitatē, quantitatē, ad aliquid. Theodorus quoq; (ut dixi) ijsdem generalibus capitibus utitur, an sit, quid sit, quale sit, quantū sit, ad aliqd. Hoc ultimum maxime in cōparatiuo genere uersari putat, q̄m melius ac peius, maius & minus, nisi alio relata, non intelliguntur. Sed in illas quoq; translatiuas (ut supra signaui) quæstiones incidunt, an huic ius agendi sit, uel facere aliquid conueniat, an contra hunc, an hoc tempore, an sic. Oīa em̄ ista referri ad aliquid necesse est. Alij sex status putant, cōiecturam, quam γένεσιν uocant, & q̄litatē, & proprietatē, id est ἰδιότητα, quo uerbo finitio oñdit, & q̄ntitatē, quā ἀξίαν dicūt, & cōparationē, & translationē, cuius adhuc nouū nomē inuentū est μετάσασις, nouū inq̄ in hoc statu, in alio q ab Hermagora inter spēs iuridiciales ponit usitatū. Alijs septē esse placuit, à quibus nec trāslatio, nec q̄ntitas, nec cōparatio recepta est. Sed in hoc trium locū subditæ quatuor legales, adiectæq; illis trib⁹ rationalibus. Alij peruenerunt usq; ad octo, translatione ad septē superiores adiecta. A quibus dam deinde diuisa ratio est, ut status rōnales appellarētur quæstiones (quēadmodum supra dixi) legales. in illis de re, in his de scripto quæreretur. Quidam in diuersum, hos status esse, illas quæstiones maluerunt. Sed alij rōnales tres putauerunt, an sit, quid sit, quale sit. Hermagoras solū quatuor, cōiecturam, proprietatē, translationē, q̄litatē, quam per accidentia, id est κατὰ συμβεβικός uocat, hac interpretatione, an illi accidat uiro bono esse, uel malo. Hanc ita diuidit, de appetēdis, & fugiendis, quæ est pars deliberatiua, de persona, ea oñditur laudatiua, negotialē, quam πραγματικήν uocat, in qua de rebus ipsis quæritur remoto personarū complexu, ut sit ne liber, qui est in assertiōe, an diuitiæ supbiam pariant, an iustū quid, an bonū sit, iuridicialē, in qua fere eadē, sed certis destinatisq; personis quærat, an ille iuste hoc fecerit, uel bene. Nec me fallit in primo Ciceronis rhetorico, aliā esse loci negotialis interpretationē, cum ita scriptū sit, Negotialis est, in qua quid iuris ex ciuili more, & eqtate sit cōsiderat, qui diligentiæ p̄esse apud nos iurisc̄ōsulti existimant. Sed qđ ipsius de his libris iudiciū fuerit, supra dixi. Sūt em̄ uelut res regestæ in hos cōmentarios, q̄s adolescens deduxerat schola: & si q̄ est in his culpa, tradentis est, siue eū mouit, q̄ Hermagoras prima in hoc loco posuit exēpla ex quæstiōibus iuris, siue q̄ Græci πραγματικούς uocāt iuris interptes. Sed Cicero quidē his pulcherrimos illos de oratore substituit, ideoq; culpari tanq̄ falsa p̄cipiat, non pōt. Nos ad Hermagoram. Translationē hic primus oīm tradidit, quanq̄ semina eius quædā citra nomē ipm, apd Aristotelē reperiunt. Legales aūt quæstiōes has fecit, scripti, & uolūtatis, quā ipe uocat κατὰ ἔντομν, καὶ ὑπεξαίρεσιν, id ē dictū, & exceptionē, quox prius ei cū oībus cōe est, exceptiōis nomē minus usitatū, rōcinatiuū, ambiguitatis, legū contrariax. Albutius eadē diuisiōe usus detrahit trāslationē, subijciens eā iuridiciali. In legalibus quoq; quæstionibus nullum putat esse, qui dicatur ratiocinatiuus. Scio plura inuēturos adhuc, qui legere antiqs studiosius uolēt,

Sed ne hæc quoq; exceſſerint modũ, uereor. Ipſe me paulũ in alia quàm prius habuerim opinione, nunc eſſe confiteor. Et fortaſſe tutiſſimũ erat mõ famæ ſtudentem, nihil ex eo mutare, qđ multis annis non ſenſiſſem mõ, uerumetiam ꝓbaſſem. Sed non ſuſtineo eſſe cõ ſcius mihi diſſimulanti in eo p̃ſertim ope, qđ ad bonoꝝ iuuenum aliquã utilitatem cõponimus, in ulla pte iudicij mei. Nam & Hippocrates clarus arte medicinæ, uideť honeſtiſſime feciſſe, q̃ quoſdam errores ſuos, ne poſteri errarent, cõfeſſus eſt. Et M. Tullius nõ dubitauit aliquos ſuos libros iã editos, alijs poſtea ſcriptis ipſe damnare. ſicut Catulũ, atq; Lucullũ, & hos ipſos, de qbus mõ ſum locutus, artis rhetorices. Etẽ ſupuacuus foret in ſtudijs lõgior labor, ſi nihil liceret melius inuenire ꝓteritis. Neq; tñ ex ijs quicq̃, quæ tũ ꝓcepi, ſupuacuum fuit. Ad eaſdẽ em̃ ꝓticulas hæc quoq;, quæ nũc præcipiam, reuertẽť. Ita ne minẽ didiciſſe pœniteat. Colligere tm̃ eadẽ, ac diſponere paulo ſignificãtius conor. Oñibus aũt ſatisfactũ uolo, non me hæc ſerius demõſtrare aliis, q̃ mihiipſi pſuaſerim. Scdm plurimos autores, ſeruabã tris rõnales ſtatus, cõiecturam, finitionẽ, qualitatẽ. unum legalẽ. Hi mihi ſtatus gñales erant. Legalẽ in quinq; ſpecies ꝓtiebar, ſcripti, & uolũtatis, legũ contrariaꝝ collectiuũ, ambiguitatis, tranſlationis, nũc quartũ ex gñalibus intelligo poſſe remoueri. Sufficit em̃ prima diuiſio, qua diximus alios legales, alios rõnales eẽ, ita nõ erit ſtatus, ſed quæſtionũ genus, alioq; & rõnalis ſtatus eſſet. Ex his etiam quos ſpeciales uocabam, remoui tranſlationẽ, frequent quidẽ (ſicut oẽs q me ſecuti ſunt, meminiſſe pñt) teſtatus, & in ipſis etiam illis ſermonibus, me nolẽte uulgatis, tm̃ hoc cõplexus, uix in ulla controuerſia, tranſlationis ſtatũ poſſe repiri, ut non & alius in eadẽ recte dici uideret, ideoq; à qbuſdam eũ excluſum. Neq; ignoro multa transferri, cũ in oĩbus fere cauſis, in qbus ceci diſſe quis formula dicit, hæ ſint quæſtiões, an huic, an cũ hoc, an hac lege, an apud hũc, an hoc tpe liceat agere, & ſiqua ſunt talia. Sed pſonæ, tpa, actiones, cæteraq; propt aliquã cauſam transferunt. Ita non ẽ in tranſlatione quæſtio, ſed in eo, propt qđ transferunt. Non debes apud prætorẽ petere fidei cõmiſſum, ſed apud conſules, maior em̃ ꝓtoria cognitione ſumma eſt. Quærit, an maior ſumma ſit, facti cõtrouerſia ẽ. Non licet tibi agere mecũ, cognitor em̃ fieri nõ potuiſti. Iudicatio ẽ, an potuerit. Nõ debuiſti interdicere, ſed petere, an recte interdictũ ſit, ambigit. Quæ oĩa ſuccedũt legitimis quæſtionibus. An non p̃ſcriptiones, etiam in qbus maxime uideť manifeſta tranſlatio, eaſdẽ oẽs ſpecies hñt, quas eæ leges, qbus agit, ut aut de noĩe, aut de ſcripto, & ſnĩa, uel rõcinatione q̃rat, deinde ſtatꝰ ex quæ ſtiõe oriat? Tranſlatio nõ habet quæſtionẽ, de qua contẽdit orator, ſed per quã contendit. Hoc aptius: Occidiſti hoĩem, Nõ occidi. Quæſtio an occiderit. Statꝰ, cõiectura nõ ẽ. Tale: Habeo ius actionis, nõ habes, ut ſit quæſtio, an habeat, & inde ſtatus. Accipiat em̃ actionẽ nec ne, ad euentũ ptinet, non ad cauſam, & ad id qđ ꝓnuntiat iudex, non id, ꝓpter qđ pronũtiat. Hoc illi ſimile eſt, puniẽdus es, non ſum, uidebit iudex, an puniẽdus ſit. Sed nõ hic erit quæſtio, nec hic ſtatus. Vbi ergo? puniẽdus es, hoĩem occidiſti, non occidi, an occiderit. Honorandus ſum, non es, num ſtatũ habet? Non id puto. Honorandus ſum, quia tyrannũ occidi, non occidiſti, quæſtio, & ſtatus. Similiter, non recte agis, recte ago, nõ habet ſtatum. Vbi eſt ergo? non recte agis ignominioſus, quærit an ignominioſus ſit, aut an agere ignominioſo liceat, & quæſtio eſt, & ſtatus. Ergo tranſlatiuũ genus cauſæ, nõ eſt ut compatiuum, & mutuæ accuſatiõis. At em̃ ſimile ẽ illi, ius habeo, ius nõ habes, occidiſti, recte occidi, non nego. Sed ne hæc res ſtatũ facit. Non em̃ ſunt hæ ꝓpoſitiones, alioq; cauſa nõ explicabit, ſed cũ ſuis rõnibus. Scelus cõmiſit Horatius, ſororẽ em̃ occidit, non commiſit, debuit em̃ occidere eam, quæ hoſtis morte mœrebat, quæſtio an hæc iuſta cauſa. Ita qualitas, at ſimiliter in tranſlatione, nõ habes ius abdicandi, qa ignominioſo non ẽ actio, habeo ius, qa abdicatio actio non ẽ, quærit qd ſit actio, finiemus, non licet abdicare filios, ſyllogiſmus. Itẽ cætera ꝓ oẽs, & rõnales, & legales ſtatꝰ. Nec ignoro fuiſſe quoſdã, q̃ tranſlationẽ in rõnali quoq; gñe ponerẽt, hoc mõ, hoĩem occidi, iuſſus ab impatore, dona tẽpli cogenti tyranno dedi, deſerui tempeſtatibus, fluminibus, ualetudine impeditus, id eſt non ꝓ me ſtetit, ſed ꝓ illa. A quibus etiam liberius diſſentio. Non em̃ actio transfert, ſed cauſa facti, qđ accidit pene in oñi defenſione, Deinde is, qui tali utit patrocinio, non recedit à forma

qualitatis, dicit em̃ se culpa uacare, ut magis qualitatis duplex rō faciēda sit, altera qua & factum defendit, altera qua tm̃ reus. Credendū est igit̃ ꝝs, quoꝝ autoritatē secutus est Cicero, Tria esse, quæ in om̃i disputatiōe quærant̃, an sit, quid sit, quale sit. Qd̄ etiam ipsa nobis natura p̄scribit. Nam primum oportet subesse aliquid, de quo ambigit̃, qd̄, quid sit, & q̄le sit, certe non p̄ōt æstimari, nisi prius esse constiterit. Ideoq; ea prima quæstio, sed non statim qd̄ esse manifestū ē etiam quid sit apparet. Hoc quoq; cōstituto, nouissima qualitas supest, nec his exploratis aliud est ultra. His infinitæ quæstiones, his finitæ continent̃. Horū aliqua in demonstratiua, deliberatiua, iudiciali materia utiq; tractant̃. Hæc rursus iudiciales causas, & rōnali pte, & legali continet. Nec em̃ ulla iuris disceptatio, nisi finitione, qualitate, cōiectura p̄ōt explicari. Sed instituētibus rudes, nō erit inutilis latius primo fusa rō, & si non statim rectissima linea tēsa, facilior tm̃ & aptior uia. Discant igit̃ añ omnia quadriptitam in om̃ibus causis esse rōnem, quā primam intueri debeat, q acturus ē. Nam ut à defensore potissimū incipiam, lōge fortissima tuēdi se rō est, si qd̄ obꝟcit̃, negari p̄ōt. Proxima, si nō id qd̄ obꝟcit̃, factū esse dicit̃. Tertia honestissima, qua recte factū, defendit̃. Quibus si deficiamur, ultima quidē, sed iam sola supest salus, aliquo iuris adiutorio elabendi ex crimine, qd̄ nec negari, nec defendi p̄ōt, ut nō uideat̃ iure actio intēdi. Hinc illæ quæstiones siue actionis, siue translationis. Sūt em̃ quædam non laudabilia natura, sed iure cōcessa, ut in .xꝟ. tabulis debitoris corp⁹ int̃ creditores diuidi licuit, quā legē mos publicus repudiauit, & aliquid æquū, sed p̄hibitum iure, ut libertas testamentoꝝ. Accusatori nihilo plura intuenda sunt, q̄ ut p̄bet, factū esse, hoc esse factū, non recte factū, iure se intendere. Ita circa species easdem lis omnis uersabit̃, translatis tm̃ aliqñ partibus, ut in causis, in quibus de præmio agit̃, recte factū petitor probat. Hæc quatuor uelut p̄posita formæq; actionis, quæ tum generales status uocabam, in duo (ut ostendi) gña descendūt, rōnale, & legale. Rōnale simplicius est, quia ipsius tm̃ naturæ contēplatione constat. Itaq; in eo satis est ostendisse coniecturam, finitionē, qualitatē. Legaliū plures sint species necesse est, propterea q̄ multæ sunt leges, & uarias hñt formas, alia est cuius uerbis utimur, alia cuius uoluntate, alias nobis, cū ipsi nullam habemus, adiūgimus, alias int̃ se cōparamus, alias in diuersum interpretamur. Sic nascunt̃ hæc ueluti simulacra ex illis tribus, interim simplicia, interim & mixta, p̄priam tm̃ faciem ostendentia, ut scripti, & uoluntatis, quæ sine dubio, aut qualitate, aut coniectura continent̃, & syllogismus, qui est maxime qualitatis, & legis contrariæ, quæ ꝟsdem, quibus scriptū, & uoluntas constat, & ἀμφιβολία, quæ semp coniectura explicat̃. Finitio quoq; utriq; generi, quodq; reꝝ, quodq; scripti contēplatione constat, cōis est. Hæc oia etiam si in illos tres status ueniūt, tm̃ quia (ut dixi) hñt aliquid uelut p̄prium, uidentur demonstranda discētibus, & permittendū ea dicere, uel status legales, uel quæstiones, uel capita quædā minora, dū sciant, nihil ne in his quidē, præter tria, quæ prædiximus, quæri. At quantū, & quàm multū, & ad aliquid, & ut nonnulli putauerūt, comparatiuos, non candē rōnem habent. Sunt em̃ hæc non ad uarietatem iuris, sed ad solam rationē referenda. Ideoq; semp in parte, aut coniecturæ, aut qualitatis ponenda sunt, ut qua mente, & quo tempore, & quo loco. Sed de singulis dicemus quæstionibus, cū tractare præcepta diuisionis cœperimus. Hoc inter oēs conuenit, in causis simplicibus singulos status esse causaꝝ, quæstionū aūt, quæ uelut subiacentes ad illud, quo iudiciū continet̃, referunt̃, sæpe in unam cadere plures posse. Etiam credo aliqñ dubitari, quo statu sit utendū, cum aduersus unam intentionē plura opponunt̃, & sicut in colore dicit̃ narrationis, eū esse optimū, quē actor optime tueat̃, ita hic quoq; posse dici, eū statū esse faciendū, in quo tuēdo plurimū adhibere uiriū possit orator. Ideoq; p Milone, aliud Ciceroni agēti placuit, aliud Bruto, cū exercitatiōis gra cōponeret oronem, cū ille iure tanq; insidiatorē occisum, & tm̃ nō Milonis consilio dixerit, hic etiā gloriatus sit, occiso malo ciue. In confictis uero posse duos, uel tres inueniri, uel diuersos, ut siquis aliud se non fecisse, aliud recte fecisse defendat, uel generis eiusdē, ut si quis duo crimina, uel oia negat. Qd̄ accidit etiā si de una re quærat̃ aliqua, sed eam plures petant, uel eodē iure, ut p̄ximitatis, uel diuerso, ut cū hic testamēto, ille p̄ximitate nitat̃. Quoties aūt aliud alꝟ petitori opponit̃, dissimiles

ẽsse ſtatus neceſſe eſt,ut in illa cõtrouerſia: Teſtamenta legibus facta,rata ſint. Inteſtatorũ parentũ liberi hæredes ſint. Abdicatus,nequid de bonis patris capiat. Nothus ante legitimũ natus,legitimus filiꝰ ſit,poſt legitimũ natus tm̃ ciuis. In adoptionẽ dare liceat. In adoptionẽ dato redire in familiã liceat,ſi p̃ naturalis ſine liberis deceſſit. Qui ex duobus legitimis alterꝭ in adoptionẽ dederat,alterꝭ abdicauerat,ſuſtulit nothũ,inſtituto hærede abdicato deceſſit. Tres oẽs de bonis contẽdũt,νόθον,q̃ non ſit legitimus,Græci uocant,latinũ rei nomẽ,ut Cato quoq; in or̃one quadam teſtat̃,non habemus,ideoq; utimur pegrino. Sed ad ꝓpoſitũ. Hæredi ſcripto opponit̃ lex,abdicatus ne qd de bonis p̃ris capiat,ſit ſtatꝰ ſcripti,& uolũtatis,an ullo mõ cape poſſit,an ex uolũtate patris,an hæres ſcriptus. Notho duplex ſit quæſtio,q̃ poſt legitios natus ſit,& q̃ nõ ſit añ legitimos natus. Prior ſyllogiſmũ habet,an ꝑ nõ natis ſint habẽdi,q̃ à familia fũt alienati,altera ſcripti,& uolũtatis. Nõ em̃ eẽ hũc natũ añ legitimũ cõuenit,ſed uolũtate legis ſe tuebit̃,qa dicet talẽ fuiſſe,ut legitimus eẽt nothus,tũ natus,cũ alius legitimus in domo nõ eẽt. Scriptũ quoq; legis excludet dicẽs,nõ utiq; ſi poſtea legitimꝰ natus nõ ſit,notho nocere,uteq; hoc argumẽto,finge ſolũ natũ nothũ,cuius cõditiõis erit? tm̃ ciuis? atq; nõ erit poſt legitimũ natꝰ,filius,atq; nõ erit añ legitios natus, q̃re ſi uerbis legis ſtari nõ põt,uolũtate ſtandũ ẽ. Nec quẽq; turbet, q̃ ex una lege duo ſtatus fiãt,duplex ẽ,ita uim duaꝝ habet. Redire in familiã uolẽti dicit̃ ab altero: Primũ,ut tibi redire liceat,hæres ſum,idẽ ſtatus,q̃ in petitiõe abdicati,quærit̃ em̃,an poſſit eẽ hæres abdicatus. Adñcit̃ cõiter à duobus,redire tibi in familiã nõ licet,nõ em̃ p̃ ſine liberis deceſſit. Sed ĩ hoc ꝓpria q̃ſq; eoꝝ quæſtiõe nitet̃. Alt̃ em̃ dicet,abdicatũ quoq; int̃ liberos eẽ,& argumentũ ducet ex ip̃a,q̃ repellit̃ lege. Supuacuũ em̃ fuiſſe ꝓberi p̃ris bonis abdicatũ,ſi eẽt nũero alienoꝝ,nũc quia filiꝰ iure futurus fuerit ĩteſtati hæres,oppoſitã eẽ legẽ,quæ tñ id nõ efficiat,ne filius ſit,ſed ne hæres. Status finitiuus,qd ſit filius. Rurſus nothus eiſdẽ colligit argumẽtis,nõ ſine liberis p̃rem deceſſiſſe,q̃bus in petitiõe uſus ẽ,ut ꝓbaret ſe eẽ filiũ,niſi forte & hic finitionẽ mouet,an liberi ſint etiã nõ legitimi. Cadẽt ergo in unã controuerſiã,uel ſpecialit̃ duo legitimi ſtatus,ſcripti,& uolũtatis, & ſyllogiſmus,& p̃terea finitio,uel tres illi,q̃ natura ſoli ſunt,cõiectura ĩ ſcripto,& uolũtate,qualitas ĩ ſyllogiſmo,& quæ p ſe ẽ apta finitio. Cauſa quoq;,& iudicatio,& continẽs ẽ in oĩ gñe cauſaꝝ. Nihil em̃ dr̃,cui non inſit rõ,& quo iudiciũ referat̃,& qđ rẽ maxĩe cõtineat. Sed qa magis hæc uariant̃ in litibus,& fere tradita ſunt ab ĩs,q̃ de iudicialibus cauſis aliqua cõpoſuerũt,ĩ illã ꝑtem differant̃. Nũc qa in tria gña cauſas diuiſi,ordinẽ ſequar.

De demonſtratiuo,quod conſtat laude,& uituperatione. *Caput .IX.*

AC potiſſimũ incipiam ab ea quæ cõſtat laude,& uitupatione. Qđ genus uideꝭ Ariſtoteles,atq; eũ ſecutus Theophraſtus,à ꝑte negotiali,hoc ẽ πραγματικῆς remouiſſe, totamq; ad ſolos auditores relegaſſe,& id eius noĩs,qđ ab oſtentatione ducit̃,ꝓpriũ ẽ. Sed mos Romanus,etiam negotijs hoc munus inſeruit. Nam & funebres laudationes pẽdent frequent̃ ex publico aliquo officio,atq; ex ſenatuſcõſulto magiſtratibus ſæpe mandant̃,& laudare teſtẽ, uel contrà ꝑtinet ad momentũ iudicioꝝ,& ipſis etiam reis dare laudatores licet,& editi in cõpetitores,in L. Piſonẽ,& Clodiũ,& Curionẽ libri,uitupationem continent,& tñ in ſenatu loco ſunt habiti ſentẽtiæ. Nec inficias eo,eſſe quaſdã ex hoc gñe materias ad ſolam compoſitas oſtentationẽ,ut laudes deoꝝ,uiroꝝq;,quos priora tpa tulerunt. Quo ſoluit̃ quæſtio ſupra tractata, manifeſtũq; ẽ errare eos,qui nunq̃ oratorẽ dictuꝝ, niſi de re dubia,putauerũt. An laudes Capitolini Iouis,ꝑpetua ſacri certaminis materia,uel dubiæ ſunt,uel non oratorio gñe tractant̃? Vt deſiderat aũt laus,quæ negotijs adhibet̃,ꝓbationẽ,ſic etiam illa,quæ oſtentationi componit̃,habet interim aliquã ſpeciẽ ꝓbationis, Vtqui Romulũ Martis filiũ,educatũq; à lupa dicat,ĩ argumentũ cæleſtis ortus utat̃ his, q̃ abiectus in ꝑfluentẽ non potuerit extingui,q̃ oĩa ſic egerit,ut genitũ p̃ſide bellorꝝ deo, incredibile nõ ſit,& ip̃m quoq; cælo receptũ tpis eius hoĩes nõ dubitauerint. Quædã uero etiã in defenſionis ſpeciẽ cadẽt,ut ſi in laude Herculis,ꝑmutatũ cũ regina Lydiæ habitũ,& impata (ut tradit̃) penſa orator excuſet. Sed ꝓprium laudis ẽ res amplificare,& ornare,quæ materia p̃cipue quidẽ in deos & hoĩes cadit,eſt tñ & alioꝝ animaliũ,& carẽtiũ

aĩa. Verũ in deis, gñaliter primũ maiestatẽ ipsius eorũ naturæ uenerabimur, deinde ꝑpriã uim cuiusq;, & inuẽta, quæ utile aliquid hoĩbus attulerunt. Vis oñdiſ, ut in Ioue, regũdorum hoĩm, in Marte, belli. in Neptuno, maris. Inuẽta, ut artiũ ĩ Minerua. Mercurio, lſarũ medicinæ, Apolline. Cerere, frugũ. Libero, uini. Tũ ſiqua ab his acta uetuſtas tradidit, cõmemorãda. Addũt etiã dñs honorẽ parẽtes, ut ſiquis ſit filius Iouis. Addit antiquitas, ut ñs q ſunt ex chao. Progenies quoq;, ut Apollo, ac Diana Latonæ. Laudandum in qbuſdã, q; geniti immortales, in quibuſdã, q; immortalitatẽ uirtute ſint cõſecuti, qđ pietas principis nr̃i, ꝑtium quoq; tꝑm decus fecit. Magis ẽ uaria laus hoĩm. Nã primũ diuidiſ in tpa, quodq; añ eos fuit, quodq; ipſi uixerũt. In ñs aũt, q fato ſunt functi, etiã qđ ẽ inſecutũ. Añ hoĩem patria, ac parẽtes, maioresq; erunt, quorũ duplex tractatus ẽ. Aut eñ rñdiſſe nobilitati pulchrũ erit, aut humilius genus illuſtraſſe factis. Illa quoq; interĩ ex eo qđ añ ipm fuit, tꝑe trahenſ, quæ rñſis, uel augurñs futurã claritatẽ ꝑmiſerunt. Sicut eum, q ex Thetide natus eẽt, maiorẽ patre ſuo futurũ ceciniſſe dicunſ oracula. Ipſius uero laus hoĩs ex aĩo, & corpe, & extra poſitis peti debet. Et corpis quidẽ fortuitorũq; cũ leuior, tũ nõ uno mõ tractanda ẽ. Nam pulchritudinẽ interim roburq; ꝑſequimur honore uerborũ, ut Homerus ĩ Agamẽnone, atq; Achille. Interim cõfert admiratiõi multum etiã infirmitas, ut cum idẽ Tydea paruũ, ſed bellatorẽ dicit fuiſſe. Fortuna uero, tũ dignitatẽ affert, ut in regibus, principibusq;: nanq; ẽ hæc materia oñdẽdæ uirtutis huberior, tũ quo minores opes fuerũt, eo maiorẽ bñfactis gr̃iam parit. Sed oĩa, quæ extra nos bona ſunt, quæq; hoĩbus forte obtigerunt, nõ ideo laudanſ, q; habuerit qs ea, ſed q; ñs honeſte ſit uſus. Nam diuitiæ, & potẽtia, & gr̃a, cũ plurimũ uirium dẽt in utranq; partẽ, certiſſimũ faciunt morũ expimentum, aut eñ meliores ꝑꝑt hæc, aut peiores ſumus. Animi ſp uera laus. Sed non una ꝑ hoc opus uia ducit. Nãq; aliãs ætatis gradus, geſtarũq; rerũ ordinẽ ſeq ſpecioſius fuit, ut in primis annis laudareſ ĩdoles, tũ diſciplinæ, poſt hoc operũ, id ẽ factorũ dictorũq; cõtextus, aliãs in ſpecies uirtutũ diuidere laudẽ fortitudĩs, iuſtitiæ, cõtinẽtiæ, cæterarũq;, ac ſingulis aſſignare, q; ſcđm quanq; earũ geſta erunt. Vtra ſit aũt harũ uia utilior, cũ materia deliberabimus, dum ſciamus gratiora eẽ audiẽtibus, quæ ſolus qs aut primus, aut certe cũ paucis feciſſe diceſ, ſiquid ꝑterea ſupra ſpem, aut expectationẽ, ꝑcipue qđ aliena potius cauſa, q; ſua. Tꝑs qđ finẽ hoĩs inſequiſ, nõ ſp tractare cõtingit, nõ ſolum q; uiuẽtes aliqñ laudamus, ſed q; rara hæc occaſio ẽ, ut referri poſſint diuini honores, & decreta, ut publice ſtatuæ cõſtitutæ. Inſ quæ enumerauerim ingeniorũ monumẽta, quæ ſeculis ꝑbareſ. Nã qdam, ſicut Menander, iuſtiora poſterorũ, q; ſuæ ætatis iudicia ſunt cõſecuti. Afferunt laudẽ liberi parẽtibus, urbes cõditoribus, leges latoribus, artes inuẽtoribus, necnõ inſtituta quoq; autoribus, ut à Numa traditũ deos colere, à Publicola faſces ppl'o ſubmittere. Qui oĩs etiã in uitupatiõe ordo cõſtabit, tũ in diuerſum. Nam & turpitudo gñis opprobrio multis fuit, & quoſdam claritas ipſa notiores circa uitia, & inuiſos magis fecit, & in quibuſdã, ut in Paride traditũ ẽ, ꝑdicta pnicies & corpis, & fortunæ, quibuſdam mala, contẽptum, ut Therſitæ, at uero q; buſdam bona uitñs corrupta, odiũ attulerunt: ut Nirea imbellẽ, Pliſtinẽ impudicũ, à poetis accepimus. Et animi totidẽ uitia, q̃t uirtutes ſunt, nec minus q; in laudibus, duplici rõne tractanſ. Et poſt mortẽ obiecta quibuſdam ignominia eſt, ut Melio, cuius domus ſolo æquata. Marcusq; Manlio, cuius ꝑnomen è familia in poſterũ exẽptum ẽ. Et parẽtes malorum odimus, & ẽ cõditoribus urbiũ infamiæ, cõtraxiſſe aliquã pniciosam cæteris gentẽ, qualis ẽ primus Iudaicæ ſuperſtitiõis autor, & Gracchorũ leges inuiſæ. Et ſi qđ ẽ exẽplũ deforme poſteris traditũ, quale libidinis uir Perſes, in muliere Samia inſtituere auſus dr̃ primus. Sed ĩ uiuẽtibꝰ quoq; iudicia hoĩm uelut argumẽta ſunt morũ, & honos, aut ignominia, ueram eẽ laudẽ, uel uituperationẽ ꝑbat. Intereſſe tñ Ariſtoteles putat, ubi qſq; laudeſ, aut uitupereſ. Nam plurimũ refert, qui ſint audientiũ mores, quæ publice recepta ꝑ ſuaſio, ut illa maxĩe quæ ꝑbant, eẽ in eo qui laudabiſ, credant, aut in eo cõtra quẽ dicẽꝰ, ea quæ oderunt, ita nõ dubiũ erit iudiciũ, qđ oſonẽ ꝑceſſerit. Iꝑorũ etiam iudicum permiſcẽda laus ſp. Nam id bñuolos facit. Quoties aũt fieri poterit, cum materiæ utilitate iungẽda, Minus Lacedæmone ſtudia lſarũ, quã Athenis, honoris merebunſ, plus patiẽtia, uel

fortitudo. Rapto uiuere quibusdã honestũ, alijs cura legũ. Frugalitas apud Sybaritas forsi tan odio foret, ueteribus Romanis summũ luxuriæ crimẽ. Eadẽ in singulis drña. Maxime fauet iudex, q sibi dicentẽ assentari putat. Idẽ ꝓcipit illd quoꝙ, qđ mox Cornelius Celsus ꝓpe supra modũ ĩuasit, qa sit quædã uirtutib⁹ ac uitijs uicinitas, utẽdũ ꝓxima deriuatiõe uerboꝝ, ut ꝓ temerario fortẽ, ꝓ ꝓdigo liberalẽ, ꝓ auaro parcũ uocem⁹, quæ eadẽ etiã cõtrà ualẽt, qđ qdẽ orator. ĩ. uir bonus nũq̃ faciet, nisi forte cõi utilitate ducaꝫ. Laudãꝫ aũt urbes simílit, atꝙ hoies. Nã ꝓ parẽte ẽ cõditor, & multũ autoritatis affert uetustas, ut ijs, q terra dicũt orti, & uirtutes, ac uitia circa res gestas, eadẽꝙ in singulis. Illa ꝓpria, quæ ex loci positiõe, aut munitiõe sunt. Ciues illis, ut hoib⁹ liberi, decori. Est laus & opeꝝ, in qbus honor, utilitas, pulchritudo, autor spectari solet. Honor, ut in tẽplis. Vtilitas, ut in muris. Pulchritudo uel autor, utrobiꝙ. Est & locoꝝ, qualis Siciliæ apd Ciceronẽ, in qbus similit speciẽ, & utilitatẽ intuemur, spẽm maritimis, planis, amœnis, utilitatẽ, salubribus, fertilibus. Erit etiã dictoꝝ honestoꝝ, factoꝝꝙ laus gñalis, erit & reꝝ oĩs modi. Nam & somni, & mortis scriptæ laudes, & quorũdã à medicis ciboꝝ. Itaꝙ ut non cõsenſi hoc laudatiuũ genus circa solã uersari honesti quæstionẽ, sic qualitate maxĩe cõtineri puto, quanq̃ oẽs tres status cadere ĩ hoc opus possint, his quoꝙ usũ C. Cæsarẽ in uitupando Catone, notauerit Cice. Totũ aũt habet aliqd simile suasorijs, qa plerũꝙ eadẽ illic suaderi, hic laudari solẽt.

De suasoria, seu deliberatiua, & prosopopœia. Caput .X.

DEliberatiuas quoꝙ miror à qbusdam sola utilitate finitas. Ac siquid in his unũ seq̃ oporteret, potior fuisset apud me Ciceroĩs sníã, q hoc materiæ genus, dignitate maxime cõtineri putat. Nec dubito quin ñ, q sunt in illa priore sníã scđm opinionẽ pulcherrimam, ne utile qdem, nisi qđ honestũ eẽt, existimarint. Et ẽ hæc rõ uerissima, si consiliũ cõtingat ſp bonoꝝ, ac sapientũ. Verũ apud impitos, apud quos frequenť dicenda sníã est, populũꝙ ꝓcipue, q ex pluribus cõstat indoctis, discernenda sunt hæc, & scđm cões magis intellect⁹ loquendũ. Sũt eñ multi, q etiam quæ credũt honesta, non tñ satis eadẽ utilia quoꝙ existiment, quæ turpia eẽ dubitare nõ ꝑñt, utilitatis specie ducti probent, ut fœdus Numantinũ, iugũꝙ Caudinũ. Ne q̃litatis qdẽ statu, in quo & honestorũ, & utiliũ quæstio ẽ, cõplecti eas satis ẽ. Nã frequẽť in ijs etiã cõiecturæ locus ẽ. Nonnũq̃ etiã tractaꝫ aliq̃ finitio. Aliqñ etiã incidere ꝑñt legales tractatus in priuata maxĩe cõsilia, siqñ ambigit, an liceat. De coniectura paulo post pluribus. Interim est finitio apud Demosthenẽ, det Halonesum Philippus, an reddat. Apud Ciceronẽ in Philippicis, qđ sit tumultus. Quid⁹ nõ illa similis iudicialiũ quæstio, de statua Seruij Sulpitij⁹ an ijs demũ ponenda sit, q in legatiõe ferro sunt interẽpti⁹? Ergo ps deliberatiua, quæ eadẽ suasoria, de tpe futuro cõsultans, quærit etiam de ꝓterito, officijs cõstat duobus, suadendi, & dissuadendi. Procœmio, quale ẽ in iudicialibus, non ubiꝙ eget, qa cõciliatus est ei qsꝙ, quẽ consulit. Initiũ tñ quodcũꝙ debet habere aliquã procœmij speciẽ, nec eñ abrupte, nec unde libuit incipiendũ, qa est aliqd in oĩ materia naturalit primũ. In senatu utiꝙ, & in cõcionibus eadẽ rõ, quæ apud iudices, acquirendæ sibi plerũꝙ eorũ apud quos dicendũ sit, bñuolentiæ. Nec mirũ, cũ etiam in panegyricis petaꝫ audientiũ fauor, ubi emolumentũ nõ utilitate aliqua, sed in sola laude cõsistit. Aristoteles quidẽ, nec sine causa, putat & à nra, & ab eius, q dissentiet, psona duci frequẽť in cõsilijs exordiũ, quasi mutuantibus hæc nobis à iudiciali gñe, nonnũq̃ etiam, ut minor res maior' ue uideaꝫ. In demõstratiuis uero procœmia esse maxĩe libera existimat. Nam & longe à materia duci hoc, ut in Helenes laude Isocrates fecerit, & ex aliqua rei uicinia, ut idẽ in panegyrico cõquerit, plus honoris corporũ, q̃ aĩorum uirtutibus dari. Et Gorgias in Olympico laudans eos, q primi tales instituerũt conuẽtus. Quos secutus uidelicet Crispus Sallustius in bello Iugurthino, & Catilinario, nihil ad historiam ptinentibus princi ꝑñs orsus est. Sed nũc ad suasoriam, in qua etiã cũ procœmio utemur, breuiore tñ, & uelut quodam capite tñ, & initio debebimus eẽ contenti. Narrationẽ uero nũq̃ exiget priuata deliberatio eius dũtaxat rei, de qua dicẽda sníã est, qa nemo ignorat id de quo consulit. Extrinsecus ꝑñt ptinẽtia ad deliberationẽ multa narrari. In concionibus sæpe est etiam illa, quæ ordinẽ rei docet, necessaria, & affectus, ut quæꝙ maxĩe postulabit. Nam & concitan

da,& lenienda frequenť eſt ira,& ad metũ,cupiditatẽ,odiũ, cõciliationẽ impellendi aní. Nonnunq̃ etiam mouẽda miſeratio,ſiue ut auxiliũ obſeſſis ferať ſuadere oportebit,ſiue ſociæ ciuitatis euerſionẽ deflebimus. Valet aũt in cõſilijs autoritas plurimũ. Nam & prudẽtiſſimus eſſe,haberiq;,& optimus debet,qui ſnĩæ ſuæ de utilibus atq; honeſtis credere oẽs uelit. In iudicijs em̃ uulgo fas habeť indulgere aliquid ſtudio ſuo, cõſilia nemo ẽ q̃ neget ſcđm mores dari. Græcorũ quidẽ plurimi oẽ hoc officiũ cõcionale eſſe iudicauerũt,& in ſola reipublicæ adminiſtratione poſuerũt. Quin & Cicero in hac maxime pte uerſať. Ide oq; ſuaſurus de pace,bello,copijs,opibus,uectigalibus,hæc duo p̃cipue nota eſſe uoluit,ui res ciuitatis,& mores,ut ex natura tũ ipſarũ rerũ,tum audientiũ,rõ ſuadẽdi duceret. Nobis maior in re uideť uarietas:nam & cõſultantiũ,& conſiliorũ plurima ſunt gña. Quare in ſuadendo & diſſuadẽdo tria primũ ſpectanda erũt:Quid ſit de quo deliberet,q̃ ſint qui deliberent,qui ſit qui ſuadeat. Rem de qua deliberať,aut certũ eſt poſſe fieri,aut incertũ. Si incertũ,hæc erit quæſtio ſola,aut potentiſſima,ſæpe em̃ accidet,ut prius dicamus,ne ſi poſſit quidẽ fieri,eſſe faciendũ,deinde fieri non poſſe. Cũ aũt de hoc quæriť coniectura ẽ, an Iſthmos intercidi,an ſiccari palus Pontina,an portus fieri Hoſtiæ poſſit, an Alexander terras ultra Oceanum ſit inuenturus. Sed in ijs quoq;,quæ conſtabit poſſe fieri,cõiectura erit aliqñ,ut ſi quærať,an utiq; futurũ ſit,ut Carthaginẽ ſupent Romani. Vt redeat Hannibal,ſi Scipio exercitũ in Africam tranſtulerit. Vt ſeruẽt fidẽ Samnites,ſi Romani arma depoſuerint. Quædam & fieri poſſe,& futura eſſe credibile eſt,ſed aut alio tpe, aut alio loco,aut alio mõ. Vbi coniecturæ non erit locus,alia ſunt intuẽda. Et primũ,aut ꝓpť ipſam rem,de qua ſnĩæ roganť,conſultabiť,aut ꝓpter alias interueniẽtes extrinſecus cauſas. Propter ipſam deliberant P.C. an ſtipendiũ militi cõſtituant. Hæc materia ſimplex erit. Accedũt cauſæ,aut faciẽdi,ut deliberant P.C. an Fabios dedant Gallis bellũ minitantibus, aut non faciendi,ut deliberat C. Cæſar,an pſeueret in Germaniam ire, cũ milites paſſim teſtamenta facerent. Hæ ſuaſoriæ duplices ſunt. Nam & illic cã deliberandi eſt,q̃ bellũ Galli minitenť,eſſe tñ quæſtio põt,dedendi ne fuerint etiam citra hanc denũtiationẽ,quia cõtra fas,cũ legati miſſi eſſent,præliũ inierint,regẽq; ad quẽ mandata acceperant, trucidarint. Et hic nihil Cæſar ſine dubio deliberet,niſi ꝓpter hanc militũ pturbationem,eſt tñ locus quærendi,an citra hũc quoq; caſum penetrandũ in Germaniam fuerit. Sp aũt de eo prius loquemur,de quo deliberari,etiam detractis ſequentibus,poſſet. Partes ſuadẽdi quidam putauerũt honeſtũ,utile,neceſſariũ,ego nõ inuenio huic tertiæ locũ. Quantalibet em̃ uis ingruat,aliquid fortaſſe pati neceſſe ſit,nihil facere,de faciendo aũt deliberať. Qđ ſi hanc uocãt neceſſitatẽ,in qua hoſtes grauiorũ metu coguntť,utilitatis erit quæſtio,ut em̃ ſi obſeſſi,& impares,& aqua ciboq; defecti,de facienda ad hoſtẽ deditione deliberent,& dicať neceſſe eſt,nẽpe ſequiť,ut hoc ſubijciať,alioqui peundũ ẽ,ita ꝓpť id ipm nõ ẽ neceſſe,qa pire potius licet. Denicq; non fecerũt Sagũtini,nec in rate Opitergina circũuenti. Igiť in his quoq; cauſis,aut de ſola utilitate ambigeť,aut quæſtio inter utile,atq; honeſtũ cõſiſtet. At em̃ ſi quis liberos procreare uolet,neceſſe habeat uxorẽ ducere,quis dubitať? ſed ei qui pr̃ uult fieri,liqueat neceſſe ẽ uxorẽ eſſe ducẽdam. Itaq; mihi ne conſiliũ quidẽ uideť,ubi neceſſitas eſt,nõ magis q̃ ubi cõſtat,quid fieri oĩno nõ poſſe. Omis em̃ deliberatio de dubijs eſt. Melius igiť,qui tertiam ptem dixerũt δυνατόν,qđ nr̃i poſſibile nominant,quæ ut dura uideať appellatio,tñ ſola ẽ. Quas ptes nõ oẽs in oẽm cadere ſuaſoriam,manifeſtius ẽ q̃ ut docendũ ſit. Tñ apud pleroſq; eaꝝ nũerus augeť,à qbus ponunť ut ptes,quæ ſpecies ſunt ptiũ. Nam fas,iuſtũ,piũ,æquũ,manſuetũ quoq;, ſic em̃ ſunt interp̃tati τὸ ἥμερον,& ſi qua adhuc adijcere quis eiuſdẽ gñis uelit,ſubijci p̃nt honeſtati. An ſit aũt facile,magnũ,iucundũ,ſine piculo,ad quæſtionẽ ptinet utilitatis,qui loci oriunť ex cõtradictione eius, qđ eſt inutile,difficile,paruũ,iniucundũ,piculoſum. Tñ quibuſdam uideť eſſe nõnunq̃ de iucũditate ſola cõſultatio,ut ſi de ædificando theatro,inſtituẽdis ludis,deliberet. Sed neminẽ adeo ſolutũ luxu puto,ut nihil in cauſa ſuadendi ſequať p̃ter uoluptatem. Præcedat em̃ ſp aliquid neceſſe ẽ,ut in ludis honor deorũ,in theatro non inutilis laboꝝ remiſſio,deformis & incõmoda turbæ,ſi id nõ ſit,conflictatio,& nihilominus eadẽ illa religio,cũ theatrũ ue

luti quoddam illius ſacri templũ uocabimus. Sæpe uero & utilitatẽ deſpiciendam eſſe di cimus, ut honeſta faciamus, ut cũ illis Opiterginis damus conſiliũ, ne ſe hoſtibus dedant, quanq̃ pituri ſint, niſi fecerit, & utilia honeſtis p̃ferimus, ut cũ ſuademus ut bello Punico ſerui armẽt. Sed tñ nec hic plane cõcedẽdũ eſt, eſſe id inhoneſtũ. Liberos em̃ natura oẽs, & iſdẽ conſtare elementis, & fortaſſe antiquis etiam nobilibus ortos, dici põt. Et illic, ubi manifeſtũ periculũ eſt, opponẽda alia ſunt picula, ut crudelius etiam pituros affirmemus, ſi ſe dediderint, ſiue hoſtis nõ ſeruauerit fidẽ, ſiue Cæſar uicerit, qđ eſt uero ſimilius. Hæc aũt, quæ tm̃ int̃ ſe pugnant, plerũq; noĩbus deflecti ſolẽt. Nã & utilitas ipſa expugnat̃ ab iis, q dicũt non ſolũ potiora eſſe honeſta, q̃ utilia: ſed ne utilia qdẽ eẽ, quæ non ſunt hone ſta: & cõtrà, qđ nos honeſtũ, illi uanũ, ambitioſum, ſtolidũ, uerbis q̃ re p̃babilius uocant. Nec tm̃ inutilibus comparant̃ utilia, ſed inter ſe quoq; ipſa, ut ſi è duobus eligamus, in alte ro quid ſit magis, in altero qd ſit minus. Creſcit hoc adhuc. Nã interim triplices etiam ſua ſoriæ incidũt, ut eũ Põpeius deliberauit, Parthos, an Africam, an Aegyptũ peteret. ita nõ tm̃ utrũ ſit melius, ſed quid ſit optimũ quæriť. Itẽ contrà. Nec unq̃ incidet in hoc gñe ma teriæ dubitatio rei, quæ undiq; ſcđm nos ſit. Nã ubi contradictioni locus non eſt, quæ põt eſſe cauſa dubitandi? Itẽ fere oĩs ſuaſoria nihil eſt aliud, q̃ compatio. Videndũq; quid con ſecuturi ſimus, & p quid, ut æſtimari poſſit, plus in eo, qđ petimus, ſit cõmodi, an uero in eo, per qđ petimus, incõmodi. Eſt utilitatis & in tpe quæſtio. Expedit, ſed non nunc. Et in loco, Non hic. Et in pſona, Non nobis, non cõtra hos. Et in gñe agendi, Non ſic. Et in mõ, Non in tm̃. Sed pſonã ſæpi⁹ decoris cauſa intuemur, quæ & in nobis, & in iis q deliberãt, ſpectanda eſt. Itaq; quãuis exẽpla plurimũ in conſiliis poſſint, quia facillime ad conſentiẽ dum hoĩes ducunt̃ experimentis, refert tñ, quox autoritas, & quibus adhibeatur. Diuerſi ſunt em̃ deliberantiũ animi, duplex conditio. Nã conſultant, aut plures, aut ſinguli, ſed in utriſq; differentia, qa & in pluribus multũ intereſt, ſenatus ſit, an populus: Romani, an Fi denates, Græci, an barbari, & in ſingulis Catoni petendos honores ſuadeamus, an C. Ma rio. De rõne belli Scipio prior, an Fabius deliberet. Proinde intuẽda ſexus, dignitas, ætas. Sed mores p̃cipue diſcrimẽ dabũt. Et honeſta quidẽ honeſtis ſuadere facillimũ ẽ, ſi uero apđ turpes recta obtĩere conabimur, ne uideamur ex p̃brare diuerſam uitæ ſectã cauẽdũ eſt. Et animus deliberantis, nõ ipſa honeſti natura, quã ille nõ reſpicit, p̃mouẽdus, ſed lau de, uulgi opinione, & ſi pax p̃ficiet hæc uanitas, ſecuturã ex his utilitatẽ, aliquanto uero magis obĵciendo aliquos, ſi diuerſa fecerit, metus. Nã p̃ter id q̃ his leuiſſimi cuiuſq; aĩus facillime terreť, neſcio an etiam naturaliť apud plurimos plus ualeat malox timor, q̃ ſpes bonorũ, ſicut facilior eiſdẽ turpiũ, q̃ honeſtorũ intellectus eſt. Aliqñ bonis quoq; ſuadenť parũ decora, danť parũ bonis conſilia, in qbus ipſorũ, q cõſulunt, ſpectať utilitas. Nec me fallit, quæ ſtatim cogitatio ſubire poſſit legentẽ. Hoc ergo p̃cipis? & hoc fas putas? Pote rat me liberare M. Cic. q ita ſcribit ad Brut. Propoſitis plurimis quæ honeſte ſuaderi Cæ ſari poſſent, Sim ne bonus uir, ſi hæc ſuadeam? minime. Suaſoris em̃ eſt finis utilitas eius, cui quiſq; ſuadet. At recta ſunt, qs negat? ſed non eſt ſp rectis in ſuadẽdo locus. Sed qa ẽ, altior q̃ſtio, nec tm̃ ad ſuaſorias ptinet, deſtinatus ẽ mihi hic locus duodecimo, q ſummus futurus eſt, libro. Nec ego quicq̃ fieri turpiť uelim, uerum interim hæc, uel ad ſchola ex ercitationes ptinere credanť. nam & iniquorũ rõ noſcenda eſt, ut melius æqua tueamur. Interim ſi quis bono inhoneſta ſuadebit, meminerit nõ ſuadere tanq̃ inhoneſta, ut qdam declamatores Sext. Pompeiũ ad piraticam, propť hoc ipm, q̃ turpis ac crudelis ſit, impel lunt. Sed dandus illis deformibus color, idq; etiam apud malos: nec em̃ eſt quisq̃ tam ma lus, ut uideri uelit. Sic Catilina apud Salluſtiũ loquiť, ut rẽ ſceleratiſſimã non malitia, ſed indignatiõe uideať audere. Sic Atreus apud Varũ: Iam fero (inqt) infandiſſima, iam face re cogor. Quanto magis eis, quibus fuit aliqua cura famæ, cõſeruandus ẽ hic uel ambit⁹? Quare, & cũ Cice. dabimus cõſiliũ, ut Antoniũ roget, uel etiã ut Philippicas (ita uitã pol licẽte eo) exurat, nõ cupiditatem lucis allegabimus. Hæc em̃ ſi ualet in aĩo eius, tacẽtibus quoq; nobis ualet. ſed ut ſe reipub. ſeruet, hortabimur. Hac illi opus ẽ occaſiõe, ne eũ talitũ precũ pudeat. Et C. Cæſari ſuadẽtes regnũ, affirmabimus ſtare iã remp, niſi uno regente,

non posse. Nam q de re nefaria deliberat, id solū quærit, quō q̄ minimū peccare uideatur. Multū refert etiam quæ sit psona suadētis, quia anteacta uita, si illustris fuit, aut clarius genus, aut ætas, aut fortuna, affert expectationē. Prouidendū ē, ne quæ dicunt, ab eo q dicit, dissentiant. At ijs cōtraria summissiorē quendā modū postulāt. Nā quæ in alijs libertas ē, in alijs licētia uocat. Et quibusdā sufficit autoritas, quosdā rō ipsa ægre tuet. Ideoq; lōge mihi uident difficillimæ prosopopœiæ, in quibus ad reliquū suasoriæ laborē, accedit etiā psonæ difficultas. Nanq; unū & idē alit Cæsar, alit Cic. alit Cato suadere debebit. Vtilissima uero hæc exercitatio, uel p duplicis est opis, uel p poetis quoq;, aut historiarū futuris scriptoribus plurimū cōfert. Verū & oratoribus necessaria. Nam sunt multæ à græcis latinisq; cōpositæ orones, quibus alij uterent, ad quor̄ conditionē uitāq; aptanda, quæ dicebant, fuerūt. An eodē mō cogitauit, aut eandē psonam induit Cice. cū scriberet Cn. Pōpeio, & cū C. Domitio, cæteris ue, ac nō uniuscuiusq; eorū fortunā, dignitatē, res gestas ītuitus, oīm etiam, quibus uocē dabat, imaginē exp̄sserit ut melio quidē, sed tñ ipsi dicere uiderent. Nec minus uitiosa ē oro, si ab hoīe quàm si à re, cui accōmodari debuit, dissidet. Ideoq; Lysias optīe uidet in ijs quæ scribebat indoctis seruasse ueritatis fidē. Eñuero p̄cipue declamatoribus considerandū ē, qd cuiq; psonæ cōueniat, q paucissimas controuersias ita dicūt, ut aduocati, plerūq; filij, pres, diuites, senes, aspi, lenes, auari, deniq; supstitiosi, timidi, derisores, fiūt, ut uix comœdiarū actoribus plures habitus in pnūtiando cōcipiēdi sint, q̄ ijs in dicendo, quæ oīa uideri possunt prosopopœiæ, q̄s ego suasorijs subieci, quia nullo alio ab ijs q̄ psona distant. Quanq̄ hoc aliqñ etiam in cōtrouersias ducit, quæ ex historijs cōpositæ, certis agentiū noibus continent. Neq; eñ ignoro plerūq; exercitationis gra poni & poeticas & historicas, ut Priami uerba apd Achillē, aut Syllæ dictaturam deponētis in concione. Sed hæc in partē cedent triū generū, in quæ causas diuisimus. Nā & rogare, indicare, rōnē reddere, & alia de quibus supra dictū ē, uarie, atq; ut res uult, in materia iudiciali, deliberatiua, demonstratiua, subijcere solemus. Frequētissime tñ in his utimur ficta psonarū, quas ipi substituimus, orone, ut apd Cice. p Cælio in Clodiā, & Cæcus Appius, & Clodius frater, ille in castigationē, hic in rōnē mor̄ cōpositus, alloquit. Solent in scholis fingi materiæ ad deliberandū similiores controuersiis, & ex utroq; gñe cōmixtæ, ut cū apud C. Cæsarē cōsultatio de pœna Theodoti ponit. Cōstat eñ accusatiōe, & defensione causæ, qd ē iudicialiū ppriū. Permixta aūt ē utilitatis rō, an p Cæsare fuerit occidi Pōpeiū, an timendū à rege bellū, si Theodotus sit occisus, an id minime opportunū hoc tpe, & periculosum, & certe longū sit futur̄. Quærit & de honesto, deceat ne Cæsarē ultio Pompeij, an sit uerendū ne peiorē faciat suarū partiū causam, si Pōpeiū indignū morte fateat. Qd genus accidere etiam ueritati pōt. Non simplex aūt circa suasorias error in plerisq; declamatoribus fuit, q dicendi genus in his diuersum, atq; in totū illi iudiciali contrarium esse existimauerūt. Nam & principia abrupta, & concitatam sp oronem, & in uerbis effusiorem (ut ipsi uocant) cultū affectauerunt, & earū breuiores utiq; cōmentarios, q̄ iudicialis materiæ facere elaborauerūt. Ego porro ut procœmio uideo nō utiq; opus eē suasorijs, ppter quas dixi supra causas, ita cur initio furiose fit exclamandū, nō intelligo, cū ppositā consultatione rogatus sniam, si mō est sanus, nō quæritet, sed q̄ maxīe pōt ciuili & humano ingressu, mereri assensum deliberātis uelit. Cur igit torrēs, & utiq; æqualit cōcitata sit in ea dicētis oro, cū uel p̄cipue moderationē, rōnemq; cōsilia desideret? Neq; ego negauerim sæpio subsidere in cōtrouersiis impetū dicēdi, pœmio, narratiōe, argumētis, quē si detrahas, id fere superit, quo suasoriæ cōstant. Ver̄ id quoq; æqualius erit, nō tumultuosius, atq; turbidius. Verbor̄ aūt magnificētia nō ualidius ē affectāda suasorias declamātibus, sed cōtingit magis. Nā & psonæ fere magnæ fingētibus placēt, regū, principū, populi, senato, & res ampliores, ita cū uerba rebus aptent, ipso materiæ nitore clarescūt. Alia ueris cōsilijs rō ē. Ideoq; Theophrastus q̄ maxīe remotū ab oī affectatione, in deliberatiuo gñe uoluit esse sermonē, secutus in hoc autoritatē præceptoris sui, quanq̄ dissentire ab eo nō timide solet. Nanq; Aristoteles idoneam maxīe ad scribendū demonstratiuam, pximāq; ab ea iudicialem putauit, uidelicet qm̄ prior illa tota esset ostentationis, hæc secūda egeret

artis,uel ad fallendũ,si ita popoſciſſet utilitas,conſilia,fide,prudẽtiaq; cõſtarent. Quibus in demõſtratiua cõſentio. Nam & oẽs alĩ ſcriptores idem tradiderunt. In iudiciis aũt cõſiliisq;,ſcdm conditionẽ ipſius quæ tractabit rei,accõmodandam dicẽdi credo rationem. Nam & Philippicas Demoſthenis ĩſdẽ quibus habitas in iudiciis orationes,uideo emine re uirtutibus. Et Ciceronis ſniæ & conciones,non minus claꝛ q̃ eſt in accuſationib. ac de fenſionibus eloquẽtiæ lumẽ oñdunt. Dicit tñ de ſuaſoria idẽ hoc modo: Tota aũt oꝛo ſim plex & grauis,& ſentẽtiis debet ornatior eſſe,q̃ uerbis. Vſum exẽploꝛ nulli materiæ ma gis conuenire,merito ferè oẽs conſentiũt, cũ plerũq; uideant reſpondere futura p̃teritis, habeaturq; experimentũ,uelut quoddam rõnis teſtimoniũ. Breuitas quoq;, aut copia nõ gñe materiæ,ſed modo conſtat. Nam ut in conſiliis plerunq; ſimplicior quæſtio eſt,ita ſæ pe in cauſis minor. Quæ oĩa uera eſſe ſciet,ſiqs non oꝛones mõ,ſed hiſtorias etiam (nanq; in his conciones atq; ſniæ plerunq; ſuadẽdi ac diſſuadendi funguñ officio) legere malue rit,quã in cõmentariis rhetoꝛ conſeneſcere. Inueniet em̃ nec in conſiliis abrupta initia,& cõcitatius ſæpe in iudiciis dictũ,& uerba aptata reb. in utroq; gñe,& breuiores aliqñ cau ſaꝛ oꝛones q̃ ſniaꝛ. Ne illa quidẽ in iis uitia deprehendet,qbus quidã declamatores labo rant,q; & contrà ſentientib. inhumane conuitiañ,& ita plerunq; dicũt,tanq̃ ab iis qui de liberant,utiq; diſſentiant. Itaq; obiurgantib. ſimiliores ſunt q̃ ſuadẽtib. Hæc adoleſcẽtes ſi bi ſcripta ſciãt,ne aliter q̃ dicturi ſint exerceri uelint,& in deſueſcẽdis morenť. Cæteꝛ cũ aduocari cœperit in cõſilia amicoꝛ, dicere ſniam in ſenatu, ſuadere ſiqd cõſulet princeps, qđ p̃ceptis fortaſſe non credũt,uſu docebunť. *De partibus cauſarum iudicialium. Cap. XI.*

NVnc de iudiciali gñe,quod eſt præcipue multiplex,ſed officiis cõſtat duob. intẽtio nis ac depulſionis. Cuius partes,ut plurimis autorib. placuit,qnq; ſunt, p̃œmium, narratio, p̃batio,refutatio,peroratio. His adiecerũt quidam partitionẽ, p̃poſitionẽ,exceſ ſum,quaꝛ priores duæ p̃bationi ſuccedũt. Nam p̃ponere quidẽ quæ ſis probaturus, ne ceſſe eſt,ſed & cõcludere. Cur igiť ſi illa pars cauſæ eſt,nõ & hæc ſit? Partitio uero diſpo ſitionis eſt ſpẽs,ipſa diſpoſitio pars rhetorices,& per oñes materias,totumq; eaꝛ corpus æqualiter fuſa,ſicut inuentio,elocutio. Ideóque eam non oꝛonis totius partem unam eſſe credendũ eſt,ſed quæſtionũ etiam ſingulaꝛ. Quæ nanq; eſt quæſtio, in qua nõ p̃mittere poſſit orator, quid primo,qd ſcdo,quid tertio ſit loco dicturus? qđ eſt proprium partitio nis. Quàm ergo ridiculũ eſt, quæſtionẽ quidẽ ſpeciẽ eſſe probatiõis, partitionẽ aũt quæ ſit ſpẽs quæſtionis,partẽ totius orationis uocari? Egreſſio uero,uel (qđ uſitatius eſſe cœ pit) exceſſus,ſiue eſt extra cauſam,nõ poteſt eſſe pars cauſæ,ſiue eſt in cauſa,adiutoriũ,uel ornamentũ partiũ eaꝛ eſt,ex quibus egrediť. Nam ſi quicquid in cauſa eſt, pars cauſæ uo cabiť,cur nõ argumentũ,ſimilitudo,locus cõis,affectus,exẽpla,partes cauſæ uocenť? Tñ nec iis aſſentior,qui detrahunt refutationẽ,tanq̃ probationi ſubiectã,ut Ariſtoteles. Hæc em̃ eſt quæ conſtituat,illa quæ deſtruat. Hoc quoq; idẽ aliquatenus nouat, q; proœmio non narrationẽ ſubiungit,ſed p̃poſitionẽ. Veꝛ id facit,quia p̃poſitio genus,narratio ſpe cies uideť,& hac non ſp,illa ſemper & ubiq; credit opus eſſe. Veꝛ ex his, quas conſtitui partibus,non ut quicq; primum dicendũ,ita primum cogitandũ eſt. Sed ante oĩa intueri oportet,quod ſit genus cauſæ,quid in ea quæraťur,quid profit,quid noceat,deinde quid cõ firmandũ,atq; refellendum ſit,tum quõ narrandum. Expoſitio em̃ probationũ eſt præpa ratio,nec eſſe utilis põt,niſi prius cõſtiterit quid debeat de probatiõe promittere. Poſtre mo intuendũ,quẽadmodum iudex ſit conciliandus. Nec em̃ niſi totis cauſæ partibus dili genter inſpectis,ſcire poſſumus,qualẽ nobis facere aĩm cognoſcẽtis expediat,ſeueꝛ an mi tem,cõcitatũ an remiſſum,aduerſum gratiæ,an obnoxiũ. Nec ideo tñ eos p̃bauerim,qui ſcribendũ quoq; p̃œmiũ nouiſſime putãt. Nã ut cõferri materiam oẽm oportet,& quid quoq; loco ſit opus,cõſtare debet,anteq̃ dicere aut ſcribere ordiamur,ita incipiendũ ab iis quæ prima ſunt. Nã nec pingere quiſquã aut fingere cœpit à pedib⁹. Nec deniq; ars ulla conſummaťur ibi,unde ordiendũ eſt. Quid fiet alioqui ſi ſpatiũ cõponendi oratione ſtylo non fuerit? nonne nos hæc inuerſa conſuetudo deceperit? Inſpiciẽda igiť materia eſt,quo præcipimus ordine, ſcribenda quo dicimus. *De generibus iudicialium controuerſiarũ. Ca. XII.*

CAeterum causa omnis, in qua pars altera agẽtis est, altera recusantis, aut unius rei cõtrouersia constat, aut pluriũ. Hæc simplex dicit, illa coniuncta. Vna controuersia est per se furti, per se adulterij. Plures aut eiusdẽ generis, ut in pecunijs repetundis, aut diuersi, ut si quis sacrilegij & homicidij simul accusetur, qđ nunc in publicis iudicijs non accidit, qm̃ prætor certa lege sortitur, principum aũt & senatus cognitionibus frequẽs est, & populi fuit. Priuata quoq; iudicia, sæpe unum iudicẽ habere multis, & diuersis formulis solẽt, nec aliæ species erunt, etiã si unus à duobus duntaxat eandem rẽ, atq; ex eadẽ causa petet, aut duo ab uno, aut plures à pluribus, quod accidere in hæreditarijs litibus interim scimus, quia quamuis in multis personis, causa tñ una est, nisi conditio personarũ quæstiones uariauerit. Diuersum his tertium genus, quod dicit comparatiuũ, cuius rei tractatus in parte causæ frequens est, ut cum apud cẽtumuiros post alia quærit & hoc, uter dignior hæreditate sit. Rara est aũt, ut in foro iudicia propter id solum constituant, sicut diuinationes, quæ fiunt de accusatore constituendo, & nõnunq; inter delatores, uter præmium meruerit. Adiecerunt quidam nũero, mutuam accusationẽ, quæ ἀνθυποφορά uocat, alijs uidelicet succedere hanc quoq; cõparatiuo generi existimãtib. cui similis erit petitionũ inuicẽ diuersarũ, quod accidit uel frequentissime. Et si id ipsum uocari debet ἀνθυποφορά, (nam proprio caret noĩe) duo ergo erũt genera eius, alterum, quo litigatores idẽ crimen inuicẽ intentant, alterum, quo aliud atq; aliud, cui & petitionum conditio par est. Cum apparuerit genus causæ, tum intuebimur, negetur ne factum, quod intenditur, an defendatur, an alio nomine appelletur, an à genere actionis repellatur, unde sunt status.

Quid quæstio, & quæ sit ratio, iudicatio, continens, & quatenus necessaria. *Caput* .XIII.

HIs inuentis intuendum deinceps Hermagoræ uidetur, quæ sit quæstio, ratio, iudicatio, continens, id est στάσιμον, uel ut alij uocant, firmamentum. Quæstio latius intelligitur omnis, de qua in utranq; partem, uel in plures dici credibile potest. In iudiciali aũt materia dupliciter accipienda est, altero modo, quo dicimus multas quæstiones habere cõtrouersiam, quo etiam minores omnes complectimur, altero, quo significamus summam illam, in qua causa uertitur, de hac nunc loquor, ex qua nascitur status, an factum sit, quid factum sit, an recte factũ sit. Has Hermagoras & Apollodorus, & alij plurimi scriptores proprie quæstiones uocant. Theodorus (ut dixi) capita generalia, sicut illas minores, aut ex illis pendentes, specialia. Nam & quæstionem ex quæstione nasci, & speciem in species diuidi, conuenit. Hanc igitur quæstionem ueluti principalem uocant ζήτημα. Ratio autem est, qua id quod factum esse constat, defenditur. Et cur non utamur eodem, quo sunt usi ferè omnes exemplo? Orestes matrem occidit, hoc constat, dicit se iuste fecisse, status erit qualitatis, quæstio an iuste fecerit. Ratio, quod Clytemnestra maritum suum, patrem Orestis occidit, hoc αἴτιον dicitur. κρινόμενον autem iudicatio, an oportuerit uel nocentem matrem à filio occidi. Quidam diuiserunt αἴτιον & αἰτίαν, ut esset altera, propter quam iudicium constitutum est, ut occisa Clytemnestra, altera, qua factum defenditur, ut occisus Agamemnon. Sed tanta est circa uerba dissensio, ut alij αἰτίαν causam iudicij, αἴτιον autem facti uocent, alij eadem in contrarium uertant. Latinoq; quidam hæc initium, & rationẽ uocauerũt, quidam utrũq; eodẽ noĩe appellant. Causa quoq; ex causa, id est αἴτιον ἐξ αἰτίου nasci uidet, quale est, occidit Agamemnonẽ Clytemnestra, quia ille filiam cõem immolauerat, & captiuam pellicẽ adducebat. Iidẽ putant & sub una quæstione plures esse rõnes, ut si Orestes & alterã afferat causam mr̃is necatæ, q̃ respõsis sit impulsus. Quot aũt causas faciẽdi, totidẽ iudicationes. Ná & hæc erit iudicatio, an rñsis parere debuerit. Sed & una causa plures habere quæstiões & iudicatiões (ut ego arbitror) põt, ut in eo, q cũ adulterã deprehensam occidisset, adulterũ, qui tũ effugerat, postea in foro occidit. Causa est una, adulter fuit, quæstiões & iudicationes, an illo tpe, an illo loco licuerit occidere. Sed sicut, cum sint plures quæstiões, oẽsq; suos stat⁹ habeãt, causæ tñ status unus sit ad quẽ referent oĩa, ita iudicatio maxĩe propria, de qua pnuntiat. στοιχεῖον aũt qđ, ut dixi, continens alij, firmamentũ alij putãt, Cicero firmissimã argumẽtationẽ defensoris, & appositissimã ad iudicationẽ, Quibusdam id uidet esse, post qđ nihil quærit, qbusdã id qđ ad iudicationẽ firmis-

simum afferẽ. Causa facti non in oẽs cõtrouersias cadit. Nam quæ fuerit causa faciẽdi ubi factum negat? At ubi causa tractat, negãt eodẽ loco esse iudicationẽ, quo quæstionẽ, idq; & in rhetoricis Cic. & in partitionib. dicit. Nam & in cõiectura est quæstio ex illo, factũ, non factũ, an factũ sit, ubi ergo iudicatio? ubi quæstio, quia in eadẽ re prima quæstio, & extrema disceptatio. At in q̃litate, matrẽ Orestes occidit, recte, non recte, an recte occiderit, quæstio, nec statim iudicatio, qñ ergo? Illa patrẽ meum occiderat, sed non ideo tu matrem debuisti occidere, an debuerit, hic iudicatio. Firmamẽtum aũt uerbis ipsius ponam, Si uelit Orestes dicere eiusmodi aĩm matris suæ in patrẽ suum, in seipsum ac sorores, in regnum, in famam gñis ac familiæ, ut merito ab ea pœnas liberi sui potissimũ petere debuerint. Vtunt alij & talibus exẽplis: Qui bona paterna consumpserit ne concionet, in opa publica cõsumpsit, quæstio an qsquis cõsumpserit, prohibẽdus sit, iudicatio, an qui sic.uelut in causa militis Arunci, qui Lusium tribunũ uim sibi inferentẽ interfecit, quæstio an iure fecerit, ratio, qđ is uim afferebat, iudicatio, an indemnatũ, an tribunũ à milite occidi, oportuerit. Alterius etiam status quæstionẽ, alterius iudicationẽ putant. Quæstio qualitatis, an recte Clodiũ Milo occiderit, iudicatio coniecturalis, an Clodius insidias fecerit. Ponunt & illud, sæpe cãm in aliquam rẽ dimitti, quæ non sit propria quæstionis, & de ea iudicari. A quibus multum dissentio. Nam & illa quæstio, an oẽs qui paterna bona consumpserint, concione sint prohibendi, habeat oportet suam iudicationẽ, ergo nõ alia quæstio, alia iudicatio erit, sed plures quæstiones, & plures iudicationes. Quid? non in cã Milonis ipsa coniectura refert ad qualitatẽ? Nam si ẽ insidiat° Clodius, sequit ut recte sit occisus. Cũ uero in aliquam rẽ missa causa, ẽ recessum à q̃stione, quæ erat constituta, hic quæstio, ubi iudicatio ẽ. Paulũ in his secũ etiam Cic. dissentit. Nam in rhetoricis (quẽadmodũ supra dixi) Hermagoram ẽ secutus, in topicis ex statu effectam contentionẽ κρινόμενον existimat, idq; Trebatio, qui iuris erat consultus, alludẽs, de qua re agit appellat, quibus id contineatur, continentia, quasi firmamenta defensionis, quibus sublatis defensio nulla sit. At in partitionibus oratorijs firmamentum, quod opponitur defensioni, quia continens qđ primum sit, ab accusatore dicatur, ratio à reo, ex rationis & firmamenti quæstione disceptatio sit iudicationũ. Verius igit & breuius qui statum, & continens, & iudicationẽ, idẽ esse uoluerunt. Continens aũt id esse, quo sublato, lis esse non possit, hoc mihi uidet utranq; causam complecti, & q̃ Orestes matrem, & q̃ Clytemnestra Agamemnonẽ occiderit. Iidem iudicationẽ & statum consentire semper existimant. Nec eñ aliud eorũ rationi cõueniẽs fuisset. Verũ hæc affectata subtilitas circa noĩa rerum ambitiose laboret, à nobis in hæc assumpta solum, ne parũ diligẽter inquisisse de opere, qđ aggressi sumus, uideremur. Simplicius aũt instituenti nõ est necesse, per tam minutas rerũ particulas rationẽ dicẽdi concidere. Quo uitio multi quidem laborauerunt, præcipue tñ Hermagoras, uir alioqui subtilis, & in plurimis admirandus, tantum diligẽtiæ nimiũ solicitæ, ut ipsa eius reprehẽsio laude aliqua non indigna sit. Hæc aũt breuior, & uel ideo lucidior multo uia, nec discẽtem per ambages fatigabit, ne corpus onis in parua momẽta diducẽdo cõsumet. Nam qui uiderit quid sit, qđ in cõtrouersiam ueniat, quid in eo, & per quæ uelit efficere pars diuersa, quid nostra (qđ in primis intuẽdum) nihil eorũ ignorare, de quibus supra diximus, poterit. Nec est ferè quisquã, mõ non stultus, atq; ab oñi prorsus usu dicendi remotus, qn sciat, & quid litẽ faciat, q̃ ab illis causa uel continens dicit, & quæ sit inter litigãtes quæstio, & de quo iudicari oporteat, quæ oĩa idẽ sunt. Nam & de eo quæstio est, qđ in controuersiam uenit, & de eo iudicat, de quo quæstio est. Sed nõ ppetuo intẽdimus in hæc aĩm, & cupiditate laudis utcunq; acquirẽdæ, uel dicendi uoluptate euagamur, qñ huberior sp extra causam materia est, quia in controuersia pauca sunt extra oĩa, & hic dicit de ijs quæ accepimus, illic de qbus uolumus. Nec tñ hoc p̃cipiendũ est, ut quæstionẽ, continẽs, iudicationẽ inueniamus. Nam id quidẽ facilius est, q̃ ut intueamur sp, aut certe si digressi fuerimus, saltẽ respiciamus, ne plausum affectantib. arma excidãt. Theodori schola (ut dixi) oĩa refert ad capita. Iis plura intelligunt. Vno mõ summa quæstio, itẽ ut status, altero cæteræ, quæ ad summam referant, tertio ppositio cũ affirmatione, ut diximus, caput rei est

apud Menandrum, κεφάλαιόν ἐστι. In uniuersum autē quicqd ꝓbandum est, erit caput, sed id maius aut minus. Et quoniam quæ de his erant à scriptoribus artium tradita, uerbosius etiam quàm necesse erat exposuimus. præterea quæ partes essent iudicialium causarum, dictum est, proximus liber principia, id est exordia concipiet.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBRI QVARTI, QVI DE EXordio, narratione, egressione, propositione, partitione est,

PROLOGVS.

PERFECTO Marcelle Victori operis tibi dedicati tertio libro, & iam quarta ferè laboris parte transacta, nouæ insuper mihi diligentiæ cura, & altior solicitudo, quale iudiciū hoīm emererer, accessit. Adhuc em̄ uelut studia inter nos conferebamus, & si parū nostra institutio ꝓbaretur à cæteris, contēti fore domestico usu uidebamur, ut tui meiq; filij disciplinam formare, satis putaremus. Cū uero mihi Domitianus Aug. sororis suæ nepotum delegauerit curam, non satis honorē iudicioꝝ cælestiū intelligā, nisi ex hoc oneris quoq; magnitudinē metiar. Quis em̄ mihi, aut mores excolēdi sit modus, ut eos non immerito probauerit sanctissimus censor? aut studia ne fefellisse in his uidear principē, ut in omnib. ita in eloquentia quoq; eminentissimum? Quod si nemo mirat̄ poetas maximos sæpe fecisse, ut non solum initijs operum suoꝝ musas inuocarent, sed prouecti quoq; longius, cum ad aliquē grauiorē uenissent locū, repetere uota, & uelut noua precatione uterent̄, mihi quoq; ꝓfecto poterit ignosci, si qd in initio, cū primū hanc materiam inchoaui, nō feceram, nunc oēs in auxiliū deos, ipsumq; in primis, quo neq; ꝑsentius aliud, neq; studijs magis ꝓpitiū numē est, inuocē, ut quantū nobis expectationis adiecit, tm̄ ingenij aspiret, dexterq; ac uolens adsit, & me qualē esse credidit, faciat. Cuius mihi religiōis nō hæc sola rō, quæ maxīa est, sed alioqui sic ꝓcedit ipm op⁹, ut maiora ꝓteritis, ac magis ardua sint, quæ īgredior. Sequit̄ em̄ ut iudicialiū causaꝝ quæ sunt maxīe uariæ ac multiplices, ordo explicet̄, qd ꝓœmij officiū, quæ rō narrandi, quæ ꝓbationū sit fides, seu ꝓposita cōfirmamus, seu cōtradicta dissoluimus, quāta uis inporando, seu reficiēda breui repetitione reꝝ, memoria ē iudicis, siue affectus (qd est lōge potentissimū) cōmouendi. De qbus partib. singulis quidā seꝑatim scribere maluerūt, uelut onus totius corpis ueriti, & sic quoq; cōplureis de unaquaq; earꝝ libros ediderunt, quas ego oēs ausus cōtexere, ꝓpe infinitū mihi laborē ꝓspicio, et ipsa cogitatiōe susceptī muneris fatigor. Sed durandū est, qa cœpimus: & si uirib. deficiemus, aīo tñ ꝑseuerandū.

De exordio. Caput .I.

QVod principium latine, uel exordium dicitur, maiore quadam ratione Græci uidēt̄ur προοίμιον nominasse, quia à nostris mō initium significat̄, illi satis clare partē hāc esse ante ingressum rei, de qua dicendū sit, oñdunt. Nam siue propterea, quod ᾠδὴ cantus est, & citharœdi pauca illa, quæ antequam legitimū certamen inchoent, emerendi fauoris gratia canunt, proœmium uocauerūt, oratores quoq; ea quæ priusquam causam exordiantur, ad conciliandos sibi iudicum animos præloquuntur, eadem appellatione signarunt, siue ꝙ οἶμος ꝏdem Græci uiam appellant, id quod ante ingressum rei ponitur, sic uocare est institutū, certe proœmiū est, qd apud iudicē dici priusquam causam cognouerit, possit. Vitioseq; in scholis facimus, ꝙ exordio sic utimur, quasi cām iudex iā nouerit. Cuius rei licētia ex hoc est, ꝙ ante declamationē, illa uelut imago litis exponit̄. Sed in foro quoq; cōtingere istud principioꝝ genus secundis actionibus potest, primis quidem raro, nunq; nisi fortè apud eū cui res aliunde iam nota sit, dicimus. Causa principij nulla alia ē, quàm ut auditorē, quo sit nobis in cæteris partib. accōmodatior, præparemus. Id fieri tribus maxīe inter autores plurimos constat, si beneuolum, attentū, docilem fecerimus, non quia ista per totam actionē non sint custodiēda, sed quia in initijs maxime necessaria, per quæ in animum iudicis, ut procedere ultrà possimus, admittimur. Beneuolentiam, aut à personis ducimus, aut à causis accipimus. Sed personarum nō est (ut plerique crediderūt)

triplex ratio, ex litigatore, & aduersario, & iudice. Nam exordium duci nõnunq; etiam ab actore causæ solet. Quanq; eñ pauciora de seipso dicit, & parcius, plurimũ tñ ad oĩa mẽti est in hoc positum si uir bonus crediť: sic eñ cõtinget, ut non studiũ aduocati uideať afferre, sed penè testis fidẽ. Quare in primis existimeť uenisse ad agẽdum ductus officio, uel cognatiõis, uel amicitiæ, maxieq; si fieri põt, reip. aut alicuius certe nõ mediocris exẽpli. Qđ sine dubio multo magis ipsis litigatoribus faciẽdum est, ut ad agẽdum magna atq; honesta ratione, aut etiam necessitate accessisse uideanť. Sed ut præcipua in hoc dicẽtis autoritas est, si oĩs in subeũdo negotia suspicio sordiũ, aut odioꝝ, aut ambitiõis, abfuerit, ita quædam in ĩs quoq; commẽdatio tacita, si nos infirmos & impares agentium cõtrà ingenĩs dixerimus, qualia sunt pleraq; Messalæ procemia. Est eñ naturalis fauor pro laborantib. & iudex religiosus libẽtissime patronũ audit, quẽ iustitiæ suæ minime timet. Inde illa uetꝝ circa occultandã eloquentiam simulatio, multum ab hac nostroꝝ temporũ iactatione diuersa. Vitandũ etiã ne contumelioſi, maligni, supbi, maledici in quenquã hominẽ ordine mue uideamur, præcipue eoꝝ qui lædi, nisi aduersa iudicum uoluntate, non possint. Nam in iudicẽ, ne qđ dicať, non mõ palàm, sed ne quod oĩno intelligi possit, stultum erit monere, nisi fieret. Etiam partis aduersæ patronus dabit exordio materiam interim cum honore, si eloquentiam eius, ac gr̃am nos timere fingendo, ut ea suspecta sint iudici, fecerimus. Interim p contumeliã, sed hoc perq̃ raro, ut Asinius pro Vrbiniæ hæredibus, Labienum aduersarij patronũ inter argumẽta causæ male posuit. Negat hæc eẽ p̃cemia Cornelius Celsus, quia sint extra litem. Sed ego cum autoritate summoꝝ autoꝝ magis ducor, tum ptinere ad causam puto, quicquid ad dicentẽ pertinet, cum sit naturale, ut iudices ĩs quos libẽtius audiunt, etiam facilius credãt. Ipsius aũt litigatoris psona tractanda uarie est. Nam tũ dignitas eius allegať, tũ commẽdať infirmitas, nonnũquam contigit relatio meritoꝝ, de quib. uerecundius dicẽdum erit sua quàm aliena laudanti. Multũ agit sexus, ætas, conditio, ut in fœĩs, senibus, pupillis, liberos, parentes, coniuges allegantib. Nã sola rectum quoq; iudicẽ inclinat miseratio. Degustanda tñ hæc procemio, non consummãda. Aduersarii uero persona prope iisdẽ oĩbus, sed è contrario ductis, impugnari solet. Nam & potentes sequitur inuidia, & humiles abiectosq; contemptus, & turpes ac nocentes odium. Quæ tria sunt ad alienandos iudicum animos potẽtissima. Neq; hæc dicere satis est, quod datur etiam imperitis, pleraq; augenda aut minuenda, ut expediet, hoc enim oratoris est, illud causæ. Iudicem conciliabimus nobis non tantum laudando eum, quod & fieri cũ modo debet, & est tamen parti utriq; cõe. Sed si laudem eius ad utilitatem nostræ causæ coniunxerimus, ut allegemus pro honestis dignitatem illi suam, pro humilib. iustitiam, pro infelicibus misericordiam, pro læsis seueritatem, & similiter cætera. Mores quoq; (si fieri põt) iudicis uelim nosse. Nã prout asperi, lenes, iucũdi, graues, duri, remissi erũt, aut assumere in cãm naturas eoꝝ, qua cõpetent, aut mitigare, qua repugnabũt, oportebit. Accidit aũt interim hoc quoq;, ut aut nobis inimicus, aut aduersario sit amicus, qui iudicat, quæ res utriq; pti tractãda est, ac nescio, an et ei magis, in quã uideť p̃pensior. Est eñ nõnunq; prauis hic ambitus, aduersus amicos, aut pro ĩs quibuscũ simultates gerãt, p nũtiandi faciẽdiq; iniuste, ne feciſſe uideanť. Fuerũt etiã quidam rerum suarum iudices. Nam & in libris obseruationũ à Septimio editis, affuisse Ciceronem tali causæ inuenio. Et ego pro regina Berenice apud ipsam cãm dixi. Similis hic quoq; superiorib. ratio est, aduersarius eñ fiduciam partis suæ iactat, patronus timet cognoscẽtis uerecundiam. Præterea detrahẽda, uel confirmanda opinio, siquam præcipue domo uidebiť iudex attulisse. Metus etiã nõnunquam est amouẽdus, ut Cic. pro Milone, ne arma Pompei disposita cõtra se putarent, laborauit. Nonnunquã adhibẽdus, ut idem in Verrem facit, sed adhibendi modus alter ille frequẽs & fauorabilis, ne male sentiat populus Romanus, ne iudicia trãsferanť, alter aũt asper & rarus, quo minať corruptis accusationẽ, & id quidẽ in cõcilio ampliore, utcũq; tutius, nam & mali inhibenť, & boni gaudẽt. Apud singulos uero nunquã suaserim, nisi defecerint oĩa. Qđ si necessitas exigit, non erit iã ex arte oratoria, nõ magis q̃ appellare, etiã si id quoq; sæpe utile est, aut anteq̃ pronũtiet reũ facere, Nã & minari, &

deferre etiam nõ orator põt. Si causa cõciliandi nobis iudicis materiam dabit, ex hoc po tissimũ aliqua in usum prĩcipĩ, quæ maxĩe fauorabilia uidebunt, decerpi oportebit. Quo in loco Virginius fallit, qui Theodoro placere tradit, ut ex singulis quæstionibus, singuli sensus in procœmium conferantur. Nam ille non hoc dicit, sed ad potentissimas quæstio nes iudicẽ præparandũ. In quo uitiũ nihil erat, nisi in uniuersum id præciperet, qđ nec oĩs actio patit, nec oĩs causa desiderat. Nam protinus à petitore prĩo loco, dum ignota iudici lis est, quõ ex quæstionibus ducemus sn̄ias? nimirum res erunt iudicandæ prius. Demus aliquas, nam id exigit rõ nonnunq̃, etiã ne potẽtissimas oẽs, id est, totam causam? sic erit in procœmio peracta narratio. Quid uero si (ut frequenter accidit) paulo est durior causa, non bn̄uolentia iudicis petenda ex alĩs partibus erit? sed non nisi antè conciliato eius ani mo, nuda quæstionum cõmittetur asperitas: quæ si recte semper initio dicẽdi tractarent, nihil p̄ œmio opus esset. Aliqua ergo nõnunq̃ quæ erunt ad cõciliandum nobis iudicẽ po tẽtissima, nõ inutiliter interim ex quæstionib. in exordio locabunt. Quæ sint porrò in cau sis fauorabilia, enũerare nõ est necesse, qm̃ & manifesta erunt cognita cuiusq; cõtrouersiæ cõditione, & oĩa colligi in tanta litiũ uarietate non pn̄t. Vt aũt hoc inuenire & augere, ita qđ lædit, aut oĩno repellere, aut certe minuere, ex cã est. Miseratio quoq; aliqñ ex eadẽ uenit, siue qđ passi sumus graue, siue passuri. Nec em̃ sum in hac opĩone, qua qdam, ut eo distare p̄ œmium ab epilogo credã, q; in hoc præterita, in illo futura dicant. Sed q; in in gressu parcius & modestius prætẽtanda est iudicis misericordia, in epilogo uero liceat to tos effũdere affect⁹, & fictã oronẽ induere psonis, & defunctos excitare, et pignora eor̃ p ducere, quæ min⁹ exordĩs sunt usitata. Sed hæc quæ supra dixi, nõ mouere tm̃ aĩm, uerũ ex diuerso amoliri quoq; p̄ œmio opus ẽ. Vt aũt nostrũ miserabilẽ, si uincamur, exitũ, ita aduersarior̃ supbum, si uicerint, utile est credi. Sed ex ĩs quoq; quæ nõ sunt psonar̃ nec causarum, uer̃ adiuncta psonis & causis, duci p̄ œmia solent. Personis applicantur nõ pi gnora mõ, de quibus supra dixi, sed propinquitates, amicitiæ interim, regiones etiã, ciui tatesq;, & si qđ aliud eius, quẽ defendimus, causa dici põt. Ad causam extra ptinet tẽpus, unde principiũ p̄ Cælio. Locus, unde pro Deiotaro. Habitus, unde p̄ Milõe. Opinio, un de in Verrẽ. Deinceps ne omnia enumerent, fama iudicior̃, expectatio uulgi, nihil enim hor̃ in causa est, ad causam tñ ptinet. Adĩcit Theophrastus ab actione principium, quale uidet esse Demosthenis pro Ctheliphõte, ut sibi dicere suo potius arbitrio liceat rogãtis, quàm eo mõ, quẽ accusator actione p̄scripserat. Fiducia ipsa solet opinione arrogantiæ la borare. Faciũt fauorẽ, & illa penè cõia, non tñ omittẽda, uel ideo ne occupent, optare, ab ominari, rogare, sollicitũ agere. Quæ plerunq; attentũ quoq; iudicẽ faciũt, si res agi uide tur noua, magna, atrox, ptinens ad exẽplum, præcipue tñ si iudex, aut sua uice, aut reipu. cõmouet, cuius animus spe, metu, admonitiõe, precib. uanitate deniq;, si id profutur̃ cre dimus, agitandus est. Sunt & illa excitandis ad audiendũ non inutilia, si nos nec diu mo raturos, nec extra causam dicturos existimẽt. Docilẽ sine dubio, & hæc ipsa præstat attẽ tio, sed & illud, si breuit & dilucide summã rei, de qua cognoscere debeat, indicauerimus, qđ Homerus atq; Vergilius oper̃ suor̃ principĩs faciunt. Nã istius rei modus est, ut pro positioni simílior sit, q̃ expositioni, nec quõ q;q; sit actũ, sed de quibus sit dicturus, orator ostendat. Nec uideo qđ huius rei apud oratores possit reperiri melius exẽplum, q̃ Cicero nis pro A. Cluẽtio: Aĩaduerti iudices oẽm accusatoris oronem, in duas diuisam esse ptes, quar̃ altera mihi niti, & magnopere confidere uidebat, inuidia iã inueterata iudicĩ Iuni ani, altera tm̃modo cõsuetudinis causa, timide & diffidẽter attingere rõnem uenefic̃ cri minũ, qua de re lege hæc est quæstio constituta. Id tñ totũ respondenti facilius est, q̃ pro ponenti, quia hic admonẽdus iudex, illic docendus est. Nec me, quanq̃ magni autores, in hoc duxerint, ut non semp facere attẽtum, ac docilẽ iudicẽ uelim, nõ quia nesciam id, qđ ab illis dicit, esse pro mala causa, qualis ea sit, non intelligi, uer̃ quia istud non negligen tia iudicis contigit, sed errore, dixit em̃ aduersarius, & fortasse psuasit, nobis opus est eius diuersa opinione, quæ mutari nõ põt, nisi illũ fecerimus ad ea quæ dicemus, docilẽ & at tentum. Quid ergo? imminuẽda quædam & leuanda, & quasi contemnenda esse consen

tio ad remittẽdam intentionẽ iudicis, quam aduersario præstat, ut fecit pro Ligario Cic. Quid eñ agebat aliud ironia illa, q̃ ut Cæsar minus se in rẽ tanq̃ non nouam intenderet? Quid pro Cælio, q̃ ut res expectatione minor uideret? Verũ ex ijs quæ proposui, aliud in alio gñe causæ desiderari palàm est. Genera porrò causarũ plurimi quinq; fecerunt, honestum, humile, dubium, uel anceps, admirabile, obscurũ, id est ἔνδοξον, ἄδοξον, ἀμφίδοξον, παράδοξον, δυσπαρακολούθητον. Sunt quibus recte uideat adijci turpe, qđ alij humili, alij admirabili subijciunt. Admirabile aũt uocant, qđ est præter opinionẽ hominum constitutum. In anicipiti maxime beneuolum iudicem, in obscuro docilem, in humili attentum parare debemus. Nam honestum quidem ad conciliationẽ satis per se ualet. In admirabili, & turpi, re medijs opus est. Et eo quidam exordium in duas diuidunt partes, in principium, & insinuationẽ, ut sit in principijs recta beneuolentiæ, & attẽtionis postulatio. Quæ quia esse in turpi gñe causæ non possit, insinuatio surrepat animis, maxime ubi frons causæ non satis honesta est, uel quia res sit improba, uel quia ab hominib. parũ probet, aut si facie ipa quo q; premit, uel inuidia cõsistentis ex diuerso patroni, aut patris, uel miserabilis senis, cæci, infantis. Et quidẽ quibus aduersus hæc modis sit medendũ, uerbosius tradũt, materiasq; sibijpsi fingunt, & ad morem actionum prosequunt, sed cum hæc oriant ex causis, quarũ species consequi omnes non possumus, nisi gñaliter cõprehendant, in infinitum sunt extrahendæ. Quare singulis cõsilium ex propria ratione nascetur. Illud in uniuersum præceptum sit, ut ab ijs quæ lædunt, ad ea quæ prosunt, refugiamus. Si eñ causa laboramus, psona subueniat, si psona, causa, si nihil qđ nos adiuuet, erit, quæramus qđ aduersariũ lædat. Nã ut optabile est plus fauoris mereri, sic pximũ, odij minus. In ijs quæ negari nõ poterũt, elaborandũ ut aut minora q̃ dictũ est, aut alia mẽte facta, aut nihil ad pẽntẽ quæstionem ptinere, aut emẽdari posse pœnitentia, aut satis iã punita uideant. Ideoq; agere aduocato q̃ litigatori facilius, qa & laudat sine arrogantiæ crimine, & aliqñ utiliter etiã reprehendere põt. Nam se quoq; mouerí interim fingit, ut p Rabirio Posthumo Cic. dũ aditũ sibi ad aures facit, & autoritatẽ induit uera sentiẽtis, quo magis credat, uel defendẽti eadẽ, uel negãti. Ideoq; primũ hoc intueamur, litigatoris an aduocati psona sit utendũ, quoties utrũq; fieri põt. Nam illud in schola liberũ est, in foro rarũ, ut sit idoneus suæ rei q̃sq; defensor. Declamaturus aũt maxĩe positas in affectib. causas, ꝑ prijs psonis debet ĩduere. Hi sunt eñ qui mandari nõ possunt, nec eadẽ ui pferunt alieni animi, qua sui motus. His etiam de causis insinuatione uidet opus esse, si aduersarij actio iudicum animos occupauerit, uel si dicẽdum apud fatigatos est, quorũ alterũ promittẽdo nras probationes, & aduersas eluendo, uitabimus, alterũ & spe breuitatis, & ijs quibus attentum fieri iudicem docuimus. Et urbanitas opportuna reficit aios, & undecunq; petita iudicis uoluptas leuat tædiũ. Non inutilis etiam est rõ occupandi, quæ uident obstare, ut Cicero dicit scire se, mirari quosdã q̃ is qui p tot annos defenderit multos, læserit neminẽ, ad accusandũ Verrẽ descenderit. Deinde oñdit hanc ipsam socioꝝ defensionẽ, qđ schema prolepsis dicit. Id cum sit utile aliqñ, nunc à declamatorib. quibusdã penè sp assumit, qui fas non putant, nisi à cõtrario incipere. Negant Apollodorum secuti, tres esse (de quib. diximus) præparandi iudicis partes, sed multas species enumerant, ut ex morib. iudicis, ex opinionibus ad causam extra pertinẽtib. ex opinione de ipsa causa, quæ sunt propè infinitæ, tum ijs ex quibus oẽs constant controuersiæ, personis, factis, dictis, causis, tẽporibus, locis, occasionibus cæteris, quas ueras esse fateor, sed in hæc tria gña recidere. Nam si iudicem beneuolum, attentum, docilem habeo, quid amplius debeam optare, non reperio, cũ metus ipse, qui maxime uidetur esse extra hæc, & attẽtum iudicẽ faciat, & ab aduerso fauore deterreat? Verũ qm̃ nõ est satis demonstrare discẽtibus, quæ sint in rõne proœmij, sed dicendum etiam quõ pfici facillime possint, hoc adjcio, ut dicturus intueat, quid, apud quẽ, pro quo, cõtra quẽ, quo tpe, quo loco, quo rerũ statu, qua uulgi fama dicendum sit, quid iudicẽ sentire credibile sit antequam incipiamus, tũ qd aut desideremus, aut deprecemur, ipsa illũ natura eò ducet, ut sciat qd primum dicẽdum sit. At nunc oñe qđ cœperint, pœmiũ putant, & ut quicq; succurrerit, utiq; si aliqua snĩa blandiat, exordiũ. Multa aũt sine dubio ex alijs partib. sunt,

aut alijs partibus causæ cõmunia, nihil tñ in quoq; melius dicit, quàm quod æque bene dici alibi non possit. Multũ gratiæ exordio est, quod ab actione aduersæ partis materiam trahit, hoc ipso, quod non cõpositum domi, sed ibi, atq; è re natũ, & facilitate famam ingenij auget, & facie simplicis sumptíq; ex proximo sermonis fidẽ quoq; acquirit, adeo ut etiam si reliqua scripta atq; elaborata sint, tñ plerunq; uideat tota extẽporalis oratio, cuius initium nihil præparatum habuisse manifestum est. Frequẽtissime uero procœmiũ decebit, & sentẽtiarũ, & compositionis, & uocis, & uultus modestia, adeo ut in gñe causæ etiam indubitabili, fiducia seipsa nimiũ exerere non debeat. Odit em̃ iudex ferè litigantis securitatẽ, cumq; ius suũ intelligat, tacitus reuerentiam postulat. Nec minus diligẽter, ne suspecti simus in ulla parte, uitandũ, propter quod minime ostentari debet in principijs cura, quia uidet ars oĩno dicentis contra iudicẽ adhiberi. Sed ipsum istud euitare summæ artis est. Nam id sine dubio ab omnib, & quidẽ optime præceptũ est, uerũ aliquatenus tẽporũ conditione mutat, quia iam quibusdam in iudicijs, maximeq; capitalib. ut apud centũuiros, ipsi iudices exigunt sollicitas & accuratas actiones, cotẽníq; se, nisi dicendo etiam diligentia appareat, credunt, nec doceri tm̃, sed etiam delectari uolunt. Et est difficilis huius rei moderatio, quæ tñ ita tẽperari põt, ut uideamur accurate, nõ callide dicere. Illud ex præceptis ueterib. manet, ne qd insolens uerbum, ne audacius translatũ, ne aut obsoleta uetustate, aut poetica licentia sumptum in principio deprehendat. Nondũ em̃ recepti sumus, & custodit nos recens audientiũ intentio, magis cõciliatis animis, & iam calentib. hæc libertas feret, maximeq; cum in locos fuerimus ingressi, quos naturalis hubertas licẽtiam uerbi notari circũfuso nitore non patit. Nec argumẽtis aũt, nec locis, nec narrationi similis esse in procœmio debet oratio. Nec tñ deducta semper atq; circũlata, sed sæpe simplici ac inelaboratæ similis, nec uerbis uultuq; nimia promittens. Dissimulata em̃, & ut Græci dicunt, ἀνυπόφατος actio melius sæpe subrepit. Sed hæc prout formari animum iudicũ expediet. Turbari memoria, uel continuãdi uerba difficultate destitui, nusquam turpius, cũ uitiosum procœmium possit uideri cicatricosa facies, & pessimus certe gubernator, qui nauem dum portum egredit, impegit. Modus aũt principij pro causa. Nam breuius simplices, longius perplexæ suspectæq; & infames desiderant. Ridẽdi uero qui uelut leges procœmijs omnib. dederunt, ut intra quatuor sensus terminarent. Nec minus euitãda est immodica eius lõgitudo, ne in caput excreuisse uideat, & quos præparare debet, fatiget. Sermonem à persona iudicis auersum, qui ἀπροσώπως dicit, quidam in totũ à procœmio submouent, nõnulla quidẽ in hanc persuasionẽ ratione ducti. Nam prorsus esse hoc magis secũdum naturã confitendũ est, ut eos alloquamur potissimũ, quos cõciliare nobis studemus. Interim tñ & est hoc procœmio necessarium, sensus aliquis, & is acrior fit, atq; uehementior ad personam directus alterius. Quod si accidat, quo iure, aut qua tanta supstitione phibemur dare p hanc figuram sentẽtiæ uires? Nec em̃ istud scriptores artiũ, quia nõ liceat, sed quia non putant utile, uetant. Ita si uincet utilitas, propter eandẽ causam facere debemus, propter quam uetamur. Et Demosthenes aũt ad Aeschinem orationẽ in procœmio conuertit. Et M. Tullius cum pro alijs quibusdam, ad quos ei usum est, tũ pro Ligario, ad Tuberonẽ. Nã erat multo futura languidior, si esset aliter figurata, qd facilius cognoscet, si quis illam totam partem uehemẽtissimam, cuius hæc forma est: Habes igit Tubero, qd est accusatori maxime optandũ, & cætera, conuertat ad iudicẽ. Tũ em̃ uere auersa uidea-tur oratio, & langueſcat uis omnis, dicentib. nobis: Habet igitur Tubero, quod est accusatori maxime optandum. Illo em̃ modo pressit, atq; institit, hoc tm̃ indicasset. Quod idẽ in Demosthene, si flexum illum mutaueris, accidet. Quid? non Sallustius directo ad Cicero nẽ, in quem ipm̃ dicebat, usus est principio, & quidẽ protinus? Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli. ficut & Cicero fecerat in Catilinam. Quousq; tandẽ abutere patientia nostra? Ac nequis apostrophen miretur, ipse Cicero pro Scauro ambitus reo quæ causa est in commentarijs (nam bis eundẽ defendit) prosopopœia loquentis pro reo utitur, pro Rabirio uero Posthumo, eodemq; Scauro reo repetundarũ, etiam exẽplis, pro Cluẽtio (ut mõ ostendi) partitione. Non tñ hæc, quia possunt bene aliquando fieri,

passim facienda sunt,sed quoties præceptū uicerit ratio,quomodo & similitudine,dū bre ui,& translatione,atq; alīs tropis,quæ oīa cauti illi,ac diligentes ꝓhibent,utemur inte rim,nisi cui illa diuina pro Ligario ironia,de qua paulo aī dixeram,displicet. Alia exordi orū uitia uerius tradiderunt. Qđ in plures causas accōmodari pōt,uulgare dicitur. Id mi nus fauorabile,aliqū tñ non inutiliter assumimus, à magnis sæpe oratoribus non euitatū. Quo & aduersarius uti pōt,cōmune appellaī. Quod aduersarius in suam utilitatem defle ctere potest,commutabile. Qđ causæ non cohæret,separatū. Quod aliūde trahitur,transꝫ latum. Præterea quod lōgum,quod contra præcepta est. Quorum pleraq; non principiī mō sunt uitia,sed totius oīonis. Hæc de procemio,quoties erit eius usus,non semper aūt est. Nam & superuacuū aliquod est, ut si sit ꝑparatus satis etiam sine hoc iudex,aut si res præparatione non egeat. Aristoteles quidē in totum id necessariū apud bonos iudices ne gat,aliqū tamen uti,nec si uelimus eo licet,cū iudex occupatus, cum angusta sunt tempo ra, cū maior potestas ab ipsa re cogit incipere. Contraq; est interim ꝓcemiī uis etiam nō in exordio. Nam iudices & in narratione nonnunq̄,& in argumētis,ut attendant,& ut fa ueant,rogamus. Quo Prodicus uelut dormitantes eos excitari putabat,quale est C. Vare nus,qui à familia Anchariana occisus est, hoc quæso iudices diligenter attendite. Vtiq; si multiplex causa est, sua quibusq; partibus danda præfatio est, ut Audite nunc reliqua,& Transeo nunc illuc. Sed in ipsis etiam ꝓbationibus multa fungunī procemiī uice,ut facit Cicero ꝓ Cluentio, dicturus contra cēsores,pro Muræna,cū Seruio se excusat. Verum id frequentius est,quàm ut exēplo confirmandū sit. Quoties autem procemio fuerimus usi, tum siue ad expositionē transibimus,siue ꝓtinus ad probationem id debebit in principio postremū esse,cui commodissime iungi initium sequentiū poterit. Illa uero frigida & pu erilis est in scholis affectatio,ut ipse transitus efficiat aliquā utiq; sentētiam,& huius uelut præstigiæ plausum petat, ut Ouidius lasciuire in Metamorphosi solet, quē tñ excusare necessitas potest,res diuersissimas in specīe unius corporis colligentē. Oratori uero,quid est necesse surripere hanc trangressionē,& iudicem fallere? qui ut ordini rerum animum intendat,etiam commonendus est. Peribit eī prima pars expositionis, si iudex nondum narrari sciet. Quapropt,ut non abrupte cadere in narrationē,ita non obscure transcēdere, est optimū. Si uero longior sequeī ac perplexa magis expositio, ad eam ipsam præparan dus iudex erit,ut Cicero sæpius,sed hoc præcipue loco fecit. Paulo longius exordium rei demonstrandæ gratia repetam,qđ quæso iudices, ne moleste patiamini. Principīs eī co gnitis,multo facilius extrema intelligetis. Hæc mihi fere sunt de exordio comperta.

De narratione. Caput .II.

MAxime naturale est,& fieri frequentissime debet, ut præparato, ꝓ hæc quæ supra dicta sunt,iudice,res de qua pronuntiaturus est, indicetur. Ea est narratio. In qua sciens transcurram subtiles nimiū diuisiones quorundam,plura eius gña facientium. Non eī solam uolunt esse illam negotiī,de quo apud iudices quæriī,expositionē,sed personæ, ut Marcus Attilius Palicanus humili loco Picens,magis loquax,q̄ facundus. Loci,ut Op pidū est in Hellesponto Lampsacum iudices. Temporis,ut Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquiī. Causaꝝ,quibus historici frequentissime utunī,cum exponunt, unde bellū,seditio,pestilentia. Præter hæc alias ꝓfectas,alias imperfectas uocant,qđ quis ignoratī Adīciunt expositionē & præteritorum esse tpm ,quæ est frequentissima,& præ sentium,qualis est Ciceronis de discursu amicoꝝ, Chrysogonus postquā est nominatus, & futurorum, quæ solis dari uaticinantibus potest. Nam ὑποτύπωσις non est habenda nar ratio,sed nos potioribus uacemus. Plericq; semper narrandū putauerūt, quod falsum esse pluribus coarguitur. Sunt eī ante omnia quædam tam breues causæ, ut propositionem potius habeant,quā narrationē. Id accidit aliqū utriq; parti,cū uel nulla expositio est,uel de re constat,de iure quæriī,ut apud centūuiros,filius an frater debeat esse intestato hæ res. Pubertas annis,an habitu corporis æstimeī. Aut cum est quidē in re narrationi locus, sed aut ante iudici nota sunt omnia, aut priore loco recte expositā. Accidit aliqū alteri,& sæpius actori causæ,uel quia satis est ꝓponere, uel quia sic magis expedit, satis est dixisse,

certam creditam pecuniam peto ex stipulatione, legatum peto ex testamẽto. Diuersæ partis expositio est, cur ea non debeant, & satis est actori, & magis expedit sic indicare, Dico ab Horatio sororẽ suam interfectam. Nanq; & cum propositione iudex crimen omne cognoscit, & ordo, & causa facti pro aduersario magis est. Reus contrà tunc rõnem subtrahit, cũ id qđ obiicitur, nec negari, nec excusari põt, sed in sola iuris quæstione consistit, ut in eo q cum pecuniam priuatã ex æde sacra surripuit, sacrilegij reus est, confessio uerecundior est, quàm expositio. Nõ negamus pecuniam de tẽplo esse sublatam, calumniaꝫ tñ accusator actione sacrilegij, cũ priuata fuerit, non sacra. Vos aũt de hoc cognoscetis, an sacrilegium sit admissum. Sed ut has aliqñ non narrandi causas puto, sic ab illis dissentio, q nõ esse narrandũ existimẽt, cum reus, quod obiicitur, tñ negat. In qua est opinione Cornelius Celsus, q conditionis huius esse arbitratur, pleraſq; cædis causas, & omnes ambitus, ac repetundaꝝ. Non eñ putat esse narrationẽ, nisi quæ summam criminis, de quo iudicium est, continet. Deinde fatetur ipse ꝓ Rabirio Posthumo narrasse Ciceronẽ, atqui ille & negauit pueniſſe ad Rabirium pecuniam, qua de re erat quæstio cõstituta, & in hac narratione nihil de crimine exposuit. Ego aũt magnos alioqui secutus autores, duas esse in iudicijs narrationũ species existimo, alteram ipsius causæ, alteram rerum ad causam pertinẽtium expositionẽ. Non occidi hominẽ, nulla narratio est, conuenit. Sed erit aliqua, & interim etiam longa circa argumẽta eius criminis de anteacta uita, de causis, propter quas innocens in periculũ deducaꝫ, aliqsq; quibus incredibile id quod obiicitur, fiat. Nec eñ accusator hoc tantũ dicit, occidisti, sed quibus id probet, narrat, ut in tragœdijs, cum Teucer Vlyssem reum facit Aiacis occisi, dicens inuentũ eum in solitudine iuxta exanime corpus inimici cũ gladio cruẽto, non id mõ Vlysses respondet, non esse à se id facinus admissum, sed sibi nullas cũ Aiace inimicitias fuisse, de laude inter ipsos certatum, deinde subiungit, quomodo in eam solitudinẽ uenerit, iacentẽ exanimẽ sit conspicatus, gladiũ è uulnere extraxerit, his subtexitur argumẽtatio, Sed ne illud quidẽ sine narratione est, dicente accusatore, fuisti in eo loco, in quo tuus inimicus occisus est, nõ fui, dicẽdum eñ ubi fuerit. Quare ambitus quoq; causæ & repetundarum, hoc etiam plures eiusmodi narrationes habere poterunt, quo plura crimina. In quibus ipsa quidẽ neganda sunt, sed argumẽtis expositione contraria resistendum, & interdũ singulis, interdum uniuersis. An reus ambitus male narrabit, quos parẽtes habuerit, quẽadmodum ipse uixerit, quibus meritis fretus ad petitionẽ descenderit? Aut q repetundaꝝ insimulabit, nonne anteactam uitam, & quibus de causis, uel ꝓuinciam uniuersam, uel accusatorem, aut testẽ offenderit, non inutiliter exponet? Quæ si narratio non est, ne illa quidẽ Ciceronis pro Cluentio prima, cuius est initiũ, A. Cluentius habitus, nihil eñ hic de ueneficio, sed de causis, quibus ei mater inimica sit, dicit. Illæ quoq; sunt ptinentes ad causam, sed non ipsius causæ narrationes, uel exẽpli gratia, ut in Verrem de L. Domitio, q pastorẽ, q; is aprum quem ipsi muneri obtulerat, exceptum esse à se uenabulo cõfessus esset, in crucẽ sustulit. Vel excutiẽdi alicuius extrinsecus criminis, ut ꝓ Rabirio Posthumo. Nam ut uentũ Alexandriam est iudices, hæc una ratio à rege ꝓposita Posthumo est seruandæ pecuniæ, si curationẽ, & quasi dispensationẽ regiam suscepisset. Vel augẽdi, ut describit iter Verris. Ficta interim narratio introduci solet, uel ad concitandos iudices, ut ꝓ Roscio cõtra Chrysogonũ, cuius pauloante habui mẽtionem, uel ad soluẽdos aliqua urbanitate, ut pro Cluẽtio, contra fratres Cepasios. Interdũ per digressionẽ decoris gratia, qualis rursus in Verrem de Proserpina. In his quondam locis mater filiam quæsisse dicit. Quæ omnia eo pertinent, ut appareat, non utiq; non narrare eum q negat, sed illud ipsum narrare quod negat. Ne hoc quidem simpliciter accipiendum, qđ est à me positum, superuacuam esse narrationem rei, quam iudex nouerit. Quod sic intelligi uolo, si non mõ factum quid sit, sciet, sed ita factũ etiam, ut nobis expedit, opinabit. Neq; eñ narratio in hoc reperta est, ut tñ cognoscat iudex, sed aliquãto magis, ut consentiat. Quare etiam si non erit docendus, sed aliquo mõ afficiendus, narrabimus cum ꝓparatione quadam. Scire quidẽ eum in summa quid actum sit, tñ rationem quoq; facti cuiusq; cognoscere ne graueꝫ, Interim propter aliquẽ in consilium adhibitũ nos repetere

illa simulemus. Interim ut rei, quæ ex aduerso proponat, iniquitatẽ omes etiam circũstantes intelligant. In quo gñe plurimis figuris erit uarianda expositio ad effugiendũ tædiũ audiẽtis, sicut meministi, & fortasse supuacuum fuerit hic commorari. Sed quid ego diutius, cũ tu optime noris? ille quale sit, tu scias? & his similia. Alioqui si apud iudicẽ, cui nota causa est, narratio semp uidet superuacua, potest uideri non semper esse etiam ipsa actio necessaria. Alterꝝ est de quo frequentius quærit, an sit utiq; narratio procemio subiũciẽda. Quod q opinantur, non possunt uideri nulla rõne ducti. Nam cum procemium idcirco comparatũ sit, ut iudex ad rem accipiendam fiat conciliatior, docilior, & intentior, & p batio, nisi causa prius cognita, nõ possit adhiberi, protinus iudex notitia rerũ instruendus uidet. Sed hoc quoq; interdum mutat conditio causarꝝ, nisi forte M. Tullius in oõne pulcherrima, quam p Milone scriptam reliquit, male distuliſſe narrationẽ uidetur tribus præpositis quæstionibus, aut profuisset exponere, quõ insidias Miloni feciſſet Clodius, si reũ qui à se hoiem occisum fatetur, defendi omnino fas non fuisset, aut si iam præiudicatiõe senatus damnatus esset Milo, aut si Cn. Põpeius, q propter aliquam gratiam iudiciũ militibus armatis cluserat, tanq̃ aduersus ei timeretur. Ergo hæ quoq; quæstiões uim procemiũ obtinebunt, cum omes iudicẽ præparauerint. Sed aliter pro L. Muræna quoq; postea narrauit, cum obiecta diluit, qđ fiet utiliter, quoties crimen non repellendum tm̃, sed etiam transferendũ erit, ut prius ijs defẽsis uelut initium sit alium culpandi narratio, ut in armorum rõne antiquior cauendi, quam ictũ inferendi cura est. Erunt quædam causæ, nec id raro, crimini quidem, de quo cognitio, faciles diluẽdo, sed multis anteactæ uitæ flagitijs, & grauibus criminibus oneratæ, quæ prius amouenda sunt, ut ꝓpitius iudex defensionẽ ipsius negotij, cuius ꝓpria quæstio est, audiat, ut si defendendus est M. Cælius, nõne optime patronus occurrat prius conuitijs luxuriæ, petulantiæ, impudentiæ, quã ueneficij? In quibus solis omis Ciceronis uersat oratio. Deinde tũ narret de bonis paulatim, totamq; deinde explicet causam, quæ ẽ ipsius actione defensa? Sed nos ducit scholarꝝ cõsuetudo, in quibus certa quædam ponunt, quæ themata dicimus, præter quæ nihil est diluendũ. Ideoq; narratio procemio semp subiungitur. Inde libertas declamatoribus, ut etiam scđo partis suæ loco narrare uideant. Nam cum p petitore dicunt, & expositione, tanq̃ priores agãt, uti solent, & contradictione, tanq̃ respondeant, idq; fit recte. Nam cũ sit declamatio forẽsium actionũ meditatio, cur non utrũq; protinus locum exerceant? Cuius rationis ignari, ex more, cui assueuerunt nihil in foro putant esse mutandũ. Sed in scholasticis quoq; non nunquã euenit, ut pro narratione sit propositio. Nam quid exponet, quæ zelotypum malæ tractationis accusat? aut q cynicum apud censores reum de moribus facit, cum totum crimẽ uno uerbo, in qualibet actionis parte proposito, satis indicetur? Sed hæc hactenus. Nunc quæ sit rõ narrandi subiungã. Narratio est rei factæ, aut non factæ utilis ad psuadẽdum expositio. Vel ut Apollodorus finit, oõ docens auditorẽ, quid in controuersia sit. Eam plerique scriptores, maxime q sunt ab Isocrate, uolunt esse lucidam, breuẽ, uerisimilẽ. Nec em̃ refert, an pro lucida perspicuam, p uerisimili probabilẽ, credibilem ue dicamus. Eadem nobis placet diuisio, quanquã & Aristoteles ab Isocrate parte in una dissenserit, pceptum breuitatis irridens, tanq̃ necesse sit longam, aut breuem esse expositionem, nec liceat ire p medium. Theodorei quoq; solam relinquũt ultimam partem, quia nec breuiter utiq;, nec dilucide semper sit utile exponere. Quo diligentius distinguenda sunt singula, ut quid quo loco prosit ostẽdam. Narratio est aut tota pro nobis, aut tota pro aduersarijs, aut mixta ex utrisq;. Si erit tota pro nobis, contenti simus tribus partibus, per quas efficitur, quo iudex facilius intelligat, meminerit, credat. Nec quisquã reprehensiõe dignum putet, q̃ proposuerim eam, quæ sit tota pro nobis, debere esse uerisimilẽ cũ uera sit. Sunt em̃ plurima uera quidẽ, sed parum credibilia, sicut falsa quoq; frequenter uerisimilia. Quare nõ minus laborandũ est, ut iudex, quæ uera dicimus, q̃ quæ fingimus, credat. Sunt quidẽ hæ, quas supra retuli, uirtutes, aliarꝝ quoq; partiũ. Nam & per totam actionẽ uitanda est obscuritas, & modus ubiq; custodiẽdus, & credibilia esse oportet oĩa, quæ dicunt. Maxime tñ hæc in ea parte custodiẽda sunt, quæ prima iudicem docet, in qua si acciderit, ut aut nõ

intelligat, aut non meminerit, aut nō credat, frustra in reliquis elaborabimus. Erit aūt narratio apta, atq; dilucida, si fuerit primū expositа uerbis propriis, & significantibus, & nō sordidis quidē, non tñ exquisitis, & ab usu remotis, tum distincta rebus, personis, temporibus, locis, causis, ipsa etiam pronuntiatione in hoc accōmodata, ut iudex, quæ dicunt, quā facillime accipiat. Quæ quidē uirtus negligit à plurimis, q ad clamorē dispositæ, uel etiam forte circūfusæ multitudinis compositi, non ferunt illud intētionis silentiū, nec sibi dicti uidentur, nisi oīa tumultu, ac uociferatione cōcusserint, rē indicare, sermonis quotidiani, & in quē cunq; etiam indoctoꝝ cadentis, esse existimant, cum interim, quod tanq; facile contēnunt, nescias præstare uelint minus, an possint. Neq; em̄ aliud in eloquentia coacta experti difficilius repient, quàm id quod se dicturos fuisse oīes putant, postquā audierunt, quia non bona iudicant esse illa, sed uera. Tum aūt optime dicit orator, cum uidetur uera dicere. At nūc uelut campū nacti expositionis, hic potissimū & uocem flectūt, & ceruicē reponunt, & brachium in latus iactant, totoq; & rerū, & uerborum, & compositiōis gñe lasciuiunt. Deinde (qđ fit monstro simile) placet actio, causa nō intelligitur. Verum hoc omittamus ne minus gratiæ præcipiendo recta, quàm offensæ reprehendendo praua mereamur. Breuis erit narratio ante oīa, si inde cœperimus rē exponere, unde ad iudicē ptinet. Deinde si nihil extra causam dixerimus, tū etiam si reciderimus oīa, quibus sublatis, nec cognitioni quicq; nec utilitati detrahat. Solet em̄ esse quædam partiū breuitas, quæ longam tñ efficit summam. In portum ueni, nauim ꝓspexi, quāti ueheret interrogaui, de ꝓtio conueni, conscendi, sublatæ sunt ancoræ, soluimus oram, prouecti sumus. Nihil horum dici celerius pōt, sed sufficit dicere, è portu nauigaui. Et quoties exitus rei satis oñdit priora, debemus hoc esse contēti, quo reliqua intelligunt. Quare cum dicere liceat, est mihi filius iuuenis, oīa illa supuacua, cupidus ego liberoꝝ uxorem duxi, natū sustuli, filiū educaui, in adolescētiam ꝓduxi. Ideoq; græcoꝝ aliqui aliud circūcisam expositionē, id est, σύντομον, aliud breuem putauerūt, qđ illa superuacuis careret, hæc posset aliquid ex necessariis desiderare. Nos aūt breuitatē in hoc ponimus, non ut minus, sed ne plus dicat quā oporteat. Nam iterationes quidē, & ταυτολογίας & περισσολογίας, quas in narratiōe uitandas quidam scriptores artiū tradiderunt, transeo. Sunt em̄ hæc uitia non tm̄ breuitatis gratia fugienda. Non minus aūt cauēda erit, quæ nimium corripientes oīa sequitur, obscuritas. Satiusq; aliquid narrationi superesse quā deesse. Nam superuacua cum tædio dicuntur, necessaria cū periculo subtrahuntur. Quare uitāda etiam illa (Sallustiana) quāquā in ipso uirtutis obtinet locum) breuitas. & abruptū sermonis genus, quod otiosū fortasse lectorem minus fallat, audientē transuolat, nec dum repetatur expectat, cum præsertim lector non fere sit, nisi eruditus, iudicē rura plerūq; in decurias mittant, de eo pronuntiaturum, qđ intellexerit, ut fortasse ubiq;, in narratione tñ præcipue media hæc tenenda sit uia, dicendi quantū opus est, quantum satis est. Quantum opus est aūt, non ita solum accipi uolo, quantum ad iudicandū sufficit, quia nō inornata debet esse breuitas, alioqui sit indocta; nam & fallit uoluptas, & minus longa quæ delectant, uident, ut amœnum ac molle iter, etiamsi est spatiō amplioris, minus fatigat, quā durum arduumq; compendiū. Nec em̄ mihi unq; tanta fuerit cura breuitatis, ut non ea, quæ credibilem faciunt expositionē, inseri uelim. Simplex em̄, & undiq; ꝑcisa, non tam narratio pōt uocari, quā confusio. Sūt porro multæ conditione ipsa rei longæ narrationes, quibus extrema (ut præcepi) procœmiō ꝑte ad intentionem præparandus est iudex, deinde curandum, ut oīi arte, uel ex spatio eius detrahamus aliquid, uel ex tædio, ut minus lōga sit, efficiemus, quæ poterimus differendo, non tñ fine mentione eoꝝ, quæ differimus. Quas causas occidēdi habuerit, quos assumpserit conscios, quēadmodum disposuerit insidias, probationis loco dicam. Quædā uero ex ordine prætermittenda, quale est apud Ciceronem, Moritur Fulcinius. Multa em̄ quæ sunt in re, quia remota sunt à causa, ꝑtermittam. At partitio tædiū leuat. Dicam quæ acta sint ante ipm rei contractū, dicam quæ in re ipsa, dicā quæ postea. Ita tres potius modicæ uidebunt narrationes, quàm una longa. Interim expediet expositiones breui interfatione distinguere. Audistis quæ anteacta sunt, accipite nunc quæ insequunt, Reficiet em̄

iudex prior fine,& se uelut ad nouum rursus initiũ præparabit. Si tñ adhibitis quoq; his artibus in longũ exierit ordo rei, erit non inutilis in extrema parte cõmonitio, qđ Cicero etiã in breui narratione facit: Adhuc Cæsar Q. Ligarius oñi culpa caret, domo ẽ egressus, non mõ nullum ad bellũ, sed ne ad minimam quidẽ belli suspicionẽ, & cætera. Credibilis aũt erit narratio ante oñia, si prius cõsuluerimus nostrum animũ, ne quid naturæ dicamus aduersum: deinde si causas ac rõnes factis proposuerimus, non oñibus, sed de quibus quæriť. si psonas conuenientes iis, quæ facta credi uolemus, constituerimus, ut furti reum cupidũ, adulteriq; libidinosum, homicidiq; temerariũ. uel contrà, si defendemus. præterea loca, tpa, & similia. Est aũt quidam etiam ductus rei credibilis, qualis in comœdijs etiam, & in mimis. Aliqua eñ naturaliter sequuntur, & cohærent, ut si bñ priora narraueris, iudex ipse, qđ postea sis narraturus, expectet. Ne illud quidẽ fuerit inutile, semina quædam probationũ spargere, uerum sic, ut narrationẽ esse meminerimus, non probationẽ. Nonnunq; etiam tñ argumẽto aliquo confirmabimus, quod proposuerimus, sed simplici & breui, ut in ueneficijs: Sanus bibit, statim concidit, liuor ac tumor cõfestim ẽ cõsecutus. Hoc faciũt & illæ p̃parationes, cũ reus dicit robustus, armatus, contra infirmos, inermes, securos. Oñia deniq;, quæ probatione tractaturi sumus, psonam, causam, locum, tempus, instrumentũ, occasionẽ, narratiõe delibabimus. Aliqñ si destituti fuerimus his, etiã fatebimur uix esse credibile, sed uerũ, & hoc maius habendũ scelus, nescire nos quomodo factũ sit, aut quare, mirari, sed p̃baturos. Optimæ uero præparatiões erunt, quæ latuerint, ut à Cicerone sunt quidẽ utilissima omnia prædicta, p quæ Miloni Clodius, non Clodio Milo insidiatus esse uideať, plurimum tñ facit illa callidissima simplicitatis imitatio: Milo aũt, cum in senatu fuisset eo die, quoad senatus est dimissus, domũ uenit, calceos & uestimẽta mutauit, paulisper dũ se uxor, ut fit, comparat, cõmoratus est, quàm nihil p̃parato, nihil festinato fecisse uideť Milo, qđ non solum rebus ipsis uir eloquentissimus, quibus moras, & lentum p̃fectionis ordinẽ ducit, sed uerbis etiam uulgaribus, & quotidianis, & arte occulta cõsecutus est: quæ si aliter dicta essent, strepitu ip̃m iudicẽ, deinde patronũ excitassent. Frigida uidenť ista plerisq;, sed hoc ipsum manifestũ quõ iudicem fefellerint, qđ uix à lectore deprehendiť. Hæc sunt, quæ credibilẽ faciant expositionẽ, nam ne contraria, aut sibi repugnantia in narratiõe dicamus, si cui præcipiendũ est, is reliqua frustra doceť, etiã si quidam scriptores artiũ, hoc quoq; tanquã occultum, & à se prudenter erutum, tradũt. His tribus narrandi uirtutibus adñciunt quidam magnificẽtiam, quam μεγαλοπρέπειαν uocant, quæ neq; in oẽs causas cadit (nam quid in plerisq; iudicijs priuatis de re certa, credita, locato, & conducto, interdictis, habere loci potest supra modũ se tollẽs oño?) nec semper est utilis, ut uel p̃ximo Miloniano exẽplo patet. Et meminerimus multas esse causas, in quibus confitendũ, excusandum, submittendũ sit, quod exponimus, quibus oñibus aliena ẽ illa magnificentiæ uirtus. Quare non magis propriũ narratiõis est magnifice dicere, quã miserabiliť, inuidiose, grauiť, dulciť, urbane: q̃ cũ suo loco sint laudabilia, nõ sunt huic parti p̃prie assignata, & uelut dedita. Illa quoq; ut narrationi apta, ita cũ cæteris partibus communis est uirtus, quam Theodectes huic uni propriè dedit: non eñ magnificam mõ uult esse, uerũ etiam iucundam expositionẽ. Sunt qui adñciant his euidentiã, quæ ἐνέργεια græce uocatur. Nec ego quenq; deceperim, ut dissimulẽ Ciceroni quoq; plures ptes placere. Nam præterquã planam, & breuem, & credibilem, uult esse euidentẽ, moratam cũ dignitate. Sed in oratione morata debẽt esse oña cum dignitate quæ poterunt. Euidentia in narratione, quantũ ego intelligo, est quidem magna uirtus, cũ quid ueri non dicendũ, sed quodammodo etiam ostendendum est, sed subñci perspicuitati potest. Quam quidam etiam contrariam interim putauerunt, quia in q̃busdam causis obscuranda ueritas est, qđ est ridiculũ. Nam q obscurare uult, narrat falsa p̃ ueris, & is qui narrat, debet laborare, ut uideanť quã euidẽtissima. Sed quatinus etiam forte quadam puenimus ad difficilius narrationũ genus, iam de his loquamur, in quibus res contra nos erit, quo loco nonnulli prætereundam narrationẽ putauerũt. Et sane nihil est facilius, nisi prorsus totam causam oñi no non agere. Sed si aliqua iusta rõne susceperis litem, cuius artis est malam esse causam si

lentio confiteri? nisi forte tam hebes futurus est iudex, ut scđm id pronuntiet, qđ sciet narrare te noluisse. Neq; inficias eo, in narratione, ut aliqua neganda, aliqua adñciẽda, aliqua mutanda, sic aliqua etiam tacẽda. Sed tacẽda quæ tacere oportebit, & liberũ erit. Qđ fit nõnunq̃ breuitatis quoq; gr̃a, quale illud, Respondit quæ ei uisum est. Distinguamus igitur gña causar̃. Nanq; in quibus non de culpa quæritur, sed de actione, etiam si erũt cõtra nos themata, confiteri nobis licebit. Pecuniam de tẽplo sustulit, sed priuatam, nõ ideo sacri legus est. Virginẽ rapuit, nõ tñ optio patri dabitur. Ingenuũ stuprauit, & stupratus se suspendit, non tñ ideo stuprator capite, ut mortis causa, puniatur, sed decẽ milia, quæ pœna stupratori constituta est, dabit. Ver̃ in his quoq; confessionibus est aliquid, qđ ex inuidia, quã expositio aduersarñ fecit, detrahi possit, cũ etiam serui nostri de peccatis suis mollius loquant. Quædam em̃ quasi nõ narrantes mitigabimus. Non quidẽ (ut aduersarius dicit) consiliũ furti in templũ attulit, nec diu captauit eius rei tp̃s, sed occasiõe & absentia custodum corruptus, & pecunia, quæ nimiũ in animis hoĩm potest, uictus est. Sed quid refert? peccauit, & fur est. Nihil attinet id defendere, cuius pœnam non recusamus. Interdũ quasi damnemus ipsi. Vis te dicam uino impulsum? errore lapsum? nocte deceptũ? uera sunt ista fortasse, tu tñ ingenuũ stuprasti, solues decẽ milia. Nonnunq̃ propositione præmuniri põt causa, & deinde exponi. Cõtraria sunt oñia tribus filñs, qui in mortem patris cõiurarant, sortiti noctẽ singuli p ordinem, cũ ferro cubiculũ intrauerunt patre dormiente, cũ occidere eũ nemo potuisset, excitato oñia indicauerunt. Si tñ pater, qui diuisit patrimonium, & reos parricidñ defendit, sic agat. Qđ contra legẽ sufficit, parricidium obñcit iuuenibus, quor̃ pater uiuit, atq; etiã liberis suis adest. Ordinẽ rei narrare quidẽ nihil necesse est, cũ ad legẽ nihil pertineat: Sed si confessionẽ culpæ meæ exigitis, ego fui pater durus, & patrimonñ, qđ iam melius ab his administrari poterat, tenax custos. Deinde subñcit, stimulatos ab ñs quor̃ indulgẽtiores parentes erant, semper tñ eum habuisse animum, q sit euentu deprehẽsus, ut occidere patrẽ non possent. Nec em̃ iureiurando opus fuisset, si alioqui hoc mentis habuissent, nec forte, nisi q̃ se quisq; eximi uoluerit. Oñia hæc qualiacũ q̃, placidioribus animis accipient, illa breui primæ propositionis defensione mollita. At cum quærit, an factum sit uel quale factum sit, licet oñia contra nos sint, quomodo tñ euitare expositionẽ salua causæ rõne possumus? Narrauit accusator, nec ita, ut quæq; essent acta tñ indicaret, sed adiecit inuidiam, rem uerbis exaspauit, accesserũt probatiões, peroratio incẽdit, & plenos iræ reliquit. Expectat naturalit iudex, quid narret à nobis, si nihil exponimus illa esse, quæ aduersarius dixit, & talia qualia dixit, credat necesse est. Quid ergo eadẽ exponemus? Si de qualitate aget, cuius tum demũ quæstio est, cũ de re cõstat eadem, sed non eodẽ mõ, alias causas, aliã atq; aliam rõnem dabo. Verbis eleuare quædã licebit, luxuria hilaritatis, auaritia parsimoniæ, negligẽtia simplicitatis noie leniet. Vultu denicq;, uoce, habitu, uel fauoris aliquid, uel miserationis merebor. Solet nonnunq̃ mouere lachrymas ipsa confessio. Atq; ego libent interrogẽ, sint illa defensuri, quæ nõ narrauerint, nec ne? Nam si nec defẽderint, nec narrauerint, tota causa prodet. At si defensuri sunt, ponere certe plerũq; id, qđ confirmaturi sumus, oportet. Cur ergo non exponamus, qđ & dilui põt? Vt hoc contingat, utiq; indicandũ. Aut quid inter probationẽ, & narrationem interest, nisi qđ narratio est probationis continua ꝓpositio, rursus probatio narrationi cõgruens confirmatio? Videamus ergo, nũ expositio hæc longior demũ esse debeat, & paulo uerbosior ꝓparatione, & quibusdam argumẽtis (argumẽtis dico, non argumẽtatione, cui tamen plurimũ confert frequens affirmatio) effecturos nos quod dicimus, non posse uim rerũ ostendi prima expositione, expectent, & opiniones suas differant, & bñ sperent. Denicq; utiq; narrandũ est, quicqd aliter quã aduersarius exposuit, narrari põt, aut eo etiã ꝓœmia sunt in his causis supuacua, quæ qd magis agũt, quã ut cognitioni rer̃ accõmodatiorẽ iudicẽ faciant? Atq; cõstat nusq̃ eor̃ maiorẽ usum, quàm ubi animus iudicis ab aliqua contra nos insita opinione flectendus est. Coniecturales aũt causæ in quibus de facto quærit, non tam sæpe rei, de qua iudiciũ est, quã eor̃, per quæ res colligẽda est, expositionem habent, Quæ cũ accusator suspiciose narret, reus leuare suspicionem debeat, aliter ab

hoc atq; ab illo ad iudicẽ perfetri oportet. At eñ quædam argumenta turba ualent, didu cta leuiora sunt. Id quidẽ non eo pertinet, ut quæraṫ an narrandum, sed quomodo narran dum sit. Nam & congerere plura expositione, quis prohibet, si id utile est causæ? & pro mittere, sed & diuidere narrationẽ, & probationes subiũgere partibus, atq; ita transire ad sequentia. Nam ne ijs quidẽ accedo, qui sp eo putant ordine, quo quid actum sit, esse nar randum, sed eo modo quo expedit. Quod fieri pluribus figuris licet. Nam & aliquãdo ex cidisse simulamus, cũ qd utiliore loco reducimus, & interim nos reducturos reliquum or dinem testamur, qa sic futura sit causa lucidior, interim re exposita, subiungimus causas, quæ anteceſſerunt. Nec eñ est una lex defensionis, certumq; est præscriptum, pro re, pro tpe intuenda quæ prosint, atq; ut erit uulnus, ita uel curandum protinus, uel si curatio dif ferri potest, interim deligandum. Nec dixerim sæpius narrare nefas, qđ Cicero pro Cluẽ tio fecit, estq; non concessum mõ, sed aliquando etiam necessarium, ut in causis repetunda rum, omnibusq; quæ simplices non sunt. Amentis est eñ, superstitione præceptorum cõ tra rationẽ causæ trahi. Narrationem ideo ante probationes ponere institutum, ne iudex qua de re quæratur, ignoret. Cur igitur si singula probanda aut refellenda erunt, non sin gula etiam narrent? Me certe, quantacunq; nostris experimentis habenda est fides, fecisse hoc in foro, quoties ipsa desiderabat utilitas, ꝓbãtibus & eruditis, & ijs q iudicabant, scio, & (qđ non arroganter dixerim, qa sunt plurimi, qbuscũ egi, q me refellere possint, si mẽ tiar) ferè ponendæ à me causæ officiũ exigebaṫ. Neq; ideo tñ non sæpius facere oportebit, ut rerum ordinẽ sequamur. Quædam uero etiam turpiter conuertunt, ut si peperisse nar res, deinde concepisse, aptum testamentum, deinde signatum. In quibus, si id quod poste rius est, dixeris, de priore tacere optimum est. Sunt quædam & falsæ expositiones, quarũ in foro duplex genus est, alteq; quod instrumentis adiuuatur, ut P. Clodius fidutia testiũ, qua nocte incestum Romæ commiserat, Interamne se fuisse dicebat: alterum, quod est tu endũ dicẽtis ingenio. Id interim ad solam uerecundiam pertinet, unde etiam mihi uideṫ, dici color, interim ad quæstionem. Sed utrumcunq; erit, prima sit curarũ, ut id quod fin gimus, fieri possit, deinde ut & personæ, & loco, & tẽpori congruat, & credibilem ratio nem, & ordinẽ habeat, sic continget etiam ueræ alicui rei cohæreat, aut argumento, quod sit in causa confirmeṫ. Nam quæ tota extra rẽ petita sunt, mẽtiendi licentiã produnt. Cu randũ præcipue (qđ fingentib. frequenter accidit) ne qua inter se pugnent. Quædam eñ partibus blandiunṫ, sed in summã non consentiunt. Præterea ne ijs, quæ uera esse consta bit, aduersa sint. In schola etiam, ne color extra themata quæraṫ. Vtrobiq; aũt orator me miniſse debebit actione tota qd finxerit, qñ solent excidere, quæ falsa sunt, uerumq; est illud, quod uulgo diciṫ, mendacem memorẽ esse oportere. Sciamus aũt, si de nostro facto quæratur, unum nobis aliquod esse dicẽdum, si de alieno, mittere in plures suspiciones li cere. Est tñ quibusdam scholasticis controuersiis, in quibus ponitur aliquẽ non respõdere ad quæ interrogatur, libertas omnia enumerandi, quæ respõdere potuissent. Fingenda ue ro meminerimus ea, quæ non cadent in testẽ. Sunt aũt quæ nostro dicuntur animo, cuius ipsi tantum conscij sumus. Item quod à defunctis, nec eñ hoc est qui neget. Itemq; ab eo cui idem expediet, is eñ non negabit. Ab aduersario quoq;, quia non est habiturus in ne gando fidem. Somnioꝝ & supstitionũ colores, ipa iam facilitate autoritatẽ perdiderunt. Non est aũt satis, in narratione uti coloribus, nisi per totam actionẽ cõsentiunt, cum præ sertim quorundam probatio sola sit in assueueratione & perseuerantia, ut ille parasitus, qui ter abdicatum à diuite iuuenẽ & absolutũ, tanq̃ suũ filium asserit, habebit quidẽ colorẽ, quo dicat, & paupertatẽ sibi causam exponendi fuisse, & ideo à se parasiti personã esse sus ceptam, quia in illa domo filium haberet, & ideo illum innocentẽ ter abdicatum, quia fi lius abdicantis non esset, nisi tñ omnibus uerbis & amorẽ patrium, atq; hunc quidẽ ardẽ tissimum ostenderit, & odiũ diuitis, & metum pro iuuene, quẽ periculose mansuꝝ in illa domo, in qua tam inuisus sit, sciat, suspicione subiecti petitoris non carebit. Euenit aliqñ in scholasticis controuersiis, qđ in foro an possit accidere, dubito, ut eodẽ colore pars utraq; utaṫ, deinde eũ pro se qsq; defendat, ut in illa cõtrouersia, Vxor marito dixit, appellatam

se de stupro à priuigno,& sibi constitutũ tempus,& locũ,eadẽ contrà filius detulit de nouerca,edito tantũ alio tpe,ac loco,quia pater in eo, quẽ uxor prædixerat, filiũ inuenit, in eo quẽ filius uxorem, illam repudiauit,qua tacente filiũ abdicat. Nihil dici potest pro iuuene,quod non idẽ sit pro nouerca. Ponentur tñ omnia cõmunia, deinde ex personarũ cõparatione,& iudiciĩ ordine,& silentio repudiatæ argumẽta ducent. Ne illud quidẽ ignorare oportet,quædam esse,quæ colorẽ non recipiant,sed tñ defendenda sint,qualis est ille dives,q statuam pauperis inimici flagellis cecidit,reus est iniuriarum. Nam factum eius modestum esse nemo dixerit,fortasse ut sit tutũ,obtinebit. Quod si pars expositionis pro nobis,pars contra nos erit,miscenda sit,an separanda narratio, cũ ipsa causæ cõditione deliberandum est. Nam si plura sunt quæ nocent,quæ prosunt obruent. Itaq; tunc diuidere optimũ erit,& ĩjs,quæ partẽ nostrã adiuuabũt,expositis & confirmatis, aduersus reliqua uti remedĩjs,de quib.supra dictũ est. Si plura ꝓderunt,etiã cõiungere licebit, ut quæ obstant,in medio uelut auxilĩjs nr̃is posita,minus habeant uiriũ. Quæ tñ non erũt nuda ponenda,sed ut nostra,aliqua argumentatione firmemus,& diuersa, cur credibilia non sint, adĩciamus: quia si distinxerimus,uerendũ est,ne bona nostra permixtis malis inquinent. Illa quoq; de narratiõe p̃cipi solẽt,nequa ex ea fiat excursio,ne auertat à iudice sermo, ne alienæ psonæ uocẽ demus,ne argumẽtemur, adĩciunt qdam etiã, ne utamur affectibus, quorũ pleraq; frequẽtissime custodiẽda,imò nunq̃ nisi ratio coegerit,mutanda,ut sit expositio pspicua & breuis. Nihil qdem tã raro poterit habere rationẽ,q̃ excursio,nec unq̃ debebit esse nisi breuis,& talis ut ui quadã uideamur affecti,uelut recto itinere depulsi, qualis est Ciceronis circa nuptias Sosiæ: O mulieris scelus incredibile, & præter hanc unam in omni uita inauditũ. O libidinẽ infrenatam,& indomitam,ò audaciam singularẽ,nõ timuisse,si minus uim deorũ,hominumq; famam,at illam ipsam noctẽ,facesq; illas nuptiales,non limen cubiculi,non cubile filiæ,non parietes,deniq; ipsos superiorũ testes nuptiarum? Sermo uersus à iudice, & breuius indicat interim, & coarguit magis interim, quam de re idẽ,quod de procœmio dixeram,sentio. Sicut de prosopopeia quoq;, qua tamen nõ Seruius modo Sulpitius utit̃ pro Aufidia,Somno ne te languidũ, an graui lethargo putem pressum: sed M.quoq; Tullius circa nauarchos: Nam ea quoque rei expositio est, Vt ad eas tantum dabis,& reliqua. Quid pro Cluẽtio, Sthaleni,Bulbiq; colloqum,nõne ad credulitatẽ plurimum & fidem confert? Quæ ne feciſſe fine obseruatione quadam uideatur (quanquam hoc in illo crdibile non est) in partitionibus præcipit, ut habeat narratio suauitatem,admirationes,expectatiões,exitus inopinatos,colloquia psonarum,omnes affectus. Argumentabimur in narratione (ut dixi) nunq̃,argumentum ponemus aliquando. Quod facit pro Ligario Cicero, cũ dicit, sic eum prouinciæ præfuisse, ut illi pacẽ esse expediret. Inseremus expositioni & breuem,cum res poscet,defensionem & rationem factorũ. Nec eñ narrandum est tanquam testi,sed tanquam patrono. Rei ordo per se talis est: Q.Ligarius legatus in Africã cum C.Cõsidio profectus est. Quid ergo M.Tulli? eñ Q.eñ inquit Ligarius,cum esset adhuc nulla belli suspicio, legatus in Africam cũ C.Cõsidio ꝓfectus est. Alibi: Non mõ ullum ad bellũ.sed ne ad minimam qdem suspicionẽ belli. Et cũ eẽt indicãti satis,Q.Ligarius nullo se implicari negotio passus est,adiecit, Domũ spectans,ad suos redire cupiens. ita quod exponebat,& ratione fecit credibile, & affectus quoq; impleuit. Quo magis miror eos,qui non putant utendum in narratiõe affectib.q si hoc dicũt,nõ diu,nec cũ in epilogo,mecũ sentiũt. Sunt eñ effugiendæ morarũ. Cæterũ cur ego iudicẽ nolim,cum eum doceo,etiam mouere? Cur quod in summa parte sum actiõis petiturus,non in primo statim rerũ ingressu (si fieri potest) consequar? Cum p̃sertim etiã improbationib.faciliore sim aĩo eius abusurus occupato,uel ira,uel miseratione. An non M.Tullius circa uerbera ciuis Romani,omnes breuissime mouet affectus? non solum cõditiõe ipsius,loco iniuriæ,gñe uerberũ,sed animi quoq; cõmendatiõe. Summum eñ uirũ ostendit,q cũ uirgis cederet̃,non ingemuerit,nõ rogauerit,sed tñ ciuẽ se Ro.esse cũ inuidia cædẽtis,& fiducia iuris clamauerit. Quid Philodami casum? nõne cũ per totã expositionẽ incendit inuidia,tũ in supplicio ipso lachrymis impleuit,cum flẽtes nõ tã narraret,

quàm ostẽderet, patrem de morte filij, filium de patris? Quid ulli epilogi possunt magis habere miserabile? Serum est em̃ aduocare his rebus affectũ in peroratione, quas securus narrauerit. Assueuit illis iudex, iamq; eas sine motu mẽtis accipit, quibus cõmotus nouus non est, & difficile est nobis mutare habitũ animi semel constitutũ. Ego uero (neq; em̃ dissimulabo iudiciũ meum, quanquam id quod sum dicturus, exemplis magis quàm præceptis ullis continetur) narrationẽ si ullam partem orationis, omni qua potest gratia & Venere exornandam puto. Sed plurimũ refert, quæ sit natura eius rei, quam exponimus. In paruis ergo (quales sunt ferè priuatæ) sit ille pressus, & uelut applicitus rei cultus, in uerbis summa diligentia, quæ in locis impetu feruntur, & circũiectæ orationis copia latẽt, hic expressa, & (ut uult Zeno) sensu tincta esse debebũt, cõpositio dissimulata qdẽ, sed tñ q̃iucundissima, figuræ non illæ poeticæ, & contra rõnem loquendi autoritate uetex̃ receptæ, nam debet esse q̃purissimus sermo, sed quæ uarietate tædiũ effugiant, & mutationib. aĩm leuent, ne in eundẽ casum, similẽ positionẽ, pares elocutionũ tractus incidamus. Caret em̃ cæteris lenocinijs expositio, & nisi cõmendet hac uenustate, iaceat necesse est. Nec in ulla pte intẽtior est iudex, eoq; nihil recte dictũ perit. Præterea nescio quõ etiã facilius credit, quæ audiẽdi iucũda sunt, & uoluptate ad fidẽ ducit. ubi uero maior res erit, & atrocia inuidiose, & tristia miserabiliter dicere decebit. Non ut consumant affectus, sed ut tm̃ uelut primis lineis designentur, ut planè qualis futura sit imago rei, statim appareat. Ne sentẽtia quidẽ, uelut fatigatũ intentione stomachum iudicis reficere dissuaserim, maxie quidẽ breui interiectione, qualis est illa: Fecerunt serui Milonis, quod suos quisq; seruos in re tali facere uoluisset. Interim paulo liberiore, qualis est illa: Nubit genero socrus, nullis auspicijs, nullis autoribus, funestis ominibus omnium. Qd cum sit factum ijs quoq; tpibus, quibus oĩs ad utilitatẽ potius, q̃ ad ostentationẽ cõponebat oratio, & erant adhuc seueriora iudicia, quanto nunc faciundũ magis, cũ in ipsa capitis, aut fortunarum̃ pericula irrupit uoluptas? Cui hoĩm desiderio quantũ dari debeat, alio loco dicam. Interim aliquid indulgẽdum esse confiteor. Multũ confert adiecta ueris, credibilis rerum̃ imago, quæ uelut in rẽ præsentẽ pducere audiẽtes uidet, qualis est illa M. Cælij in Antoniũ descriptio. Nãq; ipsum offendũt temulento sopore pfligatũ, totis præcordijs stertentẽ, ructuosos spiritus geminare, pclarasq; contubernales ab oĩbus spondis transuersas incubare, & reliquas circũiacere passim, quæ tñ exanimatæ terrore, hostium aduentu percepto, excitare Antonium conabantur, nomen inclamabant, frustra ceruicibus tollebant, blandius alia ad aurẽ inuocabat, uehementius etiam nonnulla feriebat: quarum̃ cum omnium uocẽ, tactumq; nosceret, proximæ cuiusq; collũ amplexu petebat, nec dormire excitatus, nec uigilare ebrius poterat, sed semisomno sopore inter manus cẽturionum, concubinarumq; iactabatur. Nihil his nec credibilius fingi, nec uehemẽtius exprobrari, nec manifestius ostẽdi potest. Ne id quidem præteribo, quantã afferat fidẽ expositioni narrantis autoritas, quam mereri debemus ante omnia quidem uita, sed & ipso genere narrationis. Quod quo fuerit grauius, sanctius, hoc plus habeat necesse est in affirmando quoq; ponderis. Effugienda ergo in hac præcipue parte oĩs callidꝰitatis suspicio (neq; em̃ se usquã custodit magis iudex) nihil uideatur fictũ, nihil sollicitũ, oĩa potius à causa, q̃ ab oratore pfecta credant. Sed hoc pati non possumus, & pire artẽ putamus nisi appareat, cũ definat ars esse si apparet. Pẽdemus ex laude, atq; hãc laboris nr̃i ducim⁹ summã. ita quæ circũstantib. ostẽtare uolumus, iudicib. pdimus. Est quædã & repetita narratio, quæ ἀναδιήγησις dicit, sane res declamatoria magis quã forensis. Ideo aũt reperta, ut quia narratio breuis debet esse, fusius & ornatius res posset exponi, quod fit, uel inuidiæ gratia, uel miserationis. Id raro faciendum iudico, ne fic unquam, ut totus ordo repetatur, licet enim per partes idem consequi. Cæterum̃ qui uti ἀναδιηγήσει uolet, narrationis rem loco stringat, & contentus indicare quid factum sit, quo sit modo factum, plenius se loco suo expositurum̃ esse promittat. Initium narratiõis quidam utiq; faciendum à persona putant, eamq; si nostra sit, ornandam, si aliena, infamãdã statim, hoc sanè frequentissimũ est, q̃a pſonæ sunt inter q̃s litigat. Sed hæ quoq; interi cũ suis accidentib. ponẽdæ, cũ id pfuturum̃ est, ut A. Cluentius habitus fuit pater huiusce,

iudices, homo non solũ municipij Larinatis, ex quo erat, sed regionis illius, & uicinitatis, uirtute, æstimatione, nobilitate facile prīceps. Interim sine his, ut Q. Ligarius cũ esset. Frequenter uero & à re, sicut pro Tullio, Cicero: Fundũ habet in agro Turino M. Tullius paternũ. Demosthenes pro Ctesiphonte, τὰ δ' φανικὸ συσάντος πολέμου. De fine narrationis cũ his contẽtio est, qui perduci expositionẽ uolunt eò unde quæstio orit. His rebus ita gestis, P. Dolobella prætor interdixit, ut est cõsuetudo, de ui hoĩbus armatis sine ulla exceptiõe, tñ ut unde deiecisset, restitueret, deinde restituisse dixit, sponsio facta est, de hac sponsione uobis iudicandum est. Id à petitore semper fieri potest, à defensore non semper.

De egressione. Caput .III.

ORdine ipso narrationem sequitur confirmatio. Probanda sunt em̃ quæ propter hoc exposuimus. Sed priusquam ingrediar hanc partẽ, pauca mihi de quorũdam opinione dicenda sunt. Pleriscꝫ moris est, prolato rex ordine, protinus utiꝫ in aliquẽ lætum atꝫ plausibilem locum quàmmaxime possint fauorabiliter excurrere. Quod quidem natũ ab ostentatione declamatoria, iam in forum uenit, postquam agere causas non ad utilitatem litigatorum, sed ad patronorum iactationẽ, repertũ est, ne si pressæ illi (qualis sæpius desideratur) narrationis gracilitati, coniuncta argumentorꝫ pugnacitas fuerit, dilatis diutius dicendi uoluptatibus, oratio refrigescat. In quo uitium illud est, quod sine discrimine causarꝫ atꝫ utilitatis, hoc (tanꝫ sp expediat, aut etiã necesse sit) faciũt, eo qđ desumptas ex ijs partib. quarꝫ alius erat locus, sñias in hãc congerũt, ut plurima aut iterꝫ dicẽda sint, aut quia alieno loco dicta sunt, dici suo non possint. Ego aũt confiteor hoc expatiandi genus, non modo narrationi quidem, sed etiam quæstionibus, uel uniuersis, uel interim singulis opportune posse subiungi, cum res postulat, aut certe permittit, atꝫ eo uel maxie illustrari, ornarique orationem, sed si cohæret, & sequitur, nõ si per uim conatur, & quæ naturæ iuncta erant, distrahit. Nihil em̃ tam est consequẽs, quàm narrationi probatio, etsi excursus ille, uel quasi finis narrationis, uel quasi initium probationis est. Erit ergo illi nonnunquam locus, ut si expositio circa finem atrox fuerit, prosequamur eam, uelut spiritu erumpente, protinus indignatione. Quod tñ ita fieri oportebit, si res dubitationẽ non habebit, alioqui prius est, quod obĵcias uerum efficere, quàm magnũ, quia criminum inuidia pro reo est priusquã probet. Difficillima est em̃ grauissimi cuiusꝫ sceleris fides. Idẽ fieri non inutiliter potest, uti si merita in aduersariũ aliqua exposueris, in ingratum inueharis, aut si uarietatẽ criminũ narratione demonstraueris, quantum ab ea periculũ intentetur, ostẽdas. Verum hæc breuiter omnia. Iudex em̃ ordine audito festinat ad probationem, q̃ primum certus esse sententiæ cupit. Præterea cauendũ est, ne ipsa expositio uanescat, auersis in aliud animis, & inani mora fatigatis. Sed ut nõ est sp necessaria post narrationẽ illa procursio, ita frequẽter utilis ante quæstionẽ præparatio. Vtiꝫ si prima specie minus erit fauorabilis, si legem asperam tuebimur, aut pœnarias actiones inferemus. Est hic locus uelut sequentis exordĳ, ad conciliandum probationibus nostris iudicem, mitigandum, concitandum. Quod liberius hic, & uehementius fieri potest, quia iudici causa iam nota est. His igit uelut fomentis, si quid erit asperꝫ, præmolliemus, quo facilius aures iudicũ, quæ post dicturi erimus, admittant, ne ius nostrum oderint. Nihil em̃ facile persuadet inuitis. Quo loco tñ iudicis quoꝫ natura noscẽda est, iuri magis, an æquo sit appositus. Proinde em̃ magis aut minus hoc erit necessariũ. Cæterꝫ res eadẽ, & post quæstionẽ porationis uice fungit. Hãc partẽ παρέκβασιν uocãt græci, latini egressũ, uel egressionẽ. Sed hæ sunt plures, ut dixi, quæ per totã causam uarios hñt excursus, ut laus hoĩm locorũꝫ, ut descriptio regionum, expositio quarũdam rerꝫ non solũ gestarꝫ, sed etiam fabulosarꝫ. Quo ex gñe est in orationib, contra Verrem compositis, Siciliæ laus, Proserpinæ raptus, pro C. Cornelio popularis illa uirtutũ Cn. Pompeĭ cõmemoratio. In quam ille diuinus orator, uelut nomine ipso ducis cursus dicẽdi teneret, abrupto, quẽ inchoauerat, sermone diuertit. Ac tñ παρέκβασις est (ut mea quidẽ fert opinio) alienæ rei, sed ad utilitatẽ causæ pertinentis, extra ordinẽ excurrẽs tractatio. Quapropter nõ uideo, cur hunc ei potissimũ locum assignẽt, q rexꝫ ordinẽ sequit, non magis q̃ illud, cur hoc nomẽ ita demũ propriũ putent, si aliquid

in digressu sit exponendum, cum tot modis à recto itinere declinet oratio. Nam quicquid dicitur, p̃ter illas quinq; (quas fecimus) partes, egressio est, indignatio, miseratio, inuidia, conuitium, excusatio, conciliatio, maledicto⁊ refutatio, similia ħs, quæ non sunt in quæstione, omnis amplificatio, minutio, om̃e affectus genus, atq; ea maxime iucũdam & ornatam faciunt orationẽ, de luxuria, de auaritia, de religione, de officijs, quæ cũ sint argumẽtis subiecta similium re⁊, quia cohærent, egredi nõ uidẽt. Sed plurima sunt, quæ rebus nihil secum cohærentib. inferunt, quibus iudex reficitur, admonet, placatur, rogat, laudatur. Innumerabilia sunt hæc, quoq; alia sicut præparata afferimus, quædam ex occasione, uel ex necessitate dicimus, siqd nobis agentibus noui accidit, interpellatio, interuentus alí cuius, tumultus. Vnde Ciceroni quoq; in procœmio cum diceret pro Milone, digredi fuit necesse, ut ipsa oratiuncula, qua usus est, patet. Poterit aũt paulo longius exire, qui præparat aliquid ante quæstionem, & qui finitæ probationi uelut commẽdationẽ adħcit, at qui ex media erumpit, cito ad id redire debet, unde diuertit.

De propositione. Caput .IIII.

SVnt qui narrationi propositionẽ subiungant, tanq̃ partem iudicialis materiæ, cui opinioni respondimus. Mihi aũt propositio uidetur om̃is confirmationis initium, quod non mõ in ostendenda quæstione principali, sed nõnunq̃ etiam in singulis argumentis ꝓponi solet, maximeq; in ħs, quæ ἐπιχειρήματα uocantur. Sed nunc de priore loquimur. Ea non semper uti necesse est. Aliquãdo em̃ fine propositione quoq; satis manifestum est, qd in quæstione uersetur, utiq; si narratio ibi finem habet, ubi initium quæstio, adeo ut aliqñ subiungatur expositioni, quæ solet in argumẽtis esse summa collectio. Hæc sicut exposui, ita gesta sunt iudices, insidiator superatus est, ui uicta uis, uel potius oppressa uirtute audacia est. Sed nonnunquam ualde utilis est, præcipue ubi res defendi non potest, & de iure quæritur, ut pro eo, qui pecuniam priuatam de templo sustulit, sacrilegij agitur. De sacrilegio cognoscitis, ut iudex intelligat, id unũ esse officij sui quærere, an id quod obħcitur, sacrilegium sit. Item in causis obscuris ac multiplicibus. Nec semper propter hoc solum, ut fit causa lucidior, sed aliquando etiam ut magis moueat. Mouet autem si protinus subtexantur aliqua, quæ prosint. Lex aperte scripta est, ut peregrinus, qui murũ ascenderit, morte mulctetur. Peregrinum te esse certum est, quin ascenderis murum non quæritur, quid supereſt, nisi ut te puniri oporteat? Hæc em̃ propositio confessionem aduersarij premit, & quodammodo iudicandi moram tollit, nec indicat quæstionem, sed adiuuat. Sunt aũt propositiones, & simplices, & duplices, uel multiplices. Quod accidit non uno modo: nam & plura crimina iunguntẽ, ut cum Socrates accusatus est, ꝙ corrumperet iuuentutẽ, & nouas superstitiones introduceret, & singula ex pluribus colliguntur, ut cũ legatio male gesta obħcit Aeschini, ꝙ mẽtitus sit, quod nihil ex mãdatis fecerit, ꝙ moratus sit, quod munera acceperit. Recusatio quoq; plures interim propositiones habet, ut contra petitionẽ pecuniæ: Male petis, ꝓcuratori em̃ tibi esse nõ licuit, sed nec illi, cuius noïe litigas, habere procuratorẽ, sed neq; es hæres eius, à quo accepisse mutuum dicor, nec ipse debui. Multiplicari hæc in quantũlibet possunt, sed rẽ ostendisse satis est. Hæ si ponant singulis subiectis probationibus, plures erunt ꝓpositiones: si cõiungant, in partitionẽ cadũt. Est & nuda ꝓpositio, qualis ferè in coniecturalib. cædis ago, furtũ obiicio. Est ratione subiecta, ut maiestatẽ minuit C. Cornelius, nam codicẽ tribunus plebis ipse pro cõcione legit. Præter hoc utimur propositione, aut nostra, ut adulteriũ obiicio, aut aduersarii, ut adulterii mecũ agit, aut cõmuni, ut inter me & aduersarium quæstio est, uter sit intestato propior. Nonnunquã diuersas quoq; coniungimus. Ego hoc dico, aduersarius hoc. Habet interim uim ꝓpositionis, etiã si per se nõ est propositio, ut cũ expositio rerũ ordine, subiicimus: De his cognoscitis, ut sit hæc cõmonitio iudicis, quo se ad quæstionem acrius intendat, & uelut quodam iactu excitatus finẽ esse narrationis, & initium ꝓbationis intelligat, & nobis cõfirmationem ingredientibus, ipse quodammodo nouum audiendi sumat exordium.

De partitione. Caput .V.

PArtitio est nostra⁊, aut aduersarii propositionũ, aut utrarunq; ordine collata enume-

ratio. Hac quidam utendum semper putant, quod & ea fiat causa lucidior, & iudex intentior, ac docilior, si scierit & de quo dicimus, & de quo dicturi postea sumus. Rursus quidam periculosum id oratori arbitrant duabus ex causis, q nonnunquam excidere soleant quæ promisimus: & si qua in partiendo præterierimus, occurrere. Qd quidem nemini accidit, nisi qui plane, uel nullo fuerit ingenio, uel ad agendum nihil cogitati, præmeditatiq detulerit. Alioqui quæ tam manifesta & lucida est ratio, quàm rectæ partitionis? Sequit em naturam duce, adeo ut id memoriæ maximum sit auxilium, uia dicendi nõ decedere. Quapropter ne illos quidem pbauerim, qui partitionẽ uetant ultra treis ppositiones extendere. Quæ sine dubio, si nimiũ fit multiplex, fugiet memoriam iudicis, & turbabit intẽtionem. Hoc tñ numero uelut lege non est alliganda, cum possit causa plures desiderare. Alia sunt magis, propter quæ partitione non sp est utendũ. Primum, quia pleraq gratiora sunt, si inuenta subito, nec domo allata, sed inter dicendum è re ipsa nata uideant, unde illa non iniucunda schemata: Penè excidit mihi, & fugerat me, & recte admones. Propositis em probationibus, oĩs in reliquum gratia nouitatis præcerpit. Interim uero etiam fallendus est iudex, & uariis artib. subeundus, ut aliud agi, quàm qd nos petimus, putet. Nã est nonnunq dura propositio, quam iudex si prouidet, non aliter præformidat, quàm qui ferrum medici, anteq curetur, aspexit. At si re non antè proposita secuꝛ, ac nulla denuntiatione in se conuersum intrarit oratio, efficiet qd promittẽti non credere. Interim refugienda non modo distinctio quæstionum est, sed omnino tractatio, affectibus perturbandus, & ab intentione auferendus auditor. Non em solum oratoris est docere, sed plus eloquentia circa mouendũ ualet. Cui rei contraria est maxie tenuis illa, & scrupulosæ in partes sectæ diuisionis diligentia, eo tpe, quo cognoscendi iudicium conamur auferre. Quid quod interim, quæ per se leuia sunt, & infirma, turba ualent? Ideoq cõgerenda sunt potius, & uelut eruptione pugnandum, quod tñ raꝛ esse debet, & ex necessitate demum, cum ipsum hoc, qd dissimili ratione est, coegerit ratio. Præter hæc in omni partitione est utiq aliquid potentissimum, quod cũ audiuit iudex, cætera tanquam superuacua grauari solet. Itaq si plura uel obĵcienda sunt, uel diluẽda, & utilis, & iucunda partitio est, ut qd quaq de re dicturi sumus, ordine appareat. At si unum crimen uarie defendemus, superuacua, ut si ita partiamur: Dicam non talẽ esse hunc, quẽ tueor, ut in eo credibile uideri possit homicidium, dicam occidendi causam huic non fuisse, dicam hũc eo tpe, quo homo occisus est, trans mare fuisse. Omnia quæ antequam id quod ultimũ est, exequaris, inania uideri necesse est. Festinat em iudex ad id quod potẽtissimũ est, & uelut obligatum promisso patronũ, si est patientior, tacitus appellat, si uel occupatus, uel in aliqua potestate, uel etiam si morib. incõpositus, cũ conuitio efflagitat. Itaq non defuerunt qui Ciceronis illam pro Cluentio partitionem improbarent, qua se dicturum esse promisit. Primum neminẽ maioribus criminib. grauioribus testibus in iudiciũ uocatum quàm Opianicum, deinde præiudicia esse facta ab ĩpsis iudicibus, à quibus damnatus sit. Postremo iudicium pecunia tentatum non à Cluentio, sed contra Cluẽtium. Quia si probari posset, quod est tertium, nihil necesse fuerit dicere priora. Rursus nemo erit tam aut iniustus, aut stultus, quin eũ fateat optime pro Muræna esse partitum. Intelligo iudices tres totius accusationis partes fuisse, & eaꝛ unam in reprehensione uitæ, alteram in contẽtione dignitatis, tertiam in criminib. ambitus esse uersatam. Nam sic & ostendit lucidissime causam, & nihil fecit altero superuacuum. De illo quoq gñe defensionis pleriq dubitãt: Si occidi, recte feci, sed non occidi. quo em prius pertinere, si sequens firmum sit? hæc inuicem obstare, & utroq utentibus in neutro haberi fidem. Quod sanè in parte ueꝛ est, & illo sequenti (si modo in dubitabile sit) solo utendum. at si quid in eo qd est fortius, timebimus, utraq probatione nitemur. Alius em alio moueri solet, & qui factum putauit, iustum credere potest, qui tã quam iusto non mouebit, factum fortasse non credet. Vt certa manus uno telo posset esse contenta, incertæ plura spargenda sunt, ut sit & fortunæ locus. Egregie uero Cicero pro Milone, insidiatorem primo Clodium ostendit, tum addit ex abundanti, etiam si id nõ fuisset, talem tñ ciuem cũ summa uirtute interfectoris & gloria necari potuisse. Nec illum

tamen ordinem, de quo prius dixi, damnauerim, quia quædam, & si ipsa sunt dura, in id tamen ualēt, ut ea molliant, quæ sequunt. Nec omnino sine ratione est id, quod uulgo dicitur, iniquum petendū ut æquum feras. Quod tñ nemo sic accipiat, ut omnia credat audenda. Recte enim græci præcipiunt, non tentanda quæ effici omnino non possunt. Sed quoties hac, de qua loquor, duplici defensione utemur, id laborandū est, ut in illam partē sequentē fides ex priore ducatur. Potest em̄ uideri, q tuto etiam confessurus fuit, mentiendi causam in negando non habere, & illud utiq; faciendū est, ut quoties suspicabimur à iudice aliam probationē desiderari, quàm de quo loquimur, promittamus nos plene, & statim de eo satis esse facturos, præcipueq;, si de pudore agit. Frequenter aūt accidit, ut causa parū uerecunda, iure tuta sit, de quo ne inuiti iudices audiant, & aduersi frequētius sunt admonendi, secuturam defensionē probitatis ac dignitatis, expectent paulum, & agi ordine sinant. Quædam interim nos, & inuitis litigatoribus simulandū est dicere. Qđ Cicero p Cluentio facit circa iudiciariam legē. Nonnunq; quasi interpellemur ab his, subsistere. Sæpe aduertenda ad ipsos oratio. Hortandi ut sinant nos uti nostro cōsilio. Ita surrepetur animo iudicis, & dum sperat probationem pudoris, asperioribus illis minus repugnabit. Quæ cū receperit, etiam uerecundiæ defensioni facilior erit. Sic utraq; res inuicē iuuabit, eritq; iudex circa ius nostr; spe modestiæ attentior, circa modestiam iuris p̄batione procliuior. Sed ut nō semp necessaria, ac etiam supuacua partitio est, ita opportune adhibita, plurimū orationi lucis & gratiæ cōfert. Neq; enim id solum efficit, ut clariora fiant quæ dicunt, rebus uelut ex turba extractis, & in conspectu iudicū positis, sed reficit quoq; audientem certo singulaꝝ partium fine, non aliter quàm facientibus iter, multum detrahūt fatigationis notata inscriptis lapidibus spatia. Nam & exhaustis laboribus nosse mensurā uoluptati est, & hortat̄ ad reliqua fortius exequēda, scire quantum superfit. Nihil em̄ longum uideri necesse est, in quo quid ultimū sit, certum est. Nec immerito multū ex diligentia partiēdi tulit laudis Quintus Hortensius, cuius tñ diuisionē in digitos diductam, nōnunquā Cicero leuiter eludit. Nam est certus eius modus, & euitanda utiq; maxime, concisa nimiū, & uelut articulosa partitio. Nam & autoritati plurimū detrahūt minuta illa, nec iam mēbra, sed frusta. Et huius gloriæ cupidi, quo subtilius & copiosius diuisisse uideantur, & supuacua assumunt, & quæ natura singularia sunt, secant, nec tam plura faciunt, quàm minora. Deinde cū fecerunt mille particulas, in eandem incidunt obscuritatem, cōtra quàm partitio inuēta est. Diuisio, & simplex propositio, quoties utiliter adhiberi potest, primū debet esse apta, atq; lucida. Nam quid sit tuprius, quàm id esse obscurum ip̄m, qđ in eum solum adhibetur usum, ne sint cætera obscura? tum breuis, nec ullo supuacuo onerata uerbo. Non em̄ quid dicamus, sed de quo dicturi simus, oñdimus. Obtinendum etiam nequid in ea desit, nequid superfit. Supereſt aūt sic fere, cū aut in species partimur, quod in gña partiri sit satis, aut genere posito subiiciť species, ut, si dicam de uirtute, iustitia, continētia, cum iustitia atq; continētia uirtutis sint species. Partitio p̄ponit quid sit de quo conueniat, quid de quo ambigat̄. In eō quod conuenit, quid aduersarius fateatur, qd nos. In eo, de quo ambigit̄, quæ dicturi simus, quæ nostræ propositiones, quæ partes diuersæ. Turpissimum uero est, non eodem ordine exequi, quo quicq; proposueris.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER .V.

PROLOGVS.

Verunt & clari quidam autores, quibus solum uideretur oratoris officiū, docere. Nanq; & affectus duplici rōne excludēdos putabant. Primū, quia uitium esset omis animi pturbatio, deinde quia iudicem à ueritate depelli misericordia, uel ira, similibusq; non oporteret, & uoluptatē audientium petere, cum uincēdi gratia tm̄ diceretur, non modo agenti superuacuum, sed uix etiam uiro dignum arbitrabant̄. Plures uero, q nec ab illis sine du-

bio partibus rationē orandi ſubmouerunt, hoc tñ proprium atq; præcipuum crediderunt opus, ſua confirmare, & quæ ex aduerſo ꝓponerentur refutare. Vtrũcunq; eſt (nec enim hoc loco meam interpono ſententiam) hic erit liber illoꝝ opinione maxime neceſſarius, quo toto hæc ſola tractanť, quibus ſane & ea, quæ de iudicialibus cauſis iam dicta ſunt, ſeruiunt. Nam neq; procemĩ, nec narrationis eſt alius uſus, quàm ut iudicē præparēt. et ſtatus noſſe, atq; ea, de quibus ſupra ſcripſimus, intueri ſupuacuum foret, niſi ad hanc pueniremus. Deniq; ex quinq;, quas iudicialis materiæ fecimus, partibus, quæcũq; alia põt aliquando neceſſaria cauſæ non eſſe, lis nulla eſt, cui ꝓbatione opus non ſit. Eius præcepta ſic optime diuiſuri uidemur, ut prius quæ in commune ad omnes quæſtiones pertinēt, oſtendamus. Deinde quæ in quoq; cauſæ genere propria ſunt, exequamur.

De probationum diuiſione. *Caput .I.*

AC prima quidem illa partitio ab Ariſtotele tradita, conſenſum fere omniũ meruit, alias eſſe ꝓbationes, quas extra dicēdi rationem acciperet orator, alias, quas ex cauſa traheret ipſe, & quodammodo gigneret. Ideoq; illas ἀτέχνους, id eſt inartificiales, has ἐντέχνους, id eſt artificiales uocauerũt. Ex illo priore genere ſunt præiudicia, rumores, tormenta, tabulæ, iuſiurandum, teſtes. In quibus pars maxima contentionũ forenſium conſiſtit. Sed ut ipſa carent arte per ſe, ita ſummis eloquentiæ uiribus, & eleuanda ſunt plerunq;, & refellenda. Quare mihi uidentur magnopere damnandi, qui totum hoc genus à præceptis remouerunt. Nec tamẽ in animo eſt omnia, quæ aut pro his dici, aut contra dici ſolent, complecti. Non enim communes locos tradere deſtinamus, quod eſſet operis infiniti, ſed uim quandam, atq; rationem. Quibus demonſtratis, non modo in exequendo ſuas quiſq; uires debet adhibere, ſed etiam inueniendo ſimilia, ut quæq; conditio litiũ poſcet. Nec eñ de omnibus cauſis dicere quiſquã poteſt, ſaltem præteritis, ut taceam de futuris.

De præiudicijs. *Caput .II.*

IAm præiudicioꝝ uis omnis tribus in gñibus uerſatur: rebus quæ aliqñ ex paribus cauſis ſunt iudicatæ, quæ exẽpla rectius dicunť, ut de reſciſſis patꝝ teſtamẽtis, uel cõtrà in filios cõfirmatis: iudicĩs ad ipſam cauſam ptinẽtibus. unde etiam nomẽ ductũ eſt, qualia in Opianicum facta dicunť, & à ſenatu aduerſus Milonem: aut cũ de eadẽ cauſa pronuntiatum eſt, ut in reis deportatis, & aſſertione ſcđa, & de partibus centũuiraliũ, quæ in duas haſtas diuiſæ ſunt. Confirmanť præcipue duobus, autoritate eoꝝ qui ꝓnuntiauerunt, & ſimilitudine reꝝ, de quibus quæriť. Refellunť aũt raro per cõtumeliam iudicum, niſi forte manifeſta in ĩs culpa erit. Vult eñ cognoſcentiũ quiſq; firmam eſſe alterius ſententiã, & ipſe ꝓnuntiaturus, exẽplum non libenter, qđ in ſe fortaſſe recidat, facit. Confugiendũ ergo eſt in duobus ſupioribus, ſi res feret ad aliquam diſſimilitudinẽ cauſæ. Vix aũt ulla eſt ꝓ omnia alteri ſimilis. Si id non continget, ac eadem cauſa erit, aut actorum incuſanda negligentia, aut de infirmitate perſonaꝝ querendum, cõtra quas erit iudicatũ, aut de gratia, quæ teſtes corruperit, aut de inuidia, aut de ignorantia, aut inueniendũ quid cauſæ poſtea acceſſerit. Quoꝝ ſi nihil erit, licet tñ dicere multas iudiciorũ cauſas, ad inique prontiandum ualere. Ideoq; damnatũ Rutilium, abſolutos Clodiũ atq; Catilinam. Rogandi etiam iudices, ut rem potius intueanť ipſam, quàm iureiurando alieno ſuũ donēt. Aduerſus conſulta aũt ſenatus, & decreta principũ, & magiſtratuum, remedium nullum eſt, niſi aut inuenta quantulacunq; cauſæ differentia, aut aliqua uel eorundem, uel eiuſdem poteſtatis hominum poſterior conſtitutio, quæ ſit priori contraria, quæ ſi deerunt, lis non erit.

De rumore & fama. *Caput .III.*

FAmam, atq; rumores pars altera conſenſum ciuitatis, & uelut publicum teſtimoniũ uocat, altera ſermonem ſine ullo certo autore diſperſum, cui malignitas initium dederit, incrementum credulitas, quod nulli non etiam innocentiſſimo poſſet accidere, fraude inimicorum falſa uulgantium, exempla utrinq; non deerunt.

De tormentis. *Caput .IIII.*

SIcut in tormentis quoq;, qui eſt locus frequentiſſimus, cũ pars altera quæſtionẽ, uera fatẽdi neceſſitatẽ uocet, altera ſæpe etiã cauſam falſa dicẽdi, ꝙ alĩs patiẽtia facile men

daciũ faciat,alijs infirmitas neceſſariũ,qd attinet plura de his? Plenæ ſunt orationes uete rũ,ac nouoꝝ. Quædam tñ in hac parte erunt propria cuiuſq; litis. Nam ſiue de habenda quæſtione ageť, plurimũ intererit quis,& quẽ poſtulet,aut offerat,& in quem,& ex qua cauſa,ſiue iam erit habita,qs ei præfuerit,quis,& quo mõ ſit tortus, an credibilia dixerit, an inter ſe conſtantia,pſeuerauerit in eo qđ cœperat,an aliquid dolore mutauerit,prima ꝑte quæſtiõis,an ꝓcedente cruciatu,quæ utrinq; tã infinita ſunt, quàm ipſa reꝝ uarietas.

De tabulis,& ijs quæ contra tabulas. *Caput .V.*

COntra tabulas quoq; ſæpe dictum,ſæpe dicendum eſt,cum eas non ſolum refelli, ſed etiam accuſari ſciamus eſſe uſitatum. Cum ſit autẽ in his,aut ſcelus ſignatorum,aut ignorantia,tutius,ac facilius,id quod ſecũdo loco diximus, tractatur,q; ſcilicet pauciores rei fiunt. Sed hoc ipſum argumenta ex cauſa trahit,ſi forte aut incredibile eſt,id actũ eſſe, quod tabulæ continent,aut(ut frequentius euenit)alijs probationibus æque inartificialibus ſoluitur, ſi aut is,in quem ſignatum eſt, aut aliquis ſignator dicitur abfuiſſe, uel prius eſſe defunctus, ſi tempora non congruunt, ſi uel antecedentia, uel inſequentia tabulis repugnant. Inſpectio ipſa etiam ſæpe falſum deprehendit.

De iureiurando. *Caput .VI.*

IVſiurandum litigatores,aut offerunt ſuũ,aut non recipiunt oblatũ, aut ab aduerſario exigũt,aut recuſant cũ ab ipſis exigať. Offerre ſuum ſine illa conditione,ut uel aduerſarius iuret,fere improbũ eſt. Qui tñ id faciet,aut uita ſe tuebiť,ut eum nõ ſit credibile peierare, aut ipſa ui religionis. In qua & plus fidei conſequeť,ſi id egerit, ut non cupide ad hoc deſcẽdere,ſed ne hoc quidẽ recuſare uideať,aut ſi cauſa patietur mõ litis,propt quam deuoturus ſe ipſe non fuerit,aut ſi ꝑter alia cauſæ inſtrumenta, adĳcit ex abundanti hanc quoq; cõſcientiæ fidutiã. Qui non recipiet iniquã conditionẽ,& à multis contẽni iuriſiurandi metũ dicet. Cum & philoſophi qdam ſint repti,qui deos habere reꝝ humanaꝝ curam negarent. Eum uero q nullo offerente iurare ſit paratus,& ſeipſum uelle de cauſa ſua ꝓnuntiare,& quã id qđ offert leue,ac facile credat,oſtendere. At is qui defert, alioqui agere modeſte uideť,cum litis aduerſarium iudicẽ faciat,& eum,cuius cognitio eſt, onere liberet,q; profecto alieno iureiurãdo ſtare quã ſuo mauult,quo difficilior recuſatio eſt, niſi forte res eſt ea,quã credibile ſit notam ipſi non eſſe. Quæ excuſatio ſi deerit,hoc unũ relinqueť,ut inuidiã ſibi quæri ab aduerſario dicat,atq; id agi,ut in ea cauſa,in qua uincere nõ poſſit, queri poſſit. Itaq; hoĩem quidẽ malum occupatuꝝ hanc conditionẽ fuiſſe, ſe autẽ ꝓbare malle,quæ affirmet,quã dubiũ cuiquam relinquere,an peierarit. Sed nobis adoleſcentibus ſeniores in agẽdo facti præcipe ſolebant,ne unq̃ iuſiurandum deferremus,ſicut nec optio iudicis aduerſario eſt pmittenda, nec ex aduocatis partis aduerſæ iudex eligendus. Nã ſi dicere cõtraria turpe aduocato uideť,certe turpius habendũ,facere qđ noceat.

De teſtibus. *Caput .VII.*

MAximus tñ patronis circa teſtimonia ſudor eſt. Ea dicunť,aut p tabulas,aut à præſentibus. Simplicior cõtra tabulas pugna. Nam & minus uideť obſtitiſſe pudor inter paucos ſignatores,& pro diffidentia premiť abſentia. Si reꝑhenſionem non capit ipſa pſona, infamare ſignatores licet. Tacita præterea quædã ſignificatio refragatur his omnibus,q; nemo p tabulas dat teſtimoniũ,niſi ſua uoluntate,quo ipſo non ſe eſſe amicum ei, contra quem dicit,fateť. Nec tñ protinus ceſſerit orator,quo minus & amicus pro amico, & inimicus contra inimicũ poſſit uerum(ſi integra ſit ei fides)dicere. Sed late locus uterq; tractatur. Cum præſentibus uero ingens dimicatio eſt, ideoq; uelut duplici cõtra eos, proq; his acie confligiť, actionum,& interrogationum. In actionibus primum generaliť pro teſtibus,atq; in teſtes dici ſolet. Eſt hic communis locus,cum pars altera nullã firmiorem probationẽ eſſe contẽdit,quàm quæ ſit hoĩm ſcientia nixa, altera ad detrahendam illis fidẽ omnia,per quæ fieri ſoleant falſa teſtimonia,enumerat. Sequens ratio eſt,cum ſpe cialiter quidem,ſed tamen multos pariter inuadere patroni ſolent. Nam & gentiũ ſimul uniuerſarum eleuata teſtimonia ab oratoribus ſcimus,& tota genera teſtimoniorũ,ut de auditionibus,non enim ipſos eſſe teſtes,ſed iniuratorum afferre uoces,ut in cauſis repetiũ

darum,q̄ se reo numerasse pecunias iurant,litigatorꝫ non testium habendos loco. Interim aduersus singulos dirigit actio. Qđ insectationis genus,& permixtum defensiõi legimus in orationibus plurimis,& separatim editũ,sicut in Vatinium testẽ. Totum igitur excuti amus locum, qñ uniuersam institutionẽ aggressi sumus. Sufficiebant alioquí libri duo à Domitio Afro in hanc rẽ compositi,quẽ adolescentulus senem colui,ut nõ lecta mihi tm̃ ea,sed pleraq̄ ex ipo sint cognita. Is uerissime præcipit primũ esse in hac parte officiũ oratoris,ut totam causam familiarit norit,qđ sine dubio ad omnia pertinet. Id quomodo cõtingat,explicabimus,cũ ad destinatum huic parti locũ uenerimus. Ea res suggeret materiam interrogatiõi,& ueluti tela ad manũ subministrabit. Eadẽ docebit,ad quæ iudicis animus actione sit p̄parandus. Debet em̃ uel fieri,uel detrahi testibus fides oratione ꝓpetua, quia sic dictis quisq̄ mouet,ut est ad credendum,uel non credendũ ante formatus. Et qm̃ duo genera sunt testium,aut uoluntariorꝫ,aut eorꝫ,quibus iudex in publicis iudicijs lege denuntiare solet,quorꝫ altero utraq̄ pars utitur, alterum accusatoribus tantũ concessum est,separemus officium dantis testes,& refellentis. Qui uoluntariũ producit,scire quid is dicturus est,potest,ideoq̄ facilior uidetur in rogando habere rõnem. Sed hæc quoq̄ pars acumen,& uigilantiam poscit,prouidendumq̄ ne timidus,ne incõstans, ne imprudẽs sit testis. Turbant enim,& à patronis diuersæ ptis inducuntur in laqueum. Sed & plus dep̄henſi nocent,quàm firmi & interriti profuissent. Multũ igitur domi añ uersandi,ac uarijs pcontationibus,quales haberi ab aduersario possunt,explorãdi sunt. Sic fit,ut aut cõstent sibi,aut siquid titubauerint,opportuna rursus eius,à quo producti sunt,interrogatione,ue lut in gradum reponant. In ijs quoq̄ adhuc,qui constiterint sibi,uitandæ sunt insidiæ: nã frequenter subijci ab aduersario solent,& omnia profutura pollicíti diuersa respondẽt,& autoritatem habent non arguentium illa,sed confitentiũ. Explorandum igitur quas causas lædẽdi aduersarium afferant,nec id satis est,inimicos fuisse,sed an desierint,an per hoc ipsum reconciliari uelint,ne corrupti sint,ne pœnitẽtia ꝓpositum mutauerint. Quod cũ in ijs quoq̄,qui ea,quæ dicturi uidentur, re uera sciunt, necessarium est præcauere, tum multo magis in ijs,qui se dicturos quæ falsa sunt,pollicent. Nam & frequentior eorꝫ pœnitentia est,& promissum suspectius,& si pseuerauerint,reprehensio facilior. Eorum uero,quibus denuntiatur,pars testiũ est,quæ reum lædere uelit,pars quæ nolit. Idq̄ interim scit accusator, interim nescit, fingamus in p̄sentia scire,in utroq̄ em̃ gñe summis artibus interrogantis opus est: nam si habet testẽ cupidum lædendi,cauere debet hoc ip̄m,ne cupiditas eius appareat,nec statim de eo qđ in iudicium uenit,rogare,sed aliquo circuitu ad id peruenire,ut illi,quod maxime dicere uoluit,uideatur exp̄ssum,nec nimium instare interrogationi, ne ad omnia respondẽdo testis fidẽ suam minuat, sed intantũ euocare eum, quantum sumere ex uno satis est. At in eo,qui uerꝫ inuitus dicturus est,prima felicitas interrogantis est extorquere,qđ is noluerit. Hoc non alio mõ fieri potest,quàm longius interrogatione repetita. Respondebit em̃ quæ nocere causæ non arbitrabit. Ex pluribus deinde quæ cõfessus erit,eò perducetur,ut qđ dicere non uult,negare non possit: nam ut in oīone sparsa plerũq̄ colligimus argumẽta,quæ per se nihil reum aggrauare uideant,cõgregatione deinde eorꝫ factũ conuincimus,ita hmõi testis multa de anteactis,multa de insecutis,loco,tpe,persona,cæterisq̄ est interrogãdus,ut in aliquod rñsum incidat,post qđ illi uel fateri quæ uolumus necesse sit,uel ijs quæ iã dixerat,repugnare. Id si non cõtingit, reliquũ erit,ut eum nolle dicere manifestũ sit,protrahendusq̄ ut in aliquo, qđ uel extra causam sit,deprehendat. Tenẽdus etiam diutius,ut oīa,ac plura quàm res desiderat ꝓ reo dicẽdo,suspectus iudici fiat,quo non minus nocebit,quã si uera in reũ dixisset. At si (qđ se cũdo loco diximus) nesciet actor,quid ꝓpositi testis attulerit,paulatim,& ut dicit,pedetẽtim,interrogando experiet animũ eius,& ad id rñsum qđ eliciendum erit,per gradus ducet. Sed quia nonnunq̄ sunt hæ quoq̄ testiũ artes,ut primo ad uolũtatẽ rñdeant,quo maiore fide diuersa postea dicant,est accusatoris,suspectũ testẽ dum prodest,dimittere. Patronorꝫ in parte expeditior,in parte difficilior interrogatio est: Difficilior hoc,ꝙ raro unq̄ p̄nt ante iudiciũ scire,quid testis dicturus sit; Expeditior,ꝙ cum interrogandus est,sciunt

quid dixerit. Itaq; in eo qđ incertũ est, cura & inquisitiõe opus est, quis reum p̃mat, quas & quibus ex causis inimicitias habeat, eaq; in oſone prædicenda, atq; amolienda sunt, siue odio cõflatos testes, siue inuidia, siue gratia, siue pecunia uideri uolumus. Etsi deficiet numero pars diuersa, paucitatẽ: si abundabit, conspiratiõnẽ: si humiles ꝓducet, uilitatẽ: si potẽtes, gr̃am oportebit incessere. Plus tñ proderit causas, propter quas reũ lædant, exponere, quæ sunt uariæ, & ꝓ conditiõe cuiusq; litis, aut litigatoris. Nam cõtra illa, quæ supra diximus, simili rõne rñderi locis cõibus solet, qa & in paucis, atq; humilib⁹ accusator simplicitate gloriari põt, ꝙ neminẽ, ꝑter eos quos putarit scire, quæ fierit, & multos, atq; honestos cõmendare aliq̃ est facilius. Verũ interim, & singulos, ut exornare, ita destruere cõtingit, aut recitatis in actione, aut nominatis testibus. Qđ ijs tpibus qbus testis nõ nisi post finitas actiones rogabat, & facilius, & frequentius fuit. Quid aũt in quẽq; testiũ dicẽdum sit, sumi nisi ab ipsoꝝ personis non põt. Reliquæ interrogandi sunt partes, qua in re primũ est nosse testẽ: nam timidus terreri, stultus decipi, iracũdus cõcitari, ambitiosus inflari, longus protrahi põt. Prudẽs uero, & constans, uel tanq̃ inimicus, & puicax dimittendus statim, uel nõ interrogatiõe, sed breui interlocutiõe patroni refutandus ẽ, aut aliquo, si cõtinget, urbane dicto refrigerandus: aut siquid in eius uitã dici poterit, infamia criminũ destruẽdus. Probos quosdam, & uerecũdos non aspe incessere ꝓfuit, nam sæpe q aduersus insectantẽ pugnassent, modestia mitigant. Oñis aũt interrogatio est, aut in causa, aut extra causam. In causa, sicut accusatori præcepimus, patronus quoq; altius, & unde nihil suspecti fit, repetita pcontatione priora sequentibus applicando, sæpe eo perducit hoẽs, ut ab inuitis qđ ꝓfit, extorqueat. Eius rei, sine dubio, nec disciplina ulla in scholis, nec exercitatio tradit, & naturali magis acumine, aut usu contingit hæc uirtus. Si qđ tñ exemplũ ad imitationẽ demonstrandum sit, solum est, qđ ex dialogis Socraticoꝝ, maximeq; Platonis duci põt, in quibus adeo scitæ sunt interrogationes, ut cũ in plerisq; bene respondeat, res tamẽ ad id, quod uolũt efficere, perueniat. Illud fortuna interim præstat, ut aliquid, qđ inter se parũ consentiat, à teste dicat, interim (quod sæpius euenit) ut testis testi diuersa dicat. Acuta aũt interrogatio ad hoc, qđ casu fieri solet, etiam rõne perducet. Extra causam quoq; multa quæ profint interrogari solent, de uita testium alioꝝ, de sua quisq;, si turpitudo, si humilitas, si amicitia accusatoris, si inimicitiæ cũ reo, in quibus aut dicant aliqd quod prosit, aut in mendacio, uel cupiditate lædẽdi deprehendant. Sed in primis interrogatio debet esse circũspecta, quia multa contra patronos uenuste testis sæpe respõdet, eisq; præcipue uulgo fauet, tum uerbis quàm maxime ex medio sumptis, ut q rogat (is autem est sæpius & impitus) intelligat, aut ne intellígere se neget, qđ interrogantis non leue frigus ẽ. Illæ uero pessimæ artes, testẽ subornatũ in subsellia aduersarij mittere, ut inde exclamatus plus noceat, uel dicẽdo contra reũ, cum quo fecerit, uel cum adiuuisse testimonio uidebitur, faciendo ex industria multa immodeste atq; intemperanter, per quæ non à se tantum dictis detrahat fidem, sed cæteris quoq;, qui profuerant, auferat autoritatẽ, quorum mentionẽ habui, non ut fierent, sed ut uitarent. Sæpe int se collidi solẽt, inde testatio, hinc testes, locus utrinq;. Hæc eñ pars se iureiurando, illa consensu signantiũ tuetur. Sæpe inter testes, & argumenta quæstũ est, inde scientiam in testibus & religionẽ, ingenia esse in argumentis dicit, hinc testẽ gratia, metu, pecunia, ira, odio, amicitia ambitu fieri, argumẽta ex natura duci, in his iudicẽ sibi, in illis alij credere. Cõmunia hæc pluribus causis, multumq; iactata sunt, semperq; tñ iactabuntur. Aliquando utrinq; sunt testes, sed quæstio sequit ex his, utri meliores uiri. Ex causis, utri magis credibilia dixerint. Ex litigatoribus, utri gratia magis ualuerint. His adhĳcere siquis uolet ea, quæ diuina testimonia uocantur, ex responsis, oraculis, ominibus, duplicẽ sciat eorum esse tractatum: generalem alterum, in quo inter stoicos & Epicuri sectam secutos pugna ꝑpetua est, regat ne prouidentia mundus: specialem alterum, contra partẽ diuinatiõis, ut quæq; in quæstionem cadit. Alit eñ oraculorum, aliter haruspicum, augurũ, coniectorum, & mathematicorũ fides confirmari, aut refelli potest, cum sit rerum earum ratio diuersa. Circa huiusmodi quoq; inuẽta firmanda, uel destruenda, multum habet operis oratio, siquæ sint uoces per uinum, somniũ,

dementiam emissæ, uel excepta paruulorum indicia, ꝙ pars altera nihil fingere, altera nihil iudicare, dictura est. Nec tantum præstari hoc genus potest, sed etiam ubi non est, desiderari solet. Pecuniam dedisti, quis numerauit? ubi? unde? Venenum arguis, ubi emi? à quo? quanti? per quem dedi? quo conscio? Quæ fere omnia pro Cluentio Cicero in crimine ueneficij excutit. Hæc de inartificialibus quàm breuissime potui.

De probatione artificiali. Caput .VIII.

PArs altera probationum, quæ est tota in arte, constatq; rebus ad faciendam fidē appositis, plerunq; aut omnino negligit, aut leuissime attingitur ab ijs, qui argumenta uelut horrida & confragosa uitantes, amœnioribus locis desident, neq; aliter, quā ij q̄ traditur à poetis gustu cuiusdam apud Lotophagos graminis, & Sirenū cantu deliniti, uoluptatem saluti prætulisse, dum laudis falsam imaginē persequuntur, ipsa propter quam dicit, uictoria cedunt. Atqui cætera quæ continuo magis oronis tractu decurrunt, in auxilium atq; ornamentum argumentorū comparantur, neruisq; illis, quibus causa continetur, adijciunt inducti super corporis speciem, ut si forte quid factū ira, uel metu, uel cupiditate dicatur, latius quæ cuiusq; affectus natura sit, psequemur. Iisdem laudamus, incusamus, augemus, minuimus, describimus, deterremus, querimur, cōsolamur, hortamur. Sed horū est opa in rebus, aut certis, aut de quibus tāquam certis loquimur, potest. Nec abnuerim esse aliquid in delectatione, multum uero in commouendis affectibus. Sed hæc ipa plus ualent, cum se didicisse iudex putat, quod consequi nisi argumentatione, aliaq; omi fide rerū non possumus. Quorū prius quā partiar species, indicandum reor, quædam in omi genere probationum communia. Nam nec ulla quæstio est, quæ non sit, aut in re, aut in persona. Nec esse argumentorum loci possunt, nisi quæ rebus, aut personis accidunt. Eaq; aut p se inspici solēt, aut ad aliud referri. Nec ulla confirmatio, nisi aut ex añcedentibus, aut ex cōsequētibus, aut ex pugnantibus, & hæc necesse est, aut ex præterito tempore, aut ex cōiuncto, aut ex sequēti petere. Nec ulla res probari nisi ex alia potest. Eaq; fit oportet, aut maior, aut par, aut minor. Argumēta uero reperiunt aut in quæstionibus, quæ etiā separatæ à complexu rerum, personarumq; spectari per se possint, aut in ipsa causa, cum inuenit aliquid in ea, non ex cōi ratione ductum, sed eius iudicij de quo cognoscitur, proprium. Probationum præterea omniū, aliæ sunt necessariæ, aliæ credibiles, aliæ non repugnātes. Ad huc omniū probationum quadruplex ratio est, ut uel quia aliquid est, aliud nō fit, ut quia dies est, nox non est, uel qa est aliquid, & aliud fit, ut quia sol est super terram, dies est: uel quia aliquid non est, aliud fit, ut quia nox nō est, dies est, uel quia aliquid non est, nec aliud fit, ut quia non est rationale, nec homo est. His in uniuersum prædictis partes subijciam.

De signis. Caput .IX.

OMnis igitur probatio artificialis constat aut signis, aut argumētis, aut exēplis. Nec ignoro plerisq; uideri signa partē argumentorum, quæ mihi separandi rō hæc fuit prima, ꝙ sunt pene ex illis inartificialibus. Cruēta enim uestis, & clamor & liuor, & talia, sunt instrumenta qualia tabulæ, rumores, testes, nec inueniunt ab oratore, sed ad eū cum ipsa causa deferunt. Altera, ꝙ signa siue indubitata sint, nō sunt argumēta, qa ubi illa sunt, quæstio nō est, argumento aūt, nisi in re controuersa, locus esse non potest, siue dubia, non sunt argumēta, sed ipsa argumentis egent. Diuidunt aūt in has primas duas species, ꝙ eorum alia sunt (ut dixi) quæ necessaria sunt, quæ græci uocant τεκμήρια, alia non necessaria, quæ σημεῖα. Priora illa sunt, quæ alit habere se non possunt, quæ mihi uix ptinere ad præcepta artis uident. Nam ubi est signū insolubile, ibi ne lis quidem est. Id aūt accidit, cum qd aut necesse est, fieri factum' ue esse, aut certe omnino non potest fieri, uel esse factū, quo in causis posito, lis non est, nisi facti. Hoc genus per omnia tempora perpendi solet. Nam & cōiisse eam cū uiro, quæ peperit, qd est præteriti, & fluctus esse, cū magna uis uenti in mare incubuit, qd coniuncti, & eū mori, cuius cor est uulneratū, quod futuri necesse est. Nec fieri potest, ut ibi messis sit, ubi satum nō est, ut quis Romæ sit, cū est Athenis, ut sit ferro uulneratus, qui sine cicatrice est. Sed quædam & retrorsus idem ualent, ut uiuere hominē qui spirat, & spirare qui uiuit. Quædam in cōtrarium non recurrunt. Nec eū quia mouc

tur,qui ingreditur,iecirco ingreditur,qui mouet.Quare põt & coïsse cum uiro quæ nõ peperit,& non esse uentus in mari,cum esset fluctus, nec utiq; cor eius uulneratũ esse,qui perit.Ac similiter fatum fuisse potest,ubi non fuisset messis,nec fuisse Romæ,qui non fuit Athenis,nec fuisse ferro uulneratũ,qui habet cicatricẽ.Alia sunt signa nõ necessaria,quæ εἰκότα græci uocant,quæ etiam si ad tollendam dubitationem sola non sufficiunt,tñ adiũcta cæteris plurimum ualent.Signum uocant(ut dixi)σημεῖον,quanquam id quidam indicium,quidam uestigium nominauerũt,per quod res intelligitur, ut per sanguinẽ cædes: At quia sanguis uel ex hostia resperfisse uestem põt,uel è naribus profluxisse,nõ utiq; qui uestẽ cruentam habuerit,homicidium fecerit.Sed ut p se non sufficit,ita cæteris adiunctũ testimoniũ loco ducitur,si inimicus,si ante minat⁹,si eodẽ loco fuit.Quibus signum cũ accessit,efficit ut quæ suspecta erant,certa uideant.alioqui sunt quædam signa utriq; partícõmunia,ut liuores,tumores.Nã uideri possunt,& ueneficiũ,& cruditatis,& uulnus in pectore,sua manu,& aliena periisse dicentibus,in quo est.Hæc perinde firma habent,atq; extrinsecus adiuuant.Eorum autem,quæ signa sunt quidem,sed non necessaria,genus Hermagoras putat,nõ esse uirginem Atalãtam,quia cum iuuenibus per syluas uaget.Quod si receperimus,uereor ne omnia, quæ ex facto ducuntur, signa faciamus. eadem tñ rõne, qua signa,tractant.Nec mihi uidentur Areopagitæ,cum damnauerunt puerum coturnícum oculos eruentem,aliud indicasse quàm id signũ esse pernicíosissimæ mentis,multísq; malo futuræ,si adoleuisset.Vnde Spurii Melii,M.q; Manlii popularitas,signum affectati regni fuit existimatũ.Sed uereor ne longe nimiũ nos ducat hæc uia.Nam si est signũ adulteræ,lauari cum uiris,erit & conuiuere cum adolescentibus,deinde etiam familiarit alicuius amicitia uti,aut fortasse corpus uulsum,fractũ,incessum,uestẽ muliebrẽ dixerit mollis,& parum uiri signa,si cui,cum signum id propríe sit,quod ex eo,de quo quæritur, natum sub oculos uenit,ut sanguis ex cæde,ita illa ex impudicitia fluere uideantur.Ea quoq;,quæ quia plerunq; obseruata sunt,uulgo signa creduntur,ut prognostica,Vento rubet aurea phœbe. Et cornix plena pluuiã uocat improba uoce,si causas ex qualitate cæli trahũt,sane ita appellent:nam si uento rubet luna,signum uenti est rubor.Et si ut idẽ poeta colligit,densatus & laxatus aer facit,ut sit inde ille auium concentus,idẽ sentiemus. Sunt aũt etiam signa pua magnorũ,ut hæc ipsa cornix.Nam maiora minorũ esse nemo mirat.

De argumentis. Caput .X.

NVnc de argumentis.Hoc enim nomine complectimur,omnia quæ græci ἐνθυμήματα,ἐπιχειρήματα,ἀποδείξεις uocant, quanquam apud illos aliqua horum nominum differentia,etiam si uis eõdem fere tendit. Nam ethymema(quod nos commẽtum sane, aut commentationem interpretamur,quia aliter non possumus,græco melius usuri)unũ intellectũ habet quo omnia mente concepta signi ficat,sed nunc de eo non loquimur,alterum quo sententiam cum ratione,tertium quo certa m quandam argumenti conclusionẽ, uel ex consequentibus,uel ex repugnantibus,quanq; de hoc parum conuenit. Sunt enim qui id prius epichirema dicant, pluresq; inuenias in illa opinione,ut id demũ,quo pugna constat,enthymema accipi uelint.Et ideo illud Cornificius contrariũ appellat.Hunc alii rhetoricum syllogismum,alii impfectum syllogismũ uocauerunt,quia nec distinctis,nec totidem partibus concluderetur,quod sane non utiq; ab oratore desideratur. Epichirema Valgius aggressionem uocat. Celsus aũt iudicat non nostram administrationẽ,sed ipsam rem,quam aggredimur,id est argumẽtum,quo aliquid probaturi sumus, etiam si nondũ uerbis explanatum, iam tñ mente conceptum,epichirema dici. Alijs uidetur non destinatam,uel inchoatam,sed perfectam orationem hoc nomen accipere,& ultimam speciẽ. Ideoq; propria eius appellatio,& maxima in usu posita, est, qua significatur certa quædã sententiæ comprehensio, quæ ex tribus partibus constat. Quidam epichirema rationem appellauerunt,Cicero melius ratiocinationem,quanquam & ille nomen hoc duxisse magis à syllogismo uidetur.Nam & statum syllogisticum ratiocinatiuum appellat,exẽplisq; utitur philosophorũ. Et quoniam est quædam inter syllogismũ,& epichirema uicinitas, potest uideri hoc nomine recte abusus.ἀπόδειξις,est euidens probatio, ideoq; apud geo-

metras γραμμικὰς ἀποδείξεις dicunt. Hanc & ab epichiremate Cæcilius putat differre solo gñe conclusionis, & esse apodixim imperfectum epichirema, eadem causa qua diximus & enthymema syllogismo distare. Nam & epichirema syllogismi pars est. Quidã inesse epichiremati apodixim putant, & esse partẽ eius confirmantẽ. Vtcunq; aũt quãquam diuersi autores eodem mõ finiũt, ut sit oratio p ea, quæ certa sunt incertis fidẽ non dubiam afferens, quæ natura est oĩm argumentorũ, neq; eã certa incertis declarant, hæc oĩa generaliter πίστεις appellant: qđ & si propria interpretatione dicere fidem possumus, apertius tñ probationem interpretabimur. Sed argumentũ quoq; plura significat. Nam & fabulæ ad actus scenarum cõpositæ, argumenta dicunt, & orationũ Ciceronis uelut thema ipse exponẽs Pædianus, argumentũ inquit tale est. Et ipse Cicero ad Brutũ ita scribit: Veritus fortasse ne nos in Catonem nostrũ transferamus illinc mali quid, & si argumentum simile non erat. Quo apparet, oẽm ad scribendum destinatam materiam ita appellari. Nec mirũ, cum id inter opifices quoq; uulgatũ sit. Vnde Vergilius, Argumentum ingens. Vulgoq; paulo numerosius opus dicit argumentosum. Sed nunc de eo dicendũ argumẽto est, quod probationem, indicium, fidẽ, aggressionem, eiusdem rei nomina facit, parum distincte, ut arbitror. Nam probatio, & fides efficitur non tñ per hæc, quæ sunt rationis, sed etiam per inartificialia. Signum aũt quod ille indicium uocat, ab argumentis iam separaui. Ergo cũ sit argumentum ratio probationẽ præstans, qua colligit aliquid p aliud, & quæ, quod est dubiũ, per id qđ dubiũ non est, confirmat, necesse est esse aliquid in causa, qđ probatione non egeat. Alioqui nihil erit quo probemus, nisi fuerit quod aut sit uerum, aut uideat, ex quo dubĩs fides fiat. Pro certis aũt habemus primum quæ sensibus pcipiuntur, ut quæ uidimus, audiuimus, qualia sunt signa, deinde ea, in quæ cõi opinione consensum est, deos esse, præstandam pietatem parentibus. Præterea quæ legibus cauta sunt, quæ persuasione etiam si non omnium hoĩm, eius tñ ciuitatis, aut gẽtis, in qua res agitur, in mores recepta sunt, ut pleraq; in iure non legimus, sed moribus constant. Si qd inter utranq; partem conuenit, siquid probatum est, deniq; cuicunq; aduersarius non contradicit. Sic eñ fiet argumentũ, cũ prouidentia mundus regat, administranda est respublica, ut administranda respublica sit, si liquebit mundũ prouidentia regi. Debet etiam nota esse recte argumẽta tractaturo, uis & natura oĩm rerum, & quid quæq; earum plerunq; efficiat. Hinc eñ sunt quæ εἰκότα dicuntur. Credibilium aũt genera sunt tria: Vnum firmissimũ, qđ fere accidit, ut liberos à parentibus amari. Alterum uelut propensius, eum q recte ualeat, in crastinum peruenturum. Tertium tñ non repugnans, in domo furtum factũ ab eo, q domi fuit. Ideoq; Aristoteles in scdo de arte rhetorica libro diligentissime est executus, quid cuiq; rei, & quid cuiq; homini soleat accidere, & quas res, quosq; hoĩes, quibus rebus, aut hominibus, uel conciliasset, uel alienasset ipsa natura, ut diuitias, quid sequatur, aut ambitũ, aut superstitionem, quid boni probent, quid mali petant, quid milites, quid rustici, quo quæq; mõ res uitari, uel appeti soleat. Verum hoc exeq mitto. Non enim longum tñ, sed etiam impossibile, aut potius infinitum est. præterea positum in cõi omnium intellectu. Si quis tamen desiderauerit, à quo peteret, ostendi. Omnia autem credibilia in quibus pars maxima consistit argumentationis, ex huiusmodi fontibus fluunt, an credibile sit à filio patrẽ occisum, incestum cum filia commissum, & contrà, ueneficiũ in nouerca, adulterium in luxurioso. Illa quoq;, an scelus palam factũ, an falsum dixerit propter exiguam summam, quia suos quisq; horũ uelut mores habet, plerunq; tamen, non semper, alioqui indubitata essent, nõ argumenta. Excutiamus nunc argumẽtorum locos, quanquã quibusdam ĩj quoq;, de quibus supra dixi, uidẽt. Locos appello, non ut uulgo nũc intelligunt, ut in luxuriẽ, & adulterium, & similia, sed sedes argumentorum, in quibus latẽt, ex quibus sunt petenda. Nam ut in terra non omni generantur oĩa, nec auem, ut feram reperias, ubi quæq; nasci, aut morari soleat ignarus, & piscium quoq; genera alia planis gaudent, alia saxosis, regiõibus etiam littoribusq; discreta sunt, nec elopen nostro mari, aut scarũ ducas. Ita non omne argumentũ undiq; uenit, ideoq; nõ passim quærẽdũ ẽ. Multus alioq; error est, & exhausto labore, qđ non rõne scrutabimur, non poterimus inuenire nisi casu. At si scierimus ubi quicq;

nascatur, cum ad locum uẽtum erit, facile quod in eo erit, peruidebimus. In primis igitur argumenta sæpe à persona ducenda sunt, cũ sit, ut dixi, diuisio, ut oĩa in hæc duo partiamur res atq; personas, ut causa, tẽpus, locus, occasio, instrumentũ, modus, & cætera, rerũ sint accidentia. Personis autem non quicquid accidit exequendum mihi ẽ, ut pleriq; fecerunt, sed unde argumẽta sumi possunt. Ea porro sunt genus (Nam similes parentibus, ac maioribus suis filiꝫ plerunq; creduntur, & nõnunq; ad honeste, turpiterq; uiuendum, inde causæ fluũt) Natio, nã & gẽtibus propriꝫ mores sunt, nec idẽ in barbaro, Romano, Græco, probabile est. Patria, quia similiter etiã ciuitatũ leges, instituta, opiniones habent differẽtiam. Sexus, ut latrociniũ facilius in uiro, ueneficiũ in fœmina credas. Aetas, quia aliud aliꝫs annis magis cõuenit. Educatio & disciplina, quoniam refert à quibus, & quo quisq; modo sit institutus. Habitus corporis. Ducit ẽm frequenter in argumentum species libidinis, robur petulantiæ. His contraria in diuersum. Fortuna, nec ẽm tam idem credibile ẽ in diuite ac paupere, propinquis, amicis, cliẽtibus, abundante, & his oĩbus destituto. Cõditionis etiam distãtia ẽ, nam clarus an obscurus, magistratus an priuatus, pater an filius, ciuis an peregrinus, liber an seruus, maritus an cælebs, parens liberoꝝ, an orbus sit, plurimum distat. Animi natura, etẽm auaritia, ira, iracũdia, misericordia, crudelitas, seueritas, aliaq; ꝫs similia, afferũt frequenter fidem, aut detrahũt, sicut uictus luxuriosus, an frugi, an sordidus, quæritur. Studia quoq;, nãq; rusticus, forẽsis, negotiator, miles, nauigator, medicus, aliud atq; aliud efficiũt. Intuẽdum etiã qd affectet quisq;, locuples uideri, an disertus, iustus an potens. Spectantur anteacta, dictaq;. Ex præteritis enim æstimari solent præsentia. His adꝫciunt quidam commotiõem, hanc accipi uolũt temporarium animi motum, sicut iram, pauorẽ. Consilia aũt, & præsentis & præteriti & futuri tẽporis, quæ mihi etiam si personis accidunt, referenda tamen ad illam partẽ argumentorũ uidentur, quam ex causis ducimus, sicut habitus quidam animi, quo tractat amicus, an inimicus. Ponunt in persona & nomen, quod quidem ei accidere necesse est, sed in argumentum raro cadit, nisi cũ aut ex causa datum ẽ, ut sapiẽs, magnus, plenus. aut et ipsum alicuius cogitationis attulit causam, ut Lentulo coniurationis, q libris Sibyllinis, haruspicũq; respõsis, dominatio dari tribus Cornelijs dicebat, seq; eum tertiũ esse credebat post Syllam, Cinnamq;, quia & ipse Cornelius erat. Nam & illud extat apud Euripidem, frigidum sanè, q nomẽ Polynicis, ut argumentum frater morũ incessit. Iocorum ẽm ex eo frequens materia, qua Cicero in Verrem nõ semel usus ẽ. Hæc ferè circa personas sunt, aut his similia. Nec ẽm complecti omnia, uel in hac parte, uel in cæteris possumus, contenti rationẽ plura quæsituris ostendere. Nunc ad res transeo, in quibus maxie sunt personis iuncta quæ agimus, ideoq; prima tractanda. In omnibus porrò quæ fiunt, quærit aut quare, aut ubi, aut quando, aut quomodo, aut per quæ facta sunt. Ducuntur igit argumenta ex causis factorum, uel futurorum, quorũ materiam, quam ὕλην aliꝫ, φάσμα aliꝫ nominauerũt, in duo genera, sed quaternas utriusq; diuidũt species. Nam ferè uersat ratio faciendi circa bonorum adeptionẽ, incrementum, conseruationẽ, usum, aut malorum euitationem, liberationẽ, imminutionem, conuersionẽ, nanq; hæc in deliberando plurimum ualent. Sed has causas habent recta: praua contrà ex falsis opinionibus ueniunt. Nam est his initium ex ꝫs, quæ creduntur bona, aut mala, inde errores existunt, & pessimi affectus, in quibus sunt ira, odiũ, inuidia, cupiditas, spes, ambitus, audacia, metus, cætera eiusdẽ generis. Accedunt aliquando fortuna, ebrietas, ignorantia. Quæ interim ad ueniam ualent, interim ad probationem crimi num. Vt si quis dum aliꝫ insidiatur, alium dicitur interemisse. Causæ porrò nõ ad conuincendum modo, quod obꝫcit, sed ad defendendũ quoq; excuti solent, cum quis se recte fecisse honesta causa contẽdit, qua de re latius in tertio libro dictũ est: Finitiones interim ex causis pendẽt. An tyrannicida, qui tyrannũ, à quo deprehẽsus in adulterio fuerat, occidit. An sacrilegus, qui ut hostes urbe expelleret, arma templo affixa detraxit. Ducũtur argumenta & ex loco. Spectatur ẽm ad fidem probationis, mõtanus, an planus, maritimus, an mediterraneus, cõsitus, an incultus, frequẽs an desertus, ꝓpinquus an remotus, opportunus cõsiliꝫs an aduersus. Quam partẽ uidemus uehemẽtissime pro Milone tractasse Cice-

ronem. Et hæc quidem, & similia ad cõiecturam frequentius pertinent, sed interim ad ius quoq; priuatus an publicus, sacer an profanus, noster an alienus. Vt in persona magistratus, pater, peregrinus. Hinc em̃ quæstiones oriuntur. Priuatam pecuniam sustulisti, uex: quia de tẽplo, non furtũ, sed sacrilegium est. Occidisti adultex, quod lex pmittit, sed quia in lupanari, cædes est. Iniuriã fecisti, sed qa magistratui, maiestatis actio est, uel contrà, licuit, quia pater erã, quia magistratus. Sed circa facti controuersiam argumenta præstant, circa iuris lites, materia quæstionum. Ad qualitatẽ quoq; frequenter pertinet locus. Neq; em̃ idem ubiq;, aut licet, aut decorum est. Quinetiam in qua ciuitate quicq; quæratur, interest. Moribus em̃ & legibus distant. Ad cõmendationem quoq; & inuidiam ualet. Nam & Aiax apud Ouidium inquit: Ante rates agimus causam, & mecũ confertur Vlysses, & Miloni inter cætera obiectum est, q; Clodius in monumẽtis ab eo maiorum suorum esset occisus. Ad suadendi momenta idem ualet, sicut tps, cuius tractatum subiungam. Eius autem (ut alio loco iam dixi) duplex significatio est. Gñaliter em̃, & specialiter accipit. Prius illud est, Nunc, Olim, Tunc sub Alexandro, cum apud Ilion pugnatum est, denicq; præteritum, instans, futurx. Hoc sequẽs habet, & constituta discrimina, æstate, hyeme, noctu, interdiu, & fortuita, in pestilentia, in bello, in conuiuio. Latinox quidã satis significari putauerunt, si illud gñale tempus, hoc spẽciale uocarent. Quox utrorumq; ratio, & in consiliis quidem, & in illo demonstratiuo gñe uersatur, sed in iudicijs frequentissima est. Nam & iuris quæstiones facit, & qualitatẽ distinguit, & ad coniecturam plurimũ confert. ut cũ interim probationes inexpugnabiles afferat, quales sunt, si dicat (ut supra posui) signator, qui ante diem tabulax decessit, aut commisisse aliquid, uel cum infans esset, uel cũ adhuc omnino natus non esset. Præter id quod omnia facile argumenta, aut ex ijs, quæ ante rem facta sunt, aut ex coniunctis rei, aut consequentibus ducunt. Ex antecedentibus, Mortẽ minatus es, noctu existi, proficiscentem antecessisti. Causæ quoq; factox præteriti sunt temporis. Sed tempus subtilius quidam quàm necesse erat diuiserũt, ut esset iuncti, sonus auditus est, adhærẽtis, clamor sublatus est. Insequentis sunt illa, latuisti, pfugisti, liuores, & tumores apparuerunt. Iisdem temporx gradibus defensor utetur ad detrahẽdam ei, qđ obijcitur, fidẽ. In his ois factox, dictorumq; ratio uersatur, sed dupliciter. Nam fiunt quædam, quia aliud postea futurum est, quædam, quia aliud ante factũ est, ut cũ obijcitur reo lenocinij speciosæ marito, q; speciosam adulterij damnatã quandam emerit, aut parricidij reo luxurioso, q; dixerit patri, nõ me amplius obiurgabis. Nã & ille, nõ qa emit, leno est, sed quia leno erat, emit. Nec hic, qa sic erat locutus, occidit, sed qa erat occisurus, sic locutus est. Casus aũt, q & ipse præstat argumẽtis locũ, sine dubio est ex insequentib. sed quadam proprietate distinguit, ut si dicam, melior dux Scipio quàm Annibal, uicit em̃ Annibalem. Bonus gubernator nunquam fecit naufragiũ. Bonus agricola magnos sustulit fructus. Et contrà, sumptuosus fuit, patrimoniũ exhausit, turpiter uixit, uel omnibus inuisus est. Intuendæ sunt, p̃cipueq; in coniecturis, & facultates. Credibilius est em̃ occisos à pluribus pauciores, à firmiorib. imbecillíores, à uigilantib. dormientes, à p̃paratis inopinantes. Quox cõtraria in diuersum ualẽt. Hæc in deliberãdo intuemur, & in iudicijs ad duas res solemus referre, an uoluerit qs, an potuerit. Nam & uoluntatem spes facit. Hinc illa apud Ciceronẽ coniectura: Insidiatus est Clodius Miloni, non Milo Clodio. Ille cũ seruis robustis, hic cũ mulierx comitatu. Ille equis, hic in rheda. Ille expeditus, hic penula irretitus. Facultati aũt licet instrumentum coniungere. Sunt em̃ in parte facultatis, & copiæ. Sed ex instrumento aliqñ etiam signa nascuntur, ut spiculum in corpore inuentũ. His adijcitur modus, quem τρόπον dicunt, quo quæritur, quẽadmodum quid sit factum, idq; tum ad qualitatẽ, scriptũq; pertinet, ut si negemus adulterx ueneno occidisse, cũ ferro licuisset occidere, sed uel oportuisset, tum ad coniecturas quoq;, ut si dicam, bona mẽte factũ, ideó q; palàm, mala, ideo ex insidijs, noctu, in solitudine. In rebus autẽ omnibus de quarum ui aut natura quæritur, quasq; etiam citra complexum personarum, cæterorumq; ex quibus fit causa, per se intueri possumus, tria fine dubio rursus spectãda sunt, an sit, quid sit, quale sit. Sed quia sunt quidam loci argumentorum ijs oñibus cõmunes, diuidi hæc in tria ge-

nera non possunt. Ideoq; locis potius, ut quosq; incurrent, subiicienda sunt. Ducũtur ergo argumenta ex finitione, seu fine: nam utroq; modo traditur. Eius duplex ratio est. Aut em̃ simpliciter quæritur, sit ne hoc uirtus, aut antecedente finitione, quid sit uirtus, ita aut in uniuersum uim uerbi cõplectimur, ut rhetorice est bene dicẽdi scientia, aut per partes, ut rhetorice est recte inueniendi, & disponendi, & eloquendi cum firma memoria, & cũ dignitate actionis, scientia. Præterea finimus, aut ui, sicut supiora, aut ἐτυμολογία, ut assiduũ ab asse dando, & locupletẽ à loco, pecuniosum à pecore copia. Finitioni subiecta maxie uidenť, genus, species, differens, propriũ. Ex his omnib. argumẽta ducunť. Genus ad probandam speciẽ minimum ualet, plurimum ad refellendam. Itaq; non quia est arbor, platanus est, at quod non est arbor, utiq; platanus non est. Nec quod non est uirtus, utiq; potest esse iustitia. Itaq; à genere perueniendum est ad ultimam speciẽ, ut homo est animal, non est satis (id em̃ genus est) mortale, etiamsi species est, cũ aliis tamẽ communis finitio. Rationale, nihil supererit ad demonstrandũ id, quod uelis. Contrà species firmam probationem habet generis, infirmam refutationẽ. Nam qđ iustitia est, utiq; uirtus est, quod non est iustitia, potest esse uirtus: ut si est fortitudo, continentia, constantia. Nunquam itaq; tolletur à specie genus, nisi omnes species, quæ sunt generi subiectæ, remoueanť, hoc modo: Quod neq; immortale est, neq; mortale, aial non est. His adiiciunt propria, & differentia. Proprijs confirmať finitio, differentibus soluitur. Proprium autem est, aut quod soli accidit, ut homini sermo, risus, aut qđ utiq; accidit, sed nõ soli, ut igni calefacere. Et sunt eiusdẽ rei plura propria, ut ipsius ignis lucere, calere. Itaq; qđcunq; propriũ deerit, soluet finitionẽ, non utiq; quodcunq; erit, confirmabit. Sæpissime aũt quid sit propriũ cuiusq; quæritur, ut si per etymologiã dicať, Tyrannicidæ proprium est tyrannũ occidere, negemus. Non em̃ si traditum sibi eũ carnifex occiderit, tyrannicida uocatur, nec si imprudens, uel inuitus. Quod aũt propriũ non erit, differens erit, ut aliud est seruũ esse, aliud seruire, quæ lis esse in addictis quæstio solet: Qui seruus est, si manumittať, fit libertinus, non itidẽ addictus, & plura, de quibus alio loco. Illud quoq; differens uocant, cũ genere in speciem deducto species ipsa discerniť: Animal genus, mortale species, terrenum uel bipes, differẽs. Nondum em̃ proprium est, sed iam differt à marino, uel quadrupede. Quod non tam ad argumentum pertinet, quàm ad diligentem finitionis comprehẽsionem. Cicero genus & speciem, quam eandem formam uocat, à finitione diducit, & ijs quæ ad aliquid sunt, subiicit, ut si is, cui oẽ argentũ legatum est, petat signatum quoq;, utatur genere. At si quis cum legatũ sit ei, quæ uiro materfamilias esset, neget deberi ei, quæ in manum non cõuenerit, specie, quoniam duæ formæ sint matrimoniorum. Diuisione aũt adiuuari finitionẽ docet, eamq; differre à partitione, qđ hæc sit totius in partes, illa generis in formas. Partes incertas esse, ut quibus cõstet respublica. Formas certas, ut quot sint species rerum publicarum. Quas tres accipimus, quæ populi, quæ paucorum, quæ unius potestate regerentur. Et ille quidẽ non his exemplis utiť, quia scribẽs ad Trebatiũ, ex iure ea ducere maluit, ego apertiora posui. Propria uero ad cõiecturæ quoq; pertinent partẽ, ut propriũ est boni recte facere, iracundi uerbis excandescere. Ac contrà, quædã in quibusdã utiq; nõ sunt, & ratio quãuis ex diuerso, eadem ẽ. Diuisio, & ad probandũ simili uia ualet, & ad refellendũ. Probãti interim satis ẽ unũ habere, hoc modo: Vt si ciuis quis, aut natus sit oportet, aut factus. Neganti, utrũq; tollendum ẽ, nec natus, nec factus est. Fit hoc & multiplex, idq; ẽ argumentorum genus ex remotione, quo, modo efficitur totũ falsum, modo id quod relinquitur, uerum. Totũ falsum est, hoc modo: Pecuniam te credidisse dicis, aut habuisti ipse, aut ab aliquo accepisti, aut inuenisti, aut surripuisti. Si neq; domi habuisti, neq; ab alio accepisti, nec cætera, non credidisti. Reliquum sit ueq; sic: Hic seruus, quẽ tibi uendicas, aut uerna tuus ẽ, aut emptus, aut donatus, aut testamẽto relictus, aut ex hoste captus, aut alienus. Deinde remotis prioribus, supererit alienus. Periculosum & cum cura intuendum genus, quia si in proponendo unũ quodlibet omiserimus, cũ risu quoq; tota res soluiť. Tutius quod Cicero pro Cecinna facit, cũ interrogat, si hæc actio non sit, quæ sit. Simul em̃ remouentur omnia. Vel cũ duo ponentur inter se contraria, quorum tenuisse utrunlibet

ſufficiat, quale Ciceronis eſt: Vnum quidem, certe nemo erit tam inimicus Cluentio, qui mihi non concedat, ſi conſtet corruptũ illud eſſe iudiciũ, aut ab Habito, aut ab Oppianico eſſe corruptũ, ſi doceo nõ ab Habito, uinco ab Oppianico, ſi oſtẽdo ab Oppianico, purgo Habitũ. Fit etiam ex duob. quoꝝ neceſſaria eſt alterutrũ eligendi aduerſario poteſtas, efficiturq́, ut utrum elegerit, noceat. Facit hoc Cicero pro Oppio: Vtrũ cũ Cottam appetiſſet, aut cum ipſe ſeſe conaret occidere, telum ei è manibus ereptum eſt. Et pro Vareno: Optio uobis datur, utrum uelitis caſu illo itinere Varenũ uſum eſſe, an huius perſuaſu, & inductu. Deinde utraq; facit accuſatori contraria. Interim duo ita proponunt, ut utrumlibet electum, idem efficiat, quale eſt, Philoſophandum eſt, etiamſi nõ eſt philoſophandũ. Et illud uulgatum, Quo ſchema, ſi intelligitur? quo ſi non intelligitur? & Mentiet in tormentis, qui dolorẽ pati poteſt, mentiet, qui non poteſt. Vt ſunt aũt tria tempora, ita ordo rerũ tribus momẽtis conſertus eſt. Habent eñ omnia initiũ, incrementũ, ſummam, ut iurgium, deinde cædes & ſtrages. Eſt ergo hic quoq; argumentoꝝ locus inuicẽ probantiũ. Nam & ex initijs ſumma colligitur, quale eſt: Non poſſum togam prætextam ſperare, cũ exordium pullũ uideam. Et contrà, non dominationis cauſa Syllam arma ſumpſiſſe, argumentũ eſt dictatura depoſita. Similiter ex incremento in utranq; partem ducit rei ratio, cum in coniectura, tũ etiam in tractatu æquitatis, an ad initiũ ſumma referẽda, id eſt, an ei cædes imputanda ſit, à quo iurgiũ cœpit. Eſt argumẽtoꝝ locus ex ſimilibus, Si cõtinentia uirtus, utiq; & abſtinẽtia. Si fidem debet tutor, & procurator. Hoc ex eo gñe, quod & ἐπαγωγὴν Græci uocant, Cicero inductionẽ. Ex diſſimilibus: Non ſi lætitia bonum, & uoluptas. Non qđ mulieri, idem pupillo. Ex contrarijs: Frugalitas bonũ, luxuria eñ malũ. Si maloꝝ cauſa bellũ eſt, erit emẽdatio pax. Si ueniã meret qui imprudẽs nocuit, nõ meretur præmiũ qui imprudens profuit. Ex repugnãtibus: Qui eſt ſtultus, ſapiẽs nõ eſt. Ex conſequentibus, ſiue adiunctis: Si iuſtitia eſt bonum, recte iudicandũ. Si malum perfidia, non eſt fallendũ. Idem retro: Nec ſunt his diſſimilia, ideoq; huic loco ſubijcienda, cum & ipſa naturaliter congruant. Quod quis non habuit, nõ perdidit. Quẽ quis amat, ſciens nõ lædit. Quem quis hæredẽ ſuum eſſe uoluit, chaꝝ habuit, habet, habebit. Sed cũ ſint indubitata, uim habent penè ſignorum immutabilium. Sed conſequẽtia dico ἀκόλουθα, eſt eñ conſequens ſapientiæ bonitas, illa ſequentia ἐπαγόμενα, quæ poſtea facta ſunt, aut futura. Nec ſum de nominibus anxius, uocet eñ ut uoluerit quiſq;, dũ uis rerum ipſa manifeſta ſit, appareatq́; hoc temporis, illud eſſe naturæ. Itaq; non dubito hæc quoq; conſequentia, quamuis ex prioribus dent argumentum ad ea quæ ſequunt, quoꝝ quidam duas ſpecies eſſe uoluerunt, Actionis, ut pro Oppio: Quos educere inuitos in prouinciam non potuit, eos inuitos retinere qui potuit? Temporis, in Verrem: Si finem prætoris edicto afferunt calendæ Ianuarij, cur non initiũ quoq; edicti naſcatur à calendis Ianuarijs? Quod utrunq; exemplum tale eſt, ut idem in diuerſum, ſi retro agas, ualeat. Cõſequens eſt eñ eos, qui in uiti duci non potuerunt, inuitos non potuiſſe retineri. Illa quoq; quæ ex rebus mutuã cõfirmationem præſtantibus ducuntur, quæ proprij generis quidam uideri uolunt, & uocant ἐκ τῶν πρὸς ἄλλα, Cicero ex rebus ſub eandẽ rationem uenientibus, fortè conſequentibus iunxerim: Si portorium Rhodijs locare honeſtum eſt, & Hermocreonti cõducere, & qđ diſcere honeſtũ, & docere. Vnde illa non hac rõne dicta, ſed efficiẽs idem, Domitij & qđ diſcere honeſtũ, & docere. Vnde illa non hac rõne dicta, ſed efficiẽs idem, Domitij Afri ſententia eſt pulchra: Ego accuſaui, uos damnaſtis. Eſt inuicẽ conſequens, & qđ ex diuerſis idẽ oñdit, ut qui mundũ naſci dicit, per hoc ipm & deficere ſignificat, qa deficit oñe qđ naſcit. Simillima eſt his argumentatio, qua colligi ſolẽt ex ijs quæ faciunt, ea quæ efficiunt, aut contrà, qđ gñs à cauſis uocãt. Hæc interim neceſſario fiunt, interim plerũq;, ſed non neceſſario. Nam corpus in lumine utiq; umbrã facit, & umbra ubicũq; eſt, ibi corpus eſſe oſtẽdit. Alia ſunt, ut dixi, nõ neceſſaria, uel utrinq;, uel ex altera parte: Sol colorat, non utiq; qui eſt coloratus, à ſole eſt. Iter puluerulentũ facit, ſed nec oñe iter puluerẽ mouet, nec quiſq; eſt puluerulentus, ex itinere eſt. Quæ utiq; talia faciunt, talia ſunt. Si ſapia bonũ uiꝝ facit, bonus uir eſt utiq; ſapiens. Ideoq; boni eſt honeſte facere, mali, turpiter: & qui honeſte faciũt, boni; qui turpiter, mali recte iudicant. At exercitatio plerũq; robuſtũ

corpus facit,ſed non quiſquis eſt robuſtus,exercitatus,nec quiſquis exercitatus, robuſtus eſt: Nec quia fortitudo præſtat ne mortẽ timeamus,quiſquis mortem nõ timuerit,uir fortis erit exiſtimandus. Nec ſi capitis dolorẽ facit,inutilis hominibus ſol eſt. Et hæc ad hortatiuum genus maxime pertinẽt. Virtus facit laudẽ,ſequenda igitur, & uoluptas infamiam,fugienda igitur. Recte autẽ monemur, cauſas non utiq; ab ultimo eſſe repetendas,ut Medea: Vtinam ne in nemore Pelio. Quaſi uero id eam fecerit miſeram,aut nocentem,q; illic ceciderit abiegna ad terram trabes. & Phylocteta Paridi: Si imperaſſes tibi,ego nunc non eſſem miſer. Quo modo peruenire quo libet,retro cauſas legentibus licet. His illud adñcere ridiculum putarẽ,niſi eo Cicero uteretur, quod coniugatum uocant, ut eos qui rem iuſtam faciant,iuſte facere,quod certe non eget probatione. Quod compaſcuum eſt, compaſcere licere. Quidam hæc quæ uel ex cauſis,uel ex efficientibus diximus,alieno nomine uocant ἐκβάσεις,id eſt exitus. Nam nec hic aliud tractatur,quàm quid ex quoq; eueniat. Appoſita uel comparatiua dicuntur,quæ maiora ex minoribus,minora ex maioribus,paria ex paribus probant. Confirmatur cõiectura ex maiore,Si quis ſacrilegium facit,faciet & furtum. Ex minore,Qui facile ac palàm mentitur,peierabit. Ex pari,Qui ob rẽ iudicandam pecuniam accipit,& ob dicendum falſum teſtimonium accipiet. Iuris cõfirmatio eſt huiuſmodi. Ex maiore, Si adulterum occidere licet,& loris cædere. Ex minore, Si furem nocturnum occidere licet,quid latronem? Ex pari, Quæ pœna aduerſus interfectorem patris iuſta eſt,eadem aduerſus matris. Quorum omnium tractatus uerſatur in ſyllogiſmis. Illa magis finitionibus,aut qualitatibus proſunt. Si robur corporibus bonum non eſt,minus ſanitas. Si furtum ſcelus,magis ſacrilegiũ. Si abſtinentia uirtus,& continentia. Si mundus prouidentia regitur,adminiſtranda eſt reſpub. Si domus ædificari ſine ratione non poteſt, quid agendum in naualium cura & armorum? Ac mihi quidẽ ſufficeret hoc genus,ſed in ſpecies ſecatur. Nam ex pluribus ad unũ, & ex uno ad plura (unde eſt quod ſemel & ſæpius) & ex parte ad totum, & ex genere ad ſpeciem,ex eo quod continet ad id quod continẽt,ut ex difficilioribus ad faciliora,& ex longe poſitis ad propiora, & ad oĩa, quæ contra hæc ſunt,eadem ratione argumenta ducuntur. Sunt eñ & hæc maiora & minora,aut certe uim ſimilem obtinent: quæ ſi proſequamur,nullus erit ea concidendi modus. Infinita eſt eñ rerum comparatio,iucundiora,gratiora,magis neceſſaria,honeſtiora, utiliora. Sed omittamus plura,ne in eam ipſam,quam uito,loquacitatẽ incidam. Exemplorũ quoq; ad hæc infinitus eſt numerus,ſed pauciſſima attingam. Ex maiore,pro Cecinna: Qui exercitus armatos mouet,is aduocationẽ togatorum nõ uidebit mouiſſe? Ex faciliore,in Clodium & Curionẽ: Ac uide,an facile fieri tu potueris,cũ is factus non ſit, cui tu conceſſiſti. Ex difficiliore: Vide quæſo Tubero,ut qui de meo facto non dubitem,de Ligarij audeam cõfiteri. Et ibi: An ſperãdi Ligario cauſa nõ ſit,cũ mihi apud te locus ſit, etiam pro altero deprecandi? Ex minore,pro Cecinna: Ita ne uero ſcire eſſe armatos ſat eſt, ut uim factã probes,in manus eorũ incidere nõ eſt ſatis? Ergo, ut breuiter contrahã ſummam,ducunt argumẽta à perſonis,cauſis,locis,tpe (cuius tres partes diximus,præcedẽs, coniunctũ,inſequẽs) facultatibus (quibus inſtrumentũ ſubiecimus) modo,id eſt, ut qcq; ſit factum,finitione,gñe,ſpecie, differentibus,proprijs,remotione,diuiſione,initio,incrementis,ſumma,ſimilibus,diſſimilibus,pugnantibus,conſequentibus,efficiẽtibus,effectis, euentis,iugatis,comparatione,quæ in plures diducit ſpecies. Illud adñciendũ uidet,duci argumẽta non à confeſſis tantum,ſed etiam à fictione,quam Græci καθ' ὑπόθεσιν uocant. Et quidem ex omnibus ñſdem locis,quibus ſuperiora,quia totidem ſpecies eſſe poſſunt, fictæ,quot ueræ. Nam fingere hoc loco,id eſt proponere aliquid, qđ ſi ueri ſit,aut ſoluat quæſtionẽ,aut adiuuet. Deinde id de quo quæritur,facere illi ſimile. Id quo facilius accipiant iuuenes,nondũ ſcholam egreſſi,primo familiaribus magiſq; uſitatis exẽplis oſtendã: Lex eſt,qui parentes non aluerit,uinciatur. Non alit quis,& uincula nihilominus recuſat. Vtitur fictione,ſi miles,ſi infans ſit,ſi reipublicæ cauſa abſit. Et illa contra optionẽ fortiũ, ſi tyrannidẽ petat,ſi templorum euerſionem. Plurimumq; uirium ea res habet contra ſcriptũ. Vtitur his Cicero pro Cecinna: Vnde tu,aut familia,aut procurator tuus,ſi me uilli

cus tuus ſolus deieciſſet? Si uero ne habeas quidē ſeruum præter eum qui me deiecerit. Et alia in eodem libro plurima. Verum eadē fictio ualet & ad qualitates: Si Catilina cū ſuo conſilio nefariorum hominū, quos ſecum eduxit, hac de re poſſet iudicare, condēnaret Lucium Murænam. Et ad amplificationem: Si hoc tibi inter cœnā, in illis immanibus poculis tuis accidiſſet. Sic, & ſi reſpub. uocē haberet. Has ferè ſedes accepimus probationum in uniuerſum, quas nec generatim tradere ſat eſt, cū ex qualibet eaꝝ innumerabilis argumentorum copia oriatur, nec per ſingulas ſpecies exequi patitur natura rerꝝ, qđ qui ſunt facere conati, duo pariter ſubierunt incōmoda, ut & nimium dicerent, nec tamen totum. Vnde plurimi cū in hos inexplicabiles laqueos inciderunt, omnē etiam quem ex ingenio ſuo potuerant habere conatū, uelut aſtricti certis legū uinculis, perdiderunt, & magiſtrū reſpicientes, naturam ducē ſequi deſierunt. Nam ut per ſe non ſufficiet ſcire, oēs probationes, aut à perſonis, aut à rebus peti, quia utrunq; in plura diuidit, ita ex antecedentibus, & iunctis, & inſequentib. trahenda eſſe argumēta, qui acceperit, protinus in hoc ſit inſtructus, ut quid in quaq; cauſa dicendū ſit, ex his ſciat, præſertim cū plurimæ probationes in ipſo cauſarꝝ complexu reperiantur, ita ut ſint cum alia lite nulla communes. Eæq; ſint potentiſſimæ, & minime obuiæ, quia communibus ex præceptis propria inuenienda ſunt. Hoc genus argumentorꝝ ſanè dicamus ex circūſtantia, quia περίστασιν dicere aliter nō poſſumus, uel ex ijs, quæ cuiuſq; cauſæ ꝓpria ſunt, ut in illo adultero ſacerdote, q lege qua unius ſeruādi poteſtatē habebat, ſe ipſe ſeruare uoluit, ꝓpriū eſt cōtrouerſiæ dicere. Nō unū nocentē ſeruabis, quia te adultero dimiſſo adulteram occidere non licebit. Hoc em̄ argumentum lex facit, quæ prohibet adulteram ſine adultero occidi. Et illa in qua lata eſt lex, ut argentarij dimidium ex eo qđ debebant, ſoluerent, creditū ſuum totū exigerēt. Argentarius ab argentario ſolidum petit. Proprium ex materia eſt argumētum creditoris. iccirco adiectum eſſe in lege, ut argentarius totū exigeret. Aduerſus em̄ alios nō opus fuiſſe lege, cum oēs præterquam ab argētarijs totū exigendi ius haberent. Cum multa aūt nouāntur in omni gñe materiæ, tū præcipue in his quæſtionibus, quæ ſcripto conſtant, quia uocum eſt in ſingulis ambiguitas frequens, adhuc in coiunctis magis. Et hæc ipſa pluriū legū aliorúmve ſcriptorꝝ, uel cōgruentiū, uel repugnantium complexu uarient, neceſſe eſt cum res rei, aut ius iuris, quaſi ſignum eſt: Nō debui tibi pecuniam, nunq̄ me appellaſti, uſuram non accepiſti, ultrò à me mutuatus es. Lex eſt, qui patri proditionis reo non affuerit, exhæres ſit. Negat niſi ſi pater abſolutus ſit, qđ ſignit. Lex altera, Proditiōis dānatus, cū aduocato exulet. Cicero pro Cluentio P. Popiliū, & Tiberium Guttā dicit non iudicij corrupti, ſed ambitus eſſe damnatos, qđ ſignit. ꝙ accuſatores eorꝝ, qui erāt & ipſi ambitus damnati, è lege ſint poſt hanc uictoriam reſtituti. Nec minus in hoc curæ debet adhiberi, qđ proponendum, quàm quō ſit, quod propoſueris, probandum. Hic omnino uis inuētionis ſi non maior, certe prior. Nam ut tela ſuperuacua ſunt neſcienti quid petat, ſic argumēta, niſi præuideris cui rei adhibenda ſint, hoc eſt, qđ comprehendi arte non poſſit. Ideoq; cū plures eadem didicerint, gñibus quidem argumētorꝝ ſimilibus utent, alius tñ alio plura, quibus utatur, inueniet. Sit exempli gratia propoſita controuerſia, quæ minime communes cum alijs quæſtiones habet: Cū Thebas euertiſſet Alexander, inuenit tabulas, quibus centū talēta mutuo Theſſalis dediſſe Thebanos continebat. Has quia erat uſus cōmilitio Theſſalorum, donauit ijs ultrò, poſtea reſtituti à Caſſandro, repoſcunt Thebani Theſſalos (apud Amphictyonas agitur) centum talēta, & credidiſſe eos conſtat, & non recepiſſe. Lis omnis ex eo, ꝙ Alexander ea Theſſalis donaſſe dicit, pendet, cōſtat quoq; illud, nō eſſe ijs ab Alexandro pecuniam datam. Quærit ergo, an perīde ſit qđ datū eſt, acſi pecuniam dederit. Quid proderunt argumentorꝝ loci, niſi hæc prius uidero, nihil eū egiſſe donādo, nō potuiſſe donare, nō donaſſe? Et prima quidē actio facilis ac fauorabilis, repetētiū iure quod ui ſit ablatum. Sed hinc aſpera, & uehemens quæſtio exorit de iure belli, dicentibus Theſſalis, hoc regna, populos, fines gentiū, atq; urbium cōtineri. Inueniēdum contrà eſt, quo diſtet hæc cauſa à cæteris, quæ in poteſtatē uictoris uenirēt, nec circa ꝓbationem res hæret, ſed circa ꝓpoſitionē, Dicamus primū in eo, qđ in iudiciū deduci pōt, nihil ualere

ius belli, nec armis erepta, nisi armis posse retineri. Itaq; ubi illa ualeant, nō esse iudicem, ubi iudex sit, illa nihil ualere. Hoc inueniendū est, ut adhiberi possit argumētum. Ideo captiuos si in patriā suā redierit, liberos eē, qa bello parta nō nisi eadē ui possideant. Proprium est & illud causæ, qđ Amphictyones iudicāt, ut alia apud centūuiros, alia apđ iudicē priuatum in ijsdē quæstionibus rō sit. Tum scdo gradu, non potuisse donari à uictore ius, quia id demū sit eius qđ teneat: ius, qđ sit incorporale, apprehēdi manu nō posse. Hoc reperire difficilius, q̄ cū inueneris, argumētis adiuuare, ut alia sit cōditio hæredis, alia uictoris, qa ad illū ius, ad hunc res transeat. Proprium deide materiæ, ius publice crediti trāsire ad uictorē non potuisse, quia qđ populus crediderit, oīmbus debeat: & q̄diu qlibet unus supfuerit, eē eum totius summæ creditorē. Thebanos aūt non oēs in Alexandri manus uenisse. Hoc nō extrinsecus probat, quæ uis est argumēti, sed ipm p se ualet. Tertij loci pars prior magis uulgaris, Nō in tabulis esse ius, idq; multis argumentis defendi potest. Mens quoq; Alexandri duci debet in dubiū, honorarit eos, an deceperit. Illud iā rursus materiæ ppriū, & uelut nouæ cōtrouersiæ, q̄ restitutiōe recepisse ius, etiāsi qđ amiserint, Thebani uident. Hic & qd Cassander uelit quærit. Sed uel potētissima apud Amphictyonas æqui tractatio est. Hæc non iccirco dico, q̄ inutilē horū locorū, ex quibus argumēta ducunt, cognitionē putē, alioqui nec tradidissem, sed ne siqui cognouerint ista, si cætera negligant, p fectos se protinus, atq; cōsummatos putēt, & nisi in cæteris, quæ mox p̄cipienda sunt, elaborauerint, mutā quandā sciam se cōsecutos intelligant. Nec em̄ artibus editis factū est, ut argumēta inueniremus, sed dicta sunt oīa anteq̄ p̄ciperent, mox ea scriptores obseruata, & collecta ediderunt. Cuius rei probatio est, q̄ exēplis eorū ueteribus utunt, & ab oratoribus illa repetunt, ipsi nullū nouū, & qđ dictū non sit, inueniūt. Artifices ergo illi, qui dixerunt. Sed habenda ijs quoq; grā est, p quos labor nobis detractus est. Nā quæ priores būficio ingenij singula inuenerunt, nobis & nō sunt requirēda, & nota oīa. Sed nō magis hoc sat est, q̄ palæstrā didicisse, nisi corpus exercitatione, cōtinentia, cibis, ante oīa natura iuuet. Sicut cōtrà, ne illa quidē satis sine arte p̄fuerint. Illud quoq; studiosi eloquētiæ cogitent, neq; omnibus in causis ea quæ demōstrauimus, cuncta posse reperiri, neq; cum p posita fuerit materia dicendi, scrutāda singula, & uelut ostiatim pulsanda, ut sciant, an ad probandum id quod intēdimus, fortè respōdeant, nisi cum discunt, & adhuc usu carēt. Infinitam em̄ faciet ipsa res dicēdi tarditatem, si semper sit necesse, ut tētantes unumquodq; eorum quod sit aptum, atq; cōueniens, experiēdo noscamus. Nescio an etiam impedimēto futura sint, nisi & animi quædam ingenita natura, & studio exercitata uelocitas, recta nos ad ea quæ cōueniunt causæ, ferant. Nam ut cantus uocis plurimum iuuat sociata neruorū cōcordia, si tñ tardior manus, nisi inspectis, dimēsisq; singulis, quibus quæq; uox fidibus iungēda sit, dubitet, potius fuerit esse contētum, eo quod simplex canēdi natura tulerit. Ita huiusmodi præceptis debet qdē apta esse, & citharæ mō intenta rō doctrinæ, sed hoc exercitatione multa cōsequendum, ut quēadmodum illorū artificum, etiamsi aliò spectēt, manus tñ ipsa cōsuetudīe ad graues, acutos, mediosq; horū sonos ferē, sic oratoris cogitationē nihil moreē hæc uarietas argumētorū, & copia quasi offerat se, et occurrat: et ut literæ syllabæq; scribētium cogitationem nō exigunt, sic rōes sponte quadam sequantur.

De exemplis Caput XI.

TErtium est gñs ex ijs quæ extrinsecus adducunt in causam, Græci uocant παράδειγμα, quo noīe & gñaliter usi sunt in omni similium appositione, & specialiter in ijs, quæ rerum gestarū autoritate nituntur. Nostri ferè similitudinē uocari maluerunt, qđ ab illis παραβολὴ dicitur, hoc alterum, exemplum, quanq̄ & hoc simile est, & illud exemplum. Nos quo facilius ppositū explicemus, utrūq; παράδειγμα esse credamus, & ipsi appellemus exēplum. Nec uereor, ne uidear repugnare Ciceroni, q collationē separet ab exemplo. Nam idē argumentationē diuidit in duas partes, inductionē & ratiocinationē, ut plerīq; Græcorum in παραδείγματα, & ἐπιχειρήματα, dixeruntq; παράδειγμα ῥητορικὴν ἐπαγωγήν. Nam illa, qua plurimum est Socrates usus, hanc habuit uiam, cū plura interrogasset, quæ confiteri aduersario necesse eēt, nouissime id de quo quærebat, inferebat, cui simile cōcessisset. Id est

inductio. Hoc in ratiocinatione fieri non potest. Sed quod illic interrogatur, hic ferè sumi tur. Sit igitur illa interrogatio talis: Quod est pomum gñosissimum? nonne quod optimum? concederet. Quis equus generosissimus? nonne qui optimus? & plura in eundem modum, deinde cuius rei gra rogatū est, quid homo? nōne is gñosissimus qui optimus, fa tendum erit? Hoc in testiū interrogatione ualet plurimum, in oone perpetuā dissimile est, etem sibi ipse respōdet orator, Quod pomū generosissimum? puto qđ optimū, & quis equus? qui uelocissimus, ita hominum, non qui claritate nascendi, sed qui uirtute maxime excellet. Omnia igit ex hoc genere sumpta, necesse est aut similia esse, aut dissimilia, aut contraria. Similitudo assumit interim & ad orationis ornatū. Sed illa cū res exiget. Nunc ea quæ ad probationē pertinent, exequar. Potentissimum aūt est inter ea, quæ sunt huius generis, qđ proprie uocamus exēplum, id est rei gestæ, aut ut gestæ utilis ad psuadēdum id quod intenderis, cōmemoratio. Intuendum igit, totum simile sit, an ex parte, ut aut oia ex eo sumamus, aut quæ utilia erūt. Simile est, Iure occisus est Saturninus, sicut Gracchi. Dissimile, Brutus occidit liberos proditionem molietes, Manlius uirtutē filij morte mul ctauit. Contrarium, Marcellus ornamenta Syracusanis hostibus restituit, Verres eadē so cijs abstulit. Et probandox & culpandox ex his confirmatio eosdē gradus habet. Etiam in ijs quæ futura dicemus, utilis similium admonitio est, ut siquis dicens Dionysium iccir co petere custodes salutis suæ, ut eox adiutus armis tyrannidē occupet, hoc referat exem plum, eadē ratione Pisistratum ad dominationē peruenisse. Sed ut sunt exempla interim tota similia, ut hoc proximum, sic interim ex maiorib. ad minora, ex minoribus ad maiora ducuntur: Si propter matrimonia uiolata urbes euersæ sunt, quid fieri adultero par est? Tibicines cum ab urbe discessissent, publice reuocati sunt, quanto magis principes ciuita tis uiri, & bene de repub. meriti, cum inuidiæ cesserint, ab exilio reducendi? Ad exhorta tionem uero præcipue ualent imparia. Admirabilior in fœia quàm in uiro uirtus. Quare si ad fortiter faciēdum accendat aliquis, non tm afferet momēti Horatius & Torquatus, quantum illa mulier, cuius manu Pyrrhus est interfectus, & ad moriendū non tam Cato, & Scipio, quàm Lucretia, quod ipsum est ex minoribus ad maiora. Singula igit horū ge nerum ex Cicerone (nam unde potius?) exempla ponamus. Simile hoc est pro Muræna: Etem mihi ipsi accidit, ut cū duob. patritijs, altero improbissimo, altero modestissimo at que optimo uiro peterem, superaui tm dignitate Catilinam, gratia Galbam. Maius minoris pro Milone: Negant intueri lucē esse fas ei, qui à se hominē occisum esse fateat, in qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea quæ primum iudicium de capite uidit M. Horatij fortissimi uiri, qui nondum libera ciuitate, tm populi Ro. comitijs liberatus est, cum sua manu sororē esse interfectam fateretur. Minus maioris, Occidi non Spurium Melium, qui annona leuanda, iacturaq; rei familiaris, quia nimis amplecti ple bem uidebatur, in suspicionē incidit regni appetendi, & cætera, deinde: sed eum (auderet enim dicere cū patriam periculo liberasset) cuius nefandum adulterium in puluinarib⁹. Et, totus in Clodium locus. Dissimile ex se plures causas habet, fit em gñe, modo, tēpore, loco, cæterisq;, per quæ ferè omnia Cicero præiudicia, quæ de Cluentio uidebant facta, subuertit. Contrario uero exēplo cēsoriam notam, laudando censorē Africanum, qui eū, quem peierasse conceptis uerbis palam dixisset, testimoniū etiam pollicitus, si quis cōtra diceret, nullo accusante traducere equū passus esset. Quæ qa erāt longiora, nō suis uerbis exposui. Breue aūt apud Vergilium contrarij exemplum est: At non ille satum quo te mē tiris Achilles, Talis in hoste fuit Priamo. Quædam aūt ex ijs quæ gesta sunt, tota narrabi mus, ut Cicero pro Milone: Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exerci tu C. Marij, propinquus eius imperatoris, ab eo interfectus est, cui uim afferebat. Facere em probus adolescens periculose, q̄ perpeti turpiter maluit, atq; hūc ille summus uir sce lere solutum periculo liberauit. Quædam significare satis erit, ut idem ac pro eodem: Ne que enim posset ille Hala Seruilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius, aut me cōsule, senatus non nefarius haberi, si sceleratos interfici nefas esset. Hæc ita dicent, prout nota erunt, uel utilitas causæ, aut decor postulabit, Eadē rō est eox, quæ ex poeticis fabulis ducunt, nisi

ꝙ ĩs minus affirmationis adhibeť,cuius usus qualis esse deberet,idē optimus autor,ac magister eloquentiæ ostendit.Nam huius quoꝙ generis eadem in oratione reperietur exemplū.Itaꝙ hoc iudices non sine causa,etiam fictis fabulis doctissimi hoīes memoriæ ꝓdiderunt,eū,qui patris ulciscendi causa matrē necauisset,uariatis hoīm sententiis,nō solum diuina,sed etiam sapientissimæ deæ sententia liberatum. Illæ quoꝙ fabulæ, quæ etiamsi ab Aesopo originem non acceperunt (Nam uideť earum primus autor Hesiodus)nomine tñ Aesopi maxime celebrantur,ducere animos solent, præcipue rusticoꝝ,& impitorum: q & simplicius quæ ficta sunt audiunt,& capti uoluptate,facile ĩs quibus delectanť, consentiunt. Siquidē & Menenius Agrippa,plebem cum patribus in gratiam tradiť reduxiſ se,nota illa de mēbris humanis aduersus uentrē discordantibus fabula:& Horatius,ne in poemate quidem humilē usum huius generis putauit:Olim qđ uulpes ægroto cauta leoni,αἶνον græci uocant,& αἰσωποποιὸν τον,&,ut dixi,λόγους μυθικούς. Nostrorum quidam non sane recepto in usum nomine apologationem,cui confine est παροιμίας genus illud,qđ est uelut fabella breuior,& per allegoriam accipiť, Nos nostrum,inquit,onus,uos clitellas.

Proximas exemplo uires habet similitudo, præcipueꝙ illa,quæ duciť citra ullam translationum mixturam ex rebus pene paribus,Vt q accipere in campo consueuerunt,ĩs candidatis,quoꝝ nummos suppressos esse putant,inimicissimi solent esse,sic hmōi iudices infesti tum reo uenerant. Nam παβολή,quam Cicero collationem uocat, longius res, quæ comparantur,repetere solet,nec hominum modo inter se opera similia spectanť, ut Cicero ꝓ Muræna facit:Quod si è portu soluentibus,qui iam in portum ex alto inuehunť,ꝑdicere summo studio solent,& tempestatum ratiōē, & prædonum,& locorum(ꝙ natura fert,ut ĩs faueamus,q eadem pericula,quibus nos perfuncti sumus, ingredianť)quo metandē animo esse oportet,prope iam ex magna iactatione terram uidentem,in hūc, cui uideo maximas tēpestates esse subeundas? Sed παβολὴ à mutis, atꝙ etiam inanimis interim hmōi ducitur.Et quoniam similium alia facies in tali ratione,admonendum est,rarius esse in oratione illud genus,quod εἰκόνα, græci uocant(in quo exprimitur rerum,aut personarū imago,ut Cassius, Quis istam faciem planipedis senis torquens)quā id quo probabilius fit qđ intendimus,ut si animum dicas excolendum,similitudine utaris terræ,quæ neglecta sentes atꝙ dumos,exculta fructus creat,aut si ad curā Reipu.horteris,ostēdas apes etiam formicasꝙ non mō muta,sed etiam parua animalia, in commune tamen laborare. Ex hoc genere ductum est illud Ciceronis, Vt corpora nostra sine mēte,ita ciuitas sine lege,suis partibus,ut neruis,ac sanguine,& mēbris uti non potest.Sed ut hoc corpis humani ꝓ Cluentio,ita pro Cornelio equoꝝ,pro Archia saxoꝝ quoꝙ est usus similitudine. Illa(ut dixi)propiora,Vt remiges sine gubernatore,ita milites sine impatore nihil ualere. Solent tamen fallere similitudinū species,ideoꝙ adhibendū est his iudicium. Neꝙ enim ut nauis utilior noua quàm uetus,sic amicitia,uel ut laudāda quæ pecuniā suam pluribus largiť,ita quæ formā. Verba sunt in his similia,largitionis & uetustatis,uis quidē lōge diuersa,pecuniæ & amicitiæ.Itaꝙ in hoc gñe maxime quæriť,an simile sit qđ inferť.Etiam in illis interrogatiōibus Socratis,quaꝝ paulo añ feci mentionē,cauendū, ne incaute rīdeas,ut apud Aeschinē Socraticū male rīdit Aspasia Xenophōtis uxor.Qđ Cice.his uerbis trāsfert:Dic mihi q̄so Xenophōtis uxor,si uicina tua melius habeat auꝝ,q̄ tu habes,utrū ne illius,an tuū malis? illius inqt.Quid? si uestē,& cæteꝝ ornatum muliebrē,ꝑtī maioris habeat q̄ tu habes,tuū ne,an illius malis? rīdit,illius uero.Agesis,inqt,si uiꝝ illa meliorē habeat q̄ tu habes,utꝝ ne tuū uiꝝ malis,an illius? hic mulier erubuit,& merito:male em̄ rīderat,se malle alienū auꝝ quàm suū. Nam est id improbū.At si rīdisset,se malle aurū suū tale esse,quale illud esset,potuisset pudice rīdere,malle se uiꝝ suū talē esse,qualis melior esset. Scio quosdā inani diligētia p minutissimas ptes ista secuisse,& aliqd esse simile minus,ut simia hoī,& marmora deformata prima manu,aliqd plus,ut illud, Non ouum tā simile ouo.Et dissimilibus inesse simile,ut formicæ & elephāto genus,qa sunt aīalia.Et similibus dissimile,ut canibus catulos,& matribus hœdos,differūt em̄ ætate.Contrarioꝝ quoꝙ aliter accipi oppositā,ut noctē luci,aliter noxia,ut aquam frigidam febri,aliť repu

gnantia, ut uex falso, aliter disparata, ut dura nō duris. Sed quid hæc ad p̄sens propositū magnopere ptineant, nō reperio. Illud est annotandū magis, argumēta duci ex iure simili, ut Cice. in topicis: Ei cui domus usus fructus relictus sit, nō restituturo hæredē, si corruerit, quia nō restituat seruū, si is decesserit. Ex cōtrario, nihil obstat quo minus iustū matrimoniū sit mēte coeuntiū, etiāsi tabulæ signatæ nō fuerint. Nihil em̄ p̄derit signasse tabulas, si mentē matrimonij nō fuisse cōstabit. Ex dissimili, quale est Ciceron. p Cecinna, ut, Siquis me exire domo coegisset armis, haberē actionē: si quis introire p̄hibuisset, nō haberē. Dissimilia sic deprehendunt̄, non si is q argentū oē legauit, uideri pōt signatam quoq; pecuniam reliquisse, ideo etiā qđ est in nobis, dari uoluisse credit̄. Ἀναλογίαν quidam à simili separauerūt, nos eam subiectā huic generi putamus. Nam ut unū ad decē, sic decē ad centū, simile certe est, & ut hostis, sic malus ciuis. Quanq̄ hic ulterius quoq; p̄cedere solent. Si turpis dominæ cōsuetudo cū seruo, turpis dñi cū ancilla, si mutis aīalibus finis uoluptas, idē hoī. Cui rei facillime occurrit ex dissimilibus argumētatio. Non idē ē dñm cū ancilla coisse, qđ dominā cū seruo. Nec si mutis finis uoluptas, rōnabilibus quoq;, imò ex contrario, quia mutis, ideo non rōnabilibus. Adhibet extrinsecus in causam & autoritas. Hæc secuti græcos, à quibus κρίσεις dicunt̄, iudicia aut iudicationes uocant, non de quibus ex causa dicta sententia est (Nam ea quidē in exemplo locū cedunt) sed si quid ita uisum gentibus, populis, sapientibus uiris, claris ciuibus, illustribus poetis, referri pōt. Ne hæc quidem uulgo dicta, & recepta p̄suasione populari sine usu fuerint testimonia. Sūt enim quodammodo uel potētiora, etiam q̄ non causis accōmodata, sed liberis odio & gr̄a mentibus, ideo tm̄ dicta factaq;, quia aut honestissima, aut uerissima uidebant̄. An uero me de incōmodis uitæ differentē, non adiuuabit eax p̄suasio nationū, quæ fletibus natos, lætitia defunctos prosequunt̄? Aut si miscdiam cōmendabo iudici, nihil p̄derit q̄ prudētissima ciuitas Athenienſiū, nō eam p̄ affectu, sed p̄ numine accepit? Nam illa septem p̄cepta sapientū, nonne quasdā uitæ leges existimamus? Si causam ueneficij dicat adultera, nō Marci Catonis iudicio dānata uideat̄, q nullam adulteram nō eandē esse uenefícam dixit? Iam sentētijs quidē poetax nō oīones mō sunt refertæ, sed libri etiā philosophox. Qui quanq̄ inferiora oīa p̄ceptis suis, ac lr̄is credūt, repetere tm̄ autoritatē à plurimis uersibus nō fastidierūt. Neq; est ignobile exēplū, Megareos ab Atheniēsibus cū de Salamine cōtenderēt, uictos Homeri uersu, q tm̄ ipse nō in oī editione reperit̄, significās Aiacē naues suas Athenienſibus iunxisse. Ea quoq; quæ uulgo recepta sunt, hoc ipso q̄ incertū autorē hn̄t, uelut oīm fiunt, quale est, Vbi amici, ibi opes: Et, conscientia mille testes: Et apud Ciceronem, Pares aūt (ut est in uetere p̄uerbio) cū paribus facillime congregant̄. Neq; em̄ durassent hæc in æternū, nisi uera oībus uiderent̄. Ponit̄ à quibusdam, & quidē in parte prima, deorum autoritas, quæ est ex responsis, ut Socratē esse sapientissimum. Id rarum est. tamen utitur eo Cicero in libro de haruspicum respōsis: Et in concione cōtra Catilinam, cum signum Iouis columnæ impositum populo ostēdit. Et p̄ Ligario, cum causam C. Cæsaris meliorem, quia dn̄ hoc iudicauerint, confitet̄. Quæ cum propria causæ sint, diuina testimonia uocant̄, cū aliunde accersunt̄, argumēta. Nonnunq̄ contingit iudicis quoq;, aut aduersarij, aut eius, q ex diuerso agit, dictū aliquod aut factū assumere ad eox, quæ intendimus, fidem. Propter qđ fuerunt qui exēpla, & has autoritates, probationum inartificialium esse arbitrarentur, q̄ ea non inueniret orator, sed acciperet. Plurimum autem refert. Nam testis & quæstio, & his similia, de ipsa re, quæ in iudicio est, pronūtiant. Extra petita, nisi ad aliquā præsentis disceptationis utilitatem ingenio applicantur, nihil p̄ se ualēt.

De usu argumentorum. Caput. XII.

HAec fere de probatione uel ab alijs tradita, uel usu percepta in hoc tempus sciebam. Nec mihi fiducia est, ut ea sola esse contendam, quinimo hortor ad quærendū, & inueniri posse fateor, quæ tamē adiecta fuerint, non multum ab his abhorrebunt. Nunc breuiter quemadmodū sit utendum his, subiungam. Traditum fere est, argumentū oportere esse confessum. Dubijs enim probari dubia qui possunt? Quædam tamen, quæ in alterius rei probatiōem ducimus, ipsa probanda sunt, Occidisti uirum. Eras em̄ adultera, Prius de

adulterio conuincendũ est,ut cum id cœperit esse pro certo,fiat incerti argumentum:Spi culum tuum in corpore occisi inuẽtum est. negat suum. Vt probationi prosit,probandũ est.Illud hoc loco monere inter necessaria est,nulla esse firmiora, quã quæ ex dubijs facta sunt certa.Cædes à te facta est,cruẽtam em̃ uestẽ habuisti.Non est tam graue argumentũ si fatet,quã si conuincit. Nam si fatet,multis ex causis potuit cruẽta esse uestis. Si negat, hic causæ cardinem ponit,in quo si uictus fuerit,etiam in sequentibus ruit.Non em̃ uide tur in negando mẽtiturus fuisse,nisi desperasset id posse defendi,si confitereť.Firmissimis argumentoꝝ singulis instandum,infirmiora congreganda sunt,quia illa per se fortia nõ oportet circũstantibus obscurare,ut qualia sunt appareant,hæc imbecilla natura,mutuo auxilio sustinent.Itaq; si nõ possunt ualere quia magna nõ sunt,ualebũt quia multa sunt, quæ ad eiusdẽ rei probationem omnia spectant.ut siquis hæreditatis gratia hominem oc cidisse dicat: Hæreditatem sperabas,& magnam hæreditatem,& pauper eras,& tum ma xime à creditoribus appellabaris,& offenderas eum,cuius hæres eras,& mutatuꝝ tabulas sciebas. Singula leuia sunt,& cõmunia,uniuersa uero nocent,etiamsi non ut fulmine, ta men ut grandine.Quædã argumenta ponere satis non est,adiuuanda sunt,ut si cupiditas causa sceleris fuit,quæ sit uis eius,ira,quantũ efficiat in animis hominum talis affectio. ita & firmiora erũt ipsa,& plus habebũt decoris, si non nudos,& uelut carne spoliatos artus ostenderint.Multũ etiam refert,si argumento nitemur odij,utrum hoc ex inuidia fit,an ex iniuria,an ex ambitu,uetus an nouũ,aduersus inferiorem, parem, an superiorem, alienũ, an propinquũ. Suos habent oñia ista tractatus,& ad utilitatem partis eius,quã tuemur, referenda sunt.Nec tñ omnibus semper,quæ inuenerimus,argumentis honorandus est iu dex,quia & tædium afferunt,& fidem detrahunt. Neq; em̃ potest iudex credere satis esse ea potentia,quæ non putamus ipsi sufficere,q dicimus.In rebus uero apertis argumẽtari tam sit stultum,quã in clarissimũ solem mortale lumẽ inferre. His quidam ꝓbationes ad ijciunt,quas παϑητικὰς uocant, ductas ex affectibus. Atq; Aristoteles quidẽ potẽtissimum putat ex eo q dicit,si sit uir optimus,qđ ut optimum est,ita longe quidem,sed sequitur ta mẽ uideri.Inde em̃ illa nobilis Scauri defensio,Q. Varius Sucronensis ait,Aemiliũ Scau rum Rempub.Po.Ro.prodidisse.Aemilius Scaurus negat.Cui simile quiddã fecisse Iphi crates dicit,qui cum Aristophõtem,quo accusante similis criminis reus erat,interrogas set,an is accepta pecunia rempub.proditurus esset,isq; id negasset:Quod igit (inquit) tu non fecisses,ego feci? Intuendum aũt,& qui sit apud eũ apud quẽ dicimus,& id,quod illi maxime probabile uideat,requirẽdum. Qua de re locuti sumus,& in prooemijs,& in suasoriæ præceptis.Altera ex affirmatione ꝓbatio est,Ego hoc feci,tu mihi hoc dixisti. Et ò facinus indignum,& similia,quæ non debent deesse quidẽ orationi: & si desunt multum nocent,non tñ habenda sunt inter magna præsidia,cum hoc in eadem causa fieri ex utra q; parte similiter possit. Illæ firmiores ex sua cuiusq; persona probationes, quæ credibilẽ rõnem subiectam hñt,ut uulneratus,aut filio orbatus,non fuerit aliũ accusaturus q̃ nocẽ tem,qñ si negotiũ innocẽti facit,liberet eum noxa q admiserit.Hinc & patres aduersus li beros,& aduersus suos quisq; necessarios,autoritatẽ petũt.Quæsitũ etiã,potẽtissima argu mẽta primo ne ponẽda sint loco,ut occupẽt aĩos,an summo,ut inde dimittant,an partita prĩo summoq;,ut Homerica dispositiõe in medio sint infirma,an à minimis crescãt. Quæ prout rõ causæ cuiusq; postulabit,ordinabunt,uno (ut ego cẽseo) excepto,ne à potentissi mis ad leuissima decrescat oño.Ego hæc breuit demonstrasse contentus,ita posui, ut locos ipsos,& gña,q̃ possem aptissime ostendere.Quidã executi sunt uerbosius,q bus placuit,ꝑ posita locoꝝ communiũ materia,quo quæq; res mõ dici posset,oñdere. Sed mihi supua cuum uidebat.Nam & fere apparet qd in iniuriã,quid in auaritiam,qd in testẽ inimicũ, quid pro teste amico dicendũ sit.Et de omnibus his oĩa dicere infinitũ est, tam hercule, q̃ si controuersiaꝝ,quæ sunt,quæq; futuræ sunt,quæstiões, argumẽta, sñias tradere uelim. Ipsas aũt argumentorum uelut sedes,non me quidem omnes ostendisse cõfido, plurimas tamen.Qđ eo diligentius faciendũ fuit,quia declamationes quibus ad pugnam forẽsem uelut ꝑpilatis exerceri solebamus,olim iam ab illa uera imagine orãdi recesserũt,atq; ad

ſolam cõpoſitæ uoluptatem neruis carent, non alio mediusfidius uitio dicẽtium, quã quo mancipiorum negotiatores formæ puerorum uirilitate exciſa lenocinant. Nam ut illi robur ac lacertos, barbamq; ante omnia, & alia, quæ natura propria maribus dedit, parũ exiſtimant decora, quæq; fortia, ſi liceret, forent, ut dura molliũt, ita nos habitũ oronis ipm uirilẽ, & illam uim ſtricte, robuſteq; dicendi, tenera quadam elocutionis cute opimus, & dũ leuia ſint, ac nitida, quantũ ualeant nihil intereſſe arbitramur. Sed mihi naturã intuẽti nemo non uir ſpadone formoſior erit. Nec tam auerſa unquam uidebitur ab ope ſuo pui dentia, ut debilitas inter optima inuenta ſit. Nec id ferro ſpecioſum fieri putabo, qd ſi naſceretur, monſtrum erat. Licet iuuet ipſum effœminati ſexus mendacium, nunquam tamẽ hoc continget malis moribus regnum, ut ſi qua pretioſa fecit, fecerit & bona. Quapropter eloquẽtiam licet hanc (ut ſentio em̃ dicam) libidinoſam, reſupinam, uoluptate auditoria probent, nullam eſſe exiſtimabo, quæ ne minimum quidem in ſe indiciũ maſculini, & incorrupti, ne dicam grauis, & ſancti uiri, oſtendet. At uero ſtatuarũ artifices, pictoresq; clariſſimi, cũ corpora quamſpecioſiſſima fingendo, pingendo ue effingere cuperent, nunquã tñ in hunc inciderunt errorem, ut Bagoam, aut Megabyzum aliquem, in exemplum operis aſſumerent ſibi, ſed doryphoron illum, aptum uel militiæ, uel palæſtræ, aliorũ quoq; iuuenum bellicoſorum, & athletarum corpora decorare exiſtimauerũt. Nos qui oratorẽ ſtudemus effingere, non arma, ſed tympana eloquentiæ demus. Igitur & ille, quẽ inſtituimus, adoleſcens, quàm maxime poteſt, componat ſe ad imitationẽ ueritatis, inituruſq; frequenter forenſium certaminũ pugnam, iam in ſchola uictoriam ſpectet, & ferire uitalia, ac tueri ſciat, & præceptor id maxime exigat, & inuentum præcipue probet. Nam ut ad peiora iuuenes laude ducunt, ita laudari in bonis gaudent. Nunc illud mali eſt, q neceſſaria plerunq; ſilentio tranſeunt, nec in dicendo uidet inter bona utilitas. Sed hæc & in alio nobis tractata ſunt ope, & in hoc ſæpe repetenda. Nunc ad ordinẽ inceptum reuertamur.

De refutatione. *Caput .XIII.*

REfutatio duplicit accipi poteſt. Nam & pars defenſoris tota eſt poſita in refutatiõe, q quæ dicta ſint, ex diuerſo debent utrinq; diſſolui, & hæc ẽ ppríe, cui in cauſis quartus aſſignat locus. Sed utriuſq; ſimilis conditio eſt. Neq; uero ex alĩs locis ratio argumentorum in hac parte peti põt, quàm in confirmatione, nec locorũ, aut ſententiarũ, aut uerborũ, & figurarũ alia conditio eſt. Affectus plerũq; hæc ps mitiores habet. Non ſine cauſa tamẽ, difficilius ſp eſt creditũ (quod Cicero ſæpe teſtat) defendere, quàm accuſare. Primũ, quod eſt res illa ſimplicior. Proponitur em̃ uno mõ, uarie diſſoluitur, cum accuſatori ſatis ſit plerunq; uerũ eſſe id, qd obiecerit. Patronus neget, defendat, tranſferat, excuſet, depreceť, molliat, minuat, auertat, deſpiciat, derideat. Quare indirecta fere, atq; (ut ſic dixerim) clamoſa eſt actio. Hinc mille flexus, & artes deſiderant. Tum accuſator p̃meditata plerasq; domo affert. Patronus etiam inopinatis frequenter occurrit. Accuſator dat teſtẽ. Patronus ex re ipſa refellit. Accuſator criminũ inuidia, & ſi falſa ſit, materiã dicẽdi trahit, de parricidio, ſacrilegio, maieſtate, quæ patrono tm̃ neganda ſunt. Ideoq; accuſationibus etiam mediocres in dicẽdo ſuffecerũt, bonus defenſor nemo, niſi q eloquẽtiſſimus fuit. Nam ut qd ſentio ſemel finiã, tanto eſt accuſare quã defendere, quanto facere, q̃ ſanare uulnera, facilius. Plurimũ aũt refert, & qd protulerit aduerſarius, & quo mõ. Primũ igit intuendum eſt id, cui reſponſuri ſumus, propriũ ſit eius iudicij, an ad cauſam extra accerſitũ. Nam ſi ẽ proprium, aut negandum, aut defendendũ, aut transferendum: extra hæc in iudicĩs fere nihil eſt. Depcatio quidẽ quæ eſt ſine ulla ſpecie defenſionis, rara admodum, & apud eos ſolos iudices, q nulla certa forma pnuntiãdi tenent, quanq̃ illæ quoq; apd Caiũ Cæſarẽ, & triũuiros p diuerſarũ partiũ hoĩbus actiões, etiã ſi pcibus utunt, adhibẽt tñ patrocinia, niſi hoc nõ fortiſſime defendẽtis ẽ, dicere: Quid aliud egimus Tubero, niſi ut qd hic põt, nos poſſemus? Qd ſiqñ apd principẽ, aliũue, cui utrũ uelit liceat, dicemus: dignũ quidẽ morte eũ p quo loquemur, clemẽtia tñ ſeruandũ eẽ uel talẽ. Primũ oĩm nõ erit res nobis cũ aduerſario, ſed cũ iudice, deinde forma deliberatiuæ magis materiæ, quã iudicialis utemur. Suadebimus em̃ ut laudẽ humanitatis potius, q̃ uoluptatẽ ultionis, cõcupiſcat. Apd

iudices ſcdm leges dicturos ſniam,de cõfeſſis ꝑcipere ridiculũ eſt.Ergo quæ neq; negari, neq; transferri pñt,utiq; defendenda ſunt,qualiacũq; ſint,aut cauſa cedendũ.Negandi du plicẽ oſtendimus formam,aut nõ eſſe factũ,aut non hoc eſſe,qđ factũ ſit.Quæ neq; defen di,neq; transferri pñt,utiq; neganda,nec ſolũ ſi finitio põt eſſe pro nobis,ſed etiam,ſi nu da inficiatio ſupeſt.Teſtes erunt. Multa in eos dicere licet.chirographum.de ſimilitudine lrarum differendũ. Vtiq; nihil erit peius q̃ confeſſio. Vltima eſt actionis controuerſia,cũ defendendi,negandi ue nõ eſt locus,tranſlatio. Atqui quædam ſunt,quæ nec negari,nec defendi,nec transferri poſſunt.Adulterij rea eſt,quæ cũ anno uidua fuiſſet,enixa eſt,lis nõ erit. Quare illud ſtultiſſime præcipiẽ,quod defendi non poſſit,ſilentio diſſimulandum,ſi quidem eſt id,de quo iudex pronũtiaturus eſt.At ſi extra cauſam ſit adductum,& tñ con iunctum,malim quidẽ dicere, nihil id ad quæſtionem, nec eſſe in his morandũ, & minus eſſe, q̃ aduerſarius dicit,tñ uelut huic ſimulationi obliuionis ignoſcam. Debet em̃ bonus aduocatus pro rei ſalute breuẽ negligentiæ reꝑhenſionem non pertimeſcere.Videndum etiam,an ſimul nobis plura aggrediẽda,an amolienda ſingula.Plura ſimul inuadimus,ſi aut tam infirma ſunt,ut pariẽ impelli poſſint,aut tam moleſta,ut pedẽ conferre cũ ſingu lis non expediat.Tum em̃ toto corpore enitendũ,& ut ſic dixerim,detecta fronte pugnan dũ eſt.Interim ſi reſoluere exꝑte diuerſa dicta difficilius erit,noſtra argumenta cũ aduer ſariorũ argumentis conferemus,ſi mõ hoc,ut ualentiora uideantur,effici poterit.Quæ ue ro turba ualebunt,diducenda erunt,qđ pauloante dixi. Eras hæres, & pauper,& magna pecunia appellabaris à creditoribus,& offenderas,& mutatuꝝ tabulas teſtamenti ſciebas. Vrgent uniuerſa.At ſi ſingula quæq; diſſolueris,iam illa flamma,quæ magna cõgerie cõ ualuerat,diductis quibus alebaẽ, concidet. Vt ſi uel maxima flumina in riuos diducanẽ, qualibet tranſitũ præbent. Itaq; ꝓpoſitio quoq;,ſcdm hanc utilitatem accõmodabitur,ut ea nunc ſingula oſtẽdamus,nunc cõplectamur uniuerſa. Nam interim qđ pluribus colle git aduerſarius,ſatis eſt ſemel ꝓponere,ut ſi multas cauſas faciendi qđ arguit,reo dicet ac cuſator fuiſſe,nos non enumeratis ſingulis ſemel hoc intuẽdum negemus, quia nõ quiſq; cauſam faciendi ſceleris habuit,& fecerit. Sæpius aũt accuſatori congerere argumẽta,reo diſſoluere,expediet.Id aũt,quod erit ab aduerſario dictum,quo mõ refutari debeat,intuẽ dum eſt.Nam ſi erit palam falſum,negare ſatis eſt,ut pro Cluẽtio Cicero, eum quẽ dixe rat accuſator epoto poculo concidiſſe, negat eodẽ die mortuum. Palam etiam contraria & ſuperuacua,& ſtulte reprehendere nullius artis eſt.Ideoq; nec rõnes eorũ,nec exempla tradere neceſſe eſt. Id quoq; (obſcuꝝ uocant) qđ ſecreto,& ſine teſte,aut argumẽto dicit factum,ſatis natura ſua infirmũ eſt.Sufficit enim q̃ aduerſarius non probat. Itẽ ſi ad cau ſam non ptinet.Eſt tñ interim oratoris efficere,ut quid aut contrarium eſſe, aut à cauſa di uerſum,aut incredibile,aut ſuperuacuũ,aut noſtræ potius cauſæ uideaẽ eſſe coniunctum. Obijcitur Oppio,qđ militum cibarijs detraxerit, aſperũ crimen, ſed contrarium oſtendit Cicero,quia ijdẽ accuſatores obiecerunt Oppio,q̃ is uoluerit largiendo corrũpere exerci tum.Teſtes in Corneliũ accuſator lecti à tribuno codicis pollicẽ,facit hoc Cicero ſuper uacuum,quia ipſe fateatur.Petit accuſationẽ in Verrem Quintus Cæcilius,q̃ fuerat quæ ſtor eius,ipm̃ Cicero ut pro ſe uideretur,effecit. Cætera quæ proponunẽ,communeis lo cos habent. Aut em̃ coniectura excutiunẽ,an uera ſint,aut finitione,an propria,aut quali tate,an inhoneſta,iniqua,improba,inhumana,crudelia,& cætera, quæ ei generi accidũt. Eaq; non mõ in propoſitionibus,aut rationibus, ſed in toto gñe actionis intuenda, an ſit crudelis,ut Labieni in Rabiriũ lege perduellionis. Inhumana, ut Tuberonis Ligariũ exu lem accuſantis,atq; id agẽtis,ne ei Cæſar ignoſcat. Supba,ut in Oppiũ ex epiſtola Cottæ reum factũ. Proinde præcipites,inſidioſæ,impotentes deꝑhenduntur.Ex qbus tñ fortiſſi me inuaſeris,quod eſt aut omnibus periculoſum,ut dicit Cicero ꝓ Tullio:Quis hoc ſtatu it unq̃,aut cui cõcedi ſine ſummo oĩm periculo poteſt,ut eũ iure potuerit occidere,à quo metuiſſe ſe dicat,ne ipſe poſterius occideret? Aut ipſis iudicibus,ut ꝓ Oppio monet plu ribus,ne illud actionis genus in equeſtrẽ ordinẽ admittant.Nonnunq̃ tñ quædã bene con temnunẽ,uel tanq̃ leuia,uel tanq̃ ad cauſam nihil pertinentia,Multis hoc locis facit Cice

ro. Sed hæc simulatio interim hucusq; ꝓcedit, ut quæ dicẽdo refutare nõ possumus, quasi fastidiendo calcemus. Qm̃ uero maxima ps eorꝝ similibus cõstat, rimandũ erit diligẽtissime, quid sit in quoq; qd assumit̃ dissimile. Id in iure facile deꝓhenditur. Est em̃ scriptũ de rebus utiq; diuersis, tantoq; magis ipsa rerꝝ differẽtia põt esse manifesta. Illas uero similitudines quæ ducunt̃ ex mutis aĩalibus, aut inanimis, facile est eludere. Exẽpla rerꝝ uarie tractanda sunt si nocebũt, quæ si uetera erunt, fabulosa dicere licebit: sin uera, maxime quidẽ dissimilia. Neq; em̃ fieri põt ut paria sint oĩa, ut si Nasica post occisum Gracchũ defendatur exẽplo Halæ, à quo Melius est interfectus, Meliũ regni affectatorẽ fuisse, à Graccho leges mõ latas esse populares, Halam magistrꝝ equitum fuisse, Nasicam priuatũ esse dicat̃. Si defecerint omnia, tum uidendũ erit an obtineri possit, ne illud quidẽ recte factũ. Quod de exemplis, idem etiam de iudicatis obseruandum. Quod autẽ posui, referre quo quicq; accusator mõ dixerit, huc ꝓtinet, ut si est minus efficaciter locutus, ipsa eius uerba ponantur: si acri & uehemẽti usus fuerit oratione, eandem rem nostris uerbis mitioribus ꝓferamus, ut Cicero de Cornelio, Codicẽ attigit, & protinus cum quadam defensione, ut si ꝓ luxurioso dicendum sit, Obiecta est paulo liberalior uita. Sic & pro sordido parcũ, & pro maledico liberum dicere licebit. Vtiq; nunquã committendum est, ut aduersariorum dictum cum sua cõfirmatione referamus, aut etiam loci alicuius executiõe adiuues, nisi cũ eludenda, Apud exercitũ mihi fueris, inquit, tot annis forũ nõ attigeris, abfueris tamdiu, & cũ tam longo interuallo ueneris, cum ĩjs qui in foro habitarunt, de dignitate contẽdas.

Præterea in contradictionibus, interim totũ crimen exponitur, ut Cicero ꝓ Scauro contra Bostarẽ facit, uelut orationẽ diuersæ partis imitatus. Aut pluribus ꝓpositionibus iunctis, ut ꝓ Vareno, Cum iter per agros, & loca sola faceret cum Populeno, in familiam Anchariana incidisse dixerũt, deinde Populenũ occisum esse, ilico Varenum uinctum, adseruatum, dum hic ostenderet, quid de eo fieri uellet. Qd̃ est utiq; faciendum, si erit incredibilis rei ordo, & ipsa expositione fidẽ perditurus. Interim per partes dissoluit̃, quod cõtextu nocet, & plerũq; id est tutius. Quædam contradictiones natura sunt singulæ. Id exẽplis non eget. Communia bene apprehendunt̃, non tantum quia utriusq; sunt partis, sed quia plus prosunt respondẽti. Neq; enim pigebit, quod sæpe monui, referre, cõmune qui prior dicit, contrarium facit. Est enim cõtrarium quo aduersarius bene uti potest. At em̃ non uerisimile est tantũ scelus M. Cottam esse commentum. Quid? hoc uerisimile est tantum scelus Oppium esse conatũ? Artificis autem est inuenire in actiõe aduersarĩj, quæ inter semetipsa pugnent, aut pugnare uideantur, quæ aliqñ ex rebus ipsis manifesta sunt, ut in causa Cæliana, Clodia aurum se Cælio commodasse dicit, quod signũ magnæ familiaritatis est, uenenũ sibi paratum, qd̃ summi odĩj argumentum est. Tubero Ligarium accusat, quod is in Africa fuerit, & queritur ꝙ ab eo ipse in Africam nõ sit admissus. Aliquando uero præbet eius rei occasionẽ, minus considerata ex aduerso dicentis ofo, quod accidit præcipue cupidis sententiarꝝ, ut ducti occasione dicẽdi, non respiciant quid dixerint, dum locum præsentẽ, non totam causam intuentur. Quid tam uideri potest cõtra Cluentiũ quàm censoria nota? Quid tam contra eundẽ, quàm filiũ ab Egnatio corrupti iudicĩj, quo Cluẽtius Oppianicum circũuenisset, crimine exhæredatum? Ad hæc Cicero pugnare inuicem ostẽdit. Sed tu Acci consideres, censeo diligenter, utrum censorium iudicium graue uelis esse, an Egnatĩj. Si Egnatĩj, leue est qd̃ censores de cæteris subscripserũt. Ipm̃ enim Egnatium, quem tu grauem esse uis, de senatu eiecerunt. Sin autẽ censorium hunc Egnatium, quem pater censoria subscriptione exhæredauit, censores in senatu, cũ patrem reiecissent, retinuerũt. Illa magis uitiose dicunt̃, quàm acute reꝓhendunt̃, argumentũ dubium pro necessario, cõtrouersum ꝓ confesso, commune pluribus pro proprio, uulgare, supuacuum, serius constitutum, contra fidẽ. Nam & illa accidunt parum cautis, ut crimẽ augeant, qd̃ probandũ est, de facto disputẽt, cum de autore quæratur, impossibilia aggrediantur, pro effectis relinquant uixdum inchoata, de hoĩe dicere, quã de causa malint, hominũ uitam rebus assignent, ut si quis decemuiratum accuset, nõ Appiũ, manifestis repugnent, dicant ꝙ aliter accipi possit, summam quæstionis non intueant̃, nõ ad proposita re-

ſpondeant. Quod unum aliquando recipi poteſt, cum mala cauſa adhibitis extrinſecus rẽ mediꝭs tuenda eſt, uel cũ peculatus Verres reus fortiter, & induſtrie tutatus cõtra piratas Siciliam dicit. Eadẽ aduerſus contradictiones nobis oppoſitas p̃cepta ſunt. Hoc tñ amplius, ꝙ circa eas multi duobus uitiꝭs diuerſis laborant. Nam q̃dam etiam in foro tanq̃ moleſtam rẽ & odioſam prætereũt, & iꝭs plerũq̃, quæ cõpoſita domo attulerũt, contenti fine aduerſario dicũt, & ſi licet multo magis in ſcholis, in quib. non ſolũ contradictiones omittunt, uerũetiam ipſæ materiæ ſic plerũq̃ fingũtur, ut nihil dici p̃ altera parte poſſit. Aliꝭ diligentia lapſi, uerbis etiam uel ſentẽtiolis oĩbus reſpondendũ putant, qđ eſt & infinitũ, & ſuperuacuũ: non em̃ cauſa reprehenditur, ſed actor, quẽ ego ſp uideri mallẽ ſic diſertũ, ut ſi dixerit quod rei profuerit, ingenꝭ credatur laus eſſe, non cauſæ, ſiqñ fortè non lædat, cauſæ non ingenꝭ culpa. Itaq̃ illæ reprehenſiones, aut obſcuritatis, qualis in Rullũ fuit, aut infantiæ in dicendo, qualis in Piſonẽ, aut inſcitiæ rei, uerborumq̃, & inſulſitatis etiam, qualis in Antoniũ eſt, accõmodãtur iuſtis odiꝭs, ſuntq̃ utiles ad conciliandũ iꝭs, quos inuiſos facere uolueris, odiũ. Alia reſpondendi patronis ratio, & aliqñ non eoꝝ ratio modo, ſed uita etiã, uultus deniq̃, inceſſus, habitus recte incuſari ſolet. Vt aduerſus Quintiũ Cicero õn hæc ſolũ, ſed ipſam etiam prætextã demiſſam ad talos inſectatus eſt. Preſſerat em̃ turbulẽtis concionib. Cluẽtium Quintius. Nonnunq̃ eleuandæ inuidiæ gratia, quæ aſperius dicta ſunt, eludunt, ut à Cice. Triarius. Nam cũ Scauri columnas per urbẽ plauſtris uectas eſſe dixit, Ego porrò, inquit, q̃ Albanas habeo columnas, clitellis eas apportaui. Et magis hoc in accuſatores conceſſum eſt, quibus cõuiciari aliqñ patrocinii fides cogit. Illa uero aduerſus oẽs & recepta, & non inhumana conqueſtio, ſi callide qđ tacuiſſe, breuiaſſe, obſcuraſſe, diſtuliſſe dicunt. Defenſionis quoq̃ permutatio reprehendit ſæpe, ſicut Accius aduerſus Cluentiũ, Aeſchines aduerſus Cteſiphõtem, cũ ille Ciceronẽ legeꝭ uſuꝝ modo, hic minime de lege dicturꝝ Demoſthenẽ querit. Declamatores uero in primis ſunt admonendi, neu contradictiones eas ponant, quibus facillime reſponderi poſſit, neu ſibi ſtultũ aduerſarium fingãt. Facimus aũt, ꝙ maxime huberes loci, popularesq̃ ſententiæ naſcunt, materiã dicendi nobis quò uolumus ducentib. ut nõ ſit ille inutilis uerſus:

Non male reſpondit, male enim prior ille rogarat.

Fallet hæc nos in foro cõſuetudo, ubi aduerſario, nõ ipſi nobis reſpõdebimus. Aiũt Acciũ interrogatũ, cur cauſas nõ ageret, cũ apud eũ in tragœdiꝭs tãta uis eẽt optĩe rñdendi, optime hãc reddidiſſe rõnem, ꝙ illic ea dicerent, quæ ipſe uellet, in foro eẽnt dicturi aduerſarii, quæ minime uellet. Ridiculũ eſt ergo in erercitationib. quæ foro p̃parant, prius cogitare qđ rñderi, q̃ qđ ex diuerſo dici poſſit. Et bonus p̃ceptor nõ minus diſcipulũ laudare debet, ſi qđ pro diuerſa, q̃ ſi quid pro ſua parte acriter excogitauit. Rurſus aliqđ in ſcholis p̃mittendũ ſp, in foro rarò. Nã loco à petitore primo cõtradictione uti qui poſſumus, ubi uera res agit, cũ aduerſarius adhuc nihil dixerit? Incidũt tñ pleriq̃ in hoc uitiũ, uel cõſuetudine declamatoria, uel etiã cupiditate dicẽdi, dantq̃ de ſe rñdentibus uenuſtiſſimos luſus, cũ mõ ſe uero nihil dixiſſe, nec tã ſtulte dicturos, mõ bñ admonitos ab aduerſario, & agere gr̃as, ꝙ adiuti ſint, iocant. Frequentiſſime uero, id qđ firmiſſimũ eſt, nunq̃ iꝭs reſpõſurũ aduerſariũ fuiſſe, quæ propoſita non eſſent, niſi ſciret illa uera eſſe, & ad fatendũ conſcientia eſſet impulſus, ut pro Cluẽtio Cicero: Nam hoc perſæpe dixiſti, tibi ſic renuntiari, me habere in aĩo cauſam hanc præſidio legis defendere, ita ne eſt? ab amicis imprudentes uidelicet p̃dimur, & eſt neſcio qs de iꝭs, quos amicos eẽ arbitramur nobis, qui noſtra cõſilia ad aduerſarium deferat. Quiſnam tibi hoc renũtiauit? quis tã improbus fuit? cui aũt ego narraui? nemo (ut opinor) in culpa eſt, nimiꝝ tibi iſtud lex ipſa renũtiauit. At quidã cõtradictione non contẽti, totos etiã locos explicant. Scire ſe hoc dicturos aduerſarios, & ita perſecuturos. Quod factũ uenuſte tẽporibus noſtris eluſit Vibius Criſpus, uir ingenꝭ iucundi, & elegantis. Ego uero, inquit, iſta nõ dico. Quid em̃ attinet illa bis dici? Nonnũquam tamẽ aliquid ſimile contradictioni poni poteſt, ſi quid ab aduerſario teſtationib. cõprehenſum, in aduocationibus iactatum. Reſpondebimus em̃ rei ab illis dictæ, non à nobis excogitatæ, aut ſi id genus erit cauſæ, ut p̃ponere poſſimus certa, extra quæ nihil dici

possit,ut cum res furtiua in domo deprehensa sit,dicat necesse reus, aut se ignorante illa tam,aut depositam apud se,aut donatam sibi,quibus oĩbus etiam si proposita non sint,responderi põt. At in scholis recte,& interpellationibus & contradictionibus occurremus, ut in utrunq; locũ,id est primũ & secũdum,simul exerceamur:quod nisi fecerimus,nunq̃ utemur contradictione. Non em̃ erit cui respondeamus. Est & illud uitium nimium soliciti,& circa omnia momenta luctantis. Suspectam enim facit iudici causam, & frequẽter quæ statim dicta oñem dubitationẽ sustulissent, dilata ipsis præparationibus fidem perdunt,quia patronus & alijs crediderit opus fuisse. Fidutiam igit orator præ se ferat, sp̃q; ita dicat,tanquam de causa optime sentiat. Quod (sicut omnia) in Cicerone præcipuum est. Nã illa summa cura securitatis est similis, tantaq; in oratione autoritas, ut probationis locum obtineat,dubitare nobis non audentibus. Porrò qui scierit,qd pars aduersa,qd nostra habeat ualentissimum,facile iudicabit, quibus maxime rebus,uel occurrẽdum sit,uel instandum. Ordo quidẽ in parte nulla minus affert laboris. Nam si agimus,nostra cõfirmanda sunt primum,tum quæ nostris opponunt,refutanda. Si respondemus, prius incipiendum est à refutatione. Nascunt autẽ ex ijs,quæ contradictioni opposuimus,aliæ contradictiones,euntq; interim longius,ut gladiatorum manus,quæ secũdæ uocant,fiunt & tertiæ,si prima ad euocandũ aduersarij ictum prolata erit,& quartæ,si geminata captatio est,ut bis etiam cauere,bis repetere oportuerit. Quæ ratio & ultrà ducit. Sed illam etiam quam suprà ostendi,simplicẽ ex affectibus,atq; ex affirmatione sola probationem recipit refutatio,qualis est illa Scauri,de qua dixi suprà. Quin nescio,an etiam frequẽtior ubi qd negat. Videndũ præcipue utriq; parti,ubi sit rei summa. Nã ferè accidit, ut in causis multa dicantur,de paucis iudicet. In his probandi,refutandiq; ratio est, sed adiuuãda uiribus dicentis,& adornanda. Quamlibet em̃ sint ad docendũ qd uolumus accõmodata, tamen erunt infirma,nisi maiore quodam oratoris spiritu impleant. Quare & illi cões loci,de testibus,de tabulis,de argumẽtis,alijsq; similibus magnam uim animis iudicũ afferunt, & ñ ꝓprij,qbus factũ qdq; laudamus,aut contrà,iustũ uel iniustum docemus,maius aut minus,asperius aut mitius. Ex his aũt alij ad probationẽ singulorũ argumentorũ faciunt, alij ad pluriũ,alij ad totius causæ inclinationẽ. Ex quib. sunt q̃ præparẽt aĩm iudicis,sunt qui confirmẽt. Sed præparatio quoq; aut confirmatio aliqñ totius causæ est, aliqñ partiũ, & proinde,ut cuiq; conueniũt,subijcienda. Ideoq; miror inter duos diuersarũ sectarũ uelut duces non mediocri contẽtione quæsitũ,singulis ne quæstionibus subijciẽdi essent loci,ut Theodoro placet,an prius docẽdus iudex q̃ mouendus,ut p̃cipit Apollodorus,tanq̃ perierit hæc ratio media,& nihil cũ ipsius causæ utilitate fit deliberandũ. Hæc præcipiũt,q ipsi non dicũt in foro,ut artes à securis,otiosisq; cõpositæ,ipa pugnæ necessitate turbent. Nanq; oẽs ferè qui legẽ dicendi quasi quædã mysteria tradiderũt,certis nõ inueniendorũ mõ argumẽtorũ locis,sed concludendorũ quoq; nos præceptis alligauerũt,de quibus breuissime prælocutus,qd ipse sentiã. i. quid præclarissimos oratores fecisse uideã,nõ tacebo

Quibus constet epichirema,& quomodo refellatur. *Caput* .XIIII.

IGitur enthymema,& argumentũ ipsum,id est rẽ, quæ ꝓbationi alterius adhibet appellãt,& argumẽti elocutionẽ. Eã uero (ut dixi) duplicẽ: Ex consequẽtibus,qd habet propositionẽ,coniunctamq; ei ꝓtinus probationẽ,quale pro Ligario: Causa tũ dubia,q erat aliqd in utraq; parte,qd ꝓbari posset,nũc etiam melior ea iudicanda est,quã dñ adiuuerunt. Habet em̃ rationẽ,& ꝓpositionẽ,non habet conclusionẽ. Ita est ille imperfectus syllogismus. Ex pugnantibus uero,qd etiam solum enthymema quidam uocant,fortior multò probatio est. Tale est Ciceronis ꝓ Milone: Eius mortis sedetis ultores, cuius uitã si puretis per uos restitui posse,nolitis. Quod quidẽ etiã aliqñ multiplicari solet, ut est ab eodẽ,& pro eodẽ reo factũ. Quem igitur cũ aliqua gra noluit,hunc uoluit cum aliquorũ querela, quem iure,quem loco,quẽ tempore non est ausus,hunc iniuria,iniquo loco,alieno tẽpore:,cum periculo capitis nõ dubitauit occidere. Optimũ aũt uidet enthymematis genus cũ propositio dissimili,uel contrario,rõ subiungit,quale Demosthenis: Non em̃ si quid unq̃ contra leges factum est,idq; tu es imitatus, iccirco te cõuenit te pœna liberari,

quin è cõtrario damnari multo magis. Nam ut si quis eoꝝ damnatus esset, tu hæc nõ scripsisses, ita damnatus si tu fueris, nõ scribet alius. Epichirematos, & quatuor, & quinq;, & sex etiam factæ sunt partes à quibusdã, Cicero maxie quinq; defendit, ut sit propositio, deinde ratio eius, tũ assumptio, & eius ꝓbatio, quinta cõplexio. Quia uero interim & ꝓpositio non egeat rõnis, & assumptio ꝓbationis, nonnunq; etiam cõplexione opus nõ sit, quadripartitã, & bipartitã quoq; fieri posse rõcinationẽ, mihi & plurimis nihilominus autoribus tres ad summũ uidentur. Nam ita se habet natura, ut sit de quo quæratur, & per qd probetur, tertium adñci põt uelut ex consensu duoꝝ antecedentiũ. Ita erit prima intentio, secda assumptio, tertia connexio. Nam cõfirmatio primæ, ac secundæ partis exornatio, eisdẽ cedere possunt, quibus subñciunt. Sumamus ex Cice. quinq; partium exemplũ: Melius gubernant ea, quæ cõsilio regunt, q̃ quæ sine cõsilio administrant. Hanc primã partẽ numerant, eã deinceps rõnibus uarijs, & q̃ copiosissimis uerbis approbari putãt oportere. Hoc ego totũ cũ sua rõne unũ puto, alioqui si ratio pars est, est aũt uaria rõ, plures ptes esse dicant. Assumptionẽ deinde ponit. Nihil aũt oĩm reꝝ melius, q̃ oĩs mundus administrat. Huius assumptionis quarto in loco, iam porrò inducunt approbationẽ, de quo idẽ qd suprà, dico. Quinto inducũt loco complexionẽ, quæ aut infert solũ quod ex oĩbus partibus cogit, hoc mõ, Consilio igit mundus administrat, aut unũ in locũ cũ conduxerit breuiter expositionẽ, & assumptionẽ, adiungit quid ex his conficiat, ad hunc modũ: Qd si melius gerunt quæ cõsilio, q̃ quæ sine consilio administrant, nihil aũt oĩm reꝝ melius q̃ oĩs mundus administrat, consilio igit mundus administrat. Cui parti cõsentio. In tribus aũt, quas fecimus partibus, nõ est forma sp eadẽ, sed una in qua idẽ concludit, quod intendit: Anima immortalis est. Nam quicqd ex seipso mouet, immortale est, Anima aũt ex seipsa mouet, Immortalis igit est aĩa. Hoc fit non solũ in singulis argumẽtis, sed in totis causis, quæ sunt simplices, & in quæstiõibus. Nam & hæ primã habẽt expositionẽ. Sacrilegiũ cõmisisti. Non qsqs hoĩem occidit cædis reus tenet. Deinde rõnem. Sed hæc ẽ in causis, & quæstione longior q̃ in singulis argumẽtis, & plerunq; summa cõplexione, uel per enumerationem, uel per breuem conclusionẽ testantur quid effecerint. In hoc genere propositio dubia est. De hac enim quæritur. Altera est complexio non par intentioni, sed uim habẽs parem: Mors nihil ad nos. Nam quod est dissolutum, sensu caret: quod autẽ sensu caret, nihil ad nos. In alio genere, non eadẽ propositio est, quæ connexio: Omnia animalia meliora sunt quàm inanima, nihil aũt melius est mundo, Mundus igit animal. Hic potest uideri de re contẽtio. Potuit eñ sic constitui ratiocinatio: Animal est mũdus, oĩa eñ animalia meliora sunt quàm inanima. Cæteꝝ hæc propositio, aut cõfessa est ut proxima, aut probãda, ut qui beatam uitam uiuere uolet, philosopheꝝ oportet. Non eñ concedit. cætera sequi, nisi confirmata prima parte, non possunt. Est & assumptio interim confessa, ut oẽs autẽ uolunt beatam uitam uiuere. Interim probanda, ut illa, Qd est dissolutũ sensu caret, cũ soluta corpore aĩa, an sit immortalis, uel ad tempus certũ maneat, sit in dubio. Quam assumptionem, alñ rationem uocant, alñ epichirema. Epichirema autem nullo differt à syllogismis, nisi ꝙ illi & plures habẽt species, & uera colligũt ueris. epichirematis frequẽtior circa credibilia est usus. Nã si contingeret sp controuersa cõfessis probare, uix esset in hoc gñe usus oratoris. Nã quid ingenio est opus, ut dicas, bona ad me pertinẽt? Solus eñ sum filius defuncti, uel solus hæres, cũ iure bonoꝝ possessio testati secundũ tabulas testamenti det, ad me igit pertinent. Sed cũ ipsa ratio in quæstionem uenit, efficiendũ est certum id quod probaturi sumus, quod incertum est, ut si ipsa fortè intentione dicat, aut filius non es, aut non es legitimus, aut non es solus. Itemq;, aut hæres non es, aut non iustũ testamentum est, aut capere nõ potes, aut habes cohæredes. Efficiendũ est iustum, propter quod bona adiudicari nobis debeant. Sed tum est necessaria illa summa connexio, cum interuenit oratio largior. Aliqñ sufficiũt intentio ac ratio. Silent leges inter arma, nec se expectari iubẽt, cũ ei q expectare uelit, ante iniusta pœna luenda sit, q̃ iusta repetenda. Ideoq; id enthymema qd est ex consequentib. rationi simile dixerũt. Sed & singula quoq; interim recte ponunt, ut ipm illud, Silẽt leges inter arma, Et à rõne fas est incipere, deinde cõ

cludere, ut idem: Qđ si duodecim tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum aũ tẽ, si se telo defenderet, interfici impune uoluerunt, quis est qui quoquo modo quis interfectus sit, puniendũ putet? Variat aũt hic adhuc, & rursus rõnem tertio loco ponit: cũ uideat aliquando gladiũ nobis ab ipsis porrigi legibus. Prioris aũt partis duxit ordinẽ. Insidiatori aũt & latroni, quæ potest inferri iniusta nex? Hæc intentio. Quid comitatus nris? qd gladiꝰ uolũt? Hæc rõ. Quos habere certe nõ liceret, si uti illis nullo pacto liceret. Hæc ex intentione & rõne connexio. Huic generi ꝓbationis tribus occurritur modis, id est per omnes partes. Aut eñ expugnaẽ intentio, aut assumptio, aut cõclusio, nõnunquam oñia. Sed omnia hæc tria sunt. Intentio expugnatur: Iure occidi eũ, qui insidiatus sit. Nam prima statim pro Milone quæstio est: An sit ei fas lucẽ intueri, qui à se hoẽm necatum esse fateatur. Expugnatur assumptio omnibus ꝛis, quæ de refutatione diximus. Et rõ quidẽ nõnunq̃ est uera, cũ eius propositio uera non sit. Interim ueræ propositionis falsa rõ est: Virtus bonum est, ueꝝ est, si quis rõnem subiꝛciat, ꝙ ea locupletes faciat, ueræ intentionis falsa sit ratio. Connexio aũt uera negaẽ, cũ aliud colligit quàm id, qđ ex prioribus cõficitur, aut nihil ad quæstionẽ dicit pertinere. Non est uera sic: Insidiator iure occidit. Nã qui curauit, ut uim afferat ut hostis, debet etiã ut hostis repelli. Recte igit Clodius, ut hostis occisus est. Non utiq;. Nõdum eñ Clodium insidiatorẽ ostendimus. Sed fit uera connexio: Recte igitur insidiator ut hostis occiditur. Nihil ad nos. Nondum eñ Clodius insidiator apparet. Sed ut potest esse uera cõnexio, & tñ falsa intentio & ratio, ita si illa uera sunt, nũ quam est falsa cõnexio. Enthymema ab aliꝛis oratorius syllogismus, ab aliꝛis pars dr syllogismi, propterea ꝙ syllogismus utiq; conclusionẽ & propositionẽ habet, & per oñes partes efficit, qđ proposuit, enthymema tñ intentum intelligi cõtentum sit. Syllogismus talis: Solum bonũ uirtus. Nam id demum bonũ est, quo nemo male uti potest. Virtute nemo male uti potest, Bonũ est ergo uirtus. Enthymema ex consequentib. Bonũ est uirtus, qua nemo male uti potest. Et contrà: Non est bonũ pecunia. Nõ eñ bonũ, quo quisquam male uti potest. Pecunia põt quis male uti, Nõ igit bonum ẽ pecunia. Enthymema ex pugnantibus: An bonũ est pecunia, qua quisq; põt male uti? Si pecunia, quæ est in argento signato, argentum est, qui argentũ omne legauit, & pecuniam quæ est in argento signato legauit. Argentum aũt omne legauit. Igit & pecuniam quæ est in argento legauit. Habebit formam syllogismi. Oratori satis est dicere: Cũ argentũ legauerit oñe, pecuniã quoq; legauit quæ est in argẽto. Peregisse mihi uideor sacra tradentiũ artes, sed cõsilio locus supereſt. Nanq; ego, ut in oratione syllogismo quidẽ aliquando uti, nefas nõ duco, ita cõstare totã, aut certe cõfertam esse aggressionũ & enthymematũ stipatiõe, minime uelim. Dialogis eñ & dialecticis disputationibus erit similior, q̃ nostri operis actionib. quæ quidem inter se plurimũ differũt. Nanq; illi homines docti, & inter doctos uerum quærẽtes, minutius & scrupulosius scrutantur oña, & ad liquidum confessumq; perducunt, ut qui sibi, & inueniendi, & iudicandi uendicẽt partes, quaꝝ alterã πτικὴν, alteram κριτικὴν uocant. Nobis ad aliorum iudicia componenda est oratio, & sæpius apud omnino imperitos, atq; aliaꝝ certe ignaros literaꝝ loquendũ est: quos nisi delectatione allicimus, & uiribus trahimus, & nonnunq̃ turbamus affectibus, ipsa quæ iusta ac uera sunt, tenere non possumus. Locuples & speciosa uult esse eloquẽtia, quoꝝ nihil consequeẽ, si cõclusionibus certis, & crebris, & in unam propè formã cadentibus concisa, & contemptũ ex humilitate, & odiũ ex quadam seruitute, & ex copia satietatẽ, & ex amplitudine fastidiũ tulerit. Ferat igitur non semitis, sed campis, nõ uti fontes angustis fistulis colliguntur, sed ut latissimi amnes totis uallibus fluat, ac sibi uiam siquando non acceperit, faciat. Nam qd illam miserius legẽ uelut præformatas infantibus literas persequentibus, & ut Græci dicere solẽt, quẽ mater amictum dedit, solicite custodientibus? Propositio, ac conclusio, ex consequentib. & repugnantib. non inspiret, nõ augeat, nõ mille figuris uariet, ac uerset, ut ea nasci, & ipsa ꝓuenire natura non manufacta, & arte suscepta, magistrũ fateri ubiq; uideant? Quis unq̃ sic dixit orator? nõne apud ipsum Demosthenẽ paucissima huiusmodi reperiunt? Quæ apprehensa Græci magis (nam hoc solum nobis peius faciũt) in catenas ligant, & inexplica

bili serie connectunt, & indubitata colligunt, & ꝓbant confessa, & se antiquis per hoc similes uocant. Deinde interrogati, nunq̃ respondebunt quẽ imitent̃. Sed de figuris alio loco. Nũc illud adiiciendũ: ne iis qdẽ consentire me, q sp argumenta sermone puro, & dilucido, & distincto, cæterꝝ minime lato ornatoq; putant esse dicẽda. Nanq; ea distincta quidem, ac perspicua debere esse confiteor, in rebus uero minoribus etiam sermone, ac uerbis q̃maxime propriis, & ex usu. At si maior erit materia, nullum ornatũ iis (qui mõ non obscuret) subtrahẽdum puto. Nam & sæpe plurimũ lucis affert ipsa translatio, cũ etiam ipsi iurisconsulti, quoꝝ summus circa uerborꝝ proprietatẽ labor ẽ, littus audeãt eẽ dicere quaꝝ fluctus alludit. Quoq; quid natura magis asperum, hoc pluribus condiendum est uoluptatibus, & nimis suspecta argumẽtatio dissimulatione, & multum ad fidem adiuuat audientis uoluptas. Nisi fortè existimamus Ciceronem hæc male in ipsa argumẽtatione dixisse: Silere leges inter arma, & gladium nobis interim ab ipsis porrigi legibus. His tamẽ habendus modus, ut sint ornamento, non impedimento.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBRI SEXTI, PROOEMIVM,

in quo de fortuna sua queritur.

NAEC Marcelle Victori, ex tua uoluntate maxime ingressus, tum siqua ex nobis ad iuuenes bonos peruenire posset utilitas, nouissime penè & necessitate quadam officij delegati mihi, sedulo laborabam, respiciens tamen illam curam meæ uoluptatis, qui filio, cuius eminens ingenium, solicitam quoque parentis diligentiam merebatur, hanc optimam partem relicturus hæreditatis uidebar, ut si me (quod æquum & optabile fuit) fata intercepissent, præceptore tamen patre uteretur. At me fortuna id agentem diebus ac noctibus, festinãtemq; metu meæ mortalitatis, ita subito prostrauit, ut laboris mei fructus ad neminẽ minus quàm ad me pertineret. Illum em̃ de quo summa conceperam, & in quo spẽ unicã senectutis meæ reponebã, repetito uulnere orbitatis amisi. Quid nũc agam, aut quẽ ultrà esse usum mei dis reprobantibus credam? nam ita fortè accidit, ut est quoq; librum, quẽ de causis corruptæ eloquẽtiæ emisi, iam scribere aggressus, simili ictu ferirer. Tunc igitur optimum fuit infaustum opus, quicquid hoc est in me infelicium literarum, super immaturꝝ funus cõsumpturis uiscera mea flammis iniicere, neq; hanc impiam uiuacitatẽ nouis insuper curis fatigare. Quis em̃ bonus parens mihi ignoscat, si studere amplius possum? ac nõ oderit hãc animi mei firmitatẽ, si qs in me est alius usus uocis, quàm ut incusem deos superstes oĩm meorꝝ? nullam terras despicere prouidẽtiam tester? si non meo casu, cui tamẽ nihil obiici, nisi q̃ uiuam potest, at illorꝝ certe, quos utiq; immeritos mors acerba damnauit, erepta mihi prius eorundem matre, quæ nondũ expleto ætatis undeuicesimo anno, duos enixa filios, q̃uis acerbissimis rapta fatis, felix decessit. Ego uel hoc uno malo sic eram afflictus, ut me iam nulla fortuna posset efficere felicẽ. Nam cũ oĩmi uirtute, quæ in fœminas cadit, functa sit, insanabilẽ attulit marito dolorẽ, tũ ætate ea puellari, præsertim meæ cõparata, potest & ipsa numerari inter uulnera orbitatis, liberis tũ supstitib. & qd nefas erat, sæua, sed optabat ipsa, me saluo maximos cruciatus præcipitꝝ uia effugit. Mihi filius minor quintum egressus annũ, ut in malis agerem, prior alterꝝ ex duobus eruit lumen. Non sum ambitiosus in malis, nec augere lachrymarꝝ causas uolo, utinamq; esset ratio minuẽdi. Sed dissimulare qui possum, qd illi gratiæ in uultu, quid iucunditatis in sermone, quos ingenij igniculos, quã pstantiam placidæ, & (qd scio uix posse credi tantũ) altæ mentis ostenderit? qualis amorẽ qcunq; alienus infans mereret̃. Illud uero insidiantis, quo me ualidius eruciaret, fortunæ fuit, ut ille mihi blandissimus, me suis nutricib. me auiæ educanti, me oĩbus qui solicitare solent illas ætates, anteferret. Quapropter illi dolori, quem ex matre optima, atq; laudẽ oẽm supgressa paucos ante mẽses cepe ram, gratulor. Minus em̃ est qd flendum meo nomine, q̃ quod illius gaudendũ est. Vna

post hæc Quintiliani mei spe ac uoluptate nitebar, & poterat sufficere solatio. Nō em̄ flo sculos sicut prior, sed iā decimū ætatis ingressus annū, certos atq; deformatos fructus ostē derat, Iuro per mala mea, per infelicē conscīam, per illos manes, numina doloris mei, has me in illo uidisse uirtutes ingenij, non mō ad percipiendas disciplinas, quo nihil p̄stantius cognoui, plurima expertus, studijq; iam tū non coacti (sciūt præceptores) sed probitatis, pietatis, humanitatis, liberalitatis, ut prorsus possit hinc esse tāti fulminis metus, q̄ obser uatū ferè est, celerius occidere festinatā maturitatē, & esse nescio quā, quæ spes tantas de cerpat, inuidiā, ne uidelicet ultrà q̄ homini datum ē, nostra prouehant. Etiā illa fortuita aderant oīa, uocis iucunditas, claritas, oris suauitas, & in utracunq; lingua, tanq̄ ad eam de mū natus esset, expressa p̄prietas oīm literarū. Sed hæc spes adhuc, illa maiora, cōstantia, grauitas, contra dolores etiam ac metus robur. Nam quo ille aīo, qua medicorū admiratio ne, mensiū octo ualetudinē tulit? ut me in supremis cōsolatus est? q̄ etiā deficiēs, quamq; non tunc ipsum illū alienatæ mentis errorē circa solas literas habuit? Tuos ne ego ô meæ spes inanes, labētes oculos, tuum fugientē spiritum uidi? tuū corpus frigidū exangue cō plexus, animam recipere, auramq; cōmunem haurire amplius potui? dignus his cruciati bus quos fero, dignus his cogitationibus. Te ne consulari nuper adoptione, ad omniū spes honorum patris admotū, te auunculo prætori generū destinatū, te oīm spe atticæ eloquē tiæ candidatum, superstes parens habiturus ē tantum ad pœnas? Et si non cupido lucis, certe patientia uindicet te reliqua mea ætate. Nam frustra mala oīa ad crimen fortunæ re legamus. Nemo nisi sua culpa diu dolet. Sed uiuimus, & aliqua uiuēdi ratio quærenda ē, credendumq; doctissimis hoibus, qui unicū aduersorū solatium literas putauerunt. Siquā do tū ita resederit præsens impetus, ut aliqua tot luctibus, alia cogitatio inseri possit, non iniustæ petierim moræ ueniam. Quis em̄ dilata studia miret, quæ potius nō abrupta esse mirandum ē? Tum si qua minus fuerint effecta ijs, quæ leuius adhuc afflicti cœperamus, imperitiæ, aut fortunæ remittant: quæ si quid mediocriū alioqui in nostro ingenio uiriū fuit, ut non extinxerit, debilitauit tū. Sed uel p̄pter hoc nos contumacius erigamus, q̄ illā ut perferre nobis difficile est, ita facile contēnere. Nihil em̄ sibi aduersus me reliquit, & in felicem quidem, sed certissimam tū attulit mihi ex his malis securitatē. Boni autem cōsu lere nostrum laborē uel p̄pter hoc certum est, q̄ in nullum iam p̄prium usum perseuera mus, sed omnis hæc cura ad alienos, ut alienis utilis (si mō quid utile scribimus) spectat. Nos miseri, sicut facultates patrimonij nri, ita hoc opus alijs p̄paramus, alijs relinquemus.

De conclusione seu peroratione. Caput .I.

PEroratio sequebatur, quam cumulum quidam, conclusionē alij uocant. Eius duplex ratio est posita, aut in rebus, aut in affectibus. Rerum repetitio & congregatio, quæ græce dicitur ἀνακεφαλαίωσις, à quibusdam latinorū enumeratio, & memoriam iudicis re ficit, & totū simul causam ponit ante oculos, & etiā si per singula minus mouerat, turba ualet. In hac quæ repetemus q̄ breuissime dicenda sunt, & qđ græco uerbo patet, decurrē dum per capita. Nā si morabimur, non iam enumeratio, sed altera quasi fiet oratio. Quæ autē enumeranda uident, cum pondere aliquo dicenda sunt, & aptis excitanda sentētijs, & figuris utiq; uarianda, alioqui nihil est odiosius recta illa repetitione, uelut memoriæ iudicum diffidētis. Sunt aūt innumerabiles, optimeq; in Verrem Cicero, Si pater ipse iu dicaret, quæ diceret cū hæc probarētur? & deinde subiecit enumerationem: Aut cū idem & in eundē, per inuocationē deorū spoliata à prætore templa dinumerat. Licet & dubita re num quid nos fugerit, & quid responsuri sint aduersarij his & his, aut quam spem accu sator habeat omnibus ita defensis. Illa uero iucundissima, si contingat aliquod ex aduersa rio ducere argumentū, ut si dicas, Reliquit hanc partem causæ, aut inuidia premere malu it, aut ad preces confugit, & merito, cum sciret hæc & hæc. Sed non sunt singulæ species prosequendæ, ne sola uideantur, quæ fortè nunc dixero, cum occasiones & ex causis, & ex dictis aduersariorū, & ex quibusdā fortuitis quoq; oriant. Nec referenda modo nostra, sed postulandum est etiam ab aduersarijs, ut ad quædam respondeant. Id aūt, si & actionis su pererit locus, & ea proposuerimus, quæ refelli non possunt. Nā prouocare quæ inde sint

fortia,non arguentis est,sed monētis. Id unū epilogi genus uisum est plerisq; Atticorū,& philosophis fere oībus,q de arte oratoria scriptū aliquid reliquerunt. Id sensisse Atticos credo,qa Athenis affectus mouere etiam p præconē prohibebat orator. Philosophos minus miror, apud quos uitiū est loco, affici,nec boni mores uident,sic à uero iudicē auerti, nec cōuenire bono uiro uitiis uti. Necessarios tñ affectus fatebunt, si aliter obtineri uera, & iusta,& in cōe profutura non possint. Cæteru illud constitit inter oēs,etiam in aliis partibus actionis,si multiplex causa sit,& pluribus argumentis defensa uirilit,ἀνακεφαλαίωσιν fieri solere. Sicut nemo dubitauerit multas esse causas,in quibus nullo loco sit necessaria,si breues,& simplices fuerint. Hæc pars perorationis accusatori,patronoq; æque cōis est. Affectibus quoq; eisdē fere utunt,sed rarius hic,ille sæpius ac magis. Nam huic cōcitare iudices,illi flectere cōuenit. Ver& accusator habet interim lachrymas ex miseratiōe eius rei, quàm ulciscit,& reus de indignitate calūniæ cōspirationis uehementius interim queritur. Diuidere igit hæc officia commodissimū, quæ plerūq; sunt,ut dixi,procœmio similia,sed liberiora,plenioraq;. Inclinatio em iudicū ad nos petit initio parcius, tū admitti satis est, & oro tota supereſt. In epilogo uero est,qualē aīm iudex in consiliū ferat,& iam nihil amplius dicturi sumus,nec restat quo seruemur. Est igit utrisq; cōe, conciliare sibi,auertere ab aduersario iudicē,concitare affectus,& componere. Et breuissimum quidē hoc præceptum dari utriq; parti pōt, ut totas causæ suæ uires orator añ oculos ponat, & cū uiderit quid iuidiosum,fauorabile,inuisum,miserabile,aut fit in rebus,aut uideri possit,ea dicat, qbus si iudex esset,ipse maxime moueret. Sed certius est ire p singula. Et quæ conciliant quidē accusatorē,in præceptis exordii iam diximus. Quædam tñ,quæ illic oīdere satis ē, in peroratiōe implenda sunt magis,si contra impotentē,inuisum,pniciosum suscepta causa est,si iudicibus ipsis,aut gloriæ dānatio rei,aut deformitati futura absolutio. Nam egregie in Vatinium Caluus,Factū,inquit,ambitū scitis oēs,& hæc uos scire oēs sciunt. Cicero quidē in Verrem etiam emendari posse infamiam iudicio damnato reo,dicit,quod est unū ex supradictis. Metus etiam,si est adhibendus,ut facit idē,hunc habeat locū fortior em,q; in procœmio. Qua de re quid sentirē,alio libro iam exposui. Concitare quoq; inuidiam,odiū,iam, liberius in peroratione contingit, quo& inuidiam gra, odiū turpitudo, iram offensio iudicis facit, si cōtumax,arrogans,securus sit,quia nō ex facto mō,dictoue aliquo,sed uultu,habitu,aspectu moueri solet. Egregieq; nobis adolescētibus dixisse accusator Cossutiani Capitonis uidebat,græce quidē,sed in hunc sensum: Erubescit Cæsarem timere. Summa tñ cōcitandi affectus accusatori in hoc est,ut id qđ obiecit,aut quamatrocissimū, aut etiam si fieri pōt,quāmaxime miserabile esse uideat. Atrocitas crescit ex his, quid factum sit,à quo,in quē,quo animo,quo tpe,quo loco,quo modo, quæ omnia infinitos anfractus habent. Pulsatum querimur,de re primū ipsa dicendum,tum si senex,si puer,si magistratus,si pbus,si bene de Republica meritus,etiam si percussus sit à uili aliquo, contēptoq;,uel ex contrario à potēte nimium,uel ab eo à quo minime oportuit. Et si die forte solenni,aut iis tpibus,cū iudicia huius rei maxime exercerent, aut in solicito ciuitatis statu. Itē in theatro,in tēplo,in concione crescit inuidia. Et si nō errore nec ira, uel etiam si forte ira,sed iniqua,qđ patri affuisset,qđ respondisset,qđ honores contrà peteret. Et si plus etiam uideri pōt uoluisse,q; fecit. Plurimū tñ affert atrocitatis modus,si grauiter,si cōtumeliose,ut Demosthenes ex parte pcussi corporis,ex uultu feriētis,ex habitu inuidiam Midiæ quærit. Occisus est,utr& ferro,an igne,an ueneno,uno uulnere,an pluribꝰ: subito,an expectatione tortus,ad hanc partē maxime pertinet. Vtitur frequent accusator & miseratione,cum aut eius casum,quē ulciscitur,aut liberorum,aut parētum solitudinem conquerit. Etiam futuri tpis imagine iudices mouet, qui maneant eos casus,qui de ui & iniuria questi sunt,nisi uindicent,fugiendū de ciuitate, cedendū bonis,aut oīa quæcunq; inimicus fecerit,pferenda. Sed sæpius id est accusatoris,auertere iudicē à miseratiōe qua reus sit usurus,atq; ad fortiter iudicandū cōcitare. Cuius loci est etiā occupare,quæ dicturum,facturum'ue aduersariū putes. Nam & cautiores ad custodiam suæ religiōis iudices facit,& gram responsuris aufert,cum ea prædicta sunt ab accusatore,iam si p reo petent,

non sint noua, ut Seruius Sulpitius contra Aufidiam, ne signatorum ab ipsis discrimẽ obiiciat sibi, præmonet. Necnõ ab Aeschine, quali sit usurus Demosthenes actione, p̃dictum est. Docendi interim quoq; iudices, quid rogantibus rñdere debeant, qđ est unũ repetitionis genus. Periclitãtem uero cõmendat dignitas, & studia fortia, & susceptæ bello cicatrices, & nobilitas, & merita maiorũ. Hoc qđ p̃xime dixi, Cicero atq; Asinius certatim sunt usi, p̃ Scauro patre hic, ille p̃ filio. Commendat & causa piculi, si susceptisse inimicitias ob aliquod factũ honestum uidet, præcipue bonitas, humanitas, misc̃dia. Iuste em̃ tunc petere ea quisq; uidet à iudice, quæ alĩ ipse præstiterit. Referenda hæc pars quoq; ad utilitatẽ Reip. ad iudicũ gloriam, ad exẽplum, ad memoriam posteritatis. Plurimum tñ ualet miseratio, quæ iudicem flecti non tm̃ cogit, sed motum quoq; animi sui lachrymis confiteri. Hæc petẽtur, aut ex ĩs, quæ passus est reus, aut ex ĩs, quæ tũ maxime patit̃, aut ex ĩs quæ damnatũ manent, quæ & ipsa duplicant̃, cum dicimus ex qua illi fortuna, & in quam recidendũ sit. Affert in ĩs momentũ & ætas, & sexus, & pignora, liberi dico, & parẽtes, & propinqui, quæ oĩa tractari uarie solent. Nonnunq̃ etiam & ipse patronus has partes subit, ut Cicero p̃ Milone: O me miserũ, ò te infelicẽ. Reuocare metu in patriam Milo potuisti p̃ hos, ego te in patria per eosdẽ retinere non potero? Maximeq;, si (ut tunc accidit) nõ conuenient ei, q̃ accusat̃, preces. Nam quis ferret Milonẽ pro capite suo supplicantem, qui à se uirum nobilẽ interfectum, quia id fieri oportuisset, fateret̃? Ergo & ille captauit ex illa præstantia animi fauorẽ, & in locum lachrymarũ eius, ipse succesſit. His præcipue locis utiles sunt prosopopœiæ, id est, fictæ alienarũ personarũ oratiões, quales litigatorẽ decet, uel patronum. Nudæ tm̃ res mouent, aut cũ ipsi loquimur, aut cum ipsas loqui fingimus. Ex psonis quoq; trahit̃ affectus. Non em̃ audire iudex uidet̃ aliena mala defientes, sed sensum ac uocẽ auribus accipe miserorũ, quorũ etiam mutus aspectus lachrymas mouet, quãtoq; essent miserabiliora, si ea dicerẽt ipsi, tanto sunt quadã portione ad afficiendũ potentiora, cũ uelut ipsorũ ore dicunt̃, ut scenicis actoribus eadẽ uox, eadem pronuntiatio plus ad mouendos affectus sub p̃sona ualet. Itaq; idẽ Cicero, quanquã preces non dat Miloni, eumq; potius animi præstantia commendat, accommodauit ei tñ & uerba, & conueniẽtes etiam forti uiro cõquestiones: O frustra, inqt, mei susceptí labores. O spes fallaces, ò cogitatiões meæ inanes. Nunq̃ tñ debet esse longa miseratio, nec sine causa dictũ est. Nihil facilius q̃ lachrymas inarescere. Nam cũ etiã ueros dolores mitiget tp̃s, citius euanescat necesse est illa, quã dicendo effinximus imago: in qua si moramur, fatigat̃ lachrymis auditor, & reqescit, & ab illo, quẽ ceperat impetu, ad rõnem redit. Non patiamur igitur frigescere hoc opus, & affectũ, cũ ad summũ p̃duxerimus, relinquamus, nec speremus fore, ut aliena q̃squam diu ploret. Ideoq; cũ in alĩs, tũ maxime in hac parte debet crescere oro. Quia quicquid non adĩcit, prioribus etiam detrahere uidet̃, & facile deficit affectus, qui descendit.

Adhuc de affectibus mouendis. *Caput. II.*

NOn solũ aũt dicendo, sed etiam faciendo quædam, lachrymas mouemus, unde & p̃ducere ipsos q̃ periclitentur, squalidos atq; deformes, & liberos eorũ, ac parẽtes, instítutum, & ab accusatoribus ostendi cruentum gladium, & lecta è uulneribus ossa, & uestes sanguine perfusas uidemus, & uulnera resolui, ac uerberata corpora nudari. Quarũ rerum ingens plerunq; uis est, uelut in rem præsentẽ, animos hominum ducentium. Et populum Romanũ egit in furorem prætexta C. Cæsaris prolata in foro cruenta. Sciebat̃ interfectum eũ, corpus deniq; ip̃m impositum lecto erat, uestis tamen illa sanguine madẽs, ita repræsentauit imaginẽ sceleris, ut non occisus esse Cæsar, sed tũ maxime occidi uidere tur. Sed nõ ideo p̃bauerim, quod factũ & lego, & ipse aliquando uidi depictam tabulam supra Iouem, in imaginẽ rei, cuius atrocitate iudex erat cõmouendus. Quæ em̃ est actoris infantia, q̃ mutam illam effigiẽ magis quàm orationẽ pro se putet locuturã? At sordes, & squalores, & propinquorum quoq; simílem habitum scio profuisse, & magnum ad salutẽ momẽtum preces attulisse. Quare & obsecratio illa iudicũ p̃ chariſſima pignora, utiq; si & reo sint liberi, coniunx, parẽtes, utilis erit. Et deorũ etiam inuocatio, uelut ex bona conscientia profecta uideri solet, Stratum deniq; iacere, & genua cõplecti, nisi tamẽ persona

nos,& anteacta uita,& rei conditio prohibebit. Quædam enim tam fortiter tuenda, q̃ facta sunt. Verum sic est habēda autoritatis ratio,ne sit inuisa securitas. Fuit quōdam inter hæc omnia potentissimū id,quo Lucīū Murænā Cicero,accusantibus clarissimis uiris,eripuisse præcipue uidet:persuasit enim nihil esse ad præsentē rep. statū utilius, quā pridie calen. Ianuarias ingredi consulatum. Qd genus nostris tēporibus totum pene sublatum est, cū omnia curæ tutelæq; unius innixa,periclitari nullo iudicij exitu possint. De accusatoribus & reis sum locutus,quia in piculis maxime uersat affectus. Sed priuatæ quoq; causæ utrūq; habēt peroratiōnis genus,& illud, qd est ex enumeratione probationū,& hoc qd ex lachrymis,si aut statu periclitari,aut opinione litigator uidet. Nam in paruis quidē litibus has tragœdias mouere tale ē,quale si psonam Herculis,& cothurnos aptare infantibus uelis. Illud ne indignū quidē admonitione, ingens in epilogis meo iudicio uerti discrimen, quomodo se dicēti,qui excitat,accommodet. Nam & imperitia,& rusticitas,& rigor,& deformitas afferunt interim frigus,diligenterq; hæc sunt actori prouidenda. Equidē repugnanteis eos patrono,& nihil uultu commotos,& intēpestiue ridētes,& facto aliquo,uel ipso uultu risum mouentes,sæpe etiam uidi,præcipue uero cū aliqua uelut scenice fiunt. Transtulit patronus aliqñ puellam, quæ soror esse aduersarij dicebatur (Nam de hoc lis erat) in aduersa subsellia,tanq; in gremio fratris relicturus. At is à nobis p̄monitus decesserat. Tum ille alioqui uir facundus,inopinatæ rei casu obmutuit,& infantē suam frigidissime reportauit. Alius imaginē mariti pro rea p̄ferre magni putauit,at ea sæpius risum fecit. Nam & ij,quorū officij erat ut traderent eam,ignari q esset epilogus,quoties respexisset patronus,offerebant palam,& prolata nouissime,deformitate ipsa,nam senis cadaueri infusa,p̄teritam quoq; oronis gratiam perdidit. Nec ignotū quid Gliconi,cui Spiridion fuit cognomen,acciderit. Huic puer,quē in ius productū quid fleret interrogabat,ex pædagogo se uellicari respōdit. Sed nihil illa contra Cepasios Ciceronis fabula efficacius ad pericula epilogorū. Omnia tamē hæc tolerabilia,quibus actionē mutare facile,est, at qui à stylo non recedūt,aut conticescūt ad hos casus,aut frequētissime falsa dicūt. Inde est enim, Tendit ad uestra genua supplices manus,& hæret in complexu liberorū miser,& reuocat ecce me,etsi nihil horū is,de quo dicitur,faciat. Et è scholis hæc uitia,in quibus omnia libere fingimus,& impune,quia pro facto est quicquid uolumus,nō admittit hoc idē ueritas fori. Egregieq; Cassius dicēti adolescentulo,Quid me toruo uultu intueris seuere,nō me hercules, inqt, faciebam,sed sic scripsisti,ecce,& q̄ potuit truculētissime eū aspexit. Illud p̄cipue monendū,ne quis nisi summis ingenij uiribus ad mouēdas lachrymas aggredi audeat. Nam ut est lōge uehemētissimus hic cū inualuit affect⁹,ita si nihil efficit,tepet,quē melius infirmus actor tacitis iudicū cogitationibus reliquisset. Nam & uultus,& uox,& ipsa illa excitati rei facies, ludibrio etiam plerunq; sunt hominibus,quos non p̄mouerūt. Quare metiatur,ac diligēter æstimet uires suas actor,& quantū onus subiturus sit,intelligat. Nihil habet ista res mediū,sed aut lachrymas meretur,aut risum. Non aūt cōmouere tm̄ miserationem,sed etiam discutere,epilogi est proprium, cum oratione continua, quæ motos lachrymis iudices ad iustitiā reducat,tū etiam quibusdam urbane dictis,quale est: Date puero panē,ne ploret.& corpulento litigatori,cuius aduersarius item puer,circa iudices erat ab aduocato latus,Quid faciā? ego te baiulare nō possum. Sed hæc tm̄ non debent esse mimica. Ita neq; illū probauerim,qui inter clarissimos sui tēporis oratores fuit, qui pueris in epilogum productis,talos iecit in mediū,quos illi diripere cœperūt. Nanq; hæc ipsa discriminis sui ignorantia potuit esse miserabilis. Neq; illū,qui cū esset cruentus gladius eius ab accusatore p̄latus,quo is hoīem probabat occisum, subito ex subsellijs, ut territus fugit,& capite ex parte uelato cū ad agētem ex turba prospexisset, interrogauit, an iam illo cum gladio recessisset. Fecit enim risum,sed ridiculus fuit. Discutiendæ tm̄ oratione huiusmodi scenæ. Egregieq; Cicero,& contra imaginē Saturnini pro Rabirio grauiter,& contra iuuenē,cuius subinde uulnus in iudicio resoluebat,pro Vareno multa dixit urbane. Sunt & illi leniores epilogi,qbus aduersario satisfacimus si forte sit eius psona talis,ut illi debeatur reuerentia,aut cum amice aliquid cōmonemus,& ad concordiā hor

ramur, qđ est genus egregie tractatū à Passieno, cū Domiciæ uxoris suæ pecuniariam litē aduersus fratrē eius Aenobarbum ageret. Nam cū de necessitudine multa dixisset, de fortuna quoq; qua uterq; abundabat, adiecit: Nihil uobis minus deest, q̄ de quo contenditis. Omnes aūt hos affectus, etiam si quibusdam uidēt in proœmio, atq; in epilogo sedē habere, in quibus sane sunt frequētissimi, tñ aliæ quoq; partes recipiunt, sed breuiores, ut cū ex ijs plurima sint reseruāda. At hic, si usquā totos eloquētiæ aperire fontes licet. Nam ex ijs, si bñ diximus reliqua, possidemus iam iudicū animos, & cōfragosis, atq; asperis euecti, tota pandere possumus uela: & cū sit maxima pars epilogi amplificatio, uerbis atq; sentētijs uti licet magnificis, atq; ornatis. Tunc est commouendū theatr̄, cum uentū est ad ip̄m illud, quo ueteres tragœdiæ comœdiæq; claudunt, Plaudite. In alijs aūt partibus tractandus affectus erit, ut quisq; nascet. Nam neq; exponi sine hoc res atroces, & miserabiles debēt. Cū de qualitate alicuius rei quæstio est, ꝓbatiōibus uniuscuiusq; rei recte subiungit. Vbi uero coniūctam ex pluribus causam agimus, etiā necesse erit uti pluribus quasi epilogis, ut in Verrem Cicero fecit. Nam & Philodamo, & nauarchis, & cruciatis ciuibus Romanis, & alijs plurimis suas lachrymas dedit. Sunt qui hos μορικούς ἐπιλόγους uocēt, quo partitā peroratione significant. Mihi non tam ꝓtes eius quā species uident. Siquidē hæc epilogi & porationis noīa ipsa aperte satis ostendunt, hanc esse consummationē oronis.

De diuisione affectuum, & quomodo mouendi sunt. Caput .III.

QVamuis aūt pars hæc iudicialiū causarum sit summa, præcipueq; cōstet affectibus, & aliqua de his necessario dixerim, non tñ potui, ac ne debui quidem, locum istum in unam speciē cōcludere. Quare adhuc opus supereſt, cū ad obtinēda, quæ uolumus, potentissimum, tum supradictis multo difficilius, mouēdi iudicum animos, atq; in eum quē uolumus, habitū formandi, & uelut transfigurandi. Qua de re pauca, quæ postulabat hæc materia, sic attigi, ut magis qd oporteret fieri, quàm quo id mō cōsequi possemus, ostēderē. Nunc altius oīs rei repetenda rō est. Nam & per totam (ut diximus) causam, locus ē affectibus, & eor̄ nō simplex natura, nec ī transitu tractāda, quo nihil maius afferre uis orādi pōt. Nam cætera forsitan tenuis quoq;, & angusta ingenij uena, si mō uel doctrina, uel usu sit adiuta, generare, atq; ad frugē aliquam ꝓducere queat. Certe sunt, semperq; fuerūt non par̄ multi q̄ satis perite, quæ essent ꝓbationibus utilia, reperirent, quos equidem nō contēno, sed hactenus utiles credo, nequid per eos iudici fit ignotū, atq; (ut dicam qđ sentio) dignos à qbus causas diserti docerent. Qui uero iudicē rapere, & in quē uellet habitū animi posset ꝓducere, quo dicto flendū, & irascēdum esset, rarius fuit. Atq; hoc est, qđ dominat in iudicijs, hæc eloquētiam regunt. Nanq; argumenta plerunq; nascunt ex causa, & ꝓ meliore parte plura sunt semp, ut qui per hæc uicit tm̄, non defuisse sibi aduocatū sciat. Vbi uero animis iudicum uis afferenda est, & ab ipsa ueri contēplatione abducenda mēs, ibi propriū oratoris opus est. Hoc nō docet litigator, hoc libellis nō continet. Probatiōes em̄ efficiūt sane, ut causam nostram meliorē esse iudices putēt, affectus p̄stant ut etiā uelint. Sed id qa uolūt, credunt quoq;. Nam cū irasci, fauere, odisse, misereri cœperūt, agi iam rē suam existimant: & sicut amantes de forma iudicare nō p̄nt, quia sensum oculor̄ p̄mit amor, ita oēm inquirēdæ ueritatis rōnem iudex amittit occupatus affectibus, æstu fertur, & uelut rapido flumini obsequit. ita argumēta, ac testes qd egerint, ꝓnuntiatio ostendit, cōmotus aūt ab oratore iudex, qd sentiat, sedēs adhuc atq; audiēs confitet. An cū ille, q̄ plerisq; perorationibus petit, fletus erūpit, non palam dicta sūa est? Huc igit incumbat orator, hoc opus eius, hic labor ē, sine quo cætera nuda, ieiuna, infirma, īgrata sunt. Adeo uelut spūs opis huius atq; animus est in affectibus. Hor̄ autē, sicut antiquitus traditū accepimus, duæ sunt species, alteram græci πάθη uocāt, quā nos recte uertētes, ac ꝓprie affectum dicimus, alteram ἤθη, cuius noīe, ut ego quidē sentio, caret sermo Romanus, mores appellant, atq; inde ps quoq; illa philosophiæ ἠθικὴ moralis est dicta. Sed ip̄am rei naturā spectanti mihi, non tā mores significari uident, q̄ mor̄ quædā ꝓprietas. Nam ipsis q̄dem oēs habitus mētis cōtinent. Cautiores uoluntatē cōplecti, quàm noīa interp̄tari maluerūt. Affectus igit hos cōcitatos, πάθη, illos mites atq; cōpositos, ἤθη esse dixerūt. In

altero uehemẽt cõmotos, in altero lenes, deniq; hos imperare, illos pſuadere, hos ad ptũr batiõnem, illos ad bñuolentiam prævalere. Adñciunt quidam peritor. πάθος temporale eſſe. Qđ ut accidere frequẽtius fateor, ita nõnullas credo eẽ materias, quæ cõtinuũ deſide rent affectũ. Nec tñ minus artis, aut uſus hi leniores hñt, uiriũ atq; impetus nõ tantũdem exigũt. In cauſis uero etiam pluribus uerſant, imò ſcđm quendã intellectũ in oĩbus. Nam cũ niſi ex illo & hoc loco nihil ab oratore tractẽ, quicqđ de honeſtis, & de utilibus, deniq; faciendis & nõ faciendis dr, hoc uocari põt. Quidam commentationẽ, atq; excuſationem ꝓpria huius officñ putauerũt, nec abnuo eſſe iſta in hac parte, ſed nõ concedo, ut ſola ſint, quin illud adhuc adñcio, πάθος, atq; ἦθος eſſe interim ex eadem natura, ita ut illud maius ſit, hoc minus, ut amor πάθος, charitas ἦθος. Interdum diuerſa inter ſe, ſicut in epilogis. Nanq; πάθος concitat, ἦθος ſolet mitigare. Propria tñ mihi uis nominis & exprimenda natura eſt, quatinus appellatione ipſa non ſatis ſignificari uidetur. ἦθος qđ intelligimus, quodq; à docentibus deſideramus, id erit, quod ante omnia bonitate cõmendabit, non ſolum mite ac placidũ, ſed plerũq; blandum, & humanũ, & audiẽtibus amabile, atq; iucũ dum, in quo exprimẽdo ſumma uirtus ea eſt, ut fluere oĩa ex natura rer. hoĩmq; uideant, quo mores dicẽtis ex oõne perluceant, & quodãmodo agnoſcant, qđ eſt ſine dubio inter coniũctas maxime pſonas, quoties perferimus, ignoſcimus, ſatisfacimus, monemus, ꝓcul ab ira, procul ab odio. Sed tamen alia patris aduerſus filium, tutoris aduerſus pupillũ, ma riti aduerſus uxorẽ moderatio eſt. Hi enim præ ſe ferunt eorum, à quibus lædũtur, chari tatem, neq; alio mõ inuiſos eos faciunt, quã ꝙ amare ipſi uidentur. Alia cũ ſenex adoleſcẽ tis, alia cum conuitium honeſtus inferioris fert. Hic em̃ tantum concitari, illic etiam affici debet. Sũt & illa ex eadẽ natura, ſed motus adhuc minoris, ueniam petere, adoleſcẽtiæ de fendere amores. Nonnunq; etiã lenis alieni caloris deriſus ex hac forma uenit, ſed non his à locis tñ, uerum aliquanto magis propriæ ſunt uirtutes ſimulationis, ſatisfaciendi, rogan di & ὑφουείας, quæ diuerſum ei qđ dicit, intellectũ petit. Hinc etiam ille maior ad cõcitan dum odiũ naſci affectus ſolet, cum hoc ipſo, quo nos aduerſarñs ſubmittimus, intelligit ta citæ impotẽtiæ exprobratio. Nanq; eos graues, & intolerabiles id ipſum demõſtrat, ꝙ ce dimus, & ignorant cupidi maledicẽdi, aut affectatores libertatis, plus inuidiã q̃ conuitiũ poſſe: nam inuidia aduerſarios, cõuitium nos inuiſos facit. Ille iã pene medius affectus eſt ex amorib⁹, & ex deſiderñs amicor., & neceſſarior.. Nã & hoc maior ẽ, & illo minor. Nõ par. ſignificant etiam illa in ſcholis ἦθη, dixerimus, quibus plerũq; ruſticos, ſuperſtitioſos, auaros, timidos, ſcđm conditionẽ ꝓpoſitorum effingimus. Nam ſic ἦθη mores ſunt, cũ hos imitamur, & ex his ducimus orationẽ. Deniq; hoc oõe, bonũ & comem uir. poſcit, quas uirtutes cũ etiã in litigatore debeat orator, ſi fieri põt, approbare, utiq; ipe aut habeat, aut habere credat. Sic proderit plurimũ cauſis, qbus ex ſua bonitate faciet fidẽ. Nam q dum dicit, malus uidet, utiq; male dicit. Nõ enim uidetur iuſta dicere, alioqui ἦθος uideretur. Quare & ipſum etiam dicẽdi genus, in hoc placidũ debet eſſe, ac mite, nihil ſuperbum, ni hil elatũ ſaltẽ ac ſublime deſideret. Proprie, iucunde, credibilit dicere ſat eſt. Ideoq; & me dius ille orationis modus maxime conuenit. Diuerſum eſt huic qđ πάθος dicit, quodq; nos affectum ꝓprie uocamus, & ut proxime utriuſq; differẽtiam ſignẽ, illud comœdiæ, hoc tragœdiæ ſimile. Hæc pars circa iram, odiũ, metũ, inuidiã, miſerationẽ, fere tota uer ſatur. Quæ quibus ex locis ducẽda ſunt, & manifeſtum omnibus, & à nobis in ratione ꝓ œmñ, atq; epilogi dictum eſt. Et metum tñ duplicẽ intelligi uolo, quem patimur, & quẽ facimus: Et inuidiam. Nanq; altera inuidum, altera inuidioſum facit. Hoc aũt hominis, il lud rei eſt, in quo & plus habet operis oõ. Nam quædam uident grauia ꝓ ſe, parricidiũ, cædes, ueneficiũ, quædam efficienda ſunt. Id aũt contingit, cum magnis alioqui malis gra uius eẽ id qđ paſſi ſumus, oſtendit. Quale eſt apud Verg. O felix una ante alias Priameia uirgo, Hoſtilẽ ad tumulũ Troiæ ſub mœnibus altis Iuſſa mori. Quàm miſer em̃ caſus An dromachæ, ſi cõparata ei felix Polyxena? Aut cũ ita exaggeramus iniuriam nr̃am, ut etiã quæ multo minora ſunt, intoleranda dicamus: Si pulſaſſes defẽdi nõ poteras, uulneraſti. Sed hæc diligentius, cum ad amplificationẽ uenerimus, dicemus. Interim notaſſe conten

tus sum, non id solum agere affectus, ut quæ sunt ostendant, acerba ac luctuosa, sed etiam ut quæ tolerãda haberi solẽt, grauia uideant, ut cũ in maledicto plus iniuriæ, q̃ in manu, in infamia plus pœnæ dicimus, quã in morte. Nanq; in hoc eloquẽtiæ uis est, ut iudicem nõ ad id tm̃ compellat, in quod ipse à rei natura duceretur, sed aut qui non est, aut maiorẽ q̃ est faciat affectum. Hæc est illa, quæ δείνωσις uocatur, rebus indignis, aspis, inuidiosis, addens uim oratio. Qua uirtute, præter alios, plurimũ Demosthenes ualuit. Si mihi tradita sequi præcepta sufficeret, satisfeceram huic parti, nihil eor̃, quæ legi, uel didici, quod modo ꝓbabile fuit, omittẽdo. Sed mihi in animo est, quæ latent penitus, ipsa huius loci aperire penetralia: quæ quidem nõ aliquo tradẽte, sed experimẽto meo, ac natura ipsa duce accepi. Summa em̃ (quantum ego quidẽ sentio) circa mouendos affectus in hoc posita est, ut moueamur ipsi. Nam & luctus, & iræ, & indignationis, aliq̃ ridicula fuerit imitatio, si uerba, uultumq; tm̃, non etiam animum accommodauerimus. Quid enim aliud est causæ, ut lugẽtes utiq; in recẽti dolore disertissime quædam exclamare uideant, & ira nonnũ q̃ indoctis quoq; eloquẽtiam faciat, q̃ ꝓ illis ineat uis mentis, & ueritas ipsa mor̃? Quare in ijs, quæ uerisimilia esse uolumus, simus ipsi similes eor̃, qui uere potiunt affectibus, & à tali animo proficiscatur oro, qualem facere iudicẽ uolet. An ille dolebit, qui audiet me, cum hoc dicam, non dolentem? iraſcet, si nihil ipse, qui in iram concitat, idq; exigit, simile patietur? siccis agens oculis lachrymas dabit? fieri non potest. Nec incẽdit nisi ignis, nec madescimus, nisi humore, nec res ulla dat alteri colorẽ, quem ipsa non habet. Primum est igitur, ut apud nos ualeant ea, quæ ualere apud iudicẽ uolumus, afficiamurq;, antequã afficere conemur. At quomodo fiet, ut afficiamur? Neq; enim sunt motus in nostra potestate. Tẽtabo etiam de hoc dicere, quas φαντασίας græci uocant, nos sane uisiões appellemus, per quas imagines rerum absentiũ ita repsentantur animo, ut eas cernere oculis, ac præsentes habere uideamur. Has quisquis bñ cõceperit, is erit in affectibus potẽtissimus. Hũc quidam dicũt ὑποφαντασιωτὸν, qui sibi res, uoces, actus secundũ uerum optime finget, quod quidem nobis uolentibus facile cõtinget. Nam ut inter otia animor̃, & spes inanes, & ut somnia quædam uigilantiũ, ita nos hæ, de quibus loquimur, imagines prosequunt, ut peregrinari, nauigare, præliari, populos alloqui, diuitiar̃, quas nõ habemus, usum uideamur disponere, nec cogitare, sed facere: hoc animi uitium ad utilitatẽ non transferemus? Vt hominẽ occisum queror, non omia quæ in re præsenti accidisse credibile est, in oculis habebo? non percussor ille subitus erũpet? non expauescet circumuẽtus? exclamabit? uel rogabit? uel fugiet? non ferientem, non concidentẽ uidebo? non animo sanguis, & pauor, & gemitus, extremus deniq; expirantis hiatus infidet? Insequet ὑπότυπωσις, quæ à Cicerone illustratio & euidẽtia nominatur, quæ non tam dicere uidet quàm oñdere, & affectus nõ aliter q̃ si rebus ipsis interfimus, sequent. An non ex his uisionibus illa sunt? Excussi manibus radij, reuolutaq; pensa. Leuiq; patens in pectore uulnus, & equus ille in funere Pallantis positis insignibus. Quid? non idem poeta penitus ultimi fati cepit imaginẽ ut diceret: Et dulcis moriens reminiscit Argos. Vbi uero miseratione opus erit, nobis ea, de quibus querimur, accidisse credamus, atq; id animo nostro ꝓsuadeamus. Nos illi simus, quos grauia, indigna, tristia passos queramur. Nec agamus rẽ quasi alienam, sed assumamus partũ per illũ dolorẽ. Ita dicemus, quæ in simili nostro casu dicturi essemus. Vidi ego sæpe histriones, atq; comœdos, cũ ex aliquo grauiore actu personam deposuissent, flentes adhuc egredi. Quod si in alienis scriptis sola pronuntiatio ita falsis accedit affectibus, qd nos facimus, q̃ illa cogitare debemus, ut moueri periclitantiũ uice possimus? Sed in schola rebus quoq; ipsis affici cõuenit, easq; ueras sibi fingere, hoc magis, q̃ illic ut litigatores loqmur frequẽtius, q̃ ut aduocati. Orbum agimus, & naufragũ, & piclitantem, quor̃ induere personas non attinet, nisi affectus assumimus. Hæc dissimulanda mihi non fuerunt, qbus ipse quantuscũq; sum, aut fui, (Nam peruenisse me ad aliqd nomen ingenij credo (frequenter motus sum, ut me non lachrymæ solum deprehenderent, sed pallor, & uero similis dolor.

De risu. Caput .IIII.

HVic diuersa uirtus, quæ risum iudicis mouẽdo, & illos tristes soluit affectus, & aim

ab intentione rerum frequenter auertit,& aliquando etiam reficit,& à satietate,uel à fatigatione renouat. Quanta sit aũt in ea difficultas,uel duo maximi oratores, alter græcæ, alter latinæ eloquentiæ principes,docent. Nã pleriq; Demosthenì facultatẽ huius rei defuisse credunt,Ciceroni modũ. Nec uideri potest noluisse Demosthenes, cuius pauca admodũ dicta,nec sanè cæteris eius uirtutib.rñdentia,palàm oñdunt,nec displicuisse illi iocos,sed non contigisse. Noster uero, non solũ extra iudicia, sed etiam in ipsis orationibus habitus est nimius risus affectator. Mihi quidẽ,siue id recte iudico,siue amore immodico præcipui in eloquẽtia uiri laboro,mira quædã uidet in eo fuisse urbanitas. Nã et in sermone quotidiano multa,& in altercationib. & interrogandis testib. plura q̃ quisquam dixit facete,& ipsa illa,quæ sunt in Verrẽ dicta frigidius,alĩs assignauit,& testimonĩ loco posuit,ut quo sunt magis uulgaria,eo sit credibilius illa ab oratore nõ ficta,sed passim eẽ iactata. Vtinam Quĩtus,& libertus eius Tiro,aut alius quisq; fuit,qui tres hac de re libros edidit,parcius dictor̃ numero indulsissent,& plus iudicĩ in eligendis,q̃ in congerẽdis studĩ adhibuissent. Minus obiectus calumniantibus foret, qui tñ nunc quoq; ut in oñi eius ingenio,facilius quid reĩci,q̃ quid adĩci possit,inuenient. Affert aũt summam rei difficultatem. Primum q̃ ridiculũ dictũ plerunq; falsum est,hoc semp humile,sæpe ex industria deprauatum,præterea nunq̃ honorificũ,tum uaria hoĩm iudicia in eo,quia nõ ratione ali qua,sed motu animi quodam;nescio an enarrabili,iudicat. Neq; hoc ab ullo satis explicari puto,licet multi tentauerint,unde risus,qui nõ solum facto aliquo dictóue,sed interdũ quodam etiã corporis tactu lacessit. Præterea non una ratione moueri solet. Neq; em̃ acute tm̃,ac uenuste,sed stulte,iracũde,timide dicta ac facta rident. Ideoq; anceps eius rei rõ est,q̃ à derisu non procul abest risus. Habet em̃,ut Cicero dicit,sedem in deformitate aliqua,& turpitudine:quæ cũ in alĩs demonstrant,urbanitas:cum in ipm̃ dicentẽ recidunt stultitia uocat. Cum uideat aũt res leuis,& quæ à scurris,mimis,insipiẽtibus deniq; sæpe moueat,tñ habet uim nescio an imperiosissimam,& cui repugnari minime potest. Erũpit em̃ inuitis sæpe,nec fultus ope,nec uultus modo,ac uocis exprimit confessionẽ, sed totũ corpus ui sua concutit. Rex̃ aũt sæpe(ut dixi)maximax̃ momẽta uertit,cũ odiũ,iram q̃ frequentissime frangat. Documẽto sunt iuuenes Tarẽtini,qui multa de Pyrrho rege securius inter cœnã locuti,cũ rationẽ facti reposcerent,& neq; negari res, neq; defendi posset,risu sunt & opportuno ioco elapsi. Nãq; unus ex ĩs,Imò inquit,nisi lagena defeciisset, occidissemus te. Eaq; urbanitate tota est inuidia criminis dissoluta. Vex̃ hoc quicqd est, ut non ausim dicere,carere oñino arte,quia nõnullam obseruationẽ habet,suntq; ad id pertinentia,& à græcis,& à latinis composita præcepta,ita planè affirmo præcipue positum in natura,& in occasione. Porrò natura non tantũ in hoc ualet,ut acutior q̃s,atq; habilior sit ad inueniendũ:nam id sanè doctrina posset augeri, sed inest ꝓprius q̃busdam decor in habitu atq; uultu,ut eadem illa minus dicẽte alio uideant urbana esse. Occasioni uero,& in rebus est tanta uis,ut sæpe adiuti ea non indocti modo,sed etiam rustici falsè dicant,ut cũ quis aliquid dixerit prior. Sunt em̃ longe uenustiora oĩa in respondendo ,q̃ in prouocando. Accedit difficultati,q̃ eius rei nulla exercitatio est,nulli ꝑceptores. Vtiq; in conuiuĩs,& sermonibus multi dicaces,sed quia in hoc usu quotidiano ꝓficimus,oratoria urbanitas rara,nec ex arte ꝓpria,sed ad hanc consuetudinẽ accõmodata. Nihil aũt uetabat,& componi materias in hoc idoneas,ut cõtrouersiæ permixtis falsibus fingerent, uel res proponi singulas ad iuuenum talem exercitationẽ. Quin illæ ipsæ,quæ dicta sunt,ac uocant, quas certis diebus festæ licẽtiæ dicere solebamus,si paulũ adhibita ratione fingerent, aut aliquid in his serium quoq; esset admixtum,plurimũ poterũt utilitatis afferre,quæ nunc iuuenum,uel sibi ludentium exercitatio ẽ. Pluribus aũt noĩbus in eadẽ re uulgo utimur, quæ tñ si diducas,suam propriam quandam uim ostendent. Nam & urbanitas dicit,qua quidẽ significari uideo sermonẽ præ se ferentẽ in uerbis,& sono, & usu propriũ quẽdam gustum urbis,& sumptam ex conuersatione doctor̃ tacitam eruditionẽ. Deniq; cui contraria sit rusticitas. Venustũ esse, qđ cũ gratia quadam & uenere dicat apparet. Salsum in cõsuetudine pro ridiculo tm̃ accipimus,natura nõ utiq; hoc ẽ,quanq̃ & ridicula opor-

teat esse falsa. Nam & Cicero, omne quod falsum sit ait esse Atticorꝝ, non quia sunt maxie ad risum cõpositi. Et Catullus cũ dicit, Nulla in tã magno ẽ corpore mica salis, hoc dicit, nihil in corpore eius esse ridiculũ. Salsum igit erit qđ non erit insulsum, uelut quoddam simplex orationis condimentũ qđ sentitur latente iudicio, & uelut palatum excitat, quod & à tædio defendit orationẽ. Sanè tñ, ut ille in cibis paulo liberalius aspersus, si tñ non sit immodicus, affert aliquid ꝑpriæ uoluptatis, ita hi quoꝙ in dicẽdo habẽt quiddam, qđ nobis faciat audiendi sitim. Facetũ quoꝙ non tm circa ridicula opinor cõsistere. Neꝙ em̃ diceret Horatius facetũ carminis gñs natura concessuu eẽ Vergilio, decoris hanc magis et excultæ cuiusdam elegantiæ appellationẽ puto. Ideoꝙ in eplis Cice. hæc Bruti refert uerba, Ne ulli sunt pedes faceti, ac delicꝫs ingrediẽti mollius, qđ cõuenit cũ illo Horatiano, Molle atꝙ facetũ Vergilio. Iocũ uero accipimus, qđ est contrariũ serio. Nã & fingere, & terrere, & promittere interim iocus est. Dicacitas sine dubio à dicendo, qđ est oñi gñi cõmune, ducta est, proprie tñ significat sermonẽ cum risu aliquos incessentẽ. Ideo Demosthenẽ urbanum fuisse dicunt, dicacẽ negant. Proprium aũt materiæ, de qua nunc loquimur, est ridiculũ. Ideoꝙ hæc tota disputatio à Græcis περὶ γελοίου inscribit. Eius prima diuisio tradit eadẽ, quæ est oĩs orationis, ut sit positum in rebus, aut in uerbis. Vsus aũt maxime simplex. Aut em̃ ex alꝫs risum petimus, aut ex nobis, aut ex rebꝰ medꝫs. Aliena, aut reꝑhendimus, aut refutamus, aut eleuamus, aut repcutimus, aut eludimus. Nostra ridicula indicamus, & ut uerbo Ciceronis utar, dicimus aliqua ſubabſurda. Nam eadem, quæ si imprudentibus excidant, stulta sunt, si simulamus, uenusta credunt. Tertiũ est gñs, ut idẽ dicit, in decipiẽdis expectationib. dictis aliter accipiẽdis, cæterisꝙ quæ neutram ꝑsonam cõtingunt. Ideoꝙ à me media dicunt. Itẽ ridicula, aut facimus, aut dicimus. Facto risus cõciliat interim admixta grauitate, ut Marcus Cæcilius prætor, cum sellam eius curulẽ cõsul Isauricus fregisset, alteram posuit loris intentam. Dicebat aũt consul à patre aliqñ cæsus flagris. Interim sine respectu pudoris, ut in illa pyxide Cæliana. qđ neꝙ oratori, neꝙ ulli graui uiro cõueniat. Idẽ aũt de uultu, gestuꝙ ridiculo dictũ sit, in quibus est quidem summa gra, sed maior cum captare risum nõ uident. Nihil em̃ ex ꝫs quæ dicũt salsa, dicũt insulsius. Quanq̃ aũt gratiæ plurimum dictis seueritas affert, fitꝙ ridiculum id ipsum, qa qui dicit non ridet, est tñ interim, & aspectus, & habitus oris, & gestus non inurbanus, cũ ꝫs modus contingit. Id porrò quod dicit, aut est lasciuum, aut hilare, qualia Galbæ plera que, aut cõtumelioſum, qualia nuper Iunꝫ Bassi, aut asperum, qualia Cassꝫ Seueri, aut lene, qualia Domitꝫ Afri. Refert ꝫs ubi quis utatur. Nam in cõuictibus, & quotidiano sermone lasciua humilibus, hilaria omnibus conueniunt. Ludere nunq̃ uelimus, longeꝙ ab sit propositum illud, potius amicũ quàm dictum perdidi. In hac quidẽ pugna forensi malim mihi lenibus interdicere, quanq̃ & cõtumelioſe, & aspere dicere in aduersarios pmissum est, cũ accusare etiam palam, & caput alterius iuste petere cõcessum sit. Sed hic quoꝙ tñ inhumana uideri solet fortunæ insectatio, uel quia culpa caret, uel quia recidere etiam in ipsos, qui obiecerũt, põt. Primũ itaꝙ cõsiderandũ est, & qs, & qua causa, & apud quẽ, & in quem, & quid dicat. Oratori minime conuenit distortus uultus gestusꝙ, quæ in mimis rideri solẽt. Dicacitas etiam scurrilis & scenica huic ꝑsonæ alieniſſima est. Obscœnitas uero non à uerbis tantum abesse debet, sed etiam à significatiõe. Nam siqñ obꝫci potest, nõ in omni loco exprobranda est. Oratorem præterea ut dicere urbane uolo, ita uideri affectare id planè nolo. Quapropter ne dicet quidẽ false, quoties poterit & dictũ potius aliqñ perdet, quàm minuet autoritatẽ. Nec accusatorem aũt atroci in causa, ne patronũ in miserabili iocantẽ feret quisquam. Sunt etiam iudices quidam tristiores, q̃ ut risum libenter patiantur. Solet interim accidere, ut id quod in aduersariũ dicimus, aut in iudicẽ conueniat, aut in nostrũ quoꝙ litigatorẽ, quanquam alꝫ reperiunt, qui ne id quidẽ, quod in ipsos recidere possit, euitẽt. Qđ fecit Longus Sulpitius, qui cũ ipse fœdissimus esset, eum contra quẽ iudicio liberali aderat, ne faciem quidẽ habere liberi hominis, dixit. Cui respondẽs Domitius Afer: Tu inquit, ex animi sñia Longe? Qui malam faciẽ habet, liber non est? Vitandum etiam ne petulans, ne superbum, ne loco, ne tempori alienũ, ne præ

paratum,& domo allatum uideatur,qđ dicimus. Nam aduersus miseros,sicut supra dixe ram,inhumanus est iocus. Sed quidã ita sunt receptæ autoritatis,& notæ uerecundiæ,ut nocitura sit in eos dicẽdi petulantia. Nam de amicis iam p̃ceptũ est. Illud nõ ad orandi se rè consilium,sed ad oía pertinet. Lacessat hoc modo,quẽ lædere sit periculosum,ne aut in imicitiæ graues insequant̃,aut turpis satisfactio. Male etiam dicit̃,qđ in plures cõuenit,si aut nationes totæ incessant̃,aut ordines,aut conditio,aut studia multorũ. Ea quæ dicit uir bonus,oía salua dignitate ac uerecundia decent. Nimium em̃ risus pretium est,si probita tis compẽdio constat. Vnde aũt concilie risus,& quibus ex locis peti soleat,difficillimũ est dicere. Nam si species oẽs persequi uelimus,nec modũ reperiemus,& frustra laborabi mus. Neq; numerosi minus sunt loci,ex quib. hæc dicta,quàm illi ex quibus eæ quas sen tentias uocamus,ducuntur,neq; alĩ. Nam hic quoq; est inuentio, & elocutio, atq; ipsius elocutionis uis alia in uerbis,alia in figuris. Risus igit̃ oriũtur aut ex corpore eius in quẽ dicimus,aut ex animo,qui factis ab eo dictisq; colligitur,aut ex ĩs quæ sunt extra posita. Intra hæc enim est omnis uituperatio, quæ si grauius posita sit,seria sit:si leuius,ridicula. Hæc aut ostendunt̃,aut narrant̃,aut dicto notant̃. Rarũ est aũt,ut oculis subĩcere contin gat,ut fecit C. Iulius,qui cum Heluio mancipi sæpius obstrepẽti sibi diceret, iam oñdam qualis sis,isq; plane instaret interrogatiõe,qualẽ se tandem ostensurus esset, digito demõ strauit imaginẽ galli in scuto Cimbrico pictã,cui manceps tũ simillimus ẽ uisus. Tabernæ aũt erãt circa forũ,ac scutũ illud signi gra positũ. Narrare quæ salsa sint,in primis est sub tile & oratoriũ,ut Cicero p Cluẽtio narrat de Cepasio,atq; Fabricio,ac M. Cælius de illa C. Lælĩ,collegæq; eius in prouinciam festinantiũ cõtentione. Sed in his oĩbus cũ elegans & uenusta exigit̃ tota expositio,tũ id ẽ festiuissimũ,qđ adĩcit orator. Nã & à Cice. sic est Fabricĩ fuga illa cõdita. Itaq; cum callidissime se putaret dicere, & cũ illa uerba grauissi ma ex intimo artificio deprõpsisset:Respicite inquit, hoĩm fortunas, respicite uarios du rosq; casus,respicite C. Fabricĩ senectutẽ. Cũ hoc respicite, ornãdæ oronis cã sæpe dixis set,respexit ipe. At Fabricius à subsellĩs demisso capite discesserat,& cætera quæ adiecit, nã notus locus,cũ in re hoc solũ esset,Fabriciũ à iudicio recessisse. Et Cælius cũ oĩa uenu stissime finxit,tũ illud ultimũ sic subsecutus:Quo mõ trãsierit,utrũ rate,an piscatorio na uigio,nemo sciebat,Siculi quidẽ,ut sunt lasciui & dicaces, aiebant in delphino sedisse,& sic tanq; Ariona transuectũ. In narrando aũt Cicero cõsistere facetias putat, dicacitatẽ in iaciendo. Mire fuit in hoc gñe uenustus Afer Domitius, cuius orõnibus cõplures hmõi narrationes insertæ reperiunt̃,sed dictorũ quoq; ab eodẽ urbane,sunt editi libri. Illud q̃q; genus est positũ nõ in hac ueluti iaculatione uerborũ,& inclusa breuiter urbanitate,sed in quodam lõgiore actu,qđ de Crasso cõtra Brutũ Cicero in .ĩj. de oratore lib. & alĩs qbus dam locis narrat. Nam cũ Brutus in accusatiõe C. Planci ex duob. lectoribus oñdisset, cõ traria L. Crassum patronũ eius in oratione,quam de colonia Narbonensi habuerat,suasis se ĩs,quæ de lege Seruilia dixerat, tres excitauit & ipse lectores, ĩsq; patris eius dialogos dedit legendos,quorũ cum in Priuernati unus, alter in Albano, tertius in Tiburti sermo nem habitum cõplecteret, requirebat ubi essent eæ possessiões. Omneis aũt illas Brutus uendiderat,& cũ paterna manciparet prædia,turpis habebat̃. Similis in apologis quoq; & qbusdam etiã interim historĩs exponẽdis,gra cõsequi solet. Sed acutior est illa,atq; ue locior in urbanitate breuitas. Cuius quidẽ duplex est forma,dicẽdi ac rñdendi,sed rõ cõis in parte. Nihil em̃ in lacessendo dici põt, qđ non etiã in repercutiẽdo. At propria quædã sunt respondentiũ,illa etiã ira concitati afferre solent,hæc plerunq; in altercatione,aut in rogandis testibus requirunt̃. Cũ sint autẽ loci plures,ex quibus dicta ridicula ducant̃,re petendũ est mihi,non oñeis eos oratoribus cõuenire. In primis aũt ex amphibologia,ne que illa obscura,quæ Atellanæ more captẽt,nec qualia uulgo iactant̃,uilissimo quoq; cõ uersa in maledictũ ferè ambiguitatẽ. Ne illa quidẽ quæ Ciceroni aliq̃n, sed nõ in agendo exciderũt,ut dixi,cũ is candidatus, qui coqui filius habebat̃, coram eo suffragium ab alio peteret:Ego quoq; tibi fauebo. Non quia excludenda sint oĩno uerba duos sensus signifi cãtia,sed qa raro belle rñdeant,nisi cũ prorsus rebus ipsis adiuuant̃. Quare nõ hoc modo

penẽ & ipſum ſcurrile Ciceronis eſt in eundẽ, de quo ſuprà dixi, Iſauricũ. Miror quid ſit, ꝙ pater tuus homo cõſtantiſſimus te nobis uariũ reliqt. Sed illud ex eodẽ gñe præclarũ, cũ obiiceret Miloni accuſator in argumẽtum factaꝝ Clodio inſidiaꝝ, ꝙ Bouillas ante horam nonam diuertiſſet, ut expectaret dum Clodius à uilla ſua exiret, & identidẽ interrogaret, quo tempore Clodius occiſus eſſet, reſpondit ſero, qđ uel ſolũ ſufficit, ut hoc genus nõ totũ repudietur. Nec plura modo ſignificari ſolẽt, ſed etiam diuerſa, ut Nero de ſeruo peſſimo dixit: Nulli apud ſe plus fidei haberi, nihil ei neq; incluſum, neq; ſignatum eſſe. Peruenit res uſq; ad ænigma, quale eſt Ciceronis in Pletoriũ Fontei accuſatorẽ, cuius matrẽ dixit, dũ uixiſſet ludum, poſtq̃ mortua eſſet magiſtros habuiſſe. Dicebañ aũt, dum uixit, infames fœiæ ad eam conuenire ſolitæ, poſt mortẽ eius bona uenibant. quañ hic ludus per tranſlationẽ dictus eſt, magiſtri per ambiguitatẽ. In metalepſin quoq; cadit rõ dictoꝝ, Vt Fab. Maximus incuſans Auguſti congiarioꝝ, quæ amicis dabañ, exiguitatẽ, heminaria eſſe dixit. Nam congiariũ cum ſit cõe liberalitatis atq; menſuræ, à mẽſura ducta imminutio eſt reꝝ. Et hæc tam frigida, q̃ eſt noĩm fictio, adiectis, detractis, mutatis lr̃is, ut Aciſculum, quia eſſet pactus Paciſculum, & Placidum noĩe, quia is acerbus natura eſſet, Acidum, & Tullium, cũ fur eſſet, Tollium dictos inuenio. Sed hæc eadẽ genera commodius in rebus, quàm in noĩbus rñdent. Afer eñ uenuſte Manliũ Suram multũ in agendo diſcurſantẽ, ſalientẽ, manus iactantẽ, togam deiicientẽ & reponentẽ, non agere dixit, ſed ſatagere. Eſt eñ dictum per ſe urbanum ſatagere, etiamſi nulla ſubſit alterius uerbi ſimilitudo. Fiunt & detracta, & adiecta aſpiratiõe, & binis coniunctis uerbis, ſimiliter ſæpius frigida, aliq̃ tñ recipiẽda, eademq; conditio eſt in ĩis, quæ à noĩbus trahunt. Multa ex hoc Cicero in Verrem, ſed ut ab alĩs dicta, modo futurum ut oĩa uerreret, cum diceretur Verres, modo Herculi quem expilauerat, moleſtiorẽ apro Erymanthio fuiſſe, mõ malũ ſacerdotẽ, qui tam nequam Verrẽ reliquiſſet, ꝙa ſacerdoti Verres ſucceſſerat. Præbet tñ aliq̃ occaſionẽ quædam felicitas hoc quoq; genere bene utendi, ut pro Cæcinna Cicero in teſtem Sex. Clodium Phormionẽ. Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, q̃ eſt ille Terentianus Phormio. Acriora igiť ſunt & elegantiora, quæ trahunť ex uirorum. In his maxime ualet ſimilitudo, ſi tñ ad aliquid inferius, leuiusq; referať, qua iam ueteres illi iocabañ, qui Lentulum Spintherẽ, & Scipionem Serapionẽ eſſe dixerunt. Sed ea nõ ab hoĩbus modo petiť, uerũetiam ab animalibus, ut nobis pueris Iunius Baſſus, homo in primis dicax, aſinus albus uocabatur, & Sarmẽtus, ſeu Publius Bleſſus Iunium hominem nigrum, & macrum, & pandum, fibulam ferream dixit, quod nunc riſus petendi genus frequentiſſimum eſt. Adhibeť aũt ſimilitudo interim palàm, interim inſeri ſolet parabolæ, cuius eſt generis id Auguſti, qui militi libellũ timide porrigenti, noli inquit, dubitare tã q̃ aſſem elephanto des. Sunt quædam etiã ueriſimilia. Vnde Vatinius dixit hoc dictũ, cũ reus agente in eũ Caluo, candido frontẽ ſudario tergeret, idq; ipſum accuſator in inuidiã uocaret: Quãuis reus ſum inquit, & panẽ candidum edo. Adhuc eſt ſubtilior illa ex ſimili translatio, cũ quod in alia re fieri ſolet, in aliam mutuamur. Ea dicať ſanè fictio, ut Chryſippus, cũ in triũpho Cæſaris eburnea oppida eẽnt trãslata, & poſt dies paucos Fabĩ Maximi lignea, thecas eſſe oppidoꝝ Cæſaris dixit. Et Pedo de Mirmillone, qui retiariũ cõſequebať, nec feriebat: Viuũ inquit capere uult. Iungitur amphiboliæ ſimilitudo, ut L. Galba, qui pilam negligenter petenti, ſic inquit, petis tanq̃ Cæſaris candidatus. Nã illud petis ambiguũ eſt, ſecuritas ſimilis. Quod hactenus oſtendiſſe ſatis ẽ. Cæteꝝ frequentiſſima aliorum geneꝝ cũ alĩs mixtura eſt, eaq; optima, quæ ex pluribus conſtat. Eadẽ diſſimilitũ ratio eſt. Hinc eques Ro. ad quem in ſpectaculis bibentẽ cum miſiſſet Auguſtus, qui ei diceret, ego ſi prandere uolo, domum eo: Tu eñ inquit, non times, ne locum perdas. E contrario non una ſpẽs. Neq; eñ eodem modo dixit Auguſtus præfecto, quẽ ignominia notabat, ſubinde interponenti precibus: Quid reſpondebo patri meo? Dic me tibi diſplicuiſſe, quo Galba penulam roganti, non poſſum commodare, domi maneo, cum cœnaculũ eius perplueret. Tertium adhuc illud, ſiquidem, ut ne autorem ponam, uerecundia ipſius facit: Libidinoſior es, q̃ ullus ſpado, quo ſine dubio & opinio decipiť, ſed ex contrario. Et

hoc ex eodem loco est, sed nulli priorum simile, quod dixit M. Vestinius, cũ ei nuntiatũ esset, aliqñ desinet putere. Onerabo librum exemplis, similemq; ñs, qui risus gña componuntur, efficiam, si persequi uoluero singula ueterum. Ex omnibus argumentor locis eadem occasio est. Nam & finitione usus est Augustus de pantomimis duobus, qui alternis gestibus contẽdebant, cum eor alterum saltatorẽ dixit, alter interpellatorem. Et partitione Galba, cũ penulam roganti respondit, non pluit, non est opus tibi: si pluit, ipse utar. Proinde genere, specie, proprñs, differentibus, iugatis, adiunctis, consequentibus, añcedẽtibus, repugnãtibus, causis, effectis, comparatione parium, maiorum, minor, similis materia præbetur. sicut in tropos quoq; oẽs cadunt. An non plurima κατ' ὑπερβολὴν dicunt? quale refert Cicero de homine prælongo, Caput eum ad fornicẽ Fabñ offendisse. Et qđ P. Oppius dixit de genere Lentulorum, cũ assidue minores parentibus liberi essent in nascendo. Interim utrũq;. Quid ironia? nõne etiã quæ sit uerissima, et ioci propè genus est? Qua urbane usus est Afer, cum Didio Gallo, qui prouinciam ambitiosissime petierat, deinde impetrata ea, tanq; coactus querebatur, age inquit aliquid, & reipub. causa elabora. Quaq; Cicero usus est, cũ Vatinñ morte nuntiata, cuius pax certus dicebatur autor: Interim inquit, usura fruar. Idẽ per allegoriam M. Cæliũ melius obñcientẽ crimina quàm defendentem, bonam dextram, malam sinistram habere dicebat. Emphasi Iulius dixit ferrũ Accium Nauiũ incidisse. Figuras quoq; mentis, quæ σχήματα διανοίας dicuntur, res eadem recipit oẽis, in quas nõnulli diuiserũt spẽs dictor. Nã & interrogamus, & dubitamus, & affirmamus, & minamur, & optamus: Quædam ut miserantes, & quædam ut irascentes dicimus. Ridiculũ autem est omne, qđ aperte fingitur. Stulta reprehendere facillimũ est. Nam per se sunt ridicula. Sed rem urbanam facit aliqua ex nobis adiectio. Stulte interrogauerat exeuntẽ de theatro Carpathiũ Tityus Maximus, an spectasset, fecit Carpathius dubitationẽ eius stultiorẽ dicendo: Non, sed in orchestra pila lusi. Refutatio cũ sit in negando, redarguẽdo, defendẽdo, eleuãdo, ridicule negauit Mannius Curius. Nam cũ eius accusator in sipario oĩbus locis, aut nudum eũ in neruo, aut ab amicis redemptũ ex alea pinxisset, Ergo ego inquit, nunq; uici. Redarguimus interim aperte, ut Cicero Vibiũ Curium multũ de annis ætatis suæ mentientẽ: tum ergo cũ unà declamabamus, nõ eras natus. Interim & simulata assensione, ut idẽ Fabiæ Dolobellæ dicenti triginta se annos habere, Verx est inquit. Nã hoc iam uiginti annis audio. Belle interim subñcit p eo qđ neges, aliud mordacius, ut Iunius Bassus quærente Domitia Passieni, p incusans eius sordes, calceos eã ueteres diceret uendere solere: Non me hercules, inquit, hoc unq; dixi, sed emere te solere. Defensionẽ imitatus est eques Ro. qui obñcienti Augusto, p patrimoniũ comedisset, Meũ inquit putaui. Eleuandi rõ est duplex, ut aut ueniam qs, aut ictantiã minuat. Quẽadmodũ C. Cæsar Pomponio oñdenti uulnus ore exceptũ in seditione Sulpitiana, qđ ipse se passum pro Cæsare pugnantẽ gloriabat, nunq; fugiens respexeris, inquit. Aut crimen obiectũ, ut Cicero obiurgantib. p sexagenarius Popilíam uirginẽ duxisset, Cras mulier erit inquit. Hoc genus dicti, consequens uocant qdã, atq; illi simile, p Cicero Curionẽ sp ab excusatione ætatis incipientẽ, facilius quotidie procemiũ habere dixit, qa ista natura sequi, & cohærere uideant. Sed eleuandi genus est etiam causax relatio, qua Cicero est usus in Vatiniũ, qui pedib. æger, cũ uellet uideri cõmodioris ualetudinis factus, & diceret se iam bina milia passuũ ambulare, Dies hi inquit, lõgiores sunt. Et Augustus nũtiantibus Tarraconẽsibus palmã in ara eius enatã: Apparet inquit, q; sæpe accẽdatis. Trãstulit crimẽ Cassius Seuerus. Nam cũ obiurgaretur à prætore, p aduocati eius L. Varro Epicureo Cæsaris amico conuitium feciſſent: Nescio inquit, qui conuiciati sint, & puto Stoicos fuisse. Repercutiendi multa sunt gña, uenustissimũ qđ etiam similitudine aliqua uerbi adiuuat, ut Tracallus dicenti Suellio, Si hoc ita est, is in exilium: Si non est ita, redis inquit. Elusit Cassius Seuerus, obñciẽte quodã p ei domo sua Proculeius interdixisset, rñdendo: Nũquid ego illuc accedo? Sic eludit & ridiculũ ridiculo, ut diuus Aug. cũ ei Galli torquem aureũ centũ pondo dedissent, & Dolobella per iocũ, tẽtans tñ ioci sui euentũ dixisset: Impator torque me dona: Malo te inqt, ciuica donare. Mẽdaciũ q̃q; mendacio, ut

Galba dicente quodam uictoriato se uno in Sicilia quinq; pedes longam muræna emisse, nihil inquit mirum. Nam ibi tam longæ nascũtur, ut ĩis piscatores pro restibus utant. Cõtraria est neganti cõfessionis simulatio. Sed ipsa q̃q; multũ habet urbanitatis. Sic Afer cum ageret contra libertum Claudĩ Cæsaris, & ex diuerso quidam conditionis eiusdem cuius erat litigator, exclamasset, Præterea tu semper in libertos Cæsaris dicis, Nec meher cule inquit, quicq̃ proficio. Cui uicinum est, non negare quod obĩcitur, cum & id palam falsum est, & inde materia bene respondẽdi dat, ut Catulus dicẽti Philippo, quid latras? Furem uideo inquit. In se dicere, non est ferè nisi scurræ, & in oratore utiq; minime probabile. Quod fieri totidẽ modis, quot in alios potest: Ideo hoc quamuis frequẽs sit, transeo. Illud uero etiamsi ridiculũ & indignum, tñ est homini tolerabile, quod aut turpiter, aut impotenter dicit. Quod fecisse quendam scio, qui humiliori libere aduersus se loquẽti, colaphum inquit, tibi ducam, & formulam scribam, q̃ caput durum habeas. Hic em̃ dubium est, utrum ridere audientes, an indignari debuerint. Supereſt genus decipiendi opinione, aut dicta aliter intelligendi, quæ sunt in omni hac materia uel uenustissima. Inopinatum, & à lacessẽte poni solet, quale est quod refert Cicero: Quid huic abest, nisi res & uirtus? Aut illud Afri: Homo in agendis causis optĩe uestitus. Et in occurrendo, ut Cicero audita falsa Vatinĩ morte, cum Quinium libertũ eius interrogasset, recténe omia? dicenti recte, mortuus est inquit. Plurimus aũt circa simulationem & dissimulationẽ risus est, quæ sunt uicina, & propè eadem. Sed simulatio est certam opinionem animi sui imitãtis, dissimulatio aliena pa~ se intelligere fingentis. Simulauit Afer, cũ in causa subinde dicẽtibus Celsinam diceret, cognouisset, quæ erat potẽs fœmina, Quis est inquit, iste? Celsinam em̃ uideri sibi uia~ finxit. Dissimulauit Cicero, cum Sex. Annalis testis reum læsisset, & instaret identidem accusator ei, Dic Marce Tulli, nunquid potes de Sexto Annali? Versus tunc dicere cœpit de libro Ennĩ annali sexto:

Qui potis ingentis causas euoluere belli.

Cui sine dubio frequentissimam dat occasionẽ ambiguitas, ut Cassellio, qui consultori dicẽti, nauem diuidere uolo, perdes inquit. Sed auerti intellectus etiam aliter solet, cum ab asperioribus ad leniora deflectitur, ut qui interrogatus, quid sentiret de eo qui in adulterio deprehensus esset, tardum fuisse respondit. Ei confine, quod dicit per suspicionẽ, quale illud apud Ciceronẽ: Quærenti q̃ uxor sua è fico se suspendisset, rogo des mihi furculũ ex illa arbore, ut inseram. Intelligit em̃ quod non dicitur. Et hercle omnis falsæ dicẽdi ratio in eo est, ut aliter quàm est, rectum uerumq; dicatur, quod fit totum fingendis, aut nostris, aut alienis psuasionibus, aut dicendo qđ fieri nonpotest. Aliena finxit Iuba, qui quærenti, q̃ ab equo suo esset aspersus, quid tu inquit, me hippocentaua~ putas? Sic C. Cassius, qui militi sine gladio discurrẽti, heus commilito, pugno bene uteris inquit. Et Galba de piscibus, qui cũ pridie ex parte adusti, & uersati, postero die appositi essent, Festinemus alĩ subcœnant, inquit. Tertium illud Ciceronis (ut dixi) aduersus Curium: Fieri em̃ certe non poterat, ut cum declamaret, natus non esset. Est & ex illa ironia fictio, qua usus est C. Cæsar. Nam cum testis diceret à reo fœmina sua ferro petita, & esset facilis reprehensio, cur illam potissimum partẽ corporis uulnerare uoluisset, Quid em̃ faceret, inquit, cũ tu galeam & loricam haberes? Vel optima est simulatio contra simulantẽ, qualis illa Domitĩ Afri fuit: Vetus habebat testamentum, & unus ex amicis recentioribus sperans aliquid ex mutatione tabula~, falsam tabulam intulerat, consulens eum, an primipilaris ei testamẽto suaderet ordinare suprema iudicia, noli inquit, facere, offendis illum. Iucundissima sunt aũt ex his omnibus lenia, & (ut sic dixerim) boni stomachi, ut Afer ingrato litigatori cõspectum eius uitanti in foro, per nomenclatorem missum ad eum: Amas me, inquit, q̃ te non uidi, & dispensatori, qui cum ad reliqua non rñderet, dicebat subinde, non comedi panem & aquam bibo, Pasce & redde quod debes, quæ ὑπαγωγὰς uocant. Est gratus iocus, qui minus exprobrat quàm potest, ut idem dicenti candidato, semper domũ tuã colui, cum posset palàm negare, credo inquit, & uerum est. Interim de se dicere ridiculũ est, & quod in alium, si absentem diceret, urbanum non erat, qm̃ ipsi palàm exprobratur,

mouet risum, quale Augusti est cũ ab eo miles, nescio quid, improbe peteret, ueniret con-
tra Martianus, quẽ suspicabatur & ipsum aliquid iniuste rogaturum: Non magis, inquit,
faciam cõmilito quæ petis, q̃ quod Martianus à me petiturus est. Adiuuant urbanitatem,
& uersus cõmode positi, seu toti ut sunt, qđ adeo facile est, ut Ouidius ex tetrasticho Ma-
cri carmine libr̃ in malos poetas cõposuerit, quod fit gratius, siqua etiam ambiguitate cõ
ditur, ut Cicero in Acctum hoiem callidum & uersutum, cũ is in quadam causa suspect⁹
esset, Nisi qua Vlysses rate euasit Laertius. Seu uerbis exptè mutatis, ut in eũ, qui cũ antea
stultissimus esset habitus, post acceptam hæreditatẽ primus sniam rogabat. Cuius hære-
ditas est, quã uocant sapiam, pro illo facultas est. Seu fictis notis uersibus. Simile est quod
παροιμία, dr̃, & prouerbia opportune aptata, ut de hoie in aquam lapso, & ut alleuaretur
roganti: Tollat te q nõ nouit. Ex historia etiam ducere urbanitatẽ eruditum, ut Cic. fecit,
cum ei testẽ in iudicio Verris roganti dixisset Hortẽsius, nõ intelligo hæc ænigmata: Atq
debes, inqt, cũ sphingem domi habeas. Acceperat aũt ille à Verre sphingem æneam, ma-
gnæ pecuniæ. Subabsurda illa constant stultis simili imitatione: & quæ nisi fingant stul-
ta sunt, ut qui mirantibus q̃ humile candelabr̃ emisset, pransorium erit inquit. Sed illa si
milia absurdis sunt acria, quæ tanq̃ sine rõne dicta ferunt, ut seruus Dolobellæ, cum inter-
rogaretur, an dñs eius auctionẽ ꝓposuisset, domũ, inquit, uendidit. Dephensi interim pu
dorẽ suũ ridiculo aliquo explicant, ut qui testẽ dicentẽ se à reo uulneratum, interrogaue-
rat, an cicatrices haberet, cũ ille ingentẽ in femore ostẽdisset, latus inquit oportuit. Contu
melijs quoq̃ uti belle dat, ut Hispo obijciẽti bis acerba crimina accusatori, mentiris inqt.
Et Fuluius ꝓpinquus legato interroganti, an in tabulis, quas ꝓferebat, chirographus eẽt,
& uerus inqt dñe. Has aut accepi species, aut inueni frequẽtissimas, ex q̃bus ridicula du-
cerent. Sed repetã necesse est, infinitas esse tam falsè dicẽdi, q̃ seuere, quas ꝓstat persona, lo
cus, tp̃s, casus deniq̃, q est maxime uarius. Itaq̃ hæc ne omisisse uiderer attigi, illa autem
quæ de usu ipso, & mõ iocandi cõplexus sum, adeo infirma, sed plane necessaria. His adij̃
cit Domitius Marsus, q de urbanitate diligẽtissime scripsit, quædam non ridicula, sed cui
libet seueriss̃imæ orationi conueniẽtia, elegant dicta, & proprio quodam lepore iucũda,
quæ sunt quidẽ urbana, sed risum tñ non habent. Neq̃ em̃ ei de risu, sed de urbanitate est
opus institutũ, quam propriam esse nostræ ciuitatis ait, & sero sic intelligi cœptam, postq̃
urbis appellationẽ, etiamsi nomẽ propriũ nõ adijceret, Romam tñ accipi sit receptũ, eam
q̃ sic finit: Vrbanitas ẽ uirtus quædam in breue dictũ coacta, & apta ad delectandos, mo-
uendosq̃ hoies in oẽm affectum, maxime idonea ad resistendum, uel lacessendum, prout
quæq̃ res ac psona desiderat. Cui si breuitatis exceptionẽ detraxeris, omneis oonis uirtu
tes complexa sit. Nam sicut ista rebus & personis, & qđ in utrisq̃ oporteat dicere, pfectæ
eloquentiæ est. cur aũt breuẽ eam esse uoluerit, nescio quidẽ. At quam in eodem libro di
cat fuisse, & in multis narrandi urbanitatẽ, paulopost ita finit, Catonis (ut ait) opinionẽ se
cutus: Vrbanus homo erit, cuius multa bñ dicta, respõsa q̃ erunt, & qui in sermonibus, cir
culis, conuiuijs, itẽ in cõcionibus, oñi deniq̃ loco ridicule, commodeq̃ dicet. Risus erũt,
quæcũq̃ hæc faciet orator. Quas si recipimus finitiones, quicquid bñ dicet, & urbane di-
cti nomen accipiet. Cæterum illi, q hoc ꝓposuerat, consentanea fuit illa diuisio, ut dicto
rum urbanor̃, alia seria, alia iocosa, alia media faceret. Nam eadem est oĩm bene dictorũ.
Verũ mihi etiam iocosa quædam uident posse non satis urbane referri. Nam meo quidẽ
iudicio, illa est urbanitas, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditũ, nihil pegri-
num, neq̃ sensu, neq̃ uerbis, neq̃ ore, gestu'ue possit dephendi, ut nõ tam sit in singulis di
ctis, q̃ in toto colore dicẽdi, qualis apud græcos, Atticissmos ille redolens Athenar̃ ꝓpri-
um saporem. Ne tñ iudiciũ Marsi hominis eruditissimi subtraham, Seria partit̃ in tria ge
nera, honorificũ, contumelioſum, mediũ. Et honorifici ponit exẽplum Ciceronis quoq̃
ꝓ Ligario apud Cæsarẽ: Qui nihil soles obliuisci, nisi iniurias. Et contumelioſi, qđ Attico
scripsit de Pompeio & Cæsare: Habeo quẽ fugiam, quẽ sequar nõ habeo. Et medij̃, quod
ἀποφθεγματικὸν uocat, & est cum ita dixit, neq̃ grauem mortẽ accidere forti uiro posse, ne
q̃ immaturam consulari, neq̃ miserã sapiẽti. Quæ oñia sunt optime dicta, sed cur ꝓprie

nomen urbanitatis accipiant, nõ uideo. Quod si nõ totus (ut mihi uidet) oronis color me ret, sed etiam singulis dictis tribuendũ est, illa potius urbana esse dixerim, quæ sunt generis eiusdẽ, quæ ridicula dicunt, & tñ ridicula non sunt, ut de Pollione Asinio serijs, iocisq; pariter accõmodato dictum est, esse eum oĩm horaꝝ. Et de actore facile dicente ex tempore, ingenium eũ in numerato habere. Etiam Pompeij, qđ refert Marsus in Ciceronẽ differentẽ partibus, Transi ad Cæsarẽ, me timebis. Erat em̃, si de re minore, aut alio animo, aut denicq; non ab ipso dictũ fuisset, qđ posset inter ridicula numerari. Etiam illud, qđ Cicero Coreliæ scripsit, reddens rationẽ cur illa C. Cæsaris tpa tam patienter toleraret: Hæc aut animo Catonis ferẽda sunt, aut Ciceronis stomacho. Stomachus em̃ illic habet aliquid ioco simile. Hæc quæ mouebant dissimulanda mihi non fuerunt, in quibus, ut errauerim, legentes tñ non decepi, indicata diuersa opiniõe, quam sequi magis probantibus libeꝝ est.

De altercatione. Caput .V.

ALtercationis p̃cepta poterant uideri tunc inchoanda, cũ omnia, quæ ad continuam oronem ptinent, peregissem. Nam est usus eius ordine ultimus. Sed cũ sit posita in sola inuentione, neq; habere dispositionẽ possit, nec elocutionis ornamenta magnope desideret, aut circa memoriam & pronuntiationem laboret, priusquã sedam quinq; partiũ, hanc quæ tota ex prima pendet, tractaturus nõ alieno loco uideor, quã scriptores ideo fortasse alij reliquerũt, quia satis cæteris p̃ceptis in hanc quoq; uidebat esse ꝓspectum. Constat em̃ aut intẽtione, aut depulsione, de quibus satis traditũ est, quia quicquid in actiõe petua circa ꝓbationes utile est, idẽ in hac breui atq; cõcisa profit, necesse est. Neq; alia dicunt in altercatione, sed alit aut interrogando, aut rñdendo. Cuius rei fere oĩs obseruatio in illo testium loco excussa nobis est: Tñ, quia latius hoc opus aggressi sumus, neq; pfectus orator sine hac uirtute dici põt, paululũ impẽdamus huic quoq; peculiaris operæ, quæ qdem in qbusdam causis ad uictoriam uel plurimũ ualet. Nam ut in qualitate gñali, in qua recte ne factũ quid, an cõtra sit, quærit, ppetua dominat oro, & quæstionẽ finitiõis actionis plerũq; satis explicat, & oia pene in quibus de facto constat, aut cõiectura, artificiali rõne colligit, ita in his causis, quæ sunt frequẽtissimæ, quæ uel solis extra artẽ ꝓbationibus, uel mixtis cõtinent, asperrima in hac parte dimicatio ẽ, nec alibi dixeris, magis mucrone pugnari. Nã & firmissima quæq; memoriæ iudicis inculcãda sunt, etiam p̃standum quicqd in actiõe ꝓmisimus, & refellẽda mẽdacia. Nusquã est denicq; q cognoscit intẽtior, nec immerito quidã, quanq̃ in dicẽdo mediocres, hac tñ altercandi p̃stantia meruerũt nomẽ patronoꝝ. At quidam litigatoribus suis illũ mõ ambitiosum declamandi sudorẽ p̃stitisse cõtenti, cũ turba laudantiũ destituũt subsellia, pugnamq; illã decertatoriam impitis ac sæpe pullatæ turbæ relinquũt. Itaq; uideas alios plerũq; iudicijs priuatis ad altercatiões uocari, alios ad ꝓbationem. Quæ si diuidẽda sunt officia, hoc certe magis necessariũ ẽ, pudẽdumq; dictu, si plus litigantibus ꝓsunt minores. In publicis certe iudicijs uox illa p̃conis, præt patronos, ipm̃ qui egerit, citat. Opus est igit in primis ingenio ueloci ac mobili, aio præsenti & acri. Non em̃ cogitandũ, sed dicẽdum statim est, & ꝓpe sub conatu aduersarij manus exigẽda. Quare cũ in oĩ pte huiusce officij plurimũ facit, totas non diligent mõ, sed etiam familiarit nosse causas, tũ in altercatiõe maxime necessariũ est, oĩm personarũ, instrumentoꝝ, temporum, locoꝝ habere notitiam, alioqui & tacendũ est sæpe, etiam alijs subijcientibus, plerũq; aũt studio loquendi fatue mõ accedendum, quod nunq̃ accidit, ni credulitate aliena stultitia erubescamus, neq; tm̃ hoc ipsis monitoribus clarescit. Quidam faciunt aperte q̃ rixemur. Videas em̃ plerosq; ira percitos exclamantes, ut iudex audiat contrarium id esse qđ admoneatur, sciatq; ille, qui pronũtiaturus est in causa, malum qđ taceatur. Quare bonus altercator uitio iracũdiæ careat. Nullus em̃ rationi magis obstat affectus, & fert extra causam, & plerũq; deformia conuitia facere, ac mereri cogit, & ipsos nonnunq̃ iudices incitat melior moderatio, ac nonnunq̃ etiam patiẽtia. Neq; em̃ refutanda tm̃, quæ è contrario dicuntur, sed contẽnenda, eleuanda, ridẽda sunt, nec usquã plus loci reperit urbanitas, odiũ mordet & pudor, contra turbantes audendũ, & impudẽtiæ fortiter resistendũ. Sunt enim quidam præduri in hoc oris, ut obstrepant ingẽti clamore, &

medios ſermones intercipiant,& omia tumultu cõfundant,quos ut nõ imitari,ſic acriter propulſare oportebit:& ipſoꝝ improbitas retundẽda,& iudices, uel præſidẽtes magiſtratus appellandi frequẽt,ut loquẽdi uices ſeruẽt. Nã eſt res animi iacẽtis,& mollis ſupra modũ frontis,fallitq; plerunq;,qđ probitas uocat,quæ eſt imbecillitas. Valet aũt in altercatione plurimũ acumen,qđ ſine dubio ex arte nõ uenit. Natura em̃ non docet,arte tñ adiuuat. in qua præcipuũ eſt ſemp id in oculis habere,de quo quæritur,& quod uolumus efficere,quia ꝓpoſitum tenentes in rixam non ibimus,nec cauſæ debita tẽpora conuitiando cõteremus,gaudebimusq;,ſi hoc aduerſarius facit. Omnia tpa fere parata ſunt meditatis diligent,quæq; aut ex aduerſo dici,aut rñderi à nobis poſſint. Nonnunq; tñ ſolet hoc quoq; eſſe artis genus, ut quædã in actiõe diſſimulata ſubito in altercando proferant,& inopinatis eruptionibus, aut ex inſidiis citiſſimo facto ſimillimũ. Id aũt tñ faciendum eſt, cum eſt aliquid,cui reſponderi non ſtatim poſſit,potuerat aũt ſi tẽpus ad diſponendum fuiſſet. Nam quod fideliter firmũ eſt,à primis ſtatim actionibus arripere optimũ eſt, quo ſæpius diutiusq; dicat. Illud uix ſaltem præcipiendum uidetur,ne turbidus & clamoſus tm̃ ſit altercator,& quales facti ſunt,qui literas neſciũt. Nam improbitas licet aduerſario moleſta ſit,iudici inuiſa ẽ. Nocet etiam diu pugnare in iis,quæ obtinere nõ poſſis. Nam ubi uinci neceſſe ẽ,expedit cedere: qa ſiue plura ſunt,de quibus quæritur,facilior erit in cæteris fides, ſiue unũ,mitior ſolet irrogari pœna uerecũdiæ. Nam culpam præſertim deprehenſam pertinaciter tueri,culpa altera eſt. Dum ſtat acies,multi in re cõſiliũ atq; artis eſt,ut errantem aduerſariũ trahas,& ire quãlongiſſime cogas,ut uana interim ſpe exultet. Ideo quædam bñ diſſimulantur inſtrumenta. Inſtant em̃,& ſæpe diſcrimen omne committũt,qđ deeſſe nobis putant,& faciunt probationibus noſtris autoritatẽ poſtulando. Expedit etiam dare aliquid aduerſario,qđ pro ſe putet,quod apprehendẽs maius aliquid cogat dimittere,duas interim res proponere,quaꝝ utramlibet male ſit electurus,qđ in altercatione fit potentius,quàm in actione,quia in illa nobis ipſi reſpõdemus,in hac aduerſarium,quaſi confeſſum tenemus. Eſt in primis acuti,uidere quo iudex dicto moueat, quid reſpuat,quod exuultu ſæpiſſime,& aliquando etiam dicto aliquo,facto ue eius deprehendit,& inſtare ꝓficientibus,& ab iis,quæ nõ adiuuant,quàm molliſſime pedẽ oportet referre. Faciũt hoc medici quoq;,ut remedia pinde perſeuerẽt adhibere,uel deſinant,ut illa recipi uel reſpui uident. Nonnunq; ſi rem euoluere ꝓpoſitam facile non ſit,inferenda eſt alia quæſtio, atq; in eam,ſi fieri poteſt,iudex auocandus. Quid em̃ cum reſpõdere non poſſis,agendũ eſt,niſi ut aliud inuenias cui aduerſarius reſpõdere non poſſit? In pleriſq; iudex eſt auocandus, ut dixi, q circa teſtes eſt locus, & ꝓnis mõ diſtat,q; hic patronoꝝ inter ſe certamen, illic pugna int teſtẽ & patronum. Exercitatio uero huius rei lõge facilior. Nam eſt utiliſſimũ, frequẽter cũ aliquo,qui ſit ſtudioꝝ eorundẽ,ſumere materiam uel ueræ, uel etiã fictæ cõtrouerſiæ, & diuerſas ptes altercationis modo tueri, quod idem etiam in ſimplici genere quæſtionum fieri poteſt. Ne illud quidẽ ignorare aduocatum uolo,quo quæq; ordine ꝓbatio ſit apud iudices ꝓferenda,cuius rei eadem in argumẽtis ratio eſt,ut potẽtiſſima,prima & ſumma ponant. Illa em̃ ad credẽdum præparant iudicem, hæc ad ꝓnuntiandum.

De iudicio & conſilio. *Caput .VI.*

HIs pro noſtra facultate tractatis,nõ dubitaſſem trãſire protinus ad diſpoſitionẽ,quæ ordine ipſo ſequit,niſi uererer,ne quoniam fuerunt,qui iudiciũ inuentioni ſubiungerent,prætermiſſe hunc locũ quibuſdam uiderer, qui mea quidem opinione adeo ptibus operis huius omnibus connexus ac mixtus eſt,ut ne à ſententiis quidẽ,aut uerbis ſaltẽ ſingulis poſſit ſeparari,nec magis arte tradit,quàm guſtus,aut odor. Ideoq; nos qđ in quaq; re ſequendũ,cauendumq; ſit docemus,ac deinceps docebimus,ut ad ea iudicium dirigat. Præcipiam igitur,ne,qđ effici non poteſt, aggrediamur? ut cõtraria uitemus,& communia? ne quid in eloquendo corruptũ obſcurumq; ſit? Referat oportet ad ſenſus,qui nõ docentur. Nec multũ à iudicio credo diſtare conſilium,niſi quod illud oſtendẽtibus ſe rebus adhibetur,hoc latentibus,& aut omnino nondũ repertis,aut dubiis. Et quod iudiciũ frequentiſſime certum eſt, Conſiliũ uero eſt ratio quædam alte petita,& plerunq; plura per-

pendens, & comparans, habensq; in se, & inuentionē & iudicationē. Sed ne hæc quidem præcepta in uniuersum spectanda sunt. Nam ex re sumit cui locus añ actionē est frequenter. Nam Cicero summo cōsilio uidet in Verrem uel contrahere tēpora dicēdi maluisse, quàm in eum annū, quo erat Q. Hortēsius consul futurus, incidere. Et in ipsis actionibus primum, ac potentissimū obtinet locum. Nam quid dicendū, quid tacendum, quid diffitēdum sit, exigere consilij est. Negare sit satius, an defendere: ubi proœmio utendū, & quali: Narrandum ne, & quomodo. Iure prius pugnandū, an æquo: Qui sit ordo utilissimus, tum oēs colores, aspere, an lenit, an etiam submisse loqui expediat. Sed hæc quoq; ut qs q; passus est locus, monuimus, idēq; in reliqua parte faciemus, pauca tñ exēpli gratia ponam, quibus manifestius appareat, quid sit qd demōstrari posse præceptis non arbitror. Laudatur consiliū Demosthenis, qd cum suaderet bellū Athenienfibus, parē id prospere expertis, nihil adhuc factū esse ratione monstrat. Poterat em̄ emendari negligētia. At si nihil esset erratum, melioris in posterū spei non erat rō. Idem cum offensam uereretur, si obiurgaret populi segnitiē, in asserenda libertate reipublicæ maiorē laude uti maluit, qui rē fortissime administrassent. Nam & faciles habuit aures, & natura sequebat, ut meliora p̄banteis, peiorē pœniteret. Ciceronis quidē uel una pro Cluētio quamlibet multis exemplis sufficeret oratio. Nam quod in eo consilium maxime mirer? primam ne expositionē, qua matri, cuius filiū premebat autoritas, abstulit fidē? An quod idē corrupti iudicij crimē transferri in aduersariū maluit, quàm negare propt̄ inueteratam (ut ipse dicit) infamiam? An qd̄ in re inuidiosa legis auxilio nouissime est usus? quo gñe defensionis etiam offendisset nondū præmollitas iudicū mentes. An qd̄ se ipsum inuito Cluentio facere testatus est? Quid p̄ Milone? quod non añ narrauit, quàm præiudicijs oīibus reum liberaret? quod insidiarē inuidiam in Clodium uertit, quanq̄ re uera fuerat pugna fortuita, q; factū & laudauit, & tñ uoluntatem Milonis remouit, quod illi preces non dedit, & in eā locū ipse successit? Infinitum est enumerare, ut Cottæ detraxerit autoritatē, ut pro Ligario se oppoſuerit, Cornelium ipsa confessionis fiducia eripuerit. Illud dicere satis habeo, nihil esse non mō in orando, sed in oīi uita, prius consilio, frustraq; fine eo tradi cæteras artes, plusq; uel fine doctrina prudentiā, quàm fine prudētia facere doctrinam. Apparet etiam, orationē accōmodare locis, tpibus, psonis, esse eiusdem uirtutis. Sed hic quia latius fusus est locus, mixtusq; cum elocutione, tractabitur cum p̄cipere de apte dicēdo cœperimus.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER .VII.

De diuisione in untuersum, seu parenchiresi. Caput .I.

DE inuentione (ut arbitror) satis dictum est. Neq; em̄ ea demum, quæ ad docendū ptinent, executi sumus, uerē etiam motus animorē tractauimus. Sed ut opa extruentibus satis nō est, saxa, atq; materiam, & cætera ædificāti utilia cōgerere, nisi disponēdis eis collocandisq; artificū manus adhibeat, sic ī dicēdo quālibet abūdans rerē copia, cumulū tm̄ habeat, atq; cōgestum, nisi illas eadē dispositio ī ordinē digestas, atq; int̄ se cōmissas deuinxerit. Nec immerito scda quinq; partium posita est, cum fine ea prior nihil ualeat. Neq; enim, quanq̄ fusis oīibus mēbris, statua sit, nisi colloceť. Et si quam in corporibus nostris, aliorū'ue animaliū partem pmutes & transferas, licet habeat eadem oīa, prodigium sit tñ. Et artus etiam leuiter loco moti, pdunt quo uiguerunt usum, & turbati exercitus sibīpsi sunt impedimēto. Nec mihi uidenť errare, qui ipsam rerē naturam, stare ordine putant, quo cōfuso pitura sint omnia. Sic oratio carēs hac uirtute, tumultuet̄ necesse est, & fine rectore fluitet, nec cohæreat sibi, multa repetat, multa transeat, uelut nocte in ignotis locis errans, nec initio, nec fine p̄posito, casum potius q̄ consiliū sequať. Quapropt̄ totus hic liber seruiat dispositioni: quæ quidē, si certa aliqua uia tradi in oēs materias ullo mō posset, nō tam paucis cōtigisset. Sed cum infinitæ litiū formæ fuerint, futuræq; sint, & tot seculis nulla reperta sit

causa,quæ esset tota alteri similis,sapiat oportet actor,& uigilet,& inueniat,& iudicet,& consiliũ à seipso petat. Neq; inficias eo quædã eẽ,quæ demõstrari possint,eaq; nõ omittã.

De dispositione facienda. *Caput .II.*

SIt igitur(ut supra significaui)diuisio,rerũ pluriũ in singulas, partitio singularũ in partes,discretus ordo,& recta quædam collatio prioribus sequẽtia annectẽs. Dispositio utilis rerũ,ac partium in loco distributio. Sed meminerimus ipsam dispositionẽ plerunq; utilitate mutari,nec eandem semp primam quæstionẽ ex utraq; parte tractandam. Cuius rei ut cætera exẽpla præteream,Demosthenes quoq;,atq; Aeschines possunt esse documẽto,in iudicio Ctesiphontis diuersum secuti ordinẽ,cũ accusator à iure,quo uidebat̃ potentior cœperit,patronus omia,uel pene omnia ante ius posuerit,quibus iudicem quæstionĩ legũ ꝓpararet. Aliud em̃ alio docere prius expedit,alioq; ꝫ petitoris arbitrio diceret̃. Denicp in accusatione mutua,ut uacuũ se utercp defendat, priusq; aduersariũ arguat, oĩm rerum necesse est ordinẽ esse diuersum. Igit̃,quid ego sim secutus,qđ partim præceptis,partim usurpatum rõne cognoueram,ꝓmam,nec unq; dissimulaui.Erat mihi curæ in cõtrouersiis forensibus nosse oĩa quæ in causa uersarent̃. Nam in schola certa sunt,& pauca,& ante declamationẽ exponũtur, quæ θέματα græci uocant,Cicero proposita. Cum hæc in conspectu quodãmodo collocaueram,nõ minus ꝓ aduersa parte,quã ꝓ mea cogitabam. Et primum(qđ non difficile dictu est,sed tñ añ omnia intuendũ)constituebam,quid utraq; pars uellet efficere,tum per quid,hoc mõ: Cogitabam quid primũ petitor diceret. Id aut confessum erat,aut controuersum: Si confessum,nõ poterat ibi esse quæstio.Transibã ergo ad responsum partis alterius,idẽ intuebar,nonnunq; etiam quod inde obtinebat̃,cõfessum erat. Vbi primũ cœperat non conuenire,quæstio oriebat̃.id tale est:Occidisti hominem,occidi,cõuenit,transeo.Rõnem reddere debet reus quare occiderit. Adulterẽ(inquit)cum adultera occidere licet,legẽ esse certum est. Tertium iam aliquid uidendũ est, in quo pugna cõsistat. Non fuerũt adulteri,fuerunt,quæstio.De facto ambigit̃,cõiectura est. Interim ergo & tertiũ cõfessum est,adulteros fuisse.Sed tibi,inquit accusator,illos nõ licuit occidere.Exul em̃ eras,& ignominiosus,de iure quærit̃.At si protinus dicẽti,occidisti,respondeat̃,non occidi,statim pugna est.Sic explorandũ est,ubi controuersia incipiat, & considerari debet,quæ primam quæstionẽ facit. Intentio simplex:Occidit Saturninum Rabirius.Coniuncta,Lege de sicariis commisit L.Varenus.Nam C.Varenũ occidendo, & Cn.uulnerando,& Salarium itẽ occidẽdo,cadit. Nam sic diuersæ propositiones erũt, quod idem de petitionibus dictũ sit. Verum ex coniuncta propositiõe,plures esse quæstiones ac status possunt,si aliud negat reus,aliud defẽdit,aliud iure actiõis excludit. In quo gñe agẽti & dispiciendũ,quid quoq; loco diluat.Qđ pertinet ad actorẽ,non plane dissentio à Celso,q fine dubio Ciceronẽ est secut⁹.Instat tñ huic parti uehemẽtius,ut putet primo firmũ aliquid esse ponẽdũ,summo firmissimũ,imbecilliora medio,qa & initio mouẽdus sit iudex,& summo impellẽdus.At ꝓ reo plerũq; grauissimũ quicq; primũ mouendũ est,ne illud spectans iudex,reliquorũ defensiõi sit auersior.Interim tñ & hoc mutabit̃ si leuiora illa palã falsa erũt,grauissimi defẽsio difficilior, ut detracta prius accusatoribus fide aggrediamur ultimũ,iam iudicibus oĩa uana esse credẽtibus. Opus erit tñ præfatiõe, qua & rõ reddat̃ dilati criminis,& ꝓmittat̃ defẽsio,ne id qđ nõ statim diluemus,timere uideamur.Anteactæ uitæ crimina,plerũq; prima purgãda sunt,ut id de quo laturus ẽ sñiam,iudex audire ꝓpitius incipiat. Sed hoc quoq; ꝓ Vareno Cicero in ultimũ distulit,nõ quid frequẽtissime,sed quid tum expediret,intuitus. Cum simplex intẽtio erit,uidendũ est an unũ aliquid rñdeamus,an plura.Si unũ,in re quæstionẽ ĩstituamus,an in scripto.Si in re, negandũ sit qđ obĵcit̃,an tuendũ.Si in scripto,in qua specie iuris pugna sit,& ĩ ea de uerbis,an uolũtate quærat̃. Id ita cõsequemur,si intuiti fuerimus quæ sit lex quæ itẽ faciat, hoc est,qua iudiciũ sit constitutũ. Nam quædam in scholasticis ponunt̃ ad coniungendã mõ actæ rei seriẽ,ut pater expositum qui agnouerit,solutis alimentis recipiat. Minus dicto audientẽ filiũ liceat abdicare.Qui expositũ recepit,imperat ei nuptias locupletis propinqui,ille ducere uult filiam paupis educatoris.Lex de expositis ad effectũ pertinet. Iu-

dicium pendet ex lege abdicationis. Nec tñ semp ex una lege quæstio est, ut in ἀνδρομία. His spectatis, apparebit circa quæ pugna sit. Coniuncta defensio est, qualis p Rabirio: Si occidisset, recte fecisset, sed nõ occidit. Vbi uero multa cõtra unam ꝓpositionem dicimus, cogitandũ est primũ quicqd dici põt, tũ ex ijs quo quicqꝫ loco dici expediat ordinandũ, in quo nõ idẽ sentio, qd de ꝓpositionibus paulo añ, quodqꝫ de argumẽtis ꝓbationũ loco cõ cessi, aliqñ nos incipe à firmioribus. Nã uis quæstionũ pcrescere debet, & ad potẽtissima ab infirmissimis puenire, siue sunt eiusdẽ gñis, siue diuersi. Iuris aũt quæstiones solẽt esse nonnunq̃ ex alijs, atqꝫ alijs conflictationibus, facti semp idem spectant, in utroqꝫ gñe simi lis ordo est. Sed prius de dissimilibus, ex quibus infirmissimũ quicqꝫ primũ tractari opor tet. Ideoqꝫ quasdã quæstiões executi donare solemus, & cõcedere. Neqꝫ eñ transire ad ali as possumus, nisi omissis prioribus. Qd ipm ita fieri oportet, nõ ut dãnasse eas uideamur, sed omisisse, quia possimus etiam sine eis uincere. Procurator alicuius pecuniã petit ex fœ nore hæreditario, põt incidere quæstio, an huic esse ꝓcuratorẽ liceat. Finge nos postq̃ tra ctauimus eã remittere, uel etiã cõuinci, quæret, an ei cuius noïe litigat, ꝓcuratorẽ habẽdi sit ius. Discedamus hinc quoqꝫ, recipit materia quæstionẽ, an ille cuius noïe agit, hæres sit fœneratoris, an ex asse hæres. Hæc quoqꝫ cõcessa sint. Quæret an debeat. Cõtra nemo tã demẽs fuerit, ut id, qd firmissimũ duxerit se habere, remittat, & ad leuiora trãscẽdat. Huic in schola simile ẽ. Nõ abdicabis adoptatũ, ut hũc quoqꝫ non uiꝝ fortẽ, ut & fortẽ, non qui cunqꝫ uolũtati tuæ nõ paruerit, in alia oĩa subiectus sit, non ꝓpter opinionẽ, & ut nõ pro pter talẽ opinionẽ. Hæc iuris quæstionũ differẽtia ẽ. In factis aũt ad idẽ tendẽtia sunt plu ra. Ex quibus aliqua citra summã quæstionẽ remitti solẽt, ut si is cũ quo furti agit, dicat, ꝓba te habuisse, proba te pdidisse, proba te furto pdidisse, proba te mea fraude. Priora eñ remitti pñt, ultimũ non põt. Solebã & hoc facere p̃cipue, ut uel ab ultima specie (nam ea fere est, quæ continet causam) retrorsũ quærerẽ usqꝫ ad primam gñalem quæstionẽ, uel à gñe ad extremam speciẽ descenderẽ, etiam in suasorijs, ut deliberat Numa, an regnũ offe rẽtibus Romanis recipiat. Primum id est genus, an regnandũ, an in ciuitate aliena, an Ro mæ, an laturi sint Romani talẽ regẽ. Similiter & in cõtrouersiis. Optet eñ uir fortis alie nam uxorẽ. Vltima species est, an optare possit alienam uxorẽ. Gñale est, an quicqd opta uerit, accipe debeat, inde an ex priuato, an nuptias, an maritũ habentẽ. Sed hoc non quem admodũ dicit, ita & quærit. Primũ eñ occurrit fere, qd est ultimũ dicendũ, ut hoc, nõ de bes alienam uxorẽ optare. Ideoqꝫ diuisionẽ pdit festinatio. Non oportet igit offerentibus se contentum esse. Quærat aliquid quod est ultra, si ne uiduam quidẽ, adhuc plus, si nihil ex priuato, ultimũ retrorsum, quod idẽ à capite, primum est, si nihil iniquum. Itaqꝫ ꝓpo sitione uisa, quod est facillimũ, cogitemus, si fieri potest, quid naturale sit primũ respõde ri. Id si tanq̃ res agat, & nobisipsis respondẽdi necessitas sit, intueri uoluerimus, occurrit. Si id non cõtigerit, seponamus id qd primũ se obtulerit, & ipsi nobiscũ sic loquamur: Qd si hoc non esset, id iteꝝ, & tertiũ, & dũ nihil sit reliqui. Itaqꝫ inferiora quoqꝫ scrutabimur, quæ tractata facilioꝛẽ nobis iudicem in summa quæstione facient. Non dissimile huic est & illud præceptum, ut à cõmunibus ad propria ueniamus. Fere eñ communia genera lia sunt. Commune est, tyrannũ occidit, propriũ, Viriatum tyrannũ occidit, mulier occi dit, uxor occidit. Solebam & excerpere quid mihi cum aduersario cõueniret, si mõ id pro me erat, nec solum p̃mere confessionẽ, sed partiendo multiplicare, ut in illa controuersia: Dux qui competitorem patrẽ in suffragijs uicerat, captus est. Euntes ad redimendũ eum legati, obuium habuerũt patrem reuertentẽ ab hostibus, is legatis dixit, sero itis. Excusse runt illi patrem, & auꝝ in sinu eius inuenerunt, ipsi persueurarunt ire quò intenderant, in uenerunt ducẽ crucifixum, cuius uox fuit: Cauete proditorem, reus est pater. Quæ cõue niunt: proditio nobis p̃dicta est, & p̃dicta à duce, quærimus proditorẽ, te ijsse ad hostes fa teris, & ijsse clãm, & ab his incolumẽ redijsse, aurum retulisse, & auꝝ occultum habuisse. Nam qd fecit, id nonnunq̃ potẽtius fit in propositione, quæ si animos occuparit, ꝓpe au res ipsi defensioni præcludunt. In totum aũt cõgregatio criminũ accusantẽ adiuuat, sepa ratio defendentẽ. Solebam id quod fieri & in argumẽtis dixi, in tota facere materia, ut p̃

positis extra quæ nihil esset omnibus, deinde cæteris remotis, solū id supereſſet qđ credi uolebam, ut in præuaricationū criminib. ut absoluat reus, aut innocētia ipsius fit, aut interueniēte aliqua ptāte, aut ui, aut corrupto iudicio, aut difficultate ꝓbationis, aut ꝓuaricatione. Nocētem fuisse confiteris, nulla potestas obstitit, nulla uis, corruptū iudiciū nō quereris, nulla probandi difficultas fuit, qd supereſt, nisi ut præuaricatio fuerit? Si oīa amoliri nō poteram, tñ plura amoliebar. Hoīem occisum esse cōstat, nō in solitudine, ut à latronib⁹ suspicer, non p̄dæ gr̄a, qa inspoliatus est, non hæreditatis spe, qa paup fuit. Odiū igitur in causa, qs inimicus? Quæ res aūt facilioꝝ diuisioni uiā præstat, eadē inuentioni quoq; excutere quicqd dr̄ potest, & uelut reiectione facta ad optimū peruenire. Accusat Milo, ꝙ Clodium occiderit, aut fecit, aut non. Optimū erat negare, si non pōt, occidit. Ergo aut iure, aut iniuria. Vtiq; iure, aut uolūtate igit̄, aut necessitate. Nam ignorantia ptendi non pōt. Volūtas anceps ē. Sed quia ita id hoīes putant, adiungēda defensio, ut id ꝓ rep. fuerit. Necessitate, subita igit̄ pugna, nō præparata, alter igit̄ insidiatus est. Vter? ꝓfecto Clodius. Vides ne ut ipsa rei necessitas deducat ad defensionem? Adhuc, aut utiq; uoluit occidere insidiatorē Clodiū, aut nō: tutius si noluit. Fecerūt ergo serui Milonis, neq; iubēte, neq; sciente Milone. Ad hæc tā timida defensio detrahit autoritatē illi, qua recte dicebam⁹ occisū. Adiecit qđ suos qsq; seruos in tali re facere uoluisset. Hoc eo ē utilius, ꝙ sæpe nihil placet, & aliquid dicēdum ē. Intueamur ergo oīa, ita apparebit, aut id qđ optimū est, aut id, qđ minime malū. Propositione aliqñ aduersarī utendum, & esse nonnunq; cōem eam suo loco dictum est. Multis milibus uersuum scio apud quosdam esse quæsitū, quō inueniremus utra pars deberet prior dicere, qđ in foro, uel atrocitate formulæ, uel modo petitionū, uel nouissime sorte dīudicat. In schola quæri nihil attinet, cum in declamationibus ī̄sdem narrare, & contradictiones soluere, tam ab actore, q̄ à possessore concessum sit. Sed in plurimis controuersiis ne inueniri quidē potest, ut in illa: Qui tres liberos habebat, oratorem, philosophum, & medicū, testamento quatuor partes fecit, & singulas singulis dedit, unam eius esse uoluit, qui esset utilissimus ciuitati. Cōtendūt, quis primus dicat incertum est, propositio tñ certa. Ab eo enim cuius personam tuebimur, incipiendū erit. Et hæc quidem de diuidendo in uniuersum præcipi possunt. At quo modo inueniemus etiam illas occultiores quæstiones? scilicet quo mō sentētias, uerba, figuras, colores, ingenio, cura, exercitatione, non tñ ferè unquam nisi imprudentē fugerint, si (ut dixi) naturam sequi ducē uelit. Sed pleriq; eloquētiæ famam affectantes, contēti sunt locis speciosis mō, uel nihil ad probationē conferētib. Alī nihil uitantes, ea quæ in oculos incurrūt, exquirenda putant. Qđ quo facilius appareat, unam de schola controuersiam nō ita sanè difficillimā, aut nouam ꝓponam in exemplū: Qui reo ꝓditionis patri non affuerit, exhæres sit. Proditiōis damnatus cū aduocato exulet. Reo ꝓditionis patri disertus filius affuit, rusticus nō affuit, damnatus abīt cū aduocato in exiliū. Rusticus cū fortiter fecisset, p̄mī noīe impetrauit restitutionē p̄ris & fratris. Pater reuersus intestatus decessit, petit rusticus partē bonorū, orator totū sibi uēdicat. Hic illi eloquētes, quibusq; nos circa lites raras solicitiores ridiculi uidemur, inuadēt psonas fauorabiles. Actio pro rustico cōtra disertū, pro uiro forti contra imbellē, pro restitutore contra ingratū, ꝓ eo qui parte contētus sit, contra eum qui fratri nihil dare ex paternis uelit. Quæ oīa sunt in materia, & multū iuuant, uictoriam tñ nō tradūt. In hac quærent snīæ, si fieri poterit, præcipites uel obscuræ. Nam ea nunc uirtus est, pulchre fuerit cum materia tumultu & clamore transactum. Illi uero quibus propositum quidē melius, sed cura in proximo est, hæc uelut innatātia uidebūt excusatū esse rusticū, qui nō interfuerit iudicio nihil collatur⁹ p̄ri, sed ne disertū qdē habere qđ imputet reo, cū is dānatus sit. Dignū esse hæreditate restitutorē, non auarū, impium, ingratū, qui diuidere nolit cū fratre, eoq; sic merito. Quæstionē quoq; illā primā scripti & uoluntatis, qua nūc expugnata, nō sit sequētib. locus. At qui naturā sequet̄, illa cogitabit ꝓfecto, primo hoc dictū rusticū: Pater intestatus duos nos filios reliquit, partē iure gentiū peto. Quis tā imperitus? quis tā procul à literis? quin sic incipiat, etiā si nescierit quid sit propositio? Hanc cōem oīm legē leuiter adornabit, ut iustam: nempe seque-

tur,ut quæramus,quid huic tam æquæ postulationi respondeatur. At id manifestum est. Lex est,quæ iubet exhæredē esse eū,qui patri proditionis reo non affuerit,tu aūt nō affuisti. Hanc propositionem necessario sequit̄ legis laudatio, & eius qui nō affuerit,uitupera tio. Adhuc uersamur in cōfessis,redeat animus ad petitorē,nunqd nō hoc cogitet nēcesse est,nisi quis sit planè hebes? Si lex obstat,nulla lis est,inane iudiciū est,atqui & legē eē,& hoc qđ puniat,à rustico factū extra dubitationē est. Quid ergo dicemus? Rusticus eram. Sed lex erat,oēs cōplectit̄,nihil ꝑderit. Quæramus ergo,nū infirmari in aliqua parte lex possit. quid aliud(sæpius dicā)natura pmittit,q̄ ut cū uerba contrà sint,de uolūtate quæratur? Gñalis igit̄ quæstio,uerbis an uoluntate sit standū. Sed em̄ in cōe de iure omni disputandum sp,nec unq̄ satis iudicatū est. Quærendū igit̄ in hac ipsa,qua cōsistimus,an aliquid inueniri possit,quod scripto aduerset̄. Ergo quisqs non affuerit,exhæres erit? quisqs sine exceptione? Iam se illa uel ultrò offerent argumēta. Filius infans & æger non affuit, & qui aberat,& qui militabat,& qui in legatione erat. Iam multū acti est,posset aliqs nō affuisse,& hæres esse. Transeat nunc idē ille,q cogitauit,ut ait Cicero,tibicinis Latini mō, ad disertū. Vt ista concedā,tu nec infans es,nec æger eras,nec abfuisti,nec militasti. Non aliud occurrit q̄ illud,Sed rusticus sum. Cōtra qđ palā est,dicet: Vt agere non potueris, assidere potuisti. Et uer̄ est,quare redeundū est rustico ad aīm legū latoris. Impietatē punire uoluit,ego aūt impius nō sum. Cōtra quæ disertus: Tu impie fecisti,inquit,cū exhæreditationē meruisti,licet te postea,uel pœnitētia,uel ambitus ad hoc genus optionis adduxerit. Præterea propter te damnatus est pater. uidebaris em̄ de cā ꝓnuntiasse. Ad hæc rusticus: Tu uero in causa damnationis fuisti. multos offenderas. inimicitias domui cōtraxeras. Hæc coniecturalia. Illud quoq; qđ coloris loco rusticus dicit, patris fuisse tale consiliū,ne uniuersam domū piculo subīceret. Hæc prima quæstione scripti & uolūtatis cōtinent̄. Intēdamus ultra aīm,uideamusq; an aliqd inueniri præterea possit,quo id mō fiat, sedulo imitor quærentē,ut quærere doceā,& omisso speciosiore illo styli gñe ad utilitatē me submitto discentiū. Oēs adhuc quæstiones ex persona petitoris ipsius duximus. Cur non aliquid circa patrē quærimus? Dictū uero est,cui qs nō affuerit,exhæres erit: Cur nō conamur & hic quærere,nū cuicunq; non affuerit? Facimus hoc sæpe in ꝟs cōtrouersiis, in quibus petunt̄ in uincula,qui parentes suos non alunt,an eū qui testimoniū in filiū impietatis reum dixit? an eum q filium lenoni uendidit? In hoc de quo loquimur patre,qđ apprehendi potest? Damnatus est. Nunquid igitur lex ad absolutos tm̄ patres pertinet? dura prima frōte quæstio. Non desperemus,credibile est hoc uoluisse legū latorē,ne auxilia liberoꝝ innocētibus deessent. Sed hoc dicere rustico uerecundū est, quia innocentē fuisse patrē fatet̄. Dat aliud argumentū controuersia. Damnatus ꝓditionis cū aduocato exulet. Vix uidet̄ posse fieri,ut pœna filio eadē,patri & si affuerit,& si non affuerit, constituta sit. Præterea lex ad exules nulla pertinet. non ergo credibile est de nō aduocato dānati scriptū. An possint em̄ bona esse ulla exulis,rusticus in utraq; parte dubiū facit. Disertus, & uerbis inhærebit,in quibus nulla exceptio est,& propter hoc ipsum pœnam eē constitutam eis,qui non affuerint,ne periculo exiliꝭ deterreant̄ ab aduocatione, & rusticū innocēti non affuisse dicet. Illud ꝓtinus non indignū qđ annotet̄,posse ex uno statu duas gñales fieri quæstiones: An quisqs,an cuicunq;, hæc ex duabus personis quæsita sunt. E tertia aūt quæ est aduersariꝭ,nulla oriri quæstio potest,qa nulla fit ei de sua parte controuersia. Nondū tm̄ cura deficiat. Ista em̄ omnia dici possent,etiam non restituto patre. Nec statim eò tendamus,qđ occurrit ultrò,à rustico restitutum. Qui id subtiliter quæret,aliquid spectabit ultrà. Nam ut genus species sequitur, ita speciē genus præcedit. Fingamus ergo ab alio restitutū,rōcinatiua atq; collectiua quæstio orie t̄, an restitutio pro sublatione iudiciꝭ sit,& perinde ualeat,ac si iudiciū non fuisset. Vbi tentabit rusticus dicere,ne impetrare q dem aliter potuisse suoꝝ restitutionē uno p̄mio, nisi p̄e pinde ac si accusatus nō esset,reuocato,quæ res aduocati q̄q; pœnā tanq̄ is non affuisset,remiserit. Tū ueniemus ad id qđ primū occurrebat,à rustico restitutū esse patrē. Vbi rursus ratiocinamur,an restitutor accipi debeat pro aduocato,qñ id præstiterit,quod aduocatus petiꝭt, nec improbum sit pro

ſimili accipi quod plus eſt. Reliqua iam æquitatis ſunt, utrius iuſtius ſit deſideriū. Id ipm adhuc diuidit, etiam ſi uterq; ſibi totum uendicaret, nūc utiq; cū alter ſemiſſem, alter uniuerſa, fratre excluſo. Sed his tractatis etiam magnum momētum habet apud iudices prīs memoria, cum præſertim de bonis eius quæratur. Erit ergo cōiectura, qua mēte pater inteſtatus deceſſerit. ſed ea pertinet ad qualitatem, quæ alterius ſtatus inſtrumētum eſt. Plerunq; autem in fine cauſarum de æquitate tractabit, quia nihil libentius iudices audiunt. Aliqn tamē hunc ordinem mutabit utilitas, ut ſi in iure minus fiduciæ erit, æquitate iudicem præparemus. Nihil habui amplius, quod in uniuerſum præciperē. Nunc eamus per ſingulas cauſaꝝ iudicialiū partes, quas ut perſequi ad ultimam ſpeciem, id eſt ad ſingulas lites, cōtrouerſiasq; nō poſſum, ita de gn̄alibus ſcribere licet, ut quæ in quēq; ſtatū frequētiſſime incidant, tradam. Et quia natura prima quæſtio eſt, factum ne ſit, ab hac ordiar.

De coniectura. *Caput* .III.

COniectura omnis aut de re, aut de animo eſt. Vtriuſq; tria tempora, præteritū, præſens, futuꝝ. De re, & gn̄ales quæſtiones ſunt, & definitæ, id eſt, & quæ nō continentur, & quæ continētur. De animo quæri nō poteſt, niſi ubi perſona eſt, & de facto cōſtat. Ergo cum de re agitur, aut quid factum ſit, in dubiū uenit, aut qd fiat, aut quid ſit futurū. Vt in gn̄alibus, an atomorum concurſu mundus ſit effectus. an prouidentia regatur. an ſit aliquādo caſurus. In definitis, an parricidium commiſerit Roſcius. an regnum affectet Manlius. an recte Verrem ſit accuſaturus Q. Cæcilius. In iudiciꝭ præteritū tempus maxime ualet. Nemo em̄ accuſat, niſi quæ facta ſunt. Nam & quæ fiāt, & quæ futura ſint, ex præteritis colliguntur. Quæritur & unde quid ortum, ut peſtilētia, an ira deū m, an intēperie cæli, an corruptis aquis, an noxio terræ halitu. Et quæ cauſa facti, ut quare ad Troiā quinquaginta reges nauigauerint, iureiurando adacti, an exemplo moti, an gratificantes Atrīdis. Quæ duo gn̄a non multū inter ſe diſtant. Ea uero, quæ ſunt præſentis tpis, ſi non argumentis, quæ neceſſe eſt p̄ceſſiſſe, ſed oculis deph̄endēda ſunt, non egēt coniectura, ut ſi apd Lacedæmonios quærat, An Athenis muri fiant. Sed & illud pōt uideri extra hoc p̄poſitū coniecturæ genus, cū de aliquo homine quærit quis ſit, ut eſt quæſitum cōtra Vrbiniæ hæredes, ſi is, qui tanq̄ filius petebat bona, Figulus eſſet, an Soſipater: nam & ſubſtātia eius ſub oculos uenit, ut non poſſit quæri, an ſit. Quō ultra oceanū, nec qd ſit, nec quale ſit, ſed an quid ſit. Verum hoc quoq; gn̄s litis ex præterito pēdet: An hic ſit ex Vrbinia natus Cluſinius Figulus. Fuerunt aūt tales noſtris etiam tēporibus controuerſiæ, atq; aliquæ in meum quoq; patrocinium inciderūt. Animi coniectura non dubie in omnia tempora cadit. Qua mēte Ligarius in Africa fuerit. Qua mēte Pyrrhus fœdus petat. Quō laturus ſit Cæſar, ſi Ptolemæus Pompeiū occiderit. Quærit per coniecturā, & quantitas, & qualitas circa modū, ſpēm, numeꝝ. An ſol maior q̄ terra. Luna globoſa an plana, an acuta. Vnus mundus an plures. Item q̄ extra naturales quæſtiones, Maius bellū Troianū, an Peloponneſiacum. Qualis clypeus Achillis. An unus Hercules. In ꝭs aūt quæ accuſatiōe, ac defenſione conſtant, unū eſt gn̄s, in quo quærit & de facto, & de autore, qd interim coniunctam quæſtionē habet, & utrunq; pariter negat. Interim ſeparatam, cū factum ſit, nec ne, & ſi de facto cōſtet, à quo factū ſit, ambigit. Ipſum quoq; factū aliqn ſimplicē quæſtionē habet, an homo perierit. Aliqn duplicem, ueneno an cruditate perierit. Alteꝝ eſt gn̄s de facto tantum, cū ſi id certum ſit, nō poteſt de autore dubitari. Tertiū de autore tm̄, cum factum conſtet, ſed à quo factum ſit, in cōtrouerſiam uenit. Et qd tertio loco poſui, nō eſt ſimplex. Aut em̄ reus feciſſe tm̄modo ſe negat, aut aliū feciſſe dicit. Sed ne in alteꝝ quidē trāsferendi criminis una forma ē. Interdum em̄ ſubſtituit mutua accuſatio, quam Græci ἀντικατηγορίαν uocant, noſtroꝝ quidam cōcertatiuā. Interdū in aliquam p̄ſonam quæ extra diſcrimē iudicij eſt, transfert, & aliās certā, aliās incertā. Et cū in certam, aut in extrariā, aut ipſius qui perīt uoluntatē. In quib. ſimilis, atq; in ἀντικατηγορία, perſonaꝝ, cauſaꝝ, cæteroꝝ cōparatio eſt, ut Cicero pro Vareno, in familiam Anchariānā, p̄ Scauro, circa mortē Boſtaris in matrē auertēs crimē, facit. Eſt etiam illud huic contrariū comparationis genus, in quo uterq; à ſe factū eſſe dicit, & illud in quo non p̄ſonæ inter ſe, ſed ipſæ res colli-

duntur, id est non uter fecerit, sed utrum factū sit. Cū de facto, & de autore constat, de animo quæri potest. Nunc de singulis, cū pariter utrunq; negatur, hoc mō, Adulterium nō commisi. tyrannidē non affectaui. In cædis ac ueneficij causis frequens illa diuisio, nō est factum, & si factum, ego non feci. Sed cū dicimus, proba hoiem occisum, accusatoris tantū partes sunt, à reo nihil dici contra, præter aliquas fortasse suspiciōes, pōt, quas spargere q̄maxime uarie oportebit: quia si unum aliquid affirmaris, ꝓbandū est, aut causa periclitādum. Nam ut cū inter id quod ab aduersario, & id quod à nobis propositū est, quæriť, uidetur utiq; alterum uerum, ita ex aduerso unum est quo defendimur, reliquum est quo premimur. At cū quærimus de ambiguis signis cruditatis & ueneni, nihil tertiū est. Ideo q; utraq; pars quod proposuit, tuetur. Interim aūt ex re quæritur, ueneficiū fuerit, an cruditas, cum ex ipsa aliqua citra personam quoq; argumenta ducūtur. Refert em̄ conuiuiū præcesserit, an tristitia, labor an otium, uigilia an quies. Aetas quoq; eius q̄ perierit, discrimen facit. Interest subito defecerit, an longiore ualetudine cōsumptus sit. Liberior adhuc in utranq; partē disputatio, si tantū subita mors in quæstionem uenit. Interim ex persona probatio rei petitur, ut ꝓpterea credibile sit uenenum fuisse, qa credibile ē ab hoc factū uenficiū, uel contrà. Cum uero de reo & de facto quæriť, naturalis ordo est, prius factū esse accusator probet, deinde à reo factum, si tñ plures in personam ꝓbationes habuerit, cōuertet hunc ordinem. Defensor aūt prius negabit esse factum, quia si in hac parte uicerit, reliqua non necesse habet dicere. Victo supereſt, ut tueri se possit. Illic quoq; ubi de facto tm̄ controuersia est, quod si probetur, non possit de autore dubitari, similiter argumenta, & ex persona, & ex re ducuntur, sed in unam facti quæstionē, sicut in illa controuersia, (Vtendū est em̄ & his exemplis, quæ sunt discentib. magis familiaria) Abdicatus medici næ studuit, cū pater eius ægrotaret, desperantib. de eo cæteris medicis, adhibitus sanatus se dixit, si is potionem à se datam bibisset. Pater acceptæ potionis epota parte, dixit uenenum sibi datū, filius quod reliquū erat, exhausit, pater decessit, ille parricidij reus est. Manifestum quis potionem dederit, nulla quæstio de autore, tātum an fuerit uenenum ex argumentis à persona ductis colligetur. Supest tertiū, in quo factū esse cōstat aliquid, à quo sit factum quæriť, eius rei superuacuū est ponere exemplū, cū plurima sint huiusmodi iudicia, ut si hominē occisum eē manifestū est, uel sacrilegiū cōmissum, is aūt qui arguiť fecisse neget. Ex hoc nascitur ἀνθυποφορία. Vtiq; hoc factū esse cōuenit, qđ duo inuicē obijciunt. In quo quidem gñe causarum admonet Celsus fieri id in foro non posse, qđ neminē ignorare arbitror. De uno em̄ reo consiliū cogitur, & si qui sunt qui inuicem accusent, alterum iudicium præferre necesse est. Apollodorus quoq; ἀνθυποφορίαν duas esse cōtrouersias dixit, & sunt reuera secundū forense ius duæ lites. Potest tamen hoc genus in cogniti onem uenire senatus, aut principis. Sed in iudicio quoq; nihil interest actionū, utrū simul de utroq; pronuntietur, an de uno seorsum. Quo in genere semper prior debebit esse defensio. Primum, quia natura potior est salus nostra, q̄ aduersarij pernicies. Deinde q; plus habebimus in accusatione autoritatis, si prius de innocentia nostra constiterit. Postremo, quod ita demum duplex causa erit. Nam qui dicit, ego non occidi, habet reliquam partē, ut dicat, tu occidisti. At qui dicit, tu occidisti, superuacuū habeat postea dicere, ego nō occidi. Hæ porrò actiones constant cōparatione, ipsa cōparatio nō una uia ducit. Aut em̄ totam causam nostram cū tota aduersarij causa cōponimus, aut singula argumēta cū singulis. Quorū utrū sit faciendū, nō pōt nisi ex ipsius litis utilitate cognosci, ut Cicero singula pro Vareno cōparat in primo crimine. Est em̄ superior, cū persona alieni, cū persona matris temere cōpareť. Quare optimū est, si fieri poterit, ut singula uincanť à singulis. Sed si qñ in partibus laborabimus, uniuersitate pugnandū est, siue inuicē accusant, siue crimē reus citra accusationē in aduersariū uertit, ut Roscius in accusatores suos, quāuis reos nō fecisset, siue in ipsos quos sua manu perijsse dicemus, factū deflectiť, nō aliter q̄ in ijs quæ mutuā accusationē hñt, utriusq; partis argumenta inter se cōparanť. Id aūt genus, de quo nouissime dixi, non solū in scholis sæpe tractať, sed etiā in foro. Nam id est in causa Neuij Appiniani solū quæsitū: Præcipitata ne esset ab eo uxor, an seipsa sua sponte iecisset Quā

actionē equidē ſolam in hoc tp̄s emiſeram, qđ meipſum feciſſe ſeductū iuuenili cupiditate gloriæ fateor. Nā cæteræ quæ ſub noīe meo ferunt, negligentia excipientiū in quæſtū notarioꝝ corruptæ minimā partē mei hñt. Eſt & alia duplex cōiectura huic ἀνθυποφορίᾳ non diuerſa, de p̄mīſſis, ut in illa controuerſia, Tyrānus ſuſpicatus à medico ſuo datū ſibi uenenū, torſit eum: & cum id dediſſe ſe negaret, accerſit alterꝝ medicū, ille datū ei uenenum dixit, ſed ſe antidotum datuꝝ, & dedit ei potionē, qua epota, tyrannus deceſſit. De p̄mio duo medici contēdunt. Nam ut illic factū in aduerſariū transferentiū, ita hic ſibi uendicātiū pſonæ, cauſæ, facultates, tpa, inſtrumēta, teſtimonia cōparant. Illud quoq; & ſi nō eſt ἀνθυποφορίᾳ, ſimili tñ ratione tractāt, in quo citra accuſationē quærit, utrū factū ſit. Vtra q; em̄ pars expoſitionē ſuam habet, atq; eam tuet, ut in lite Vrbiniana, petitor dicit, Cluſinium Figulū filiū Vrbiniæ acie uicta, in qua ſteterat, fugiſſe, iactatumq; caſibus uarīs, retētum etiā à rege, tandē in Italiā, ac patriam ſuā Marginos ueniſſe, atq; ibi agnoſci. Pollio contrà ſeruiſſe eū Piſauri dominis duobus, medicinam factitaſſe, manumiſſum, alienæ ſe familiæ uenali immiſcuiſſe, ac rogantē ut eis ſeruiret emptū: Nōne tota lis conſtat duaꝝ cauſaꝝ comparatione, & coniectura duplici atq; diuerſa? Quæ autē accuſantium, atq; defendentium, eadem petentium, & inficiantium ratio eſt. Ducitur coniectura primū à p̄teritis. In his ſunt perſonæ, cauſæ, conſilia. Nam is ordo eſt, ut facere uoluerit, potuerit, fecerit. Ideoq; intuēdum ante oīa qualis ſit, de quo agitur. Accuſatoris aūt eſt efficere, ut ſi qđ obiecerit, non ſolum turpe ſit, ſed etiam crimini, de quo eſt iudicium, q̄ maxime conueniat. Nam ſi reum cædis impudicum, uel adulterꝝ uocet, lædat quidē infamia, minus tñ hoc ad fidē ualeat, q̄ ſi audacem, petulantē, crudelem, temerariū oſtenderit. Patrono ſi fieri poterit, id agēdum ē, ut obiecta uel neget, uel defendat, uel minuat. Proximum eſt, ut à præſenti quæſtione ſeparet. Sunt em̄ pleraq; non ſolum diſſimilia, ſed etiam aliq̄ contraria, ut ſi reus furti, prodigus dicatur, aut negligens. Neq; em̄ uidetur in eundē & contēptus pecuniæ, & cupiditas cadere. Si deerunt hæc remedia, ad illa declinandum eſt, nō de hoc quæri, nec eū qui aliq̄ peccauerit, utiq; cōmiſiſſe oīa, & hanc fidutiam fuiſſe accuſatoribus falſa obiiciendi, q̄ læſum & uulneratū reū ſperauere hac inuidia opprimi poſſe. Alia ꝓpoſitio eſt accuſatoris, contra quā loci oriunt ſæpe à pſona, & interim gñaliter. Incredibile eſſe à filio patrē, ab uxore uirꝝ occiſum, ab imperatore proditam hoſtibus patriam. Facile reſpondet, uel q̄ oīa ſcelera in malos cadant, ideoq; ſæpe deprehenſa ſint, uel q̄ indignū ſit, crimina ipſa atrocitate defendi. Interim propriē, quod eſt uariū. Nam dignitas & tuetur reum, & nonnunq̄ ipſa in argumentum facti cōuertitur, tanquā inde fuerit ſpes impunitatis, ſed perinde paupertas, humilitas, opes, ut cuiq; ingenio uis eſt, in diuerſum trahuntur. Probi uero mores, & anteactæ uitæ integritas nunquam non plurimū profuerint. Si nihil obiicietur, patronus quidem in hoc uehemēter incumbet. Accuſator aūt ad præſentem quæſtionem, de qua ſola iudicium ſit, cognitionē alligabit, dicēs neminem nō aliq̄ cœpiſſe peccare, nec per ἐγκαίνια ducēdum ſcelus primum, hoc in rīndendo. Sic autem præparabit actione prima iudicum animos, ut noluiſſe potius obiicere, quàm nō potuiſſe credatur. Eoq; ſatius eſt omni ſe anteactæ uitæ abſtinere conuitio, q̄ leuibus, aut friuolis, aut manifeſto falſis reū inceſſere, quia fides cæteris detrahit: & qui nihil obiicit, omniſſe credi poteſt maledicta tāquam ſuperuacua, qui uana congerit, confitetur uanū in anteactis argumētum, in quibus uinci, q̄ tacere maluerit. Cætera quæ à perſonis duci ſolēt, in argumentorū locis expoſuimus. Proxima eſt ex cauſis probatio, in quibus hæc maxīe ſpectantur, ira, odium, metus, cupiditas, ſpes. Nam reliqua in has ſpecies cadunt, quoꝝ ſi qđ in reū cōueniet, accuſatoris ē efficere, ad quicqđ faciendū cauſæ ualere uideant, easq; quas in argumētum ſumet, augere. Si minus, illuc cōferenda eſt oratio, aut aliquas fortaſſe latētes fuiſſe, aut nihil ad rē pertinere cur fecerit, ſi fecit, aut etiam dignius eſſe odio ſcelus, qđ nō habuerit cām. Patronus uero q̄ties poterit inſtabit huic loco, ut nihil credibile ſit factum eſſe ſine cauſa. Quod Cicero uehemētiſſime multis orationibus tractat, p̄cipue tū pro Vareno, qui oīmbus malis premebatur, nam & damnatus eſt. At ſi proponit cur factum ſit, aut falſam cām, aut leuē, aut ignotam reo dicet, Poſſunt eē aliquæ interim igno

tæ. An hæredem habuerit. An accusaturus fuerit eum, à quo dicit occisus. Si alia defecerint, non utiq; spectandas esse causas. Nam quẽ posse reperiri, qui non metuat, oderit, speret? Plurimos tñ hæc salua innocentia facere. Neq; illud est omittendũ, nõ omneis causas in omnibus personis ualere. Nam ut alicui sit furandi causa paupertas, non erit idẽ in Curio Fabricioq; momentum. De causa prius, an de persona dicendum sit, quæritur, varieq; est ab oratoribus factum, à Cicerone etiã prælatæ frequentissime causæ. Sed mihi, si sine ullo litis conuitio proponeretur, scdm naturam uidetur incipere à persona. Nam hoc magis gñale est, rectiorq; diuisio, aut in nullo crimẽ credibile, aut in hoc? Potest tñ id ipsum sicut pleraq;, uertere utilitas. Nec tantum causæ uoluntatis sunt quærẽdæ, sed interim & erroris, ut ebrietas & ignorantia. Nam hæc ut in qualitate crimen eleuant, ita in coniectura premunt. Et persona quidẽ nescio, an nunquam utiq; in uno actu rei possit incidere, de qua neutra pars dicat, de causis frequenter quæri nihil attinet, ut in adulterijs, in furtis, qa illas per se ipsa crimina secum habent. Post hæc intuẽda uidentur & consilia, quæ late patent, an credibile sit reum sperare, id à se scelus effici posse, an ignorari cũ fecisset, an etiam si ignoratum non esset, absolui, uel pœna leui transigi, uel tardiore, uel ex qua minus incõmodi consecuturus, quàm ex facto gaudij uideretur, an etiam tanti putauerit pœnã subire. Post hæc an alio tpe, & aliter facere, uel facilius, uel securius potuerit, ut dicit Cicero pro Milone, enumerans plurimas occasiones, quibus ab eo Clodius impune occidi potuerit. Præterea cur potissimum illo loco, illo tpe, illo modo sit aggressus, & ipse diligentissime tractatur pro eodẽ locus. An etiã, si nulla rõne ductus est, impetu raptus sit, & absq; sententia. Nam uulgo dicitur, Scelera non habere consilium. An etiam consuetudine peccandi sit allectus. Excussa prima parte an uoluerit, sequitur an potuerit. Hic tractatur locus, tempus, ut furtum in loco clauso uel recluso, frequenti: tpe uel diurno cum testes plures, uel nocturuo cum maior difficultas. Inspiciunt utiq; difficultates & occasiones, quæ sunt plurimæ, ideoq; exẽplis nõ egent. Hic sequens locus talis est, ut si fieri nõ potuit, sublata lis sit: si potuit, sequatur quæstio, an fecerit, Sed hæc etiam ad animi coniecturam pertinent. Nam & ex his colligitur an sperauerit. Ideo spectari debent & instrumẽta, ut Clodij ac Milonis comitatus. Quæstio an fecerit, incipit à scdo tempore, id est præsenti, ac deinde coniuncto, hoc est insequenti, quorum sunt sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, similia. His accedunt signa, de quibus tractatum est. Verba etiam & facta, quæq; antecesserunt, quæq; insecuta sunt. Hæc aut nostra sunt, aut aliena. Sed uerba magis nocent, aut minus, magis nocent & minus prosunt nostra q̃ aliena, magis prosunt & minus nocent aliena quàm nostra. Facta autẽ interim magis prosunt nostra, interim aliena, ut siquid quod pro nobis sit, aduersarius fecit. Sẽper uero magis nocent nostra q̃ aliena. Est & illa in uerbis differentia, q̃ aut aperta sunt, aut dubia, seu nostra, seu alieua sunt. Infirmiora in utrunque sint necesse dubia, tamen nostra sæpe magis nocent, ut in illa controuersia. Interrogatus filius ubi esset pater, dixit ubicunq; est uiuit, at ille in puteo mortuus est inuentus. Alienа quæ sunt dubia, nunq̃ possunt nocere, nisi aut incerto autore, aut mortuo. Nocte audita est uox, caueto tyrannicidam, & interrogatus, cuius ueneno moreretur, respõdit, nõ expedit tibi scire. Nam si est qui possit interrogari, soluet ambiguitatem. Cum autem dicta factaq; nostra defendi solo animo possint, aliena uarie refutantur. De uno quidem maxime gñe coniecturaliũ controuersiaꝝ locuti uidemur, & in omnes aliquid de his cadit. Nam depositi, furti, creditæ pecuniæ, & à facultatibus argumenta ueniunt, an fuerit qđ deponeretur, & à personis, an illum deposuisse apud hũc, uel huic credidisse credibile sit, an petitorẽ calumniari, an reum inficiatorẽ esse, uel furem. Sed etiam in furti reo sicut in cædis, quæritur de facto, & de autore. Crediti & depositi, duæ sunt quæstiones, sed nonnũquam iunctæ, an datum sit, an redditum. Habent aliquid proprij, adulterij causæ, q̃ plerũq; duoꝝ discrimen est, & de utriusq; uita dicendũ, quanquam & id quæritur, an utrunq; pariter defendi oporteat. Cuius rei consilium nascetur ex causa. Nam si adiuuabit pars altera, coniungam: si nocebit, separabo. Ne quis aũt mihi putet temere excidisse, q̃ plerunq; duorum crimen esse adulteriũ, non semper dixerim, potest accusari sola mulier incerti

adulterñ. Munera domi inuenta sunt, pecunia, cuius autor non extat, codicilli, dubium ad quẽ scripti. In falso quoq; ratio similis. Aut em̃ plures in culpam uocant, aut unus, & scriptor quidẽ semper tueri signatorem necesse habet, signator scriptorem non semper. Nam & decipi potuit. Is aũt q hos adhibuisse, & cui id factũ dicitur, & scriptorem & signatores defendet. Iidem argumentoq; loci in causis proditionis, & affectatæ tyrannidis. Verũ illa scholaq; consuetudo ituris in forum potest nocere, q omnia quæ in themate non sunt, pro nobis ducimus. Adulterium obñcis, quis testis? quis index? qd prẽtiũ? quis conscius? Venenũ, ubi emi? à quo? quando? quanti? per quẽ dedi? Pro reo tyrannidis affectatæ, ubi sunt arma? quos contraxi satellites? Neq; hæc nego esse dicenda, & ipsis utẽdum pro parte sua cepta. Nam & in foro, si quando aduersarius probare non poterit, desiderabo. Sed in foro tm̃ illam facultatẽ olim desideraũimus, ubi non fere causa agit, ut non aliquid ex his, aut plura ponantur. Huic simile est, q in epilogis quidam, quibus uolunt, liberos, nutrices, parentes accommodant, nisi q magis concesseris ea quæ non sint posita, desiderare q̃ dicere. De animo quo modo quærat, satis dictum est, cum ita diuiserimus, an uoluerit, an potuerit, an fecerit. Nam qua uia tractatur, an uoluerit, eadẽ, quo animo fecerit. Id em̃ est, an male facere uoluerit. Ordo quoq; rerum, aut affert, aut detrahit fidẽ, multo scilicet magis res prout congruunt, aut repugnant, sed hæc nisi in ipso complexu causarum non deprehenduntur. Quærendum tamen semper quid cui connectatur, & quid cui consentiat.

De finitione. *Caput .IIII.*

SEquitur coniecturam finitio. Nam q non põt dicere nihil fecisse, proximũ habebit, ut dicat, nõ id fecisse qd obñciat. Itaq; plerunq; legibus ñsdẽ, quibus cõiectura uersatur, defẽsionis tm̃ gñe mutato, ut in furtis, depositis, adulterijs. Non em̃ quẽadmodũ dicimus, non feci furtũ, non accepi depositũ, non cõmisi adulteriũ, ita, non est hoc furtum, non est hoc depositũ, sed mutatio, nõ ẽ hoc adulteriũ. Interim à qualitate ad finitionẽ descẽdit, ut in actiõibus demẽtiæ, malæ tractatiõis, Reip. læsæ. In qbus si recte facta eẽ quæ obñciunt, dici non põt, illud succurrit, non ẽ hoc dementẽ esse, male tractare, Remp. lædere. Finitio igit est rei ꝓpositæ, ꝓpria & dilucida, & breuit comphensa uerbis enũtiatio. Cõstat maxie, sicut ẽ dictum, gñe, specie, differentibus, ꝓprijs, ut si finias equũ (noto em̃ maxime utar exemplo) Genus est aial, species mortale, differentia irrõnabile. Nam & hõ mortale erat. Propriũ hinniens. Hæc adhibet oroni pluribus causis. Nam tũ est certũ de noie, sed quærit quæ res ei subñciẽda sit, tũ res est manifesta, sed de noie non cõstat. De re, cũ dubium est, interim coniectura est, ut si quærat, quid sit deus. Nam q id neget deum esse spm̃ oibus partibus immixtũ, nõ hoc dicat falsam esse illius diuinæ naturæ appellationẽ, sicut Epicurus, q humanam ei formam locũq; inter mũdos dedit, sed nomine utercq; uno utit, utq; sit in re coniectat. Interim qualitas tractat, ut quid sit rhetorice, uis persuadẽdi an bñ dicendi scia. Qd genus est in iudicijs frequentissimũ. Sic em̃ quærit, an depehensus in lupanari cũ aliena uxore, adulter sit, quia non de appellatiõe, sed de ui facti eius ambigitur, an oino peccarit. Nã si peccauit, non põt aliud esse, q̃ adult. Diuersum ẽ genus, cũ controuersia consistit in noie, qd pendet è scripto, nec uersat in iudicijs, nisi propter uerba, quæ litẽ generant. An q se interficit, homicida sit. An qui tyrannũ in mortẽ cõpulit, tyrannicida. An carmina magoq; ueneficiũ. Res em̃ manifesta est, sciturq; nõ idẽ esse occidere se, quod alium. Non idẽ occidere tyrannũ, qd compellere ad mortẽ. Non idẽ carmina, ac mortiferam potionẽ. Quærit tñ, an eodẽ noie appellanda sint. Quanq̃ aũt dissentire uix audeo à Cicerone, q permultos secutus autores dicit, finitionẽ esse de eodẽ, & de altero (Semp em̃ negãti aliqd esse nomẽ, dicendũ quid sit potius) tñ in eandẽ treis habeo uelut species. Nã interim cõuenit sic quærere, an habẽdũ sit adulteriũ in lupanari. Cũ hoc negamus, nõ necesse est dicere qd id uocet, quia totũ crimen inficiamur. Interim quærit, an hoc furtũ, an sacrilegiũ, nõ quin sufficiat nõ eẽ sacrilegiũ, sed qa necesse sit dicere qd sit aliud, quo in loco utrũq; finiendũ est. Interim quærit in rebus specie diuersis, an & hoc eodẽ mõ sit appellandum, cum res utraq; habeat suum nomen, ut amatorium, uenenum. In omnibus autẽ huius generis litibus quæritur, an etiam hoc, quia nomẽ de quo ambigitur, utiq; in alia re

certum est. Sacrilegium est rem sacram de tẽplo surripere, num & priuatam? Adulterium cum aliena uxore domi coire, an & in lupanari? Tyrannicidiũ occidere tyrannum, an etiã in mortẽ compellere? Ideoq; συλλογισμὸς de quo postea dicam, uelut infirmior est finitio, quia in hac quæritur, an idẽ sit huius rei nomen, quod alterius. Illo, an perinde habẽda sit hæc atq; illa. Est & talis finitionum diuersitas, ut quidam sentiunt, num idẽ diuersis uerbis comprehendat, ut rhetorice bene dicendi sciẽtia, & eadem bene inueniendi, & bñ enũciandi, & dicendi scdm uirtutem orationis, & dicendi quid sit officiũ. Atq; prouidendum, an si sensu non pugnant, comphensione dissentiant. Sed de his disputat, non litigat. Opus est aliqñ finitione obscurioribus & ignotioribus uerbis, quid sit clarigatio. Erit & interim notis nomine uerbis, ut quid sit penus, quid littus. Quæ uarietas efficit, ut eam quidam cõiecturæ, quidam qualitati, quidam legitimis quæstiõibus subiecerint. Quibusdã ne placuit quidẽ omnino subtilis hæc, & ad morem dialecticorum formata conclusio, ut in disputationibus potius per argumẽta uerborum cauillatrix, q̃ in oratoris officio multum allatura momenti. Licet enim ualeat in sermone tm̃, ut cõstrictum in uinculis suis habeat eum qui respõsurus est, & uel tacere, uel etiam inuitum id quod sit cõtra, cogat fateri, non eadẽ est tñ eius in causis utilitas. Persuadendum em̃ iudici est, q etiamsi uerbis deuinctus est, tm̃ nisi ipsi rei accesserit, tacitus dissentiet. Agenti uero, quæ tanta est huius ꝓcisæ comphensionis necessitas? An si nõ dixero, homo est animal rationale, mortale, nõ potero expositis tot corporis animiq; ꝓprietatibus, latius oꝛone ducta, uel à dñs eum, uel à mutis discerne re? Quidq; nec uno mõ definitur res eadem, sed latiore, uarioq; tractatu, ut facit Cicero, ut omnes oratores plerunq; fecerunt. Rarissima em̃ apud eos reperietur illa ex cõsuetudine philosophoꝝ ducta seruitus (est em̃ certe seruitus) ad certa se uerba astringendi, idq; faciẽdum in libris Ciceronis de oratore uetat M. Antonius. Nam est etiam piculosum, cum si uno in uerbo sit erratum, tota causa cecidisse uideat. Optimaq; est illa uia, qua utitur Cicero pro Cecinna, ut res proponat, uerba non periclitent. Etenim recuperatores, non ea sola uis est quæ ad corpus nr̃m, uitamq; puenit, sed etiam multo maior ea quæ piculo mortis iniecto, formidine aĩm perterritũ, loco sæpe & certo statu dimouet. Aut cũ finitionem ꝓcedit ꝓbatio, ut in Philippicis Cice. Seruiũ Sulpitiũ occisum ab Antonio colligit, & in clausula demũ ita finit: Is ei ꝓfecto mortẽ attulit, q cã mortis fuit. Nõ negauerim tñ hæc quoq;, ut expedit causæ, cẽ faciẽda. Et siqñ firma cõprehẽdi poterit, & breui cõplexu uerboꝝ finitio eẽ, id tũ elegans, tũ etiã fortissimũ, si mõ erit illa ĩexpugnabilis. Eius certus ordo ẽ qd sit, an hoc sit, & in hoc fere labor maior est, ut finitionẽ cõfirmes q̃ ut in rẽ finitionẽ applices. In eo qd sit, duplex opus ẽ. Nã & nr̃a cõfirmanda, & aduersæ ptis destruẽda finitio. Ideoq; in schola, ubi nobisipsis fingimus contradictionẽ, duos ponere debemus fines, quales utrinq; eẽ optimi poterũt. At in foro ꝓuidendũ, nũ forte supuacua, & nihil ad causam ptinens, an ambigua, an cõtraria, an cõis sit finitio, quoꝝ nihil accidere, nisi agentis culpa põt. Vt recte aũt finiamus, ita fiet, si prius in animo cõstituerimus qd uelimus effi cere. Sic em̃ accõmodari ad uoluntatẽ uerba poterunt, atq; ut à notissimo exemplo, quo sit res lucidior, nõ recedamus. Qui priuatã pecuniam de tẽplo surripit, sacrilegiũ reus est. culpa manifesta. Quæstio est, an huic crimini nomẽ qd est in lege, cõueniat. Ergo ambigitur, an hoc sacrilegium sit. Accusator, quia de tẽplo sit surrepta pecunia, utit̃ hoc nomine. Reus, qa priuatã surripuerit, negat esse sacrilegiũ, sed furtũ fatet. Actor ergo ita finiet: Sacrilegiũ est surripere aliquid de sacro. Reus ita finiet, Sacrilegiũ est surripe aliquid sacri. Vterq; alterius finitionẽ impugnat. Ea duobus generibus euertit̃, si aut falsa ẽ, aut parum plena. Nam illud tertiũ, nisi stultis nõ accidit, ut nihil ad quæstionẽ ptineat. Falsa est, si dicas, Equus est animal rõnale, nam est equus animal, sed irrõnale. Qd aũt cõe cum alio est, definet eẽ ꝓpriũ. Hic reus falsam dicit eẽ finitionẽ accusatoris. Accusator aũt nõ põt dicere falsam rei. Nam est sacrilegiũ surripe aliquid sacri. Dicit paꝝ plenam, adñciendũ em̃ ait ex sacro. Maximus aũt usus in approbando refellendoq; fine ꝓprioꝝ, ac differentiũ, nonnunq̃ etiã etymologiæ. Quæ tñ oĩa, sicut in cæteris, cõfirmat æquitas, nõnunq̃ etiam cõiectura mẽtis. Etymologia maxime rara est. Quid em̃ ẽ aliud tumultus, nisi pturbatio tãta,

ut maior timor oriat? Vnde etiam nomẽ ductũ est tumultus. Circa propria ac differẽtia magna subtilitas, ut cum quærit, an addictus, quem lex seruire donec soluerit iubet, seruus sit. Altera pars finit ita: Seruus est, q̃ est iure in seruitute. Altera, q̃ in seruitute est eo iure quo seruus, aut ut antiqui dixerũt, qui seruitutẽ seruit. Quæ finitio etiamsi cõstat æquo, nisi tñ proprijs & differẽtibus adiuuet, inanis est. Dicet em̃ aduersarius seruire eũ seruitutẽ, aut eo iure quo seruũ. Videamus ergo ꝓpria, differentiaq̃ liberor̃, quæ libro q̃nto leuiter in transitu attigeram. Seruus cũ manumittit fit libertinus, addictus recepta libertate est ingenuus. Seruus inuito dño libertatẽ nõ consequet, addictus soluẽdo citra uoluntatẽ dñi consequet. Ad seruum nulla lex ptinet, addictus legẽ habet. Propria liberi, quæ nemo habet nisi liber, ꝓnomen, nomẽ, cognomẽ, tribũ, habet hæc addictus. Excusso qd sit, ꝓpe pacta est quæstio an hoc fit. Id em̃ agimus, ut fit causæ nostræ conueniẽs finitio. Potentissima aũt est in ea qualitas, an amor, an insania. Huc ptinebunt ꝓbationes, quas Cic. dicit proprias esse finitiõ̃s, ex añcedentibus, consequẽtibus, adiũctis, repugnãtibus, causis, effectis, fi͞bus, de quor̃ argumẽtor̃ natura dictũ ẽ. Breuit aũt ꝓ Cecinna Cice. initia, causas, effecta, añcedentia, consequẽtia cõplexus est. Quid igit? fugiebant propt metũ? Quid metuebant? uim uidelicet potestatis. Igit principia negare potestis, cũ extrema cõceditis? Sed similitudine quoq̃ usus est. Quæ uis in bello appellat, ea in otio nõ appellabit? Sed ex cõtrario argumẽta ducunt, ut si quærat, an amatoriũ, uenenũ sit, nec ne, quia uenenũ, amatoriũ non sit. Illud alter̃ genus, quo fit manifestius adolescẽtibus meis (Meos em̃ sp adolescẽtes putabo) hic quoq̃ fictæ cõtrouersiæ utar exẽplo: Iuuenes, q̃ cõuiuere solebant, constituerunt ut in littore cœnarẽt. Vnius, q̃ cœnæ defuerat, nomẽ tumulo quẽ extruerant, ĩscripserũt. Pater eius à trãsmarina pegrinatione cũ ad littus idẽ appulisset, lecto noĩe suũ pẽdit se. Dicunt hi causa mortis fuisse. Hic finitio est accusatoris. Per quẽ factũ est ut qs perierit, causa mortis est. Reus est, qui fecit quid sciens, per qd perire hoĩ necesse esset. Remota finitione accusatori sat est dicere, Causa mortis fuistis. Per uos em̃ actũ est, ut hõ periret, qa nisi uos illud feciss̃etis, uiueret. Contrà, nõ statim p quẽ factũ est ut quis periret, is damnari debet, ut accusator, testis, iudex rei capitalis. Nec undecũq̃ causa fluxit, ibi culpa est, ut si quis ꝓfectionẽ suaserit, ut ad amicũ accesserit trans mare, & is naufragio pierit. Ad cœnã inuitarit, & is cruditate illic contracta decesserit. Nec fuerit in causa mortis solũ adolescentiũ factũ, sed credulitas senis, & in dolore ferũdo infirmitas. deniq̃ si fortior fuisset, aut prudẽtior, uiueret. Nec mala mẽte fecerunt, & ille potuit uel ex loco tumulũ, uel ex ope tumultuario suspicari nõ eẽ monumentũ. Qui ergo puniri debẽt, in q̃bus oĩa sunt homicidæ ꝑter manũ? Est interim certa finitio, de qua inter utranq̃ partẽ cõuenit, ut Cicero dicit. Maiestas est in impio, atq̃ in oñi populi Ro. dignitate. Quærit tñ, an maiestas minuta sit, ut in causa Cornelij quæsitũ est, sed hic etiam similis uideri põt finitiuæ, tñ qa de finitione non ambigit, iudicatio est qualitas, atq̃ ad eum potius statum reducẽda, ad cuius forte quadam uenimus mentionem, sed & erat ordine proximus locus.

De qualitate. *Caput .V.*

EST aũt qualitas alia de summo genere, atq̃ ea quidem nõ simplex. Nam & qualis sit cuiusq̃ rei natura, & quæ forma, quærit, an immortalis aĩa, an humana specie deus, & de magnitudine, ac nũero, quantus sol, an unus mũdus. Quæ oĩa coniectura quidẽ colligunt, quæstionẽ tñ hñt in eo, qualia sint. Hæc & in suasorijs aliqñ tractari solẽt, ut si Cæsar deliberet, an Britanniã impugnet, quæ sit oceani natura, an Britannia insula (nam tũ ignorabatur) quanta in ea terra, quo nũero militũ aggrediẽda, in consiliũ ferẽdum sit. Eidem qualitati succedũt facienda, ac non faciẽda, appetẽda, uitanda, quæ in suasorijs quidẽ maxime cadũt, sed in cõtrouersiis quoq̃ sunt frequẽtia, hac sola differẽtia, quia illic de futuris, hic de factis agit. Item demõstratiuæ partis omnia sunt in hoc statu, factũ esse cõstat, quale sit factum, quærit. Lis est oñis, aut de præmio, aut de pœna, aut de quantitate. Igit primũ genus causæ, aut simplex, aut comparatiuũ. Illic quid æquũ, hic quid æquius, aut quid æquissimũ sit, excutit. Cum de pœna iudiciũ est à parte eius qui causam dicit, aut defensio est criminis, aut imminutio, aut excusatio, aut ut quidã putant, depcatio. Defensio

longe potẽtiſſima eſt, qua ipſm factũ qđ obĵcit, dicimus honeſtũ eſſe. Abdicatur aliquis, q̃ inuito pr̃e militarit, honores petierit, uxorẽ duxerit, tuemur qđ fecimus. Partẽ hanc uocant Hermagoræi κατ' ἀντίληψιν, ad intellectũ id nomẽ referẽtes. latine ad uerbum tranſlatam non inuenio, abſoluta appellat. Sed eñ de re ſola quæſtio, iuſta ſit ea, nec ne. Iuſtũ oẽ continet natura, uel conſtitutione. Natura, qđ' fit ſecundum cuiuſq̃ rei dignitatem: hæc ſunt pietas, fides, continẽtia, & talia. Adĵciũt & id qđ ſit par, uel id nõ temere intuendũ eſt. Nam & uis cõtra uim, & talia nihil hñt aduerſum eũ, q̃ prior fecit iniuſte, & non qm̃ res pares ſunt, etiam id eſt iuſtũ qđ anteceſſit. Illa utrinq̃ iuſta, eadẽ lex, eadẽ conditio, ac forſitan ne ſint quidẽ paria, quæ ulla parte ſunt diſſimilia. Conſtitutio eſt in lege, more, iudicato, pacto. Alter̃ eſt defẽſionis genus, in quo factũ p ſe improbabile, aſſumptis extrinſecus auxilĵs tuemur, id uocant κατ' ἀντίσασιν. Latini hoc quoq̃, non ad uerbũ transferunt. Aſſumptiua eñ dr̃ cauſa. In quo gñe fortiſſimũ eſt, ſi crimẽ cauſa facti tuemur, qualis eſt defenſio Oreſtis, or̃o Milonis, ἀντέγκλημα dicit, quia omnis noſtra defenſio cõſtat eius accuſatione, q̃ uindicat. Occiſus eſt, ſed latro: excæcatus, ſed raptor. Eſt & illa ex cauſis facti ducta defenſio priori cõtraria, in qua neq̃ factum ipſm per ſe, ut in abſoluta quæſtione defendit, neq̃ ex cõtrario facto, ſed ex aliqua utilitate, aut Reipu. aut hoĩm multor̃, aut etiã ipſius aduerſarĵ, nõnunq̃ & noſtra, ſi mõ id erit quod facere noſtra cauſa fas ſit, quod ſub extraneo accuſatore & legibus agẽte p̃deſſe nunq̃ põt, in domeſticis diſceptationibus poteſt. Nam & filĵs pat̃ in iudicio abdicationis, & maritus uxori, ſi malæ tractatiõis accuſabit, & patri filius ſi demẽtiæ cauſa erit, nõ inuerecunde dicet multũ ſua interfuiſſe, in quo tñ incõmoda uitantis melior q̃ cõmoda petẽtis ẽ cauſa, q̃bus ſimilia etiã in uera rer̃ quæſtiõe tractant. Nam quæ in ſcholis abdicator̃, hæc ĩ foro exhæredator̃ à parẽtibus, & bona apud conſules repetentium rõ eſt, quæ illic malæ tractationis, hic rei uxoriæ, cũ quæritur utrius culpa diuortiũ factũ ſit, quæ illic dementiæ, hic petendi curatoris. Subiacet utilitati etiam illa defenſio, ſi peius aliquid futur̃ fuit. Nam in comparatiõe malor̃ boni locũ obtinet leuius, ut ſi Mancinus, fœdus Numantinũ ſic defendat, q̃ piturus niſi id factũ eſſet, fuerit exercitus Romanus. Hoc genus ἀντίσασις græce nominat, comparatiuũ nr̃i uocant. Hæc circa defenſionẽ facti, quæ ſi neq̃ p ſeipſam, neq̃ adhibitis alĵs auxilĵs dabit, p̃ximũ eſt in aliũ transferre crimẽ, ſi poſſumus. Ideoq̃ etiã in hos q̃ iam ſcripti ſunt ſtat°, uiſa ẽ cadere tranſlatio. Interdũ ergo culpa in hoĩem relegat, ut ſi Gracchus reus fœderis Numantini, cuius metu leges populares tuliſſe in tribunatu uidetur, miſſum ſe ab impatore ſuo diceret. Interim deriuatur in rẽ, ut ſi is q̃ teſtamento quid iuſſus non fecerit, dicat p leges id fieri nõ potuiſſe, hoc μετάσασιν dicunt. Excluſis quoq̃ his excuſatio ſupereſt, ea eſt aut ignorãtiæ, ut ſi q̃s fugitiuo ſtigmata ſcripſerit, eoq̃ ingenuo iudicato, neget ſciſſe ſe liber̃ eum fuiſſe, aut neceſſitatis, ut cũ miles ad cõmeatus diẽ non affuit, dicit ſe fluminibus intercluſum, aut ualetudine. Fortuna quoq̃ ſæpe ſubſtituit culpæ. Nonnunq̃ male feciſſe nos, ſed bono animo dicimus. Vtriuſq̃ rei multa & manifeſta exẽpla ſunt. Idcirco nõ eſt eor̃ neceſſaria expoſitio. Si oĩa quæ ſupraſcripta ſunt, deerunt, uidendũ an minui culpa poſſit, hic ẽ ille q̃ à q̃buſdam dr̃ ſtatus quantitatis. Sed ea cũ ſit aut pœnæ aut honoris, ex qualitate facti cõſtituit. Eoq̃ nobis ſub hoc eſſe ſtatu uidet, ſicut eius quoq̃ quæ ad numerum refertur à græcis. Nam & ποιότητα, & ποσότητα dicunt, nos utrunq̃ eadẽ appellatiõe cõplectimur. Vltima eſt deprecatio, qđ genus cauſæ pleriq̃ negarunt in iudicium unq̃ uenire. Quin Cicero quoq̃ pro Quinto Ligario, idẽ teſtari uidetur cũ dicit: Cauſas Cæſar egi multas, & quidẽ tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum. Certe nunquã hoc mõ: Ignoſcite iudices, errauit, lapſus eſt, nõ putauit, ſi unq̃ poſthac, & cætera. In ſenatu uero, & apud ppl'm, & apud principẽ, & ubicunq̃ iuris clemẽtia eſt, habet locũ defẽcatio. In qua plurimũ ualẽt ex ipſo q̃ reus eſt, hæc tria in uita p̃cedere, ſi innocẽs, ſi bñ meritus, ſi ſpes in futur̃ innocent̃ uicturi, & ĩ aliquo uſu futuri. Præterea ſi uel alĵs incõmodis, uel pñti piculo, uel pœnitẽtia uideat̃ ſatis pœnar̃ dediſſe. Extra, nobilitas, dignitas, p̃pinqui, amici. In eo tñ q̃ cognoſcit, plurimũ ponendũ, ſi laus eũ miſericordis potius, quã reprehenſio diſſoluti conſecutura eſt. Ver̃ & in iudicijs, etiamſi non toto gñe cauſæ, tñ ex parte

magna hic locus sæpe tractat. Nam & diuisio frequēs est, etiamsi fecisset, ignoscendū fuisse. Idq; in causis dubijs sæpe ꝑualuit, & epilogi oēs in eadē fere materia uersari solēt. Sed nonnunq; etiam reus hic totius summā cōstituit, si exhæredatū à se filiū ꝑ testatus fuerit elogio, ꝓpterea ꝙ is meretricē amauerit. Nam omis hic quæstio, an huic delicto pater debuerit ignoscere, & centūuiri tribuere debeant uenia. Sed etiam in formulis, cū pœnariæ sunt actiones, nos ita causam partimur, an cōmissa sit pœna, an exigi debeat. Id aūt qđ illi uiderunt, uerū est, reū à iudicibus hoc defensiōis mō liberari non posse. De ꝑmijs aūt quærunt duo, an ullo sit dignus q petit, an tanto, ex duobus uter dignior, ex pluribus quis dignissimus. Quorū tractatus ex ipso meritorū gñe ducuntur. Et intuebimur nō rem tm, siue alleganda, siue cōparanda erit, sed psonam quoq;. Nam & multū interest, tyrannum iuuenis occiderit, an senex, uir an fœmina, alienus an coniūctus. Est & ad locū multiplicit, in ciuitate tyrannis assueta, an libera semp, in arce, an domi, & quō factū sit, an ferro, an ueneno, & quo tēpore, bello an pace, an cū depositurus esset eam potestatē, an cū aliquid noui sceleris ausurus. Habet in meritis gratia, periculū quoq;, ac difficultas. Similit liberalitas à quo ꝓfecta sit refert. Nam in paupe gratior, q in diuite, dante bñficiū q reddente, patre q orbo. Item quam rē dederit, & quo tpe, & quo animo, id est nū in aliquā spem suam, similit alia. Et ideo qualitas maxīa oratoris recipit opa, quia in utranq; partē plurimū ē in genio loci, nec usquā tm affectus ualēt. Nam cōiectura extrinsecus quoq; adductas frequēter ꝓbationes habet, & argumēta ex materia sumit, ut quale quicq; uideat eloquētia opus est, hic regnat, hic impat, hic sola uincit. Huic pti subiūgit Virginius causas abdicationis, demētiæ, malæ tractatiōis, orbaq; nuptias indicentiū. Nam & iudiciū fere sic accidit, inuētiq; sunt q has materias officioq; uocarēt. Sed alios quoq; nonnunq; leges hæ recipiūt status. Nam & cōiectura ē aliqñ in plerisq; horū, cū se uel nō fecisse, uel bona mēte fecisse cōtendūt. Cuius gñis exēpla sunt multa. Et quid sit demētia, & mala tractatio finit. Nam iuris quæstiones plerūq; leges ꝑcurrere solēt, & ex quibus causis non fiat statutū. Qđ tm facto defēdi nō poterit, iure nitet, & quot & qbus causis abdicare nō liceat, & in quæ crimina malæ tractatiōis actio det, & cui accusare demētiæ nō permittit. Abdicationū formæ sunt duæ, altera criminis pfecti, ut si abdicet raptor, adulter, altera impfecti uelut pendentis, & adhuc in cōditione positi, quales sunt, in quibus abdicat filius qa nō pareat patri. Illa sp aspam abdicantis actionē habet: immutabile est em qđ factū est: hæc ex parte blandā, & suadēti similē. Mauult em pater corrigere, q abdicare. At ꝓ filijs in utroq; gñe summissam, & ad satisfaciendū cōpositam, à quo dissensuros scio, q libent patris figurā lædūt, qđ non ausim dicere, nunq; esse faciendū (pōt em materia incidere, quæ hoc exigat) cæteroq; uidendū ē, quoties alit agi pōt, sed de figuris in alio libro tractabimus. Nō dissimiles aūt abdicationū actiōibus sunt malæ tractatiōis actiōes. Nā & ipsæ hnt eandē in accusatiōibus moderationē. Demētiæ quoq; iudicia, aut ꝓpter id qđ factū est, aut ꝓpter id qđ adhuc fieri uel nō fieri pōt, instituunt, & actor ī eo qđ factū ē, liberq; habet impetū, sic tm, ut factū accuset ipsius patris, tanq; ualetudine lapsi misereat: in eo uero, cuius libera mutatio ē, diu roget, & suadeat, & nouissime demētiam rōni queratur obstare, nō mores: quos quāto magis in ꝑteritum laudauerit, tanto facilius ꝓbabit morbo esse mutatos. Reus quoties cā patiet, debebit esse in defēsione moderatus, qa fere ira & concitatio furori sunt filia. Oībus his cōe est, ꝙ rei non sp defensione facti, sed excusatiōe, ac uenia frequenter utunt. Est em domestica disceptatio, qua & semel peccasse, & ꝑ errorē, & leuius q obijciat, absolutioni nōnunq; sufficit. Sed alia quoq; multa cōtrouersiarū gña in qualitatē cadūt. Iniuriarū quanq; em reus aliqñ fecisse negat, plerūq; tm hæc actio facto atq; animo continet. De accusatore constituēdo, quæ iudicia, diuinationes uocant (In quo gñe Cicero qdem, q mandantibus socijs Verrē accusabat, hac usus est diuisiōe) spectandū à quo maxime agi uelint ij, de quorū ultione quærit, à quo minime uelit is, q accusat. Frequētissime tm hæ sunt quæstiones, uter maiores causas habeat, uter plus industriæ, aut uiriū sit facturus ad accusandum, uter id meliore fide sit facturus. Tutelæ præterea, in quo iudicio solet quæri, an alia de re quā de calculis cognosci oporteat. An fidē præstare debeat tantū, non etiam consilium, &

cuẽtus. Cui ſimile eſt malæ geſtæ ꝓcurationis in foro negotiorꝝ geſtorꝝ, nam & mandati actio eſt. Præter hæc finguntur in ſcholis, & ſcripti maleficij, in quibus aut hoc quæritur, an ſcriptum ſit, aut hoc, an maleficium ſit, raro utrunq;. Malæ geſtæ legationis apud græcos, & ueris cauſis frequẽs, ubi iuris loco quæri ſolet, an oĩno alit agere q̃ mandatum ſit, liceat, & quouſq; ſit legatus, qm̃ alij in renuntiando ſunt, ut is, q teſtimonium in Verrẽ dixerat, poſt perlatam legationem. Plurimum tñ eſt in eo, quale ſit factum reip. læſæ. Hinc mouentur quidẽ mille iuris cauillationes, quid ſit Remp. lædere, & læſerit ne, an ꝓfuerit, & ab ipſo, an propter ip̃m læſa ſit. In facto tñ plurimum ineſt. Ingrati quoq;. In quo gñe quærit, an is cum quo agitur, acceperit bñficium, qd raro negandum eſt: ingratus eſt em̃ q negat, an quantũ acceperit reddiderit, an ꝓtinus qui nõ reddiderit, ingratus ſit, an potuerit reddere, an id qd exigebat, debuerit, quo aĩo ſit. Simpliciores illæ iniuſti repudij, ſub qua lege cõtrouerſiæ illud ꝓprium hñt, q̃ à ꝑte accuſantis defenſio ẽ, & defendentis accuſatio. Præterea cũ quis rõnem mortis in ſenatu reddit, ubi una quæſtio ẽ iuris, an is demũ ꝓhibendus ſit, q mori uult, ut ſe legũ actionibus ſubtrahat. Cætera qualitatis. Finguñ & teſtamẽta, in quibus de ſola quæraẽ uolũtate, ut in cõtrouerſia, quã ſupra expoſui, in qua de ꝑte patrimonij quarta quã pr̃ digniſſimo ex filijs reliquerat, contendunt philoſophus, medicus, orator. Qd itẽ accidit, ſi orbæ nuptias indicant pares gradu, & ſi int ꝓpinquos de idoneo quæraẽ. Sed mihi nec oĩes ꝑſequi materias in animo eſt. Fingi em̃ adhuc poſſunt, nec cõmunes ſunt earũ quæſtiones, quia poſitionibus mutantur. Hoc tantũ admiror, Flauiũ, cuius apud me merito ſumma eſt autoritas, cum artẽ ſcholæ tantum cõponeret, tam anguſte materiam qualitatis terminaſſe. Quantitas quoq; (ut dixi plerunq;) etiamſi non ſemp, tñ plerunq; eidem ſubiacet, ſeu modi eſt, ſeu numeri. Sed modus aliqñ conſtat æſtimatione facti, quanta ſit culpa, quantum'ue bñficium, aliqñ iure, cum id in controuerſiam uenit, qua quis lege puniẽdus, uel honorandus ſit. Stuprator an decem milia dare debeat, quæ pœna huic crimini cõſtituta eſt, an quia ſtupratus ſe ſuſpẽdit, capite puniri, tan quã cauſa mortis. Quo in genere falluñ, qui ita dicunt, tanq̃ inter duas leges quæratur. Nam de decem milibus nulla controuerſia eſt, quæ nec petuntur. Iudicium redditur, an reus cauſa ſit mortis. In coniecturam quoq; eadem ſpecies cadit, cum ꝓpetuo, an quinquẽ nali ſit exilio multandus, in controuerſiam uenerit, num prudẽs cædem commiſerit, quæritur. Illa quoq;, quæ ex numero ducitur, pendet ex iure, an Thraſybulo triginta præmia debeantur, & cum duo fures pecuniam abſtulerunt, ſeparatim quadruplum quiſq;, an duplum debeat. Sed hic factum quoq; æſtimatur, & tamen ius ipſum pendet ex qualitate.

De actionis quæſtione. *Caput .VI.*

QVi neq; feciſſe ſe negabit, neq; aliud eſſe qd fecerit, dicet, neq; factũ defendet, neceſſe eſt in ſuo iure cõſiſtat. In quo plerunq; actionis eſt quæſtio, quæ non ſemp eadem eſt, ut quidam putauerunt. Nam & iudiciũ antecedit, qualia ſunt præturæ curioſa cõſilia, cũ de iure accuſatoris ambigit, & in ipſis frequẽtiſſime iudicijs uerſaẽ. Eſt em̃ duplex eius diſceptationis cõditio, q̃ aut intentio, aut præſcriptio habet controuerſiam. Ac fuerunt q præſcriptionis ſtatũ facerent, tanq̃ ea non ijſdẽ oĩbus, quibus cæteræ leges, quæſtionibus cõtineretur. Cũ ex præſcriptione lis pẽdet, de ipſa re quæri non eſt neceſſe. Ignominioſo patri filius ꝓſcribit, de eo ſolo iudicatio eſt, an liceat. Quoties tñ poterimus, efficiendũ eſt, ut de re quoq; bñ ſentiat. Sic em̃ iuri nr̃o libentius indulgebit, ut in poſſeſſionibus, quæ ex interdictis fiũt, etiamſi non ꝓprietatis eſt quæſtio, ſed tm̃ poſſeſſionis, tñ non ſolũ poſſediſſe nos, ſed etiam nr̃m poſſediſſe docere oportebit. Sed frequẽtius etiam quærit de intẽtione. Vir fortis optet quicquid uolet, nego illi dandũ quicquid optauerit, nõ habeo præſcriptionem, ſed tñ uoluntate contra uerba præſcriptionis modo utor. In utroq; autẽ genere ſtatus idem fit. Porro lex oĩs, aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut iubet, aut uetat, aut permittit. Litem habet, aut ꝓpter ſeipſam, aut ꝓpter alteram. Quæſtio eſt, aut in ſcripto, aut in uolũtate. In ſcripto, aut aptum eſt, aut obſcurꝝ, aut ambiguum. Qd de legibus dico, idẽ accipi uolo de teſtamentis, pactis, ſtipulationibus, omni deniq; ſcripto, idem de uoce. Et qm̃ quatuor eius generis quæſtiones, uel ſtatus facimus, ſingulos percurram.

De ſtatu ex ſcripto & uoluntate. Caput .VII.

SCripti & uoluntatis, frequẽtiſſima inter cõſultos quæſtio ẽ, & pars magna cõtrouerſiæ iuris hinc pẽdet, quo minus id in ſcholis accidere mirꝛ ẽ, ubi etiã ex induſtria fingitur. Eius gñs unũ eſt, in quo & de ſcripto, & de uolũtate quæritꝛ. Id tũ accidit, cũ ẽ in lege aliqua obſcuritas, & in ea, aut uterꝙ ſuã interp̃tationẽ cõfirmat, aut aduerſarij ſubuertit, ut hic: Fur quadruplũ ſoluat, duo furripuerũt paritꝛ decẽ milia, petunt ab utroꝙ quadragena, illi poſtulãt ut uicena cõferant. Nã & actor dicit, hoc eẽ quadruplũ qđ petat, & rei hoc qđ offerant. Voluntas quoꝙ utrinꝙ defenditꝛ, aut cũ de altero intellectu certũ eſt, de altero dubiũ. Ex meretrice natus, ne concioneꝛ. Quæ filiũ habebat, pſtare cœpit. Prohibeꝛ adoleſcens cõcione. Nam de eius filio, quæ ante partũ meretrix fuit certũ eſt, an eadẽ huius cauſa ſit, dubiũ ẽ, quia ex hac natus, & hæc meretrix ẽ. Solet & illud quæri, quo referaꝛ qđ ſcriptũ eſt, bis de eadẽ re ne ſit actio, id ẽ, hoc bis ad actorẽ, an ad actionem. Hæc ex iure obſcuro. Alterꝛ genus ẽ ex manifeſto, quod qui ſolũ uiderũt, hunc ſtatũ plani, & uoluntatis appellauerunt. In hoc altera pars ſcripto nititur, altera uoluntate. Sed contra ſcriptum tribus generibus occurritur. Vnum eſt, in quo id ſeruari ſemper non poſſe ex ipſo patet, Liberi parentes alant, aut uinciant. Non em̃ alligabitꝛ infans. Hinc erit ad alia tranſitus, & diuiſio, nũ quiſquis non aluerit, nũ hic. Propter hoc proponunt quidam tale genus controuerſiarꝛ, in quo nullũ argumẽtum ẽ, qđ ex lege ipſa peti poſſit, ſed de eo tãtũ, de quo lis ẽ, quærendũ ſit. Peregrinus, ſi murꝛ aſcẽderit, capite puniaꝛ. Cũ hoſtes murum aſcendiſſent, peregrinus eos depulit, petitꝛ ad ſupplicium. Nõ erũt hic ſeparatæ quæſtiones, an quiſqs, an hic, quia nullũ põt afferri argumentũ contra ſcriptũ, uehementius eo qđ in lite ẽ, ſed hoc tantũ, an ne ſeruandæ quidẽ ciuitatis cauſa. Ergo & æquitate, & uolũtate pugnandũ. Fieri tñ poteſt, ut ex alijs legibus exẽpla ducamus, per quæ appareat ſemper ſtari ſcripto non poſſe, ut Cicero pro Cecinna fecit. Tertiũ cñ in ipſis uerbis legis reperimus aliqđ, per quod ꝓbemus aliud legũ latorẽ uoluiſſe, ut in hac controuerſia: Qui nocte cũ ferro deprehenſus fuerit, alligeꝛ. Cũ annulo ferreo inuentũ magiſtratus allígauit. Hic qa ẽ uerbũ in lege, deprehẽſus, ſatis etiã ſignificatũ uideꝛ nõ cõtineri lege, niſi noxiũ ferꝛ. Sed ut q uoluntate niteꝛ, ſcriptũ quoties poterit infirmare debebit, ita q ſcriptũ tuebitꝛ, adiuuare ſe etiã uoluntate tentabit. In teſtamẽtis & illa accidũt, ut uolũtas manifeſta ſit, ſcriptũ nihil ſit, ut in iudicio Curiano, in quo nota L. Craſſi & Scæuolæ fuit contẽtio. Subſtitutꝰ hæres erat, ſi poſthumus añ tutelæ ſuæ annos deceſſiſſet. Non ẽ natus. Propinqui bona ſibi uẽdicabant. Quis dubitaret, quin ea uolũtas fuiſſet teſtãtis, ut is non nato filio hæres eſſet, qui mortuoꝛ ſed hoc non ſcripſerat. Id quoꝙ quod huic contrarium eſt, accidit nuper, ut eſſet ſcriptũ, quod appareret ſcriptorẽ noluiſſe, qui ſeſtertiũ nummũ quinq milia legauerat, cũ emẽdaret teſtamẽtum, ſublatis ſeſtertijs nummis, argenti pondo poſuit, quinq milia remanſerunt. Apparuit tñ quinq pondo dari uoluiſſe, quia ille in argẽto legato modus & inauditus erat, & incredibilis. Sub hoc etiam ſtatu gñales ſunt quæſtiones, ſcripto, an uoluntate ſtandũ ſit, quæ fuerit ſcribentis uoluntas, tractatus omnes qualitatis, aut coniecturæ, de quibus ſatis dictum arbitror.

De contrarijs legibus. Caput .VIII.

PRoximũ ẽ de legib. cõtrarijs dicere, qa inter oẽs artiũ ſcriptores cõſtat in antinomia duos eſſe ſcripti, & uolũtatis ſtatꝰ, neq imerito, qa cũ lex legi obſtet, utriꝙ cõtra ſcriptũ dꝫ, & quæſtio ẽ de uoluntate, in utraꝙ id ambigitꝫ, an utiꝙ illa lege ſit utendũ. Oibus aũt manifeſtum ẽ, nunq̃ eſſe legẽ legi contrariã iure ipſo, qa ſi diuerſum ius eſſet, alterꝛ altero abrogareꝛ, ſed eas caſu collidi, & euentu. Collidunt aũt, aut pares inter ſe, ut ſi optio tyrãnicidæ, & uiri fortis comparent, utriꝙ data qđ uelit petẽdi ptãte. Hic meritoꝛ, tẽporis, præmij collatio ẽ. Aut ſecum ipſæ, ut duorꝛ fortiũ, duorꝛ tyrannicidarꝛ, duarꝛ raptarꝛ, in quibus nõ põt eſſe alia quæſtio, q̃ temporis, utra prior ſit, aut qualitatis, utra iuſtior ſit petitio. Diuerſæ quoꝙ leges conſligunt, aut ſimiles. Diuerſæ, quib. etiã citra aduerſam legẽ contradici poſſit, ut in hac cõtrouerſia: Magiſtratus ab arce ne diſcedat. Vir fortis optato quæ uolet, uel alia nulla obſtãte, q̃ri põt, an qcqd optarit, accipere debeat, & à mgſtatu

multa dicẽtur, quibus ſcriptum expugnaẽ. Si incendiũ in arce fuerit, ſi in hoſtes recurrẽdũ. Similes, contrà quas nihil opponi poteſt, niſi lex altera. Tyrãnicidæ imago in gymnaſio ponaẽ, contrà mulieris imago in gymnaſio ne ponaẽ. Mulier tyrannũ occidit. Nã neq; mulieris imago ullo alio caſu poni poteſt, neq; tyrannicidæ ullo alio caſu ſubmoueri. Impares ſunt, cũ alteri multa ſunt quæ opponi pñt, alteri nihil, niſi q̃ in lite eſt, ut cũ uir fortis impunitatẽ deſertoris petit. Nã contra legẽ uiri fortis (ut ſuprà oſtẽdi) multa dicunt, aduerſus deſertores ſcripta, nõ poteſt niſi optione ſubuerti. Itẽ aut cõfeſſum eſt ex utraq; pte ius, aut dubiũ. Si cõfeſſum ẽ, hæc ferè quærunt: Vtra lex potẽtior, Ad deos ptineat, an ad homines, Ad remp. an ad priuatos, De honore, an de pœna, De magnis rebus, an de paruis, Permittat an uetet, an imperet. Solet tractari & utra ſit antiqor, & uelut potẽtiſſima, utra minus perdat, ut in deſertore, & uiro forti, q̃ illo non occiſo, lex tota tollaẽ, occiſo, ſit reliqua uiro forti alia optio. Plurimum tamen eſt in hoc, utrum fieri ſit melius, atq; æquius, de quo nihil præcipi, niſi ꝓpoſita materia, poteſt. Si dubiũ, aut alteri, aut inuicẽ utriq; de iure ſit controuerſia, ut in re tali: Patri in filium, patrono in libertũ manus iniectio ſit, Liberti hæredẽ ſequantur. Liberti filium quidam fecit hæredem, inuicem petitur manus iniectio, & patronus negat ius patris illi fuiſſe, qa ipſe in manu patroni fuerit. Duplices leges ſicut duæ colliduntur, ut nothus ante legitimum natus legitimus ſit, poſt legitimum tantum ciuis. Quod de legibus, idem de ſenatuſcõſultis dictum: quæ ſi aut inter ſe pugnent, aut obſtent legibus, non tamen aliud ſit eius ſtatus nomen.

De ſyllogiſmo ſeu ratiocinatione. *Caput* .IX.

SYllogiſmus habet aliquid ſimile ſcripto, & uoluntati, quia ſemp pars in eo altera ſcripto nititur. Sed hoc intereſt, q̃ illic cõtra ſcriptũ dicit, hic ſuper ſcriptũ: illic qui uerba defendit hoc agit, ut fiat utiq; quod ſcriptum eſt, hic ne aliud q̃ ſcriptũ eſt. Eius nõnulla etiam cũ finitione coniunctio. Nam ſæpe, ſi finitio infirma eſt, in ſyllogiſmum delabit. Sit em̃ lex: Venefica capite puniatur. Sæpe ſeparanti amatorium dedit, eundem repudiauit, per propinquos rogata ut rediret, non eſt reuerſa, ſuſpendit ſe maritus, mulier uenefi cij rea eſt. Fortiſſima eſt actio dicentis amatoriũ uenenũ eſſe, id erit finitio: quæ ſi pax ualebit, fiet ſyllogiſmus, ad quẽ uelut remiſſa priore contẽtione ueniemus, an perinde puniri debeat, ac ſi uirum ueneno neceſſet. Ergo hic ſtatus ducit ex eo quod ſcriptũ eſt, id qđ incertũ eſt, qđ quoniam rõcinatione colligit, rõcinatiuus dicit. In has aũt ferè ſpecies uenit: An quod ſemel ius eſt, idẽ & ſæpius. Inceſti damnata, & ꝑcipitata de ſaxo, uiua repetitur. An quod in uno, & in pluribus. Qui duos uno tẽpore tyrannos occidit, duo præmia petit. An quod antè, & poſtea. Raptor profugit, rapta nupſit, reuerſo illo petit optiõem. An qđ in toto, idem in parte. Aratrũ accipere pignore non licet, uomerẽ accepit. An qđ in parte, idem in toto. Lanas uehere Tarẽto nõ licet, oues uexit. In his ſyllogiſmis ſcripto alter nititur, alter nõ ſatis cautũ eſſe dicit. Poſtulo ut præcipitetur inceſta, lex eſt, & rapta optionem petit, & in oue lanæ ſunt, ſimiliter alia. Sed quia reſponderi poteſt, non eſt ſcriptum, ut bis præcipitetur damnata, aut qñcunq; rapta optet, aut tyrãnicida duo præmia accipiat, nihil de uomere cautum, nihil de ouibus, ex eo quod manifeſtum colligitur qđ dubium eſt. Maioris pugnæ eſt, ex ſcripto ducere quod ſcriptum non eſt, an quia hoc, & hoc: Qui patrem occiderit, culeo inſuatur, matrẽ occidit. Ex domo in ius educere ne liceat, tabernaculis eduxit. In hoc genere hæc quæruntur, An quoties propria lex non eſt, ſimili ſit utẽdum. An id de quo agitur, ei de quo ſcriptum eſt, ſimile ſit. Simile aũt & maius eſt, & par, & minus. In illo priore, an ſatis lege cautum ſit, an etſi pax cautũ eſt, & hac ſit utendũ. In utroq; de uoluntate legum latoris, ſed de æquo tractatus potentiſſimi.

De ambiguo ſeu amphibologia. *Caput* .X.

AMphibologiæ ſpecies ſunt innumerabiles, adeo ut philoſophoꝝ quibuſdam nullũ uideatur eſſe uerbum, quod non plura ſignificet, gña admodum pauca. Aut enim uocibus accidit ſingulis, aut coniunctis. Singula afferunt errorẽ, cum pluribus rebus, aut hominibus eadem appellatio eſt, ὁμωνυμία dicitur, ut gallus. Vtrum em̃ auem an gentẽ, an nomen, an fortunã corporis ſignificet, incertũ eſt, & Aiax, Telamonis, an Oilei filius.

Verba quoq; quædã diuerſos intellectus hñt, ut cerno, quæ ambiguitas plurimis modis accidit. Vnde ferè lites præcipue ex teſtamẽtis, cũ de libertate, aut etiã de hæreditate cõtendunt ñ, quibus idẽ nomẽ eſt, aut quid ſit legatũ quæritur. Alterum eſt, in quo alia integro uerbo ſignificatio eſt, alia diuiſio, ut ingenua, & armamentũ, & coruinũ, ineptæ ſane cauillationes, ex qua tñ Græci cõtrouerſias ducũt. Inde ἀυλητρὶς illa uulgata, cũ quæritur, utrũ aula quæ ter ceciderit, an tibicina, ſi ceciderit, debeat publicari. Tertia eſt ex cõpoſitis, ut ſi qs corpus ſuũ in occulto loco poni iubeat, circaq; monumentũ multũ agri ab hæredibus in tutelã cineꝝ ut ſolet leget, ſit littus hoc cultũ. Sic apud græcos contendit λέων & παυταλέων, cum ſcriptura dubia eſt, bona omnia λέοντα, an bona παυταλέοντα relicta ſint. In coniũctis plus ambiguitatis ẽ. Fit aũt per caſus, ut Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe. per collocationẽ, ubi dubiũ ẽ qd quò referri oporteat, ac frequẽtiſſime cũ id qd mediũ eſt, utrinq; poſſit trahi, ut de Troilo Vergilius, Lora tenens tamen, hic utrũ qd teneat tñ lora, an q̃is teneat, tñ trahat, quæri poteſt. Vnde cõtrouerſia illa: Teſtamẽto quidã iuſſit poni ſtatuã auream haſtã tenentẽ. Quærit ſtatua haſtã tenẽs aurea eẽ debeat, an haſta eſſe aurea in ſtatua alterius materiæ. Fit per flexũ idẽ magis, Quinquaginta, ubi erant centũ, occidit Achilles. Sæpe utri duoꝝ antecedentiũ ſermo ſubiunctus ſit, in dubio eſt. Vnde ẽ controuerſia: Hæres meus uxori meæ dare damnas eſto argẽti, qd elegerit pondo cẽtum, Vter eligat quærit. Veꝝ id qd ex his primũ eſt, mutatione caſuũ. Sequens diuiſione uerboꝝ, aut translatione emendat. Tertiũ adiectione. Accuſatiui geminatione facta amphibologia ſoluit ablatiuo, ut illud, Lachetẽ audiui percuſſiſſe Demeam, fiat, à Lachete percuſſum Demeam. Sed ablatiuo ipſi, ut in primo diximus, ineſt naturalis amphibologia: Cælo decurrit aperto. Vtrũ per apertũ cælũ, an cũ cælũ apertũ eſſet. Diuiſio reſpiratione & mora cõſtat. Statuam, deinde aureã haſtam, uel ſtatuam aureã, deinde haſtã. Adiectio talis eſt, argẽtum quod elegerit ipſe, ut hæres intelligat, uel ipſa ut uxor. Adiectiõe facta amphibologia, qualis fit, Nos flentes illos deprehẽdimus, detractione ſoluetur. Pluribus uerbis emẽdandum, ubi eſt id, qd quò referat, dubiũ eſt, & ipm eſt ambiguũ: Hæres meus dare illi damnas eſto oĩa ſua. In quod genus incidit Cicero loquens de C. Fannñ ſocerî inſtituto: Quem quia cooptatus in auguꝝ collegiũ non erat, non admodum diligebat, pſertim cum ille Q. Scæuolã ſibi minorẽ natu generꝝ prætuliſſet. Nam id ſibi, & ad ſocerꝝ referri, & ad Fanniũ poteſt. Productio quoq; in ſcripto & correptio, in dubio relicta, cauſa eſt ambiguitatis, ut in hoc Cato, aliud eñ oſtendit breuis ſecunda ſyllaba caſu nominatiuo, aliud eadem ſyllaba producta caſu datiuo, aut ablatiuo. Plurimæ præterea ſunt aliæ ſpecies, quas pſequi nihil neceſſe eſt. Nec refert quomodo facta ſit amphibologia, aut quo reſoluatur. Duas eñ res ſignificari manifeſtum eſt, & quod ad ſcriptum uocem ue pertinet, in utranq; par eſt partem. Ideoq; fruſtra præcipitur, ut in hoc ſtatu uocem ipſam ad noſtram partem conemur uertere. Nam ſi id fieri poteſt, amphibologia non eſt. Amphibologiæ aũt oñis in his erit quæſtio, aliquando uter ſit ſecũdum naturam magis ſermo, ſemper utrum ſit æquius, utrum is qui ſic ſcripſit ac ſic dixit, ſic uoluerit: quaꝝ in utranq; partem ſatis ex his quæ de coniectura & qualitate diximus, præceptum eſt.

Quæ ſit inter ſtatus cognatio, & quæ diuerſitas. *Caput* .XI.

EST autẽ quædam inter hos ſtatus cognatio. Nam & in finitione, quæ ſit uolũtas nominis quærit, & in ſyllogiſmo, q ſecundus à finitione ſtatus ẽ, ſpectat quid uoluerit ſcriptor, & ex cõtrariis legib. duos eſſe ſcripti, & uoluntatis ſtatus apparet. Rurſus & finitio quodammõ eſt amphibologia, cũ in duas partes diducat intellectus noſs. Scriptum & uoluntas habet in uerbis uocis quæſtionẽ, quod idẽ in antinomia petitur. Ideoq; oñia hæc quidam ſcriptum & uoluntatẽ eſſe dixerunt. Alñ in ſcripto, & uolũtate amphibologiam eſſe, quæ facit quæſtionẽ. Sed diſtincta ſunt. Aliud ẽ enim obſcuꝝ ius, aliud ambiguum. Igitur finitio in natura ipſa noſs quæſtionem habet generalem, & quæ eſſe etiam citra complexum cauſæ poſſit. Scriptũ, & uoluntas de eo diſputat uerbo qd ẽ in lege: Syllogiſmus de eo quod non ẽ. Amphibologiæ lis in diuerſum trahit. Legum contrariaꝝ ex diuerſo pugna ẽ, Neq; immerito & recepta ẽ à doctiſſimis hæc drñia, & apud plurimos

ac prudẽtiſſimos durat. Et de hoc quidem genere diſpoſitionis, etiam ſi non omnia tradi, tamen aliqua potuerunt. Sunt alia, quæ niſi propoſita, de qua dicẽdum eſt, materia, uiam docendi non præbeant. Non enim cauſa uniuerſa in quæſtiones ac locos diducenda eſt. Sed ipſæ hæ partes habent rurſus ordinem ſuum. Nam & in proœmio primum eſt aliquid, & ſecundum, ac deinceps. Et quæſtio omnis, ac locus habet ſuam diſpoſitionem, ut theſeis etiam ſimplices. Ac ſi forte ſatis erit diuidendi peritus, qui controuerſiam in hæc diduxerit, an omne præmium uiro forti dãdum ſit, an ex priuato, an nuptiæ, an ea quæ nupta ſit, an hæc, deinde cum fuerit de prima quæſtione dicẽdum, paſſim, & ut quicq; in mentem ueniet, miſcuerit, non primum in ea ſcierit eſſe tractandum. Verbis legis ſtandũ ſit, an uoluntate, huius ipſius particulæ aliquod initium fecerit. Deinde proxima ſubnectens ſtruxerit oratiõem, ut pars hominis eſt manus, eius digiti, illorum quoq; articuli. Eſt & hoc, quod ſcriptor demonſtrare nõ poſſit, niſi certa definitaq; materia. Sed quid una faciat, aut altera? quinimo centum ac mille in re infinita, atq; materia? Præceptoris eſt, in alio, atq; alio genere quotidie oſtendere quis ordo ſit rerũ, & quæ copulatio, ut paulatim fiat uſus, & ad ſimilia tranſitus. Tradi enim omnia quæ ars efficit, non poſſunt. Nam quis pictor omnia, quæ in rerum natura ſunt, adumbrare didicit? Sed percepta ſemel imitandi ratiõe aſſimulabit quicquid acceperit. Quis enim non faber uaſculum aliquod, quale nunquã uiderat, facit? Quædam uero non docẽtium ſunt, ſed diſcẽtium. Nam & medicus quid in quoq; ualetudinis genere faciendum ſit, quid quibuſq; ſignis prouidẽdum, docebit. Vim ſentiendi pulſus uenarum, caloris motus, ſpiritus meatum, coloris diſtantiam, quæ ſua cuiuſq; ſunt, ingenium dabit. Quare plurima petamus à nobis, & cum cauſis deliberemus, cogitemusq; homines ante inueniſſe artem, quàm docuiſſe. Illa enim potẽtiſſima eſt, quæq; uere dicitur œconomica totius cauſæ diſpoſitio, quæ conſtitui niſi uelut in re præſenti nõ poteſt. Vbi aſſumendum proœmium, ubi omittendum, ubi utendum expoſitione continua, ubi partita, ubi ab initijs incipiendum, ubi more Homerico à mediis, uel ultimis, ubi omnino non exponendum, quando à noſtris, quando ab aduerſariorum propoſitionibus incipiamus, quando à firmiſſimis probationibus, quando à leuioribus, qua in cauſa proponendæ proœmijs quæſtiones. Qua præparatione præmuniendæ, quid iudicis animus accipere poſſit ſtatim dictum, quo paulatim deducendus. Singulis, an uniuerſis opponẽda refutatio. Reſeruandi perorationi, an per totam orationem diffundendi affectus. De iure prius, an de æquitate dicendum. An anteacta crimina, an de quibus iudicium eſt, prius obijcere, uel diluere conueniat. Si multiplices cauſæ erunt, quis ordo faciendus, quæ teſtimonia, tabulæue cuiuſq; generis in actione recitandæ, quæ re ſeruandæ. Hæc eſt uelut imperatoria uirtus copias ſuas partientis ad caſus præliorum, retinentis partes propter caſtella tuenda, cuſtodiendasue urbes, petendos commeatus, obſidenda itinera, mari deniq;, ac terra diuidentis. Sed hæc in oratione præſtat omnia, cui affuerint natura, doctrina, ſtudiũ. Quare nemo expectet, ut alieno tãtum labore ſit diſertus. Vigilandum ducat, iterum emendum, pallendum eſt, facienda ſua cuiq; uis, ſua ratio, non reſpiciendum ad hæc, ſed in promptu habenda, nec tanq; tradita, ſed tanquam innata. Nam uiam demonſtrare uelociter ars poteſt, ſiqua eſt, uerum ars ſatis præſtat, ſi copias eloquentiæ ponit in medio. Noſtrum eſt uti eis ſcire. Reliqua partium eſt demum diſpoſitio. Et in his ipſis primus aliqs ſenſus, & ſecundus, & tertius, qui non modo ut ſint ordine collocati, elaborandum eſt, ſed ut inter ſe iuncti, atq; ita cohærentes, ne commiſſura perluceat, corpus ſit non membra, quod ita continget, ſi & quid quaq; conueniat uiderimus, & ut uerba uerbis applicemus, non pugnantia, ſed quæ inuicem complectantur. Ita res diuerſæ diſtantibus ex locis, quaſi inuicem ignotæ non collidentur, ſed aliqua ſocietate ſe cum prioribus, ac ſequentibus, copula tenebunt, ac uidebitur non ſolum compoſita oratio, ſed etiam continua. Verum longius fortaſſe progredior fallente tranſitu, & à diſpoſitione ad elocutionis præcepta labor, quod proximus liber inchoabit.

INSTITVTIONVM LIBRVM OCTAVVM PROOEMIVM.

HIS ferè, quæ in proximos quinq; libros collata sunt, ratio inueniendi, atque inuenta disponendi continetur, quam ut per omnes numeros penitus cognoscere, ad summam scientiæ necessariũ est, ita incipientibus breuius, ac simpliciùs tradi magis conuenit. Aut enim difficultate institutionis, tam numerosæ atq; perplexæ deterreri solẽt, aut eo tẽpore quo præcipue alenda ingenia, atq; indulgentia quadam enutrienda sunt, asperiorum tractatu rerum atterunt. Aut si hæc sola didicerint, satis se ad eloquentiam ĩstructos arbitrantur, aut quasi ad certas quasdam dicẽdi leges alligati, conatum oẽm reformidant. Vnde existimant accidisse, ut qui diligentissimi artium scriptores extiterunt, ab eloquentia longissime fuerint. Via tñ opus est incipiẽtibus, sed ea plana, & cum ad ingrediendũ, tũ ad demonstrandũ expedita. Eligat itaq; peritus ille præceptor ex oñib. optima, & tradat ea demũ in præsentia, quæ placent, remota refutandi cætera mora. Sequunt em̃ discipuli quò duxeris. Mox cũ robore discendi crescet etiam eruditio. Iidẽ primo solũ iter credant esse, in qd̃ inducent, mox illud cognituri etiam optimũ. Sunt aũt neq; obscura, neq; ad percipiendũ difficilia, quæ scriptores diuersis opinionib. pertinaciter tuendis inuoluerũt. Itaq; in toto artis huiusce tractatu difficilius ẽ iudicare quid doceas, q̃ cũ iudicaris, docere, præcipueq; in duabus his partibus perq̃ sunt pauca, circa quæ si is qui instituit nõ repugnauerit, pronũ ad cætera habiturus est cursum. Nẽpe em̃ plurimũ in hoc laboris exhausimus, ut oñderemus rhetoricen bñ dicẽdi scĩam, & utilẽ, & artẽ, & uirtutẽ esse. Materiam eius, res oẽs, de quibus dicendũ esset. tũ & eas in tribus ferè gñibus, demonstratiuo, deliberatiuo, iudicialiq; reperiri. Oronem porrò oẽm cõstare rebus & uerbis. In rebus intuendam inuenrionẽ, in uerbis elocutionẽ, in utrisq; collocationẽ, quæ memoria cõplecteretur, actio cõmendaret. Oratoris officiũ docẽdi, mouendi, delectandi partibus cõtineri. Ex quibus ad docẽdũ expositio, & argumẽtatio, ad mouẽdum affectus pertinerẽt, quos poẽm quidẽ cãm, sed maxĩe tñ in ingressu ac fine dñari. Nam delectationẽ, q̃uis in utroq; sit eox, magis tñ proprias in elocutione partes habere. Quæstiones alias infinitas, alias finitas, quæ personis, locis, tpibus continerent. In omni porrò materia tria esse quærẽda, an sit, quid sit, qualis sit. His adĩciebamus, demõstratiuam laude ac uituperatione constare. In ea, quæ ab ipso, de quo diceremus, quæ post eũ acta eẽnt, intuendũ. Hoc opus tractatu honestox, utiliumq; constare. Suasorĩs accedere tertiam partẽ ex coniectura, posset ne fieri, & an esset futux, de quo deliberaret. Hic p̃cipue diximus spectandũ, quis, apud quẽ, quid diceret. Iudicialiũ causax, alias in singulis, alias in pluribus cõtrouersiis cõsistere, & in quibusdã sufficere modo intentionẽ, modo depulsionẽ, porrò depulsionẽ oẽm inficiationem duplici, factũ ne, & an hoc factũ esset, p̃terea defensione, ac trãslatione cõstare. Quæstionẽ, aut ex facto, aut ex scripto esse. Ex facto, de rex fide, proprietate, qualitate. Ex scripto, de uerbox ui, aut uolũtate, in qbus uis tũ causax, tũ actionũ inspici soleat, quæq; aut scripti, & uolũtatis, aut rõcinatiuæ, aut ambiguitatis, aut legũ contrariax̃ specie continet. In oñi porrò causa iudiciali qnq; esse partes, quax exordio cõciliari audientẽ, narratiõe causam proponi, cõfirmatione roborari, refutatione dissolui, poratione aut memoriã iudicis reficĩ, aut aĩos moueri. His argumentandi, & afficiendi locos, & quibus gñibus cõcitari, placari, resolui iudices oportet, adiecimus. Accessit ratio diuisionis. Credere mõ, qui discet uelit, certã quandã uiam esse, in qua multa etiã sine doctrina p̃stare debeat per se ipsa natura, ut hæc de quibus dixi, nõ tam inuenta à præceptorib. q̃ cum fierẽt obseruata esse uideant. Plus exigunt laboris, & curæ quæ sequunt. Hic em̃ iam elocutionis rationẽ tractabimus, partẽ operis, ut inter oẽs oratores cõuenit, difficillimã. Nã & M. Antonius, cuius suprà habuimus mentionẽ, ait à se diserros uisos eẽ multos, eloquentẽ aũt neminẽ. Disertis satis putat dicere quæ oporteat: Ornate aũt dicere propriũ esse eloquẽtissimi. Quæ uirtus, si usq; ad eũ in nullo reperta est, ac ne in ipso quidem, aut L. Crasso, certũ est & in

his,& in prioribus eam desideratam,quia difficillima fuit. Et M.Tullius inuentionẽ quidem ac dispositionem prudentis hominis putat, eloquentiam oratoris. Ideoq; præcipue circa partis huius præcepta elaborauit,quod eum merito feciſſe,etiam ipſo rei,de qua loquimur,nomine palàm declaratur. Eloqui ẽm hoc eſt,oĩa quæ mente conceperis promere,atq; ad audiẽtes perferre,ſine quo ſuperuacua ſunt priora,& ſimilia gladio condito,atq; intra uaginam ſuam hærenti. Hoc itaq; maxime doceẽ, hoc nullus niſi arte aſſequi poteſt, huc ſtudium adhibẽdum,hoc exercitatio petit,hoc imitatio,hic oĩs ætas cõſumitur, hoc maxime orator oratore præſtantior, hoc genera ipſa dicendi alia alĩs potiora. Neq; ẽm Aſiani,aut quocunq; alio genere corrupti,res non uiderunt, aut eas non collocauerunt,neq; quos aridos uocamus,ſtulti aut in cauſis cæci fuerunt,ſed his iudiciũ in eloquẽdo ac modus,illis uires defuerunt,ut appareat in hoc & uitium,& uirtutem eſſe dicendi. Non ideo tñ ſola eſt agenda cura uerborũ. Occurram ẽm neceſſe eſt, & uelut in ueſtibulo protinus apprehenſuris hanc confeſſionem meam reſiſtam ĩs,qui omiſſa rerum (qui nerui ſunt in cauſis) diligentia,quodam inani circa uoces ſtudio ſeneſcunt,idq; faciunt gratia decoris,quod eſt in dicendo,mea quidem opinione,pulcherrimũ: ſed cum ſequitur, non cum affectaẽ. Corpora ſana,& integri ſanguinis,et exercitatiõe firmata,ex ĩſdẽ his ſpẽm accipiunt,ex quibus uires. Nanq; & colorata,& aſtricta, & lacertis expreſſa ſunt,ſed eadẽ ſiquis uulſa atq; fucata muliebriter comat,fœdiſſima ſunt ipſo formæ labore. Et cultus cõceſſus atq; magnificus addit hominibus, ut græco uerſu teſtatum eſt,autoritatẽ. At muliebris & luxurioſus,non corpus exornat,ſed detegit mentẽ. Similiter illa translucida & uerſicolor quorundam elocutio res ipſas effœminat,quæ illo uerborum habitu ueſtiunt. Curam ergo uerborum,rerum uolo eſſe ſolicitudinem. nam plerunq; optima rebus cohærent,& cernuntur ſuo lumine. At nos quærimus illa tanq̃ lateant ſemper,ſeq; ſubducant. Ita nunq̃ putamus circa id eſſe,de quo dicẽdum eſt,ſed ex alĩs locis petimus, & inuentis uim afferimus. Maiore animo aggrediẽda eloquentia eſt,quæ ſi toto corpore ualet,ungues polire,& capillum reponere,nõ exiſtimat ad curam ſuam pertinere. Sed euenit plerunq; ut hac diligentia deterior etiam fiat oratio. Primum,quia ſunt optima,minime acceſſita,& ſimplicibus,atq; ab ipſa ueritate profectis ſimilia. Nã illa quæ curã fatent, & ficta atq; compoſita uideri etiam uolunt,nec gratiam conſequuntur,& fidem amittunt propter id qd ſenſus obũbrant,& uelut læto gramine ſata ſtrangulant. Nam & qd recte dici poteſt,circũimus amore uerborum,& quod ſatis dictum eſt,repetimus,& quod uno uerbo patet,pluribus oneramus,& pleraq; ſignificare melius putamus,quàm dicere, Quid? q; nihil iam proprium placet,dum parum creditur diſertũ,quod & aliud dixiſſet? A corruptiſſimo quoq; poetarum figuras,ſeu tranſlationes mutuamur, tum demum ingenioſi ſcilicet,ſi ad intelligendos nos opus ſit ingenio. Atqui ſatis aperte Cicero præceperat, in dicendo uitium uel maximum eſſe,à uulgari genere orationis, atq; à conſuetudine cõmuni abhorrere. Sed ille & durus & ineruditus,nos melius,quibus ſordẽt oĩa,quæ natura dictauit,qui non ornamenta quærimus,ſed lenocinia. Quaſi uero ſit ulla uerborum,niſi rei cohærentium,uirtus,quæ ut propria ſint & dilucida,& ornata,& apte collocentur,ſi tota uita laborandum eſt,omnis ſtudiorum fructus amiſſus eſt. Atq; pleroſq; uideas hærentes circa ſingula,& dum inueniunt,& dum inuẽta ponderant,ac dimetiuntur. Quod etiamſi idcirco fieret,ut ſemper optimis uterentur,abominanda tamen hæc infelicitas erat, quæ & curſum dicẽdi refrenat,& calorem cogitationis extinguit mora & diffidentia. Miſer ẽm,& (ut ſic dicam) pauper orator eſt, qui nullum uerbum æquo animo perdere poteſt. Sed ne perdet quidem,qui rationem loquendi primum cognouerit, tũ lectione multa,& idonea copioſam ſibi uerborum ſupellectilem cõparauerit, & huic adhibuerit artem collocandi, deinde hæc oĩa exercitatione plurima roborarit, ut ſemper in prõptu ſint, & ante oculos. Nanq; & hoc qui fecerit, ei res cum nominibus ſuis occurrent. Sed opus eſt ſtudio præcedente,& acquiſita facultate,& quaſi repoſita. Nanq; iſta quærendi, iudicandi,cõparandi anxietas,dũ diſcimus,adhibẽda eſt, nõ cũ dicimus. Alioqui,ſicut qui patrimonium non pararunt ſubinde quærunt,ita in oratione qui nõ ſatis laborarunt,ſi præ-

parata uis dicẽdi non fuerit, erunt inofficiosi, non ut ad requisita respõdere, sed ut semper sensibus inhærere uideant. Atq; ut umbra corpus sequitur, tñ in hac ipsa cura est aliquid satis. Nam cũ latina, significãtia, ornata, apte sint collocata, quid amplius laboremus? Qui busdam tñ nullus finis calumniandi est, & cum singulis pene syllabis commorandi, qui etiam cum optima sint repta, quærunt aliquid qđ sit magis antiquum, remotũ, inopinatũ, nec intelligunt iacere sensus in oratione, in qua uerba laudant. Sit igitur cura elocutiõis quã maxima, dum sciamus tñ nihil uerborum causa esse faciendũ, cum uerba ipsa rerum gratia sint repta, quoꝝ ea sunt maxime probabilia, quæ sensum animi nostri optime promunt, atq; in animis iudicũ, qđ nos uolumus, efficiũt. Ea debent præstare sine dubio, & ad mirabilem, & iucũdam orationem. Veꝝ admirabilẽ non sic quo mõ prodigia miramur, & iucundam orationẽ non deformi uoluptate, sed cum laude ad dignitatem coniuncta.

Quæ in elocutione spectanda. *Caput .I.*

IGitur quã græci φράσιν uocant, latine dicimus elocutionẽ. eam spectamus uerbis, aut singulis, aut coniũctis. In singulis intuendũ est, ut sint latina, pspicua, ornata, & ad id, qđ efficere uolum⁹, accõmodata. In cõiunctis, ut emẽdata, ut collocata, ut figurata: Sed ea quæ de rõne latine atq; emẽdate loquẽdi fuerunt dicẽda, in libro primo, cũ de grãmatice loqueremur, executi sumus. Veꝝ illic tm̃ ne uitiosa eẽnt, p̃cepimus, hic alienũ nõ ẽ admonere, ut sint q̃ minime peregrina, & externa. Multos em̃ quibus loquẽdi rõ non defit, inuenies, quos curiose potius loq dixeris q̃ latine, quo mõ & illa Attica anus Theophrastũ hominẽ alioq disertissimũ, annotata unius affectatione uerbi hospitẽ dixit, nec alio se id dep̃hendisse interrogata rñdit, quã q; nimiũ attice loqueret. Et in Tito Liuio miræ facũdiæ uiro putat inesse Pollio Asinius quandam Patauinitatem. Quare si fieri põt, & uerba oĩa, & uox huius alumnum urbis oleant, ut oratio Romana plane uideatur, non ciuitate donata.

De perspicuitate. *Caput .II.*

PErspicuitas in uerbis p̃cipuam habet proprietatẽ, sed ꝓprietas ipsa nõ simplicit̃ accipit̃. Primus em̃ intellectus ẽ sua cuiusq; rei appellatio, qua non semp utimur. Nam & obscœna uitabimus, & sordida, & humilia. Sũt aũt humilia infra dignitatẽ reꝝ, aut ordinis. In quo uitio cauẽdo nõ mediocrit̃ quidã errare solẽt, qui oĩa, quæ sunt in usu, etiam si causæ necessitas postulet, reformidant, ut ille, q̃ in actione ibericas herbas se solo nequicq̃ intelligẽte dicebat, nisi irridẽs hanc uanitatẽ Cassius Seuerus Spartũ eũ dicere uelle indicasset. Nec uideo quare clarus orator duratos muria pisces nitidius esse crediderit, q̃ ipm id qđ uitabat. In hac aũt ꝓprietatis specie, quæ noĩbus ipsis cuiusq; rei utit̃, nulla uirtus ẽ, atq; ei contrariũ est uitiũ, id apud nos impropriũ, ἄκυρον apud græcos uocat̃, quale est, Tm̃ sperare dolorẽ. Aut qđ in oratione Dolabellæ emendatũ à Cicerone annotaui, mortẽ ferre, aut qualia nũc laudant̃ à quibusdam, quoꝝ est de cruce uerba ceciderunt. nõ tñ quicqd nõ erit ꝓprium, ꝓtinus & impropriꝝ uitio laborabit. Quia primũ oĩm multa sunt, & græce & latine, nõ denominata. Nam & q iaculũ emittit, iaculari dicit̃. Qui pilã aut sudẽ, appellatione priuatim sibi assignata caret, & ut lapidare quid sit manifestũ est, ita glebaꝝ testarũq; iactus nõ habet nomẽ. Vnde abusio, quæ καταχρήσις dr̃, necessaria. Translatio quo q; in qua uel maximus est ofonis ornatus, uerba nõ suis rebus accõmodat. Quare ꝓprietas nõ ad nomẽ, sed ad uim significandi referẽt, nec auditu, sed intellectu ꝓpendenda est. Scdo mõ dicit̃ propriũ inter plura quæ sunt eiusdẽ noĩs, id unde cætera ducta sunt, ut uortex ẽ cõtorta in se aqua, uel quicqd aliud simili uertit̃. Inde ꝓpter flexũ capillorꝝ pars est summa capitis, & ex hoc qđ est in mõtibus eminentissimũ. Recte inquã dixeris hæc oĩa uertices, ꝓprie tñ, unde initiũ ẽ. Sic soleæ, & turdi pisces, & cætera. Tertiꝰ ẽ huic diuersus modus, cũ res cõis pluribꝰ, in uno aliq̃ habet nomẽ eximiũ, ut carmẽ funebre ꝓprie nænia, & tabernaculũ ducis, Augustale. Itẽ qđ cõe est & alĩs nomẽ, intellectu alicui rei peculiarit̃ tribuitur, ut urbẽ Romã accipimus, & uenales, nouitios, & Corinthia æra, cũ sint urbes aliæ quoq;, & uenalia multa, & tam auꝝ & argentũ, q̃ æs Corinthiũ. Sed ne in his qdem uirtus oratoris inspicit̃. At illud iã nõ mediocrit̃ probandũ, qđ hoc etiã laudari mõ solet, ut ꝓprie dictũ, i, quo nihil inueniri possit significãtius, ut Cato dixit C. Cæsarẽ ad euertem

dam Remp. sobriũ accessisse, ut Vergilius, Deductum carmẽ, & Horatius, Acrem tibiam, Annibalemq; dirum. In quo modo illud quoq; est à quibusdam traditũ proprij genus ex appositis, quæ epitheta dicũtur, ut dulce mustum, & cũ dẽtibus albis, de quo genere alio loco dicẽdum est. Etiam quæ bene translata sunt, propria dici solent. Interim autem quæ sunt in quoq; præcipua, proprij locum accipiũt, ut Fabius inter plures imperatorias uirtutes, cũctator est appellatus. Possunt uideri uerba, quæ plus significant, q̃ eloquunt, in parte ponẽda perspicuitatis. Intellectũ em̃ adiuuant. Ego aũt libẽtius emphasim retulerim ad ornatũ orationis, qui nõ ut intelligatur, efficiat, sed ut plus intelligat. At obscuritas fit etiam uerbis ab usu remotis, ut si cõmentarios quis pontificũ, & uetustissima fœdera, & exoletos scrutatus autores, id ipm petat ex eis, ut quæ inde cõtraxerit, non intelligant. Hinc em̃ aliqui famam eruditiõis affectant, ut quædã soli scire uideant. Fallunt etiam uerba, uel regiõibus qbusdam magis familiaria, uel artiũ ppria, ut atabulus uentus, & nauis saccaria, & in malacho sanũ, quæ uel uitãda apud iudicẽ ignaꝝ significationũ eaꝝ, uel interptanda sunt. sicut in his quæ homonyma dicunt, ut taurus aial sit, an mõs, an signũ in cælo, an nomẽ hoĩs, an radix arboris, nisi distinctũ, nõ intelligit. Plus tñ est obscuritatis in cõtextu, & cõtinuatione sermonis, & plures modi. Quare nec sit tam lõgus, ut eũ psequi non possit intẽtio, nec traiectione tam tardus, ut in hyperbaton finis eius deferat. Quibus adhuc peior est mixtura uerboꝝ, qualis in illo uersu, Saxa uocant Itali, medijs quæ in fluctibus aras. Etiã interiectiõe, qua & oratores, & historici frequent utunt, ut medio sermone aliquẽ inserant sensum, ĩpediri solẽt intellectus, nisi qd interponit breue est. Nam Vergilius illo loco, quo pullũ equinũ describit, cũ dixisset, Nec uanos horret strepitus, cõplu ribus insertis, alia figura quinto demũ uersu redit, Tum siqua sonũ pcul arma dedere, Stare loco nescit. Vitanda in primis ambiguitas, nõ hæc solũ, de cuius gñe supra dictum est, quæ incertũ intellectum facit, ut Chremetẽ audiui pcussisse Demeam, sed illa quoq;, quæ etiam si turbare nõ põt sensum, in idẽ tñ uerboꝝ uitiũ incidit, ut siquis dicat, uisum à se hominẽ librum scribentẽ. Nam etiam si librũ ab hoĩe scribi pateat, male tñ cõposuerat, fecerat q; ambiguũ quantũ in ipso fuit. Est etiã in qbusdam turba inaniũ uerboꝝ: qui dũ cõem loquẽdi morẽ reformidant, ducti specie nitoris, circũeunt omĩa copiosa loquacitate, quæ dicere uolũt, ipsam deinde illam seriẽ cum alia simili iungẽtes, miscentesq; ultra q̃ ullus spũs durare possit, extẽdunt. In hoc malũ etiam à qbusdam laborat, neq; id nouũ uitium est, cũ iam apud Titũ Liuiũ inueniam fuisse pceptorẽ aliquẽ, q discipulos obscurare quæ dicerẽt, iuberet, græco uerbo utẽs σκότισον. Vnde illa scilicet egregia laudatio, tanto melior, ne ego qdem intellexi. Alij breuitatis æmuli, necessaria quoq; oroni subtrahunt uerba, & uelut satis sit scire ipsos quæ dicere uelint, quantũ ad alios ptineat, nihil putãt. At ego otiosum sermonẽ dixerim, quẽ auditor suo ingenio nõ intelligit. Quidã emutatis in puersum dictis, de figuris idẽ uitium consequunt. Pessima uero sunt ἀδιανόητα, hoc est, quæ uerbis apta, occultos sensus habẽt, ut cõductus est cæcus secus uiam stare, & q suos artẽ morsu lacerasset, fingit in scholis supra se cubasse. Ingeniosa hæc & fortia, ut ex ancipiti disserta credant, pficiunt. At puasit quidẽ iam multos ista psuasio, ut id iam demũ eleganter, atq; exquisite dictũ putent, qd interptandum sit. Sed auditoribus etiam nõnullis grata sunt hæc, quæ cũ intellexerint, acumine suo delectant, & gaudẽt, nõ quasi audiuerint, sed quasi inuenerint. Nobis prima sit uirtus pspicuitatis, ppria uerba, rectus ordo, non in longũ dilata conclusio, nihil neq; desit, neq; supfluat. Ita sermo & doctis pbabilis, & planus imperitis erit. Hæc est loquẽdi obseruatio. Nam reꝝ perspicuitas quo mõ præstãda sit, diximus in præceptis narrationis. Similis aũt rõ est in oĩbus. Nam si neq; pauciora q̃ oportet, neq; plura, neq; inordinata, aut indistincta dixerimus, erũt dilucida, & negligent quoq; audientibus apta, quia id ipm in cõsilio est habendũ, non semp tam esse acrem iudicis intentionem, ut obscuritatẽ apud se ipse discutiat, & tenebris orationis inferat quoddam intelligẽtiæ suæ lumẽ, sed multis eũ frequẽter cogitatiõibus auocari, nisi tã clara fuerint, quæ dicemus, ut in aĩm eius oro ut sol in oculos, etiamsi in eã nõ intendat, incurrat. Quare nõ ut intelligere possit, sed ne omĩno possit nõ intelligere, curandũ. Propter qd etiam repe-

timus ſæpe, quæ non ſatis pcepiſſe eos, qui cognoſcunt, putamus. Quæ cauſa utiq; noſtra culpa dicta obſcurius eſt, qua cauſa ad planiora, & communia magis uerba deſcendimus, cum id ipſum optime fiat, quod nos aliquando non optime feciſſe ſimulamus.

De ornatu. Caput .III.

VEnio nũc ad ornatũ, in quo ſine dubio plus q̃ in cæteris, dicẽdi partibus ſibi indulget orator. Nam emẽdate quidẽ, ac dilucide dicentiũ, tenue præmiũ eſt, magiſq; uitiis carere eſt, q̃ ut aliquam magnam uirtutẽ adeptus eſſe uidearis. Inuẽtio cum imperitis ſæpe cõis, diſpoſitio modicæ doctrinæ credi põt, & quæ ſunt artes altiores plerũq; occultantur, ut artes ſint. Deniq; oĩa hæc ad utilitatẽ cauſarum ſolam referenda ſunt. Cultu uero atq; ornatu ſe quoq; cõmendat ipſe q dicit, & in cæteris iudicium doctoꝝ, in hoc uero etiam popularem laudem petit. Nec fortibus mõ, ſed etiam fulgentibus armis, præliatus in cauſa eſt Cicero Cornelij, qui non aſſecutus eſſet docẽdo iudicem tm̃, & utiliter demum, ac latine, pſpicueq; dicendo, ut populus Ro. admirationẽ ſuam non acclamatione tm̃, ſed etiam plauſu confiteret. Sublimitas pfecto, & magnificẽtia, & nitor, & autoritas expreſſit illum fragorẽ. Nec tam inſolita laus eſſet pſecuta dicentem, ſi uſitata, & cæteris ſimilis fuiſſet oratio. Atq; ego illos credo, q aderant, nec ſenſiſſe quid facerẽt, nec ſpõte iudicioq; plauſiſſe, ſed uelut mẽte captos, & quo eſſent in loco ignaros erupiſſe in hunc uoluntatis affectũ. Sed ne cauſæ quidẽ parum confert idẽ hic orationis ornatus. Nam q libenter audiunt, & magis attẽdunt, & facilius credũt, plerunq; ipſa delectatione capiunt, nonnunq̃ admiratione auferunt. Nam & ferrũ affert oculis terroris aliquid, & fulmina ipſa nõ tam nos confunderẽt, ſi uis eoꝝ tm̃, non etiam ipſe fulgor timeretur. Rectẽq; Cicero his ipſis ad Brutum uerbis quadam in epiſtola ſcribit: Nam eloquẽtiam quæ admirationẽ nõ habet, nullam iudico. Ariſtoteles quoq; eandẽ petẽdam maxime putat. Sed hic ornatus (repetam emi) uirilis, fortis, & ſanctus ſit, nec effœminatam leuitatẽ, nec fuco eminentẽ colorem amet, ſanguie & uiribus niteat. Hoc aũt adeo ueꝝ eſt, ut cũ in hac maxime parte ſint uicina uirtutibus uitia, etiam q uitiis utunt, uirtutis tñ his nomẽ imponant. Quare nemo ex corruptis dicat, me inimicũ eſſe culte dicẽtibus. Non nego hanc eſſe uirtutem, ſed illis eam non tribuo. An ego fundũ cultiorem putẽ, in quo mihi quis oñderit lilia, & uiolas, & amœnos fontes ſurgẽtes, q̃ ubi plena meſſis, aut graues fructu uites erunt? Sterilẽ platanum, tõſaſq; myrtos, q̃ maritam ulmũ, & huberes oleas poptauerim? Habeant illa diuites, licet quid eſſent, ſi aliud nihil haberent? Nullus ne ergo etiam fructiferis adhibendus eſt decor? qs negat? Nam & in ordinẽ certaq; interualla redigam eas arbores. Quid em̃ illo quincunce ſpecioſius, q in quãcunq; partẽ ſpectaueris, rectus eſt? Sed ptinus in id quo q; prodeſt, ut terræ ſuccũ æqualit trahant. Surgẽtia in altũ cacumina oleæ ferro coercebo, in orbẽ ſe formoſius fundet, & ptinus fructũ ramis pluribus feret. Decentior equus, cuius aſtricta ſint ilia, ſi idẽ uelocior. Pulcher aſpectu ſi athleta, cui? lacertos exercitatio expreſſit, idẽ certamini paratior. Nunq̃ uera ſpecies ab utilitate diuidit. Sed hoc quidẽ diſcerne re modici iudicij ẽ, illud obſeruatiõe dignius, q hic ipſe honeſtus ornatus p materiæ gñe debet eſſe uariatus. Atq; ut à prima diuiſione ordiar, non idẽ demonſtratiuis, & deliberatiuis, & iudicialibus cauſis cõueniet. Nanq; illud genus oſtẽtationi cõpoſitum, ſolam petit audientiũ uoluptatẽ, ideoq; oẽs dicẽdi artes aperit, ornatũq; oĩonis exponit, ut q non inſidiet, nec ad uictoriam, ſed ad ſolũ finẽ laudis, & gloriæ tẽdat. Quare quicqd erit ſentẽtijs populare, uerbis nitidũ, figuris iucundũ, tranſlatiõibus magnificũ, cõpoſitione elaboratum, uelut inſtitor quidam eloquẽtiæ, intuendũ, & pene ptractandum dabit. Nam euẽtus ad ip̃m non ad cauſam referẽt. At ubi res agitur, & uera dimicatio ẽ, ultimus fit famæ locus. Præterea non debet quiſquã, ubi maxima reꝝ momẽta uerſant, de uerbis eſſe ſollicitus. Neq; hoc eò ptinet, ut ĩ his nullus ſit ornatus, ſed uti p̃ſſior, & ſeuerior, eo minus cõfeſſus, p̃cipue ad materiam accõmodatus. Nam & ſuadẽdo ſublimius aliquid ſenatus, cõcitatius populus, & in iudicijs publicæ, capitalesq; cauſæ poſcunt accuratius dicẽdi genus. At priuatum cõſilium, cauſaſq; paucorum, ut frequenter accidit calculoꝝ, purus ſermo, & diſſimilis curæ magis decuerit. An non pudeat certam creditam pecuniã periodis po-

ſtulare, aut circa ſtillicidia affici, aut in mancipij redhibitione ſudare? Sed ad propoſitum.

Et qm̃ orationis tam ornatus q̃ perſpicuitas, aut in ſingulis uerbis eſt, aut in pluribus poſitus, quid ſeparata, quid cõiuncta exigant, conſideremus: quanq̃ rectiſſime traditũ eſt, perſpicuitatem ꝓprijs, ornatũ tranſlatis uerbis magis egere. Sciamus inornatũ eſſe qđ ſit impropriũ. Sed cum idẽ frequẽtiſſime plura ſignificent, quod συνωνυμία uocatur, iam ſunt alijs alia honeſtiora, ſublimiora, nitidiora, iucũdiora, uocaliora. Nam ut ſyllabæ è lr̃is melius ſonantib⁹ clariores ſunt, ita uerba è ſyllabis magis uocalia, & quo plus quæq; ſpũs habet, auditu pulchrior. Et quod facit ſyllabarũ, idem uerborum quoq; inter ſe copulatio, ut aliud alij iunctũ melius ſonet. Diuerſus eſt tamẽ uſus. Nam rebus atrocibus uerba etiam ipſo auditu aſpera magis cõuenient. In uniuerſum quidẽ optima ſimplicium creduntur, quæ aut maxime exclamant, aut ſono ſunt iucundiſſima. Et honeſta quidẽ turpibus potiora ſemper, nec ſordidis unq̃ in oſone erudita locus. Clara illa, atq; ſublimia plerũq; materiæ modo cernenda ſunt. Qđ enim alibi magnificũ, tumidum alibi. Et quæ humilia circa res magnas, apta circa minores uidenť. Et ſicut in oſone nitida notabile ẽ humili⁹ uerbũ, & uelut macula, ita à ſermone tenui ſublime nitidũq; diſcordat, fitq; corruptũ, quia in plano tumet. Quædam nõ tam rõne q̃ ſenſu iudicanť, ut illud, Cæſa iũgebant fœdera porca: fecit elegans, fictio nominis, qđ ſi fuiſſet porco, uile erat. In quibuſdam rõ manifeſta eſt. Riſimus & merito nup poetam, qui dixerat, Prætextam in ciſta mures roſere Camilli. At Vergilij miramur illud, Sæpe exiguus mus. Nam epitheton exiguus aptum propriũ effi cit ne plus expectaremus, & caſus ſingularis magis decuit, & clauſula ipſa unius ſyllabæ non uſitata addidit gr̃am. Imitatus eſt itaq; utrũq; Horatius, Naſcẽť ridiculus mus. Nec augenda ſemp oratio, ſed ſubmittẽda nonnunq̃ eſt. Vim rebus aliquando ipſa uerborum humilitas affert. An cum dicit in Piſonem Cicero, Cum tibi tota cognatio in ſarraco aduehatur, incidiſſe uidetur in ſordidum nomẽ? non eo contemptum hominis, quem deſtructum uolebat, auxiſſe? & alibi: Caput opponis cuneo coniſcans. Vnde interim grati idiotis ioci, qualis eſt ille apud M. Tullium, Puſio q cum maiore ſorore cubitabat, & Flauius q cornicum oculos confixit, & ꝓ Milone illud, Heus tu Ruſcio, & Erutius Antoniaſter. Id tamen in declamationibus eſt notabilius. Laudariq; me puero ſolebat, da patri panẽ. & in eodem, Etiam canem paſcis. Res quidẽ præcipue in ſcholis anceps, ſed frequẽter cauſa riſus, nũc utiq;, cum hæc exercitatio procul à ueritate ſeiuncta laboret incredibili uerborũ faſtidio, ac ſibi magnam partẽ ſermonis abſciderit. Cum ſint aũt uerba ꝓpria, ficta, tranſlata, propriſs dignitatẽ dat antiquitas. Nanq; & ſanctiorẽ & magis admirabilem faciunt orationẽ, quibus non quilibet fuerat uſurus, eoq; ornamento acerrimi iudicij P. Vergili⁹ unice eſt uſus. Olli eñ, & quianam, & mis, & pone, pellucent ad aſpergendam illam, quæ etiam in picturis eſt gratiſſima, uetuſtatis inimitabilem arti autoritatẽ. Sed utẽdum mõ, nec ex ultimis tenebris repetẽda. Satis ẽ uet⁹, quæſo quid neceſſe eſt dicere? Oppido, quo ſunt uſi paululum tẽpore noſtro ſuperiores, uereor ut iam non ferat quiſquã. Certe antigerio, cuius eadem ſignificatio eſt, nemo niſi ambitioſus utetur. Aerumnas quid opus eſt? tanq̃ parum ſit ſi dicatur, quod horrídum reor, tolerabile autumo. Tragicum prolem dicẽdum, uniuerſam eius proſapiam, inſulſum. Quid multa? totus prope mutatus eſt ſermo. Quædam tamen adhuc uetera uetuſtate ipſa gratius nitent, quædam etiam neceſſario interim ſumuntur. Emancipare, & fari, & multa alia etiam audiẽtibus grata inſeri poſſunt, ſed ita demum ſi non appareat affectatio. In qua mirifice Vergilius, &

Corinthiorum amator iſte uerborum,
Iſte iſte rhetor. nanq; quatinus totus
Thucydides, tyrannus, atticæ febres,
Tau gallicum, minæ & ſpinæ, male illi ſit.
Ita omnia iſta uerba miſcuit fratri.

Cimber hic fuit, à quo fratrem necatum hoc Ciceroñis dicto notatum eſt. Germanũ Cimber occidit. Nec minus noto Salluſtius epigrammate inceſſit. Et uerba antiqui multum furate Catonis Criſpe Iugurthinæ cõditor hiſtoriæ, Odioſa cura, Nam ẽ cuilibet facilis,

& hoc peſſima, q̄ rei ſtudioſus, non uerba rebus aptauit, ſed res extrinſecus arceſſit, q̄bus hæc uerba conueniāt. Fingere, ut primo lībro dixi, Græcis magis cōceſſum eſt, qui ſonis etiam quibuſdā & affectibus non dubitauerunt nomina aptare, nō alia libertate, quā qua illi primi homines rebus appellationes dederunt. Noſtri aūt in iungendo, aut in deriuando paulum aliquid auſi, uix in hoc ſatis recipiūtur. Nam memini iuuenis admodum inter Pomponium & Senecam etiam præfationibus eſſe tractatum, an gradus eliminat in tragœdia dici oportuiſſet. At ueteres ne expectorat quidem timuerūt. Et ſane eiuſdem notæ eſt examinat. At in tractu & declinatione talia ſunt, qualia apud Ciceronē beatitas & beatitudo, quæ dura quidē ſentit eſſe, uerūtamen uſu putat poſſe molliri. Nec à uerbis modo, ſed à nominibus quoq̄ deriuata ſunt quædam, ut à Cicerone ſubuculatū, & ab Aſinio fimbriatum, & figulatū. Multa ex græco formata noua, ac plurima à Sergio Flauioq̄, quorū dura quædam admodum uidentur, ut ens & eſſentia: quæ cur tātopere aſpernemur nihil uideo, niſi quod iniqui iudices aduerſus nos ſumus, ideoq̄ pauptate ſermonis laboramus: Quædam tamē perdurant. Nam & quæ uetera nunc ſunt, fuerunt olim noua. Et quædā in uſu perquā recentia, ut Meſſala primus reatum, munerarium Auguſtus primus dixerūt. Reatum nemo añ Meſſalam, munerariū nemo ante Auguſtū dixerat. Piraticam quoq̄ ut muſicam & fabricam dici adhuc dubitabant mei p̄ceptores. Fauorē, & urbanū Cice. noua credit. Nam & in epiſtola ad Brutū, Eum, inquit, amorē, & eū (ut hoc uerbo utar) fauorē in conſilium aduocabo. & ad Appium Pulchr̄: Te hoiem non ſolū ſapientē, uerū etiam (ut nunc loquunt̄) urbanum. Idem putat à Terētio primū dictū eſſe obſequiū. Cæcilius ad Ciſennam, Albēti cælo. Ceruicē uidet̄ Hortenſius primus dixiſſe. Nam ueteres pluralit̄ appellabant. Audendū itaq̄. Neq̄ em̄ accedo Celſo, q̄ ab oratore uerba fingi uetat. Nam cū ſint eoq̄ alia (ut dicit Cicero) natiua. i. quæ ſignificata ſunt primo ſenſu, alia repta, quæ ex his facta ſunt, ut iam nobis ponere aliqua quæ illi rudes hoīes primiq̄ fecerunt, fas nō ſit, at deriuare, flectere, cōiungere, qđ natis poſtea cōceſſum ē, qñ deſiit licere? Et ſiquid piculoſius finxiſſe uidebimur, q̄buſdam remediis p̄muniendum ē: ut ita dicam, Si licet dicere, quodāmodo, Permittite mihi ſic. Qđ idē etiam in ijs quæ licētius tranſlata erūt, p̄derit, quæ nō tuto dici poſſunt. In quo nō falli iudiciū nr̄m, ſolicitudine ipſa manifeſtū erit. Qua de re græcū erit illud elegantiſſimū, quo præcipit̄ ita, προεπιπλάσαι τῇ ὑπογολῇ. Tranſlata p̄bari niſi in cōtextu ſermonis nō p̄t. Itaq̄ de ſingulis uerbis ſatis dictū, quæ ut alio loco oſtēdi, p̄ ſe nullam uirtutē habēt. Sed ne inornata ſunt quidē, niſi cū ſunt infra rei de qua loquendum eſt dignitatē, excepto ſi obſcœna nudis nominibus enuntiētur. Qđ uiderint, q̄ non putant eſſe uitanda, quia nec ſit uox ulla natura turpis, & ſiqua eſt rei deformitas, alia quoq̄ appellatiōe quacūq̄ ad intellectū eundē nihilominus pueniat. Ego Romani pudoris more cōtentus, ut iam reſpōdi talibus, uerecundiam ſilentio uindicabo. Iam hinc igit̄ ad cōiuncti ſermonis rōnem tranſeamus. Cuius ornatus in hæc duo prima diuidit̄, quam cōcipiamus elocutionē, quo mō efferamus. Nam primū eſt, ut liquet, augere q̄d uelimus, an minuere, cōcitate dicere an moderate, læte an ſeuere, abūdanter an preſſe, aſpe an leniter, magnifice an ſubtilit̄, grauiter an urbane. Tum quo tranſlationis genere, quibus figuris, qualibus ſentētijs, quo mō, qua poſtremo collocatione id quod intendimus, efficere poſſimus. Cæteq̄ dicturus quibus ornet̄ oratio, prius ea quæ ſunt huic cōtraria laudi, attingam. Nam prima uirtus eſt uitio carere. Igit̄ ante oīa, ne ſperemus ornatam orationē fore, quæ p̄babilis non erit. Probabile aūt Cicero id genus dicit, qđ nō plus minus ue eſt q̄ decet. Non quia comi expoliriq̄ nō debeat (nam & hæc ornatus pars eſt) ſed quia uitiū eſt ubiq̄ qđ nimiū eſt. Itaq̄ uult eſſe autoritatē in uerbis, ſententias, uel graues, uel aptas opinionibus hominū ac moribus. His em̄ ſaluis, licet aſſumere ea quibus illuſtrem fieri orationem putat. Delectant tranſlata, ſupralata, ad nomē adiuncta, duplicia, & idē ſignificantia, atq̄ ab imitatione rerum non abhorrentia. Sed quoniam uitia prius demōſtrare aggreſſi ſumus, uel hoc uitiū ſit qđ κακέμφατον uocatur, ſiue mala conſuetudine in obſcœnum intellectū ſermo detort⁹ eſt, ut ductare exercitus, & patrare bellū apd Salluſtiū, dicta ſancte & antique ridentur à nobis, ſi dijs placet, quam culpam nō ſcriben

tium quidem iudico, sed legẽtium, tamẽ uitandam, quatinus uerba honesta moribus per didimus, & euincẽtibus etiam uitꝯs cedẽdum est, siue iunctura deformiter sonat, ut si cũ hominibus notis loqui nos dicimus, nisi hoc ipm hominibꝰ mediũ sit, in præfata uidemur incidere, quia ultima prioris syllabæ litera, quæ exprimi nisi labris coeuntibus nõ potest, aut interfistere nos indecentissime cogit, aut continuata cum insequente, in naturam eius corrumpitur. Aliæq; coniũctiones aliquid simile faciunt, quas persequi longum est, in eo uitio qđ uitandum dicimus, commorantes. Sed diuisio quoq; affert eandẽ iniuriam pudori, ut si intercapedinis nominatiuo casu quis utatur. Nec scripto mõ id accidit, sed etiam sensu pleriq; obscœne intelligere, nisi caueris cupiũt, ut apud Ouidium: Quæq; latẽt meliora putat, ac ex uerbis quæ lõgissime ab obscœnitate absunt, occasionẽ turpitudinis rapere. Siquidẽ Celsus cacophaton apud Vergiliũ putat: Incipiũt agitata tumescere, qđ si recipias, nihil loqui tutũ est. Deformitati pximum est humilitatis uitiũ, ταπείνωσιν uocant, qua rei magnitudo uel dignitas minuit, ut saxea est uerruca in summo mõtis uertice. Cui natura contrariũ, sed errore par est, paruis dare excedentia modũ nomina, nisi cũ ex industria risus inde captat. Itaq; nec parricidam nequã dixeris hominẽ, nec deditũ forte mercatori nefariũ, q; alterꝫ parum, alterꝫ nimiũ est. Proinde quædam hebes, sordida, ieiuna, tristis, ingrata, uilis oro est. Quæ uitia facillime fiũt manifesta contrariꝯ uirtutibus. Nã primum acuto, scđm nitido, tertium copioso, deinceps hilari, iucũdo, accurato diuersum est. Vitanda & μείωσις, cũ sermoni quidẽ deest aliquid, quo minus plenus sit, quanq; id obscuræ potius q; inornatæ oronis uitium est. Sed hoc quoq; cũ à prudẽtibus fit, schema dici solet, sicut ταυτολογία, i. eiusdẽ uerbi, aut sermonis iteratio. Hæc em quanq; non magnopere summis autoribus uitata, interim uitiũ uideri potest, in qđ sæpe incidit etiam Cic. securus tam paruæ obseruatiõis, sicut hoc loco: Non solũ igit illud iudiciũ iudicij simile iudices nõ fuit. Interim mutato noe, ἐπαναλήψις dicit, atq; est & ipm inter schemata, quoꝫ exẽpla illo loco reddã, quo uirtutes erunt. Peior hac ὁμοιολογία est, quæ nulla uarietatis gratia leuat tædiũ, atq; est tota coloris unius, quæ maxime deprehendit, carẽs arte oratoria. Eaq; & in sentẽtiꝯs, & figuris, & cõpositione lõga, non animis solũ, sed etiam auribus est ingratissima. Vitanda μακρολογία. i. lõgior q; oporteat sermo, ut apud Liuiũ: Legati nõ impetrata pace retro domũ, unde uenerant, abierũt. Sed huic uicina periphrasis uirtus habet. Est & πλεονασμὸς uitiũ, cum supuacuis uerbis onerat oratio: Ego meis oculis uidi. Satis est em uidi. Emẽdauit hoc etiam urbane in Hircium Cicero: Cui cũ in Pansam declamans filiũ, à matre decẽ mensibus in utero latũ esse dixisset, Quid? aliæ, inquit, in penula solẽt ferre? Nonnunq; tñ illud genus, cuius exemplum priore loco posui, affirmationis gratia adhibetur: Vocemq; his auribus hausi. At uitiũ erit, quoties otiosum fuerit, & superit, non cum adiꝯcietur. Est etiã quæ περιῤῥηγία uocatur, cũ supuacua (ut sic dixerim) operositas, ut à diligẽti curiosus, & à religione superstitio distat. Atq; ut semel finiam, uerbum omne, qđ neq; intellectum adiuuat, neq; ornatũ, uitiosum dici põt. κακόζηλον, id ẽ mala affectatio, per omne dicendi genus peccat. Nam & tumida, & exilia, & prædulcia, & abundantia, & arcessita, & exultantia sub idẽ nomen cadunt. Deniq; κακόζηλον uocat, quicquid est ultra uirtutem, quoties ingenium iudicio caret, & specie boni fallit, omnium in eloquẽtia uitiorum pessimum. Nam cætera paꝫ uitant, hoc petit. Est aũt totum in elocutiõe. Nam reꝫ uitia sunt stultum, cõmune, cõtrarium, supuacuum. Corrupta oratio in uerbis maxime impropriꝯs, redundantibus, comprehensione obscura, compositione fracta, uocũ similium, aut ambiguarum puerili captatiõe cõsistit. Est aũt omne κακόζηλον utiq; falsum, etiam si non omne falsum κακόζηλον: ut cum dicitur aliter q; se natura habet, & q; oportet, & q; sat est. Totidem autẽ gñibus corrumpitur oratio, quot ornat. Sed de hac parte & in alio à nobis ope plenius dictum est, & in hoc sæpe tractabitur, & adhuc spargẽt omnibus locis. Loquentes em de ornatu, subinde quæ sunt uitanda, similia uirtutibus uitia, dicemus. Sunt inornata & hæc, quod male dispositum est, id ἀνοικονόμητον: qđ male figuratum, id ἀσχήματον: quod male collocatum, id κακοσυνθετον uocant. Sed de dispositione diximus, de figuris & compositione dicemus. κοινισμὸς quoq; appellatur quædam mixta ex uaria ratione linguarum oratio,

ut si Atticis, Dorica, Ionica, Aeolica, etiam dicta cõfundas. Cui simile uitiũ est apud nos, siquis sublimia humilibus, uetera nouis, poetica uulgaribꝰ miſceat. Id eñ tale mõſtrum, quale Horatius in prima parte de arte poetica fingit, Humano capiti ceruicẽ pictor equi nam Iungere si uelit, & cætera ex diuersis naturis subiiciat. Ornatũ est qđ perſpicuo ac ꝓbabili plus est. Eius primi sunt gradus in eo quod uelis exprimendo concipiendoq̃. Tertius qui hæc nitidiora faciat, quod proprie dixeris cultũ. Itaq; ἐνέργειαν, cuius in præceptis narrationis feci mentionẽ, quia plus est euidentia, uel ut alii dicunt, repræſentatio, q̃ perſpicuitas, & illud quidẽ patet, hæc ſe quodammodo oſtendit, inter ornamenta ponamus. Magna uirtus est res de quibus loquimur, clare, atq; ut cerni uideanť enuntiare. Non eñ satis efficit, neq; ut debet plenè dominaťr oño, si usq; ad aures uolet, atq; ea sibi iudex de quibus cognoſcit, narrari credit, non exprimi, & oculis mentis oſtẽdi. Sed qñ plurib. modis accipi solet, nõ equidẽ in oẽs eam ptículas ſecabo, quarũ ambitioſe à qbuſdã nũerus augetur, ſed maxime neceſſarias attingam. Est igiť unũ genus, quo tota reꝝ imago quodãmodo uerbis depingiť: Conſtitit in digitos extẽplo arrectus uterq;, & cætera, quæ nobis illã pugilum congredientiũ aciem ita oſtendunt, ut nõ clarior futura fuerit ſpectantibus. Plurimũ in hoc gñe sicut in cæteris eminet Cicero. An qſquam tam ꝓcul à concipiendis imaginibus reꝝ abeſt, ut cũ illa in Verrẽ legit, Stetit ſoleatus prætor po. Ro. cũ pallio purpureo, tunicaq; talari, muliercula nixus in littore, non ſolũ ipm os intueri uideaťr, & locũ & habitũ, ſed quædã etiam ex his quæ dicta nõ sunt ſibi ipe aſtruaťr? Ego certe mihi cernere uideor, & uultũ, & oculos, & deformes utriuſq; blanditias, & eoꝝ q aderant, tacitã auerſationẽ, ac timidam uerecũdiam. Interim ex plurib. efficiť illa quã conamur exprimere facies, ut ẽ apud eundẽ (nanq; ad oĩm ornandi uirtutũ exemplũ uel unus ſufficiat) in deſcriptione cõuiuĩ luxurioſi: Videbar uidere alios intrantes, alios uero exeũtes, quoſdã ex uino uacillantes, quoſdã heſterna potatiõe oſcitantes. Humus erat imunda, lutulẽta uino, coronis languidulis, & ſpinis cooperta piſciũ. Quid plus uideret q intraſſet? Sic urbiũ captarũ creſcit miſeratio. Sine dubio eñ qui dicit expugnatã esſe ciuitatẽ, cõplectiť oĩa quæ cũq; talis fortuna recipit, ſed in affectus minus penetrat breuis hic uelut nũtius. At si aperias hæc quæ uerbo uno incluſa erant, apparebũt effuſæ per domos ac templa flammæ, & ruentiũ tectorũ fragor, & ex diuerſis clamoribus unus quidam ſonus, aliorũ fuga incerta, alĩ in extremo cõplexu ſuorũ cohærẽtes, & infantiũ, fœminarũq; ploratº, & malæ usq; in illum diẽ ſeruati fato ſenes, tũ illa ꝓfanorũ ſacrorumq; direptio, efferentiũ prædas repetẽtiũq; diſcurſus, & acti ante ſuũ qſq; prædonẽ catenati, & conata retinere infantẽ ſuũ mater, & ſicubi maius lucrũ est, pugna inter uictores. Licet eñ hæc oĩa (ut dixi) cõmplectaťr euerſio, minus est tñ totum dicere q̃ oĩa. Cõſequemur aũt ut manifeſta ſint, ſi fuerint ueri ſimilia, & licebit etiam falſo affingere quicqd fieri ſolet. Contingit eadẽ claritas etiam ex accidentibus: Mihi frigidus horror Membra quatit, gelidusq; coit formidine ſanguis. Et trepidæ matres preſſere ad pectora natos. Atq; huius ſummæ, iudicio quidem meo, uirtutis facillima est uia. Naturam intueamur, hanc ſequamur. Oĩs elegantia circa opera uitæ est. Ad ſe refert quiſq; quæ audit, & id facillime accipiunt animi, qđ cognoſcũt. Præclare uero ad inferendam rebus lucẽ repertæ ſunt ſimilitudines, quarũ aliæ ſunt quæ probationis gr̃a inter argumenta ponuntur, aliæ ad exprimendam reꝝ imaginem cõpoſitæ, qđ est huius loci ꝓprium. Inde lupi ceu raptores atra in nebula. &, Miſit aui ſimilis, quæ circũ littora, circum Piſcoſos ſcopulos humilis uolat æquora iuxta. Quo in genere idem præcipue cuſtodiendum, ne id quod ſimilitudinis gratia aſciuimus, aut obſcurũ fit, aut ignotũ. Debet eñ qđ illuſtrãdæ alterius rei gr̃a aſſumiť, ipſum esſe clariꝰ eo qđ illuminat. Quare ſanè poetis quidem permittamus huiuſmodi exempla: Qualis ubi hibernam Lyciam Xanthiq; fluẽta Deſerit, aut Delon maternam inuiſit Apollo. Non idem decebit oratorẽ, ut occultis aperta demonſtret. Sed illud quoq; de quo in argumentis diximus, ſimilitudinis genus ornat orationem, facitq; ſublimem, floridam, iucundam, mirabilem. Nam quo quæq; lõgius petita est, hoc plus affert nouitatis, atq; inexpectata magis est. Illa uulgaria uideri ñt, & utilia tantũ ad conciliandam fidẽ, ut terrã cultu, ſic animũ diſciplinis melio-

rem huberioremq; fieri. Et ut medici abalienata morbis mẽbra præcidũt, ita turpes ac pernicioſos etiamſi nobis ſanguine cohæreãt amputandos. Iam ſublimius illud pro Archia: Saxa atq; ſolitudines uoci rñdent, beſtiæ ſæpe immanes cantu flectunt, atq; conſiſtunt, & cætera. Quod quidẽ genus à quibuſdam declamatoria maxime licentia corruptũ eſt. Nã & falſis utuntur, nec illa ñs quibus tandem ſimilia uideri uolunt, applicant, quoꝝ utrũq; in ñs eſt, quæ me iuuene ubiq; cantari ſolebã: Magnoꝝ fluminũ nauigabiles fontes ſunt, & generoſioris arboris ſtatim planta cum fructu eſt. In omni aũt parabola, aut præcedit ſimilitudo, & res ſequitur, aut præcedit res, & ſimilitudo ſequit, ſed interim libera & ſeparata eſt, interim qd longe optimũ eſt, cũ re cuius eſt imago, connectit collatione inuicem rñdente, qd facit redditio cõtraria, quæ ἀνταπόδοσις dicit. Præcedit ſimilitudo illa cuius mõ feci mentionẽ: Inde lupi ceu raptores atra in nebula. Sequit in primo georgicõn poſt longam de bellis ciuilibus atq; externis conqueſtionẽ: Vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ, Addunt ſe in ſpatia, & fruſtra retinacula tendens Ferũ equis auriga, neq; audit currus habenas. Sed hæc ſunt ſine antapodoſi. Redditio aũt illa rẽ utranq; cõparat, & uelut ſubñcit oculis, & pariter oſtẽdit. Cuius præclara apud Verg. multa reperio exẽpla, ſed oratorñs potius utẽdum eſt. Dicit Cicero pro Muræna: Vt aiũt in græcis artificibus, eos aulœdos eſſe, qui citharœdi fieri nõ potuerunt, ſic nos uidemus qui oratores euadere nõ potuerũt, eos ad iuris ſtudiũ deuenire. Illud pro eodẽ iam penè poetico ſpũ, ſed tñ cũ ſua redditiõe, quod eſt ad ornatũ accõmodatius. Nam ut tẽpeſtates ſæpe certo aliquo cæli ſigno cõmouent, ſæpe ex improuiſo, nulla ex certa rõne, obſcura aliqua ex cauſa concitãtur, ſic in hac comitioꝝ tẽpeſtate populari ſæpe intelligas, quo ſigno cõmota ſit, ſæpe ita obſcuꝝ eſt, ut ſine cauſa excitata uideat. Sunt & illæ breues: Vagiq; per ſyluas ritu ferarũ. Et illud Ciceronis in Clodiũ: Quo ex iudicio uelut ex incendio nudus effugit. Quibus ſimilia pñt cuicunq; etiã ex quotidiano ſermone ſuccurrere. Huic ſubiacet uirtus nõ ſolũ aperte ponendi rẽ ante oculos, ſed circũciſe atq; uelociter. Ac merito laudat breuitas integra, ſed ea minus præſtat quoties nihil dicit, niſi quod neceſſe eſt, βραχυλογίαν uocant, quæ reddet inter ſchemata. Eſt uero pulcherrima, cũ plura paucis complectimur, quale Salluſtñ ẽ: Mithridates corpore ingenti perinde armatus. Hoc male imitantes ſequit obſcuritas. Vicina prædictæ, ſed amplior uirtus ẽ ἔμφασις, altiorẽ præbẽs intellectũ, q̃ quẽ uerba per ſeipſa declarant. Eius duæ ſunt ſpecies, altera quæ plus ſignificat q̃ dicit, altera q̃ etiã id qd nõ dicit. Prior eſt & apud Homeꝝ, cũ Menelaus Graios in equũ aſcẽdiſſe ait, nam uerbo uno magnitudinẽ eius oñdit, & apud Verg. Demiſſum lapſi per funẽ. Nã ſic quoq; altitudo demõſtrata eſt. Idem Cyclopa cũ iacuiſſe dicit per antrũ, prodigioſum illud corpus ſpatio loci menſus eſt. Sequens poſitũ eſt in uoce, aut omino ſuppreſſa, aut etiam abſciſſa. Supprimit uox, ut fecit pro Ligario Cicero: Quod ſi in tanta fortuna bonitas tanta nõ eſſet, quàm tu per te inquã obtines. Intelligo quid loquar. Tacuit emñ illud quod nihilominus accipimus, non deeſſe hoſtes qui ad crudelitatẽ eũ impellerent. Abſcinditur per ἀποσιώπησιν, quæ qñ eſt figura, reddet ſuo loco. Eſt in uulgarib. quoq; uerbis emphaſis: Vir eſſe oportet, & homo eſt ille, & uidendum eſt. Adeo ſimilis eſt arti plerunq; natura. Nõ tñ ſatis eloquẽtiæ ẽ, ea de quib. dicat, clare atq; euidẽter oñdere, ſed ſunt multi & uarñ excolendæ orationis modi. Nam ipſa illa ἀφέλεια, ſimplex & inaffectata habet quendam purum, qualis etiam in fœminis amatur, ornatum. Et ſunt quædam uelut è tenui diligẽtia circa proprietatem ſignificationemq; munditiæ. Alia copia locuples, alia floribus læta, uirium non unum genus. Nam quicqd in ſuo genere ſatis effectum eſt, ualet: Præcipua tamẽ eius opera δείνωσις in exaggeranda indignitate, & in cæteris altitudo quædam: φαντασία in concipiendis uiſionibus, ἐνεργασία in efficiendo uelut opere propoſito, cui adñcitur ἐπεξεργασία repetitio probationis eiuſdẽ, & cumulus ex abundanti, ἐνέργεια confinis ñs eſt, ab agendo ducta, & cuius ppria ſit uirtus nõ eſſe quæ dicunt otioſa. Eſt & amarum quiddam, quod ferè in contumelia poſitum eſt, quale Caſſñ: Quid facies cum in bona tua iuaſero? hoc ẽ cũ te docuero neſcire maledicere. Et acre, ut illud Craſſi: Ego te cõſulem putẽ, cũ tu me non putes eſſe ſenatorẽ? Sed uis oratoris omnis in augẽdo minuen-

doq; cõsistit. Vtriq; parti totidem modi, ex quibus præcipuos attingemus, reliqui similes erunt. Sunt autẽ positi in rebus & uerbis. Sed quæ sit rẽ inuentio ac ratio tractauimus, nunc quid elocutio attollat, aut deprimat, dicendum.

De amplificatione. *Caput* .IIII.

PRima est igit amplificandi uel minuendi species in ipso rei noĩe, ut cum eũ qui sit cæsus, occisum: eum qui sit improbus, latronem, contraq; eũ qui pulsauit attigisse, q uul nerauit, læsisse dicimus. Vtriusq; pariter exemplum est pro M. Cælio: Si uidua libere, pterua petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more uiueret, adulterq; ego putarẽ, si quis hanc paulo liberius salutasset? Nam & impudicam meretricẽ uocauit, & eũ cui longior cum illa fuerat usus, liberius salutasse. Hoc genus increscit, ac fit manifestius, si ampliora uerba cum ipsis noĩbus, pro quibus ea posituri sumus, conferant, ut Cicero in Verrẽ: Non em furem, sed raptorem, nõ adulterum, sed expugnatorem pudicitiæ, nõ sacrilegũ, sed hostem sacrorum religionumq;, non sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium sociorumq; in uestrum iudicium adduximus. Illo em modo, ut sit multũ, hoc etiam plus ut sit efficitur. Quatuor tñ maxime generibus uideo constare amplificationem, incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. Incrementum est potẽtissimum, cum magna uidentur etiam quæ inferiora sunt. Id aut gradu uno fit, aut pluribus per id uenitur non modo ad summum, sed interim quodammodo supra summum. Omnibus his sufficit uel unum Ciceronis exemplum: Facinus est uincire ciuem Ro. scelus uerberare, ppe parricidium necare, quid dicam in crucem tollere? Nam & si tãtum uerberatus esset, uno gradu increuerat, ponẽdo etiam id esse facinus, qđ erat inferius. Et si tm occisus esset, per plures gradus ascenderat. Cũ uero dixerit ppè parricidiũ necare, suprà qđ nihil est adiecit, quid dicã in crucẽ tollere? Ita cũ id qđ maximũ eẽt occupasset, necesse erat in eo qđ ultra ẽ uerba deficere. Fit & aliter supra summũ adiectio, ut apud Vergiliũ de Lauso: Quo pulchrior alter Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni. Summum est enim quo pulchrior alter non fuit. Huic deinde aliquid supra positum est. Tertius quoq; est modus ad quẽ non per gradus itur, & quod non est plus q̃ maximum, sed quo nihil maius est: Matrem tuam occidisti, quid dicam amplius? matrem tuam occidisti. Nam & hoc augendi genus est, tãtum aliqd efficere, ut nõ possit augeri. Crescit oratio minus aperte, sed nescio an hoc ipso efficacius, cũ citra distinctionẽ in contextu & cursu sp aliquid priore maius insequitur, ut de uomitu in Antonium Cicero: In cœtu uero populi Ro. negotium publicũ gerẽs, magister equitũ. Singula incrementũ habent. per se deforme, uel non in cœtu uomere, in cœtu etiam nõ populi, etiam nõ Romani, uel si nullũ negotiũ ageret, uel si non publicũ, uel si nõ magister equitum. Sed alius diuideret hæc, & circa singulos gradus moraret, hic in sublime etiã currit, & ad summũ puenit, nõ nixu, sed ĩpetu. Verũ ut hæc amplificatio ĩ superiora tẽdit, ita quæ fit per cõparationẽ, incrementũ ex minoribus petit. Augẽdo em qđ ẽ infrà, necesse est extollat id qđ suprà positũ est, ut idem, atq; in eodẽ loco: Si hoc tibi inter cœnam, et in illis immanibus poculis tuis accidisset, quis nõ turpe duceret? In cœtu uero populi Ro. Sed & in Catilinã: Serui mehercle mei, si me isto pacto metuerẽt, ut te metuunt oẽs ciues tui, domũ meam relinquendam putarem. Interim ppositio uelut simili exẽplo efficiendũ est, ut sit maius id quod à nobis exaggerandũ est, ut idem p Cluẽtio, cum exposuisset Milesiam quandã à secundis hæredibus pro abortu pecuniam accepisse: Quanto est inquit, Oppianicus in eadẽ iniuria maiore supplicio dignus? Siquidẽ illa cũ suo corpori uim attulisset, seipsa cruciauit, hic aũt idem illud effecit per alieni corporis uim atq; cruciatũ. Nec putet quisq̃ hoc, quanq̃ est simile, illi ex argumẽtis loco quo maiora ex minoribus colligunt, idẽ esse. Illic em ꝓbatio petitur, hic amplificatio. ficut in Oppianico, non id agitur in illa comparatione, ut ille male fecerit, sed ut peius. Est tamen quanquam diuersarũ rerum quædam uicinia. Repetam itaq; hic quoq; idem, quo sum illic usus, exẽplum, sed non in eũdem usum. Nam hoc mihi ostendendum est augendi gratia, non totam mõ totis, sed etiã ptes partib. cõparari, ficut hoc loco: An uero uir amplissimus P. Scipio Pon. Max. Tiberiũ Gracchũ mediocriter labefactantẽ statum reipu. priuatus interfecit,

Catilinam orbem terræ cæde atq; incẽdio uastare cupientẽ nos consules ꝑferemus? Hic & Catilina Graccho, & status reipu. orbi terrarꝫ, & mediocris labefactatio cædi & incẽdijs & uastationi, & priuatus consulibus comparat: quæ si qs dilatare uelit, plenos per singula locos habeat. Quas dixi p rõcinationẽ fieri amplificatiões, uideamus an satis ꝑprio uerbo significauerim. Nec sum in hoc solicitus, dũ res ipsa uolẽtib. discere appareat. Hoc sum tñ secutus, q hæc amplificatio alibi posita ẽ, alibi ualet, ut aliud crescat, aliud augeat, inde ad id qđ extolli uolumus, rõ deducit. Obiecturus Antonio Cicero merꝫ & uomitũ, Tu inquit, istis faucib. istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate: Quid fauces & latera ad ebrietatẽ? minime sunt otiosa. Nam respiciẽtes ad hæc, possumus æstimare, quantũ ille uini in Hippiæ nuptijs exhauserit, qđ ferre & coquere nõ posset illa gladiatoria corpis firmitate. Ergo si ex alio colligit aliud, nec impropriũ, nec inusitatũ nomen est rõcinationis, ut qđ ex eadem causa inter status quoq; habemus. sic ex insequentibus amplificatio ducit. Siquidẽ tanta uis fuerit uini erumpẽtis, ut non casum afferret, aut uoluntatem, sed necessitatem ubi minime deceret uomendi, & cibus non recens, ut accidere interim solet, redderet, sed qui usq; in posterꝫ diem redũdaret. Idem hoc præstant quæ anteceſſerunt. Nam cum Aeolus à Iunone rogatus, Cauum conuersa cuspide montẽ Impulit in latus, ac uẽti uelut agmine facto, Qua data porta ruunt, apparet quanta sit futura tẽpestas. Quid? cum res atrocissimas, quasq; in summâ ipsi extulimus inuidiã, eleuamus cõsulto, quo grauiora uideant quæ secutura sunt, ut à Cic. factum ẽ, cum illa diceret, Leuia sunt hæc in hoc reo crimĩa, metũ uirgarꝫ nauarchus nobilissimæ ciuitatis pretio redemit, humanũ est, alius ne securi feriret, pecuniam dedit, usitatum ẽ, nonne usus est rõcinatione, qua colligerẽt audiẽtes, quantũ illud esset qđ inferebat, cui cõparata hæc humana uiderent, atq; usitata? Sic quoq; solet ex alio aliud augeri, ut cũ Annibalis bellicis laudibus amplíat uirtus Scipionis. Et fortitudinẽ Gallorũ Germanorũq; miramur, quo sit maior C. Cæsaris gloria. Illud quoq; est ex relatione ad aliquid, qđ nõ eius rei gratia dictũ uidetur, amplificationis genus. Nõ putant indignum Troiani principes, Graios Troianosq; ꝑpter Helenæ speciem tot mala, tanto tpis spatio sustinere, quænã igit illa forma credenda est? Non em̃ hoc dicit Paris qui eã rapuit, nõ aliquis iuuenis, aut unus è uulgo, sed senes, & prudẽtissimi, & Priamo assidentes. Verꝫ & ipse rex decẽnij bello exhaustus, amissis tot liberis, imminẽte summo discrimine, cui faciem illam ex qua tot lachrymarꝫ origo fluxisset, inuisam atq; abominãdam esse oportebat, & audit hæc, & eam filiam appellans iuxta se locat, & excusat etiam, atq; sibi esse malorũ causam negat. Nec mihi uidet in sympoſio Plato, cum Alcibiadẽ confitentẽ de se quid à Socrate pati uoluerit, narrat, ut illum culparet, hæc tradidisse, sed ut Socratis inuictam cõtinentiam oñderet, quæ corrũpi speciosissimi hoĩs tam obuia uoluptate nõ posset. Quin ex instrumẽto quoq; heroũ illorꝫ magnitudo æstimãda nobis dat. Ad hoc pertinet clypeus Aiacis, & hasta Pelias Achillis. Qua uirtute egregie est usus in Cyclope Vergilius: Nam quod illud corpus mẽte concipiam, cuius Trunca manum pinus regit? Quid? cum uix loricam duo Multiplicẽ connixi humeris ferrent, quantus Demoleos, qui indutus eã cursu palantes Troas agebat? Quid M. Tullius de M. Antonij luxuria tantum saltẽ fingere potuisset, quantum oñdit dicendo? Conchyliatis Cn. Pompeij peristromatis seruorꝫ in cellis stratos lectos uideres. Conchyliata peristromata, & Cn. Pompeij, & in cellis seruorum nihil põt dici ultrà, & necesse ẽ tñ ultrà infinito plus in dño cogitare. Et hoc simile est illi qđ emphasis dicit, sed illa ex uerbo, hoc ex re coniecturam facit, tantoq; plus ualet, quanto res ipsa uerbis est firmior. Potest ascribi amplificationi cõgeries quoq; uerborꝫ, ac sñiarum idẽ significantiũ. Nam etiamsi non per gradus ascendant, tñ uelut aceruo quodã alleuant. Quid em̃ tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? q sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Simile est hoc figuræ, quam συναθροισμὸν uocant, sed illic plurium rerum est congeries, hic unius multiplicatio. Hæc etiam crescere solet uerbis omnibus altius atque altius insurgentibus; Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, mors terrórque sociorum, &

ciuium Romanorum lictor Sextius. Eadē ferè est ratio minuendi. Nam totidē sunt ascē-
dentibus, quot descendētibus gradus. Ideoq; uno ero exemplo contētus eius loci, quo Ci
cero in oratione Rulli hoc dicit: Pauci tñ qui proxime astiterant, nescio quid illū de lege
agraria uoluisse dicere suspicabantur. Quod si ad intellectum referas, minutio ē: si ad ob-
scuritatem, incrementum. Scio posse uideri quibusdam speciem amplificationis hyperbo
len quoq;. Nam & hæc in utranq; partē ualet, sed quia excedit hoc nomen, in tropos diffe
renda est. Quos continuo subiungerem, nisi esset à cæteris separata ratio dicēdi, quæ con
stat non propriis, sed translatis. Demus ergo breuiter hoc desiderio iam penè publico, nec
omittamus eum quem plerique præcipuum, ac penè solum putant orationis ornatum.

De generibus sententiarum Caput .V.

SEntentiam ueteres q animo sensissent uocauerunt. Id cum est apud oratores frequē-
tissimum, tum etiam in usu quotidiano quasdam reliquias habet. Nam & iuraturi ex
animi nostri sñia, & gratulantes ex sentētia dicimus. Non raro tñ & sic locuti sunt, ut sen-
sa sua dicerent. Nam sensus corporis uidebantur, sed consuetudo iam tenuit, ut mente cō-
cepta sensus uocaremus, lumina aūt, præcipueq; in clausulis posita, sententias, quæ minus
crebra apud antiquos, nostris temporibus mō carent. Ideoq; mihi & de generibus eaꝝ, &
de usu arbitror pauca dicenda. Antiquissimæ sunt, quæ propriæ, quamuis omnibus idem
sit nomen, sententiæ uocantur, quas Græci γνώμας appellant. Vtrunq; tamen nomen ex
eo acceperunt, q similes sunt cōsilijs aut decretis. Est aūt hæc uox uniuersalis, quæ etiam
citra complexum causæ possit esse laudabilis. interim ad rem tantū relata, ut nihil est tam
populare quàm bonitas. interim autē ad personam, quale est Afri Domitij, princeps qui
uult omnia scire, necesse habet multa ignoscere. Hanc quidam partem enthymematis,
quidam initium aut clausulam epichirematis esse dixerunt, & est aliquando, non tamen
semper. Illud uerius, esse eam aliquando simplicem, ut eam quam suprà dixi, aliquando
ratione subiecta. Nam in omni certamine qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, ta
men quia plus potest, facere uidetur. Nonnunquam duplicem, Obsequium amicos, ueri-
tas odium parit. Sunt & qui decem genera fecerunt, sed eo modo quo fieri uel plura pos-
sunt, per interrogationem, comparationem, inficiationem, similitudinem, admiratiōem,
& cætera huiusmodi. Per omnes enim figuras tractari potest. Illud notabile ex diuersis:
Mors misera non est, aditus ad mortem miser est. Ac rectæ quidem sunt tales: Tam de-
est auaro quod habet, quàm quod non habet. Sed maiorem uim accipiunt ex mutatione
figuræ, ut usqueadeo ne mori miserum est? Acrius eñ hoc, quàm per se, mors misera non
est. Et translatione à cōmuni ad proprium. Nam cum sit rectū, nocere facile est, prodesse
difficile, uehemētius apud Ouidiū Medea dicit: Seruare potui, perdere an possim rogas?
Vertit ad psonam Cicero: Nihil habet Cæsar nec fortuna tua maius, quàm ut possis: nec
natura melius, quàm ut uelis seruare q̄ plurimos. Ita quæ erant rerum propria, fecit hoīs.
In hoc gñe custodiendū est, & id quidem ubiq;, ne crebræ sint, ne palàm falsæ, quales fre-
quenter ab his dicunt qui hæc catholica uocant, & qcquid pro causa uidetur, quasi indu-
bitatū pronuntiant, & ne passim, & à quocunq; dicantur. Magis eñ decet eos, in quibus
est autoritas, ut rei pondus etiam persona confirmet. Quis eñ ferat pueꝝ, aut adolescentu
lū, aut etiam ignobilē, si iudicet in dicendo, & quodāmodo præcipiat? Enthymema quo
q; est oñe quod mente concipimus, proprie tñ dicitur, quæ est sententia ex cōtrarijs. pro
pterea q eminere uidet inter cæteras, ut Homerus poeta, urbs Roma. De hoc in argumē
tis satis dictum est. Non semper autem ad probationem adhibetur, sed aliquando ad or-
natum. Quorum igitur impunitas Cæsar tuæ clementiæ laus est, eorum teipsorū ad cru-
delitatem acuet oratio? nō quia sit oratio dissimilis, sed quia iam per alia ut id iniustū ap-
pareret, effectum erat. Et addita in clausula est epiphonematis mō non tam ꝓbatio, q̄ ex-
trema quasi insultatio. Est eñ epiphonema rei narratæ, uel ꝓbatæ summa acclamatio, Tā
tæ molis erat Romanam cōdere gentē. Facere eñ probus adolescens piculose, q̄ perpeti
turpiter maluit. Est & quod appellat à nouis νόημα, qua uoce oīs intellectus accipi potest.
Sed hoc noīe donarūt ea, quæ non dicunt, uerum intelligi uolunt, ut in eum quē sæpius à

ſudo redemerat ſoror, agentẽ cum ea talionis quod ei pollicem dormienti recidiſſet. Eras dignus ut haberes integram manũ. Sic eñ auditur, ut depugnares. Vocat aliquid & clauſula, quæ ſi ẽ quod concluſionem dicimus, et recte, & quibuſdam in partibus neceſſaria ẽ. Quare prius de facto ueſtro fateamini neceſſe eſt, quam Ligarij culpam ullam reprehendatis. Sed nunc illud uolunt, ut oĩs locus, omnis ſenſus in fine ſermonis feriat aurem. Turpe autem & prope nefas ducunt reſpirare ullo loco, qui acclamationem nõ petierit. Inde minuti corruptiq; ſenſiculi, & extra rem petiti. Neq; eñ poſſunt tam multæ bonæ ſniæ eſſe, quàm neceſſe eſt multæ ſint clauſulæ. Iam hæc magis noua ſententiarũ genera ex opinato, ut dixit Vibius Criſpus in eum, qui cum loricatus in foro ambularet, prætendebat ſe id metu facere: Quis tibi ſic timere pmiſit? Et inſigniter Africanus apud Neronem de morte matris: Rogant te Cæſar Galliæ tuæ, ut felicitatẽ tuam fortiter feras. Sunt & aliõ relata, ut Afer Domitius cũ Cloantillam defenderet, cui obiectũ crimen, q̃ uirũ qui inter rebellantes fuerat, ſepeliſſet, remiſerat Claudius, in epilogo filios eius alloquens: Matrẽ tamen inquit, pueri ſepelitote. Et aliunde petita, id eſt, in aliũ locum ex alio translata. ut pro Spathale Criſpus, quam qui hæredẽ amator inſtituerat, deceſſit, cum haberet annos duodeuiginti. O hominem diuinum, qui ſibi indulſit. Facit quaſdam ſentẽtias ſola geminatio, qualis ẽ Senecæ in eo ſcripto, quod Nero ad ſenatum miſit occiſa matre, cũ ſe periclitatũ uideri uellet: Saluum me eſſe adhuc nec credo, nec gaudeo. Melior cum ex contra rijs ualet: Habeo quem fugiam, quẽ ſequar non habeo. Quid? q̃ miſer cũ loqui nõ poſſet, tacere non poterat? Ea uero fit pulcherrima, cũ aliqua cõparatione clareſcit. Trachallus contra Spathalen: Placet hoc ergo? leges diligentiſſimæ pudoris cuſtodes, decimas uxoribus dari, quartas meretricibus iubent? Sed horũ quidem genera & bonæ dici pñt & malæ. Illæ ſemper uitioſæ, utì à uerbo, Patres conſcripti. Sic eñ incipiẽdum ẽ mihi, ut memineritis patrum. Peius adhuc quo magis falſum ẽ & longius petitum. Cõtra eandẽ ſororem gladiatoris, cuius modo feci mẽtionem: Ad digitũ mihi pugnaui. Eſt etiam generis eiuſdem, neſcio an uitioſiſſimum, quoties uerborũ ambiguitas cum rerũ falſa quadam ſimilitudine iungitur. Clarũ autorem iuuenis audiui, cum lecta in capite cuiuſdam oſſa ſententiæ gratia tenẽda matri dediſſet. Infeliciſſima fœmina nondum extuliſti filiũ, & iam oſſa legiſti. Ad hoc plerique minimis etiam inuentiunculis gaudent, quæ excuſſæ riſum habẽt, inuentæ facie ingenij blandiunt. De eo qui naufragus, & antè agrorum ſterilitate uexatus, in ſcholis fingit ſe ſuſpendiſſe. Quem nec terra recipit, nec mare, pẽdeat. Huic ſimile in illo de quo ſuprà dixi, cui pater ſua membra laceranti uenenũ dedit. Qui hæc edit, debet hoc bibere. Et in luxurioſum, q̃ ἀποκαρτέρησιν ſimulaſſe dr. Necte laqueũ, habes quod faucibus tuis iraſcaris. Sume uenenũ, decet luxurioſos bibẽdo mori. Alia uana, ut ſuadẽtis purpuratis, ut Alexandrũ Babylonis incẽdio ſepeliant. Alexandrũ ſepelio, hoc q̃ſquã ſpectabit è tecto? quaſi uero id ſit in re tota indigniſſimũ. Alia nimia, ut de Germanis dicẽtẽ quendam audiui: Caput neſcio ubi impoſitũ, & de uiro forti: Bella umbone ꝓpellit. Sed finis non erit, ſi ſingulas corruptorũ proſequar formas. Illud potius, qđ ẽ magis neceſſarium. Duæ ſunt diuerſæ opiniones, aliorũ ſniãs ſolas penè ſpectantiũ, aliorũ oñino damnãtium, quorũ mihi neutrũ admodum placet. Denſitas eã obſtat inuicẽ, ut in ſatis oñibus fructibuſq; aruorum, quorũ nihil ad iuſtam magnitudinem adoleſcere poteſt, quod loco in quẽ creſcat, caret. Nec pictura in qua nihil circũlitum ẽ, eminet. Ideoq; artifices etiam cum plura in unam tabulam opera cõtulerũt, ſpatijs diſtinguũt, ne umbræ in corpora cadant. Facit res eadem conſciſſam quoq; oratorem. Subſiſtit eñ omnis ſentẽtia. Ideoq; poſt eam utiq; aliud ẽ initiũ. Vnde ſoluta ferè oratio, & è ſingulis nõ membris, ſed fruſtis collata, ſtructura caret, cum illa rotunda & undiq; circũciſa inſiſtere inuicẽ nequeant. Præterhoc etiã color ipſe dicendi q̃libet clarus, multis tñ ac uarijs uelut maculis conſpergit. Porrò ut affert lumen clauus purpuræ loco inſertus, ita certe neminem deceat intertexta pluribus notis ueſtis. Quare licet hæc enitere, & aliquatenus extare uideantur, tamẽ & lumina illa non flammæ, ſed ſcintillis inter fumum emicantibus ſimilia dixeris, quæ nec appareant quidem, ubi tota lucet oratio, ut in ſole ſidera ipſa deſinũt cerni, & quæ crebris par-

uisq; conatibus attollunt, inæqualia tm̃ & uelut confragosa, nec admirationem consequũ tur eminentium, & planoꝝ gratiam perdunt. Hoc quoq; accidit, ꝙ solas captanti sententias, multas necesse est dicere leues, frigidas, ineptas. Non em̃ potest esse delectus, ubi numero laborat. Itaq; uideas & diuisionẽ pro sententia poni, & argumentum, si tm̃ in clausulæ calce ꝓnuntietur. Occidisti uxorem ipse adulter, non ferrem te etiam si repudiasses, diuisio est. Vis scire uenenũ esse amatorium? uiueret homo, nisi illud bibisset, argumentũ est. Nec multas pleriq; sn̄as dicunt, sed om̃ia tanq̃ sententias. Huic quibusdam contrarium studiũ, q fugiunt ac reformidant oẽm hanc in dicẽdo uoluptatem, nihil probantes nisi planum, & humile, & sine conatu. Ita dũ timẽt ne aliqñ cadant, semp iacent. Quod em̃ tm̃ in sententia bona crimẽ est? non causæ prodest? non iudicẽ mouet? non dicentẽ commẽdat? At est quoddam genus quo ueteres non utebant, & quam uos uocatis uetustatẽ? Nam si illam extremam, multa Demosthenes quæ ante eum nemo. Quo mõ põt probare Ciceronem, qui nihil putat ex Catone Gracchisq; immutandũ? Sed añ hos simplicior adhuc rõ loquendi fuit. Ego uero hæc lumina orationis, uelut oculos quosdã esse eloquẽtiæ credo. Sed neq; oculos esse toto corpore uelim, ne cætera mẽbra suum officiũ ꝓdant. Et si necesse sit, ueterẽ illũ horrorem dicendi malim, quã istam nouam licẽtiam. Sed patet media quædam uia, sicut in cultu uictuq; accessit aliquis citra reꝓhensionem nitor, quem sicut possumus adñciamus uirtutib⁹. Prius tamẽ sit uitñs carere, ne dum uolumus esse meliores ueteribus, simus tm̃ dissimiles. Reddam nunc, quam proximam esse dixeram, partẽ de tropis, quos motus clarissimi nostrorum autores uocant. Horum tradere præcepta & grammatici solent. Sed à me, cum de illorum officio loquerer, dilata pars hæc est, quia de ornatu orationis grauior uidebatur locus, & maiori operi seruandus.

De tropis. *Caput .VI.*

TRopus est uerbi uel sermonis à ꝓpria significatiõe in aliam cũ uirtute mutatio. Circa quẽ inexplicabilis & grammaticis int̃ ipsos, & philosophis pugna est, quæ sint genera, quæ species, qui numerus, quis cui subñciat. Nos omissis quæ nihil ad instituendum oratorẽ pertinent cauillatiõibus, necessarios maxime, atq; in usum receptos exequemur, hoc modo in his annotasse contenti, quosdam gratia significationis, quosdam decoris assumi, & esse alios in uerbis ꝓprijs, alios in translatis, uertiq; formas, non uerborũ modo, sed etiam sensuum, & cõpositionis. Quare mihi uidentur errasse, qui non alios crediderũt tropos, q̃ in quibus uerbum ꝓ uerbo poneretur. Neq; illud ignoro, in ñsdem fere qui significandi gratia adhibentur, esse & ornatum, sed non idẽ accidet cõtrà, eruntq; quidam tm̃ ad speciem accommodati. Incipiamus igitur ab eo qui cũ frequentissimus est, tum lõge pulcherrimus, translatione dico, quæ μεταφορὰ græce uocatur. Quæ quidẽ cum ita est ab ipsa nobis cõcessa natura, ut indocti quoq; ac nõ sentientes, ea frequẽter utantur, tum ita iucũda atq; nitida, ut ī oratione quãlibet clara, proprio tm̃ lumine eluceat. Neq; em̃ uulgaris esse, nec humilis, nec insuauis, recte modo ascita fit, potest. Copiam quoq; sermonis auget permutando, aut mutuando, quæ non habet, quodq; difficillimũ est, præstat ne ulli rei nomẽ deesse uideat. Transfertur ergo nomẽ, aut uerbum, ex eo loco in quo proprium est, in eum in quo aut propriũ deest, aut translatum proprio melius est. Id facimus, aut qa necesse ẽ, aut quia significantius, aut (ut dixi) quia decẽtius. Vbi nihil horꝝ præstabit, quod transferetur, improprium erit. Necessitate rustici dicunt gemmam in uitibus. Quid em̃ dicerent aliud? & sitire segetes, & fructus laborare. Necessitate nos durum hominẽ, aut asperum. Non em̃ proprium erat, quod daremus his affectibus nomen. Iam incẽsum ira, & inflammatum cupiditate, & lapsum errore, significandi gratia. Nihil em̃ horꝝ suis uerbis, q̃ his accersitis magis ꝓprium erat. Illa ad ornatũ, lumen orationis, & gñis claritatem, & concionum procellas, & eloquẽtiæ flumina, ut Cicero pro Milone Clodium fontem gloriæ eius uocat, & alio loco segetem, ac materiam. Quædam etiam parũ speciosa dictu ꝓ hanc explicant. Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior usus Sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes. In totum aũt metaphora breuior est, q̃ similitudo, eoq; distat, ꝙ illa comparatur rei quam uolumus exprimere, hæc pro ipsa re dicit. Comparatio est em̃ cum dico fecisse qd

hominem,ut leonem. Translatio est cũ dico de homine,leo est. Huius uis omnis maxime quadruplex uidetur,cum in rebus animalib⁹ aliud ꝑ alio ponitur,ut de agitatore,Gubernator magna cõtorsit equum ui. Et ut Liuius Scipionem à Catone adlatrari solitũ refert. Inanima pro alijs generis eiusdẽ sumũtur,ut Classiq; immittit habenas,aut pro rebus animalibus inanima,Ferro an fato uirtus Argiuũm occidit.aut cõtrà, Sedet insscius alto Accipiens sonitum saxi de uertice pastor. Præcipueq; ex his orit mira sublimitas,quæ audaciæ proxima,piculo translationis attollitur,cum rebus sensu carentibus actum quẽdam & animos damus,qualis est,Pontẽ indignatus Araxes. Et illa Ciceronis,Quid em̃ tuus ille Tubero district⁹ in acie Pharsalica gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat? q sensus erat armor̃ tuorum? Duplicatur interim hæc uirtus apud Vergilium,Ferrumq; armare ueneno. Nam & ueneno armare,& ferrũ armare translatio est. Secant hæc in plures,ut à rationali ad rationale, & idem de irrationalibus, & hoc inuicẽ, quibus similis ratio est,& à toto & à partibus,sed iam non pueris præcipimus,ut accepto gñe species intelligere nõ possint. Vt modicus aũt atq; opportunus eius usus illustrat orationẽ, ita frequẽs & obscurat & tædio complet. Continuus uero in allegoriam & ænigmata exit. Sunt quædã & humiles translationes,ut id de quo modo dixi,saxea est uerruca,& sordidæ. Non em̃ si Cicero recte sentinam Reipub.dixit,fœditatem hoim̃ significans,idcirco probem illud quoq; ueteris oratoris,Persecuisti Reipub.uomicas. Optimeq; Cicero demonstrat cauẽdum,ne sit deformis trãslatio,qualis est(nam ipsis eius utar exẽplis) Castratam morte Aphricani Rempub.& stercus curiæ Glauciam. Ne nimio maior,aut qđ sæpius accidit,minor. Ne dissimilis,quorum exempla nimium frequẽter deprehendet,qui scierit hæc uitia esse. Sed & copia quoq; modum egressa uitiosa est,præcipue in eadem specie. Sunt & duræ,id est à longinqua similitudine ductæ,ut capitis niues,& Iuppiter hybernas cana niue cõspuit alpes. In illo uero plurimum erroris,q; ea quæ poetis, qui & oĩa ad uoluptatem referũt, & plurima uertere,etiam ipsa metri necessitate coguntur,pmissa sunt,cõuenire quidam etiam prosæ putant. At ego in agendo nec pastorẽ populi,autore Homero dixerim,nec uoluceres pẽnis remigare,licet Vergilius in apib⁹,ac Dædalo speciosissime fit usus. Metaphora em̃ aut uacantem occupare locum debet,aut si in alienum uenit,plus ualere eo quẽ expellit. Qđ aliquanto pene iam magis de synecdoche dicã. Nam translatio pmouendis animis plerũq;,& signandis rebus,ac sub oculos subijciendis repta est. Hæc uariare sermonẽ põt,ut ex uno plures intelligamus,parte totũ,specie genus,p̃cedentibus sequẽtia,uel cõtrà,oĩa liberiora poetis q̃ oratoribus. Nam ꝑsa ut mucronẽ ꝑ gladio,& tectũ ꝑ domo recipiet,ita nõ puppim ꝑ naui,nec abietẽ pro tabellis. Et rursus ut ꝑ gladio ferrũ, ita nõ ꝑ equo quadrupedẽ. Maxime aũt in orando ualebit numer⁹ illa libertas. Nã & Liuius sæpe sic dicit,Romanus p̃lio uictor, cũ Romanos uicisse significat. Et cõtrà Cic. ad Brutũ, Populo inqt imposuimus,& oratores uisi sumus,cũ de se tm̃ loquerẽt. Qđ genus nõ oro nes mõ ornat,sed etiam quotidiani sermonis usus recipit. Quidam συνεκδοχὴν uocãt cũ & id in contextu sermonis,qđ tacet,accipimus. Verbũ em̃ ex uerbo intelligit,qđ inter uitia ἔκλειψις uocat: Arcades ad portas ruere. Mihi hanc figurã esse magis placet,illic ergo reddet. Aliud etiam intelligit ex alio: Aspice,aratra iugo referunt suspẽsa iuuenci. Vnde apparet noctẽ appropinquare. Id nescio an oratori cõueniat,nisi in argumẽtando,cum rei signum est. Sed hoc ab elocutionis rõne distat. Nec ꝑcul ab hoc gñe discedit μετωνυμία,quæ est nominis ꝑ noĩe positio,cuius uis est,pro eo qđ dicit, causam, ꝑpter quam dr̃,ponere. Sed ut ait Cice. hypallagen rhetores dicunt. Hæc inuẽta ab inuẽtore,& subiecta ab obtinentibus significat,ut,Cererẽ corruptam undis,& Receptus Terra Neptunus classes aquilonibus arcet. Qđ fit retro durius. Refert aũt inquantũ dictus tropus oratorẽ sequat. Nã ut Vulcanũ ꝑ igne uulgo audiuimus,& uario Marte pugnatũ,eruditus ẽ sermo,& Venerẽ q̃ coitũ dixisse magis decet,ita Libẽr̃ & Cererẽ ꝑ uino & pane licẽtius,q̃ ut fori seueritas ferat. Sicut ex eo qđ cõtinet,id qđ continet,usus recipit,ut bñ moratas urbes,& poculum epotum,& seculũ felix. Ad id qđ cõtra est,raro audeat qs nisi poeta. Iam ꝑximus ardet Vcalegon. Nisi forte hoc potius est à possessore quod possidet,ut hominem deuorari,

cuius patrimoniũ consumitur,quo modo fiunt innumerabiles species.Huius em̃ sunt generis,cum ab Hannibale cæsa apud Cannas sexaginta milia dicimus,& apud Tragicos ab Egialao,& carmina Vergilij ueniſſe,& uenire cõmeatus qui afferant̃ sacrilegium deprehensum,non sacrilegum,armoꝝ scientiam habere,nõ artis. Illud quoq; & poetis & oratoribꝰ frequens,quo eum q̃ efficit ex eo qđ efficitur ostendimus. Nam & carminũ autores,Pallida mors æquo pulsat pede pauperꝝ tabernas,regũmq; turres:Et,Pallẽtesq; habitant morbi, tristisq; senectꝰ,& orator,p̃cipitem iram,hilarẽ adolescẽtiam,segne otiũ dicit. Est etiam huic tropo quædam cũ synecdoche uicinia.Nam dico uultus hois pro uultu.Dico pluraliter qđ singulare est,qđ singulare est,pluraliter. Sed nõ id ago, ut unũ ex multis intelligatur(nam id est manifestũ)sed nomẽ immuto,ut cũ aurata tecta,aurea,pusillum à uero discedo,quia nõ est nisi pars auratura.Quæ singula psequi minutioris est curæ,etiam nõ oratorem instruẽtibus. Ἀντονομασία quæ aliqđ pro nomine ponit,poetis quoq; mõ frequẽtissima,& p epitheton,quia detracto eo cui apponit̃,ualet p nõe,Tytides,Pelides,& ex his quæ in quoq; sunt p̃cipua,Diuum pater atq; hoim rex. Et ex factis qbus persona signat̃, Thalamo quæ fixa reliquit Impius. Oratoribus etiam si rarus eius rei,nonnullus tñ usus est.Nam ut Tytiden & Peliden nõ dixerint,ita dixerũt impium pro parricida.Euersorem quoq; Carthaginis & Numantiæ p Scipione, & Romanæ eloquẽtiæ principem pro Cicerone posuisse nõ dubitent.Cicero ipse certe usus est hac libertate. Nõ multa peccas inquit,illo fortissimo uiro senior magister.Neutꝝ em̃ nomen positum est,& utrunq; intelligitur. Ὀνομαζοποιία quidẽ,id est fictio nominis,græcis inter maximas habita uirtutes, nobis uix pmittitur.Et sunt plurima ita posita ab ijs,qui sermonem primi fecerunt,aptantes affectibus uocẽ. Nam mugitus,& sibilus,& murmur inde uenerũt.Deinde tanq̃ cõsummata sint omia,nihil generare audemus ipsi,cum multa quotidie ab antiquis ficta moriantur. Vix illa quæ Παράγωγα uocant,quæ ex uocibus in usum receptis quocunq; mõ declinant̃,nobis pmittimus,qualia sunt sullaturit,& pscripturit,atq; laureati postes pro illo,lauro coronati,ex eadẽ fictione sunt.Sed hoc feliciter eualuit,at contrà,uio pro eo infelicius. In græcis obeliſco coludumo &c.dure etiam iũgere uetamur qui toleranter uidere septentriones uidemur.Eo magis necessaria κατάχρησις,quam recte dicimus abusionem, quæ nõ habentibus nomẽ suum,accommodat qđ in pximo est, sic Equum diuina Pallas arte Aedificãt.& apud Tragicos, Et iam leo pariet,at pater est.Mille sunt hæc,& acetabula quicquid habet, & pyxides cuiuscũq; materiæ sunt, & parricida matris quoq; aut fratris interfector.Discernẽdumq; est hoc totũ à translatione genus,q̃ abusio ẽ,ubi nomẽ defuit,translatio ubi aliud fuit.Nam poetæ solẽt abusiue etiam in his rebus,quibus, noꝝ sua sunt,uicinis potius uti,qđ rarum in psa est.Illa quoq; quidam καταχρήσεις esse uolunt, cum pro temeritate uirtus,aut p luxuria liberalitas dicitur. A quibus hæc quidem dissonantia sunt,q̃ in his non uerbũ pro uerbo ponit̃,sed res pro re. Neq; em̃ putat quisq̃ & luxuriam & liberalitatem idem significare,ueꝝ id qđ fit,alius luxuriam esse dicit,alius liberalitatẽ,quis neutri dubiũ sit,hæc esse diuersa.Supest ex his quæ alit̃ significãt, μετάληψις .i.transumptio,quæ ex alio in aliud uelut uiam p̃stat,tropus & rarissimus & maxime improprius,græcis tñ frequẽtior,q̃ Centaurum Chirona,& νόσους δοὰς ὀξείας dicunt. Nos qs ferat,si Verrẽ suem,aut Læliũ doctũ nominemus?Est em̃ hæc in metalepsi natura,ut inter id qđ transfert̃,sit medius quidã gradus,nihil ipse significans,sed p̃bens transitũ,quẽ tropum magis affectamꝰ,ut habere uideamur,q̃ ut ullo in loco desideremus. Nã eius frequẽtissimum exẽplum est,Cano,canto,dico,ita cano,dico.Item est mediũ illud cano,nec diutius in eo morandũ:nihil em̃ usus admodum uideo,nisi ut dixi in medijs. Cætera iam nõ significandi gratia,sed ad ornandam mõ non augendam orationem assumunt̃. Ornat em̃ ἐπίθετον,quod recte dicimus appositum,à nonnullis sequens dicitur.Eo poetæ & frequentius,& liberius utunt̃.Nanq; illis satis est cõuenire uerbo cui apponit̃,& itaq; dẽtes albi, & humida uina in his non reprehendimus. Apud oratorem,nisi aliquid efficitur, redũdat. Tum aũt efficitur,si sine illo qđ dicitur minus est,qualia sunt,O scelus abominandũ,O deformẽ libidinẽ.Exornatur aũt res tota maxime translationibus,cupiditas effrenata,& in-

ſanæ ſubſtructiõnes. Et ſolet fieri aliꝭ adiũctis epitheton tropis. ut apud Vergiliũ, Turpis egeſtas, & Triſtis ſenectus. Veruntamẽ talis eſt rõ huiuſce uirtutis, ut ſine appoſitis nuda ſit, & uelut incõpta oꝛo, ne oneretur tñ multis. Nam fit longa & impedita, ut in quæſtionibus eam iudices ſimilẽ agmini totidem lixas habenti, quot milites quoq;. In quo & numerus ẽ duplex, nec duplũ uiriũ, quanq; nõ ſingula mõ, ſed etiam plura uerba apponi ſolent, ut Cõiugio Anchiſa Veneris dignate ſupbo. Sed hoc quoq; modo duo uerba uni appoſita, ne uerſum quidẽ decuerint. Sunt aũt quibus non uideatur hic oñino tropus, quia nihil uertat. Neceſſe eſt eñ ſemp ut id quod eſt appoſitum ſiꝑ ꝓprio diuiſeris per ſe ſignificet, & faciat antonomaſiam. Nam ſi dicas, Ille q Carthaginẽ & Numantiam euertit, antonomaſia eſt: ſi adieceris, Scipio, appoſitũ. Non poteſt ergo nõ eſſe iunctũ. At ἀντανάκλασις, quam inuerſionẽ interpretamur, aliud uerbis, aliud ſenſu oſtendit, ac etiam interim cõtrarium, Prius, ut, O nauis referent in mare te noui Fluctus, o quid agis fortiꝭ occupa Portũ. Totusq; etiam ille Horatij locus, quo nauim ꝓ republica, fluctuum tẽpeſtates ꝓ bellis ciuilibus, portũ pro pace atq; concordia dicit. Tale Lucretius: Inuia Pieridum ꝓagro loca. & Virgilius: Sed nos immenſum ſpatijs confecimus æquor. Et iam tẽpus equem ſpumãtia ſoluere colla. Sine tranſlatione uero in bucolicis: Certe equidẽ audieram, qua ſe ſubducere colles Incipiũt, molliq; iugũ demittere cliuo Vſq; ad aquam, & ueteris cõfracta cacumina fagi, Oñia carminibus ueſtꝛ ſeruaſſe Menalcam. Hoc enim loco præter nomẽ cætera ꝓprijs deciſa ſunt uerbis. Verꝛ non paſtor Menalcas, ſed Vergilius eſt intelligendus. Habet uſum talis allegoriæ frequenter oꝛo, ſed raro totius, plerunq; apertis permixta eſt. Tota apud Ciceronẽ talis: Hoc miror eñ, querorq; quenq; hominẽ ita peſſundare alterũ uerbis uelle, ut etiam nauẽ ꝓforet, in qua ipſe nauiget. Illud cõmixtum frequẽtiſſimum. Equidẽ cæteras tẽpeſtates, & ꝓcellas in illis duntaxat fluctibus concionũ ſemper Milonẽ putaui eſſe ſubeundas. Niſi adieciſſet dũtaxat fluctibus concionũ, eſſet allegoria, nũc eam miſcuit. Quo in gñe & ſpecies ex arceſſitis uerbis uenit, & intellectus ex proprijs. Illud uero lõge ſpecioſiſſimũ genus orationis, in quo trium permixta eſt gratia, ſimilitudinis, allegoriæ, & tranſlatiõis. Quod fretum, quẽ Euripũ, tot motus, tantas, tam uarias habere creditis agitationes, cõmutationes, fluctus, quantas ꝓturbationes, & quantos æſtus habet ratio comitioꝝ? Dies intermiſſus unus, aut nox interpoſita ſæpe & perturbat oꝛa, & totam opinionem parua nonnunq; cõmutat aura rumoris. Nam id quoq; in primis eſt cuſtodiendum, ut quo ex gñe cœperis tranſlationis, hoc deſinas. Multi aũt, cum initiũ à tempeſtate ſumpſerunt, incẽdio aut ruina finiunt, quæ eſt incõſequentia rerũ fœdiſſima. Cæteꝛ allegoria paruis quoq; ĩgenijs & quotidiano ſermõi frequẽtiſſime ſeruit. Nã illa in agẽdis cauſis iam detrita, pedẽ cõferre, & iugulũ petere, & ſanguinem mittere, inde ſunt, nec offendũt tñ. Eſt enim grata in eloquẽdo nouitas & commutatio, & magis inopinata delectant. Ideoq; iam in his amiſimus modum, & gꝛam rei nimia cooptatione cõſumpſimus. Eſt in exẽplis allegoria, ſi nõ prædicta in oratione ponañ. Nam ut Dionyſiũ Corinthi eſſe, quo græci oẽs utuntur, ita plura ſimilia dici poſſunt. Hæc allegoria quæ eſt obſcurior, αἴνιγμα dicitur, uitium meo quidẽ iudicio, ſiquidem dicere dilucide, uirtus, quo tñ & poetæ utuntur: Dic qbus in terris, & eris mihi magnus Apollo, Tris pateat cæli ſpatiũ non amplius ulnas: & oratores nonnunq; ut Cæcilius, Quadrantariã Clytẽnæſtrã, & in triclinio coam, & in cubiculo nolam. Nanq; & nũc quædam ſoluunt, & tũ erant notiora cũ dicerentur, & ænigmata ſunt tñ, nec ea niſi quis interpretetur intelligas. In eo uero genere quo contraria oſtenduntur, ἐιρωνεία eſt, illuſionẽ uocant, quæ aut pronuntiatione intelligitur, aut ꝓſona, aut rei natura. Nam ſiqua earum uerbis diſſentit, apparet diuerſam eſſe oſoni uoluntatem, quanq; in plurimis id tropis accidit, ut interſit quid de quo dicatur. Quia, qđ dicit alibi, uerꝛ eſt, aut laudi ſimulatione detrahere, aut uituperationi laude cõceſſum eſt. Quale eſt, qđ C. Verres prætor urbanus, homo ſanctus & diligens, ſubſortitionẽ eius in eo die non haberet. Et contrà: Oratores uiſi ſumus, & populo impoſuimus. Aliqñ cum riſu quodam contraria dicuñ ijs, quæ intelligi uolunt, quẽadmodum in Clodiũ: Integritas tua te purgauit, mihi crede, pudor eripuit, uita anteacta ſeruauit, Præt hæc uſus ẽ allegoriæ, ut

triſtia dicamus melioribus uerbis, aut bonæ rei gratia quædã cõtrarijs ſignificemus, aliud textu, quæ & enumerauimus. Hæc ſiquis ꝑfecto ignorat, quibus græci nominibus appellent, σαρκασμὸν, ἀσεισμὸν, ἀντίφρασιν, παροιμίαν, dici ſciat. Sunt etiam qui hæc non ſpecies allegoriæ, ſed ipſa tropos dicunt, acri quidẽ ratione, quod illa obſcurior ſit, & in his oñibus aperte appareat quod uelimus. Cui accedit hoc quoq;, quod genus cum diuiditur in ſpecies, nihil habet proprium, ut arboris ſpecies ſunt pinus, & olea, & cupreſſus, & ipſius p ſe nulla proprietas. Allegoria uero habeat aliquid propriũ, quod quo modo fieri poteſt, niſi ipſa ſpecies eſt? Sed ad utẽdum nihil refert. Adjcitur his μυκτηρισμὸς, ſimulat' quidem, ſed non latens deriſus. Pluribus autem uerbis, cum id quod uno aut paucioribus certe dici poteſt, explicatur, περίφρασιν uocant, circuitum loquendi, qui nonnunquã neceſſitatem habet, quoties dictu deformia operit, ut Salluſtius, Ad requiſita naturæ. Interim ornatũ petit ſolum, qui eſt apud poetas frequentiſſimus, ut Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris Incipit, & dono diuũm gratiſſima ſerpit. Et apud oratores nõ rarus, ſemper tñ aſtrictior. Quicquid enim ſignificari breuius poteſt, & cum ornatu latius oſtenditur, περίφραſις eſt, cui nomen latine datum eſt, non ſane oñis aptum uirtuti, circumlocutio. Verum hæc ut cum decorem habet, periphraſis, ita cum in uitium incidit, περισσολογία dicit. Obſtat enim quicquid non adiuuat. ὑπέρβατον quoq;, id eſt, uerbi tranſgreſſionem, quam frequenter rõ cõparationis & decor poſcit, nõ immerito inẽ uirtutes habemus. Fit eñ frequentiſſime aſpa, & dura, & diſſoluta, & hians oratio, ſi ad neceſſitatẽ ordinis ſui uerba redigantur, & ut quodq; oriẽ, ita proximis etiam ſi uinciri non poteſt alligetur. Differenda igitur quædam & præſumenda, atq; ut in ſtructuris lapidũ impolitiorum, loco quo cõuenit quicq; ponendũ. Non eñ recidere ea, nec polire poſſumus, quæ coagmentata ſe magis iungant, ſed utendũ ijs qualia ſunt, eligendæq; ſedes. Nec aliud poteſt ſermonẽ facere numeroſum, q̃ opportuna ordinis mutatio. Neq; alio, κατέβην χθὲς εἰς πειραιᾶ, Platonis inuẽta ſunt quatuor illa uerba, qbus in illo pulcherrimo opere in Piræum deſcendiſſe ſignificat, plurimis modis ſcripta, qđ eum quoq; maximi facere experiret. Verum id cum duobus uerbis fit. Ἀναστροφὴ dicit reuerſio quædam, qualia ſunt uulgo, mecum, ſecũ, apud oratores & hiſtoricos, quibus de rebus. At cum decoris gratia contrahit longius uerbũ, proprie hyperbati tenet nomen. Adnimaduerti iudices omnẽ accuſatoris orationẽ in duas diuiſam eſſe parteis. Nam in duas parteis diuiſam eſſe, rectũ erat, ſed durè, & incomptum. Poetæ q dem etiam uerborũ diuiſionẽ faciunt, & tranſgreſſionem, Hyperboreo ſeptẽ ſubiecta trioni, qđ oratio nequaq̃ recipiet. At id quod ẽ, & propter quod cum dicitur tropus fit, quia componẽdus eſt è duobus intellectus. Alioqui ubi nihil ex ſignificatione mutatum eſt, & ſtructura ſola uariatur, figura potius uerborũ dici poteſt, ſicut multi narrationẽ lõgis mutant hyperbatis. Ex confuſis quæ uitia accidũt, ſuo loco diximus. ὑπερβολὴ audacioris ornatus ſummo loco poſui. Eſt hæc dementiẽs ſuperiectio. Virtus eius ex diuerſo par augẽdi atq; minuẽdi fit pluribus modis: Aut eñ plus facto dicimus, ſicut, Vomẽs fruſtis eſculẽtis gremiũ ſuum, & totum tribunal impleuit. Geminiq; minanẽ, In cælũ ſcopuli. Aut res p ſimilitudinem attollimus: Credas innare reuulſas Cyclades. Aut per comparationẽ, ut Fulminis ocyor alis. Aut ſignis quaſi quibuſdam, Illa uel intactæ ſegetis p ſumma uolaret Gramĩa, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas. Vel tranſlatiõe, ut ipm illud uolaret. Creſcit interim hyperbole alia inſup addita, ut Cic. in Antonium dicit: Quæ charybdis tam uoraxẽ charybdim dico, quæ ſi fuit, fuit aĩal unum. Oceanus mediuſſidius uix uideẽ tot res, tam diſſipatas, tã diſtãtibus in locis poſitas, tã cito abſorbere potuiſſe. Exqſitam uero figurã huius rei deprehẽdiſſe apud principẽ lyricorũ Pindarũ uideor in libro quẽ inſcripſit ὕμνους. Is nanq; Herculis impetũ aduerſus Meropas, q in inſula Co dicunẽ habitaſſe, nõ igni, nec uẽtis, nec mari, ſed fulmini dicit ſimilẽ fuiſſe, ut illa minora, hoc par eſſet, qđ imitatus Cicero illa cõpoſuit in Verrem: Verſabaẽ in Sicilia longo interuallo nõ Dionyſius ille, nec Phalaris (tulit eñ illa quondã inſula multos & crudeles tyrannos) ſed nouũ quoddã mõſtrum ex uetere illa ĩmanitate, quæ in ñſdẽ uerſata locis dr̃. Non eñ charybdim tam infeſtam, neq; Scyllam nauibus, q̃ iſtũ in eodẽ freto fuiſſe arbitror. Nec pauciora ſunt gña mi

nuendi: Vix ossibus hærent. Et qđ Cicero in quodam ioculari libello: Fundũ Varro uocat, quẽ possim mittere funda. Ni tñ excideris, qua caua funda patet. Sed huius quoq; rei seruetur mẽsura quædam, q̃uis est em̃ oĩs hyperbole ultra fidẽ, nõ tñ esse debet ultra modũ, nec alia magis uia in κακοζηλίαν itur. Piget referre plurima hinc orta uitia, cũ p̃sertim minime sint ignota & obscura. Monere satis est mẽtiri hyperbolen, nec ita, ut mẽdacio fallere uelit. Quo magis intuendũ est quousq; deceat extollere, qđ nobis non credit. Peruenit hæc res frequẽtissime ad risum, q̃ si aptus ẽ, urbanitatis: sin aliter, stultitiæ nomẽ assequit. Est aũt in usu uulgo quoq;, & inter ineruditos, & apud rusticos, uidelicet q̃ natura est oĩbus augendi res uel minuendi cupiditas insita, nec quisquã uero cõtentus est. Sed ignoscitur, quia nõ affirmamus. Tum est hyperbole uirtus, cũ res ipsa de qua loquẽdum est, naturalẽ modum excessit. Cõceditur em̃ amplius dicere, quia dici quantũ est, non potest, meli usq; ultra, quã citra stat oratio. Sed de hac satis, quia eundem locum plenius in eo libro quo causas corruptæ eloquentiæ reddebamus, tractauimus.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER .IX.

In quo differant figuræ à tropis. Caput .I.

CVm sit proximo libro de tropis dictum, sequitur pertinens ad figuras quæ schemata græce uocantur, locus, ipsa rei natura coniunctus superiori. Nam pleriq; has tropos esse existimauerunt, qa siue ex hoc duxerint nomen, q̃ sint formati quodam modo, siue ex eo q̃ uertant orationẽ, unde & motus dicuntur, fatendum erit esse utrunq; eorum etiam in figuris. Vsus quoq; est idem. Nam & uim rebus adĵciunt, & gr̃am præstant. Nec desunt qui tropis figuræ nomẽ imponant, quoꝝ est C. Artorius Proculus. Quin adeo similitudo manifesta ẽ, ut eam discernere non sit in promptu. Nam quo modo quædam in ĵs species plane distant, manẽte tñ generali illa societate, q̃ utraq; res de recta & simplici rõne cum aliqua dicẽdi uirtute deflectitur, ita quædam per q̃ tenui limite diuidunt, ut cũ ironia tam inter figuras sentẽtiæ, q̃ inter tropos reperiatur. περίφρασιν ait, & ὑπέρβατον, & ὀνοματοποιίαν, & ἐπίθετον, clari quoq; autores figuras uerboꝝ, potius q̃ tropos dixerũt. Quo magis signãda ẽ utriusq; rei differẽtia. Est igit tropus sermo à naturali & principali significatiõe translatus ad aliã ornandæ oronis gr̃a, uel (ut pleriq; grammatici finiũt (dictio ab eo loco in quo ꝓpria ẽ translata in eum, in quo ꝓpria non est. Figura est (sicut nomine ipso patet) cõformatio quædam orationis remota à cõi & primũ se offerente rõne. Quare in tropis ponunt uerba alia ꝓ alĵs, ut in μεταφορᾶ, μετωνυμίᾳ, & ἀντονομασίᾳ, μεταλήψει, συνεκδοχῇ, καταχρήσῃ, ἀλληγορίᾳ, ὑπ̃ βολῇ plerunq;. Ἀλληγορία nanq; & rebus fit & uerbis, ὀνοματοποιία fictio est noĩs. Ergo hoc quoq; pro alĵs ponitur, quibus usuri fuimus, si illud non fingeremus. περίφρασις, etiam si frequẽter & id ipm in cuius locum assumit, nomen complecti solet, utitur tñ pluribus pro uno. Ἐπίθετον quoniã plerunq; antonomasiæ pars est, coniunctione eius fit tropus. In ὑπερβάτῳ cõmutatio est ordinis. Ideoq; multi tropis hoc genus eximunt. Transfert tñ uerbum, aut partẽ eius à suo loco in alienũ. Hoꝝ nihil in figuras cadit. Nam & ꝓprĵs uerbis, & ordine collocatis fieri figura põt. Quõ autẽ ironia alia fit tropi, alia schematis, suo loco reddam. Noĩe em̃ fateor esse cõmunia hæc, & scio q̃ multiplicẽ habeant, quãq; scrupulosam dispu tationẽ, sed ea nõ ptinet ad pñs meum ꝓpositũ. Nihil em̃ refert quomodo appellet utrũlibet eoꝝ, si quid oroni ꝑsit, appareat. Nec mutat uocabulis uis reꝝ. Et sicut hoĩes si aliud acceperũt q̃ qđ habuerant nomẽ, ĵdem sunt tñ, ita hæc de quibus loquimur, siue tropi, siue figuræ dicentur, idem efficiẽt. Non em̃ nominibus prosunt, sed effectibus, ut statum cõiecturalem, an inficialem, an facti, an substantiæ, an de substantia nominemus, nihil interest, dum idem quæri sciamus. Optimum ergo in his sequi maxime recepta, & rem ipsam quocunq; appellabitur modo intelligi. Illud tñ notandum, coire frequent in easdẽ sententias, & tropon, & figuram. Tam em̃ translatis uerbis, quã proprĵs figuratur oratio. Est au

tem non mediocris inter autores dissensio, & quæ uis nominis eius, & quot gña, & q̃ multæ sint species. Quare primum intuendũ est quid accipere debeamus figurã. Nã duobus modis dicit: Vno, qualiscunq; forma sniæ, sicut in corporibus in quibus quoquo mõ sunt cõposita, utiq; habitus est aliqs. Altero, qđ ꝓprie schema dr̃, in sensu uel sermone aliqua à uulgari & simplici specie cũ rõne mutatio, sicut nos sedemus, incumbimus, respicimus. Itaq; cũ in eosdẽ casus, aut tpa, aut nũeros, aut etiã pedes, continuo quis aut certe nimiũ frequẽter incurrit, præcipere solemus uariandas figuras eẽ uitandæ similitudinis gña. In quo ita loquimur, tanq̃ oĩs sermo habeat figuram. Itemq; eadẽ figura dicimus cursitare, qua lectitari, id est eadẽ ratione declinari. Quare illo intellectu priore & cõi nihil non figuratũ est. Quo si contẽti sumus, non imerito Apollodorus, si tradenti Cœlio credimus, incõprehensibilia partis huius p̃cepta existimauit. Sed si habitus qdam, & quasi gestus sic appellãdi sunt, id demũ hoc loco schema dici oportebit, qđ sit à simplici ac in prõptu posito dicẽdi mõ poetice uel oratorie mutatũ. Sic em̃ uer̃ erit aliam esse oronem ἄσχημάτισον, id est carentẽ figuris, qđ uitiũ non inter minima est, aliã ἐσχηματισμένην, id est, figuratã. Verũ id ipsum anguste tñ & Cœlius terminauit, qui id solum putauerit schema, quo aliud sit mulat̃ dici q̃ dicit, qđ sanè uulgo quoq; sic accipi scio. Vnde et figuratæ cõtrouersiæ quædam, de quibus paulo pòst dicã, uocant̃. Ergo figura sit arte aliqua nouata forma dicendi. Genus eius unũ quidã putauerũt, in hoc ipso diuersas opiniones secuti. Nã hi qa uerbor̃ mutatione sensus q̃q; uerterẽt, oẽs figuras in uerbis eẽ dixerũt. Illi quia uerba rebus accõmodarẽt, oẽs in sensibus. Quor̃ utraq; manifesta cauillatio est. Nam ut eadem dici solent aliter atq; aliter, manetq; sensus elocutiõe mutata, ita et figura sniæ, plures habere uerbor̃ figuras põt. Illa ẽ em̃ posita in concipiẽda cogitatiõe, hæc in enũtianda, sed frequẽtissime coeũt, ut in hoc: Iãiam Dolabella neq; me tui, neq; tuor̃ liber̃. Nam oro à iudice auersa, in snia iamiam, & liber̃, in uerbis sunt schemata. Inter plurimos em̃ qđ sciam cõsensum est duas eius esse partes, διανοίας, id est mẽtis uel sensus uel sniar̃, nam ĩs omnibus modis dictũ est, & λέξεως, id est uerbor̃, uel dictionis, uel elocutionis, uel sermõis, uel orationis. Nam & uariat̃, & nihil refert. Cornelius tñ Celsus adĩcit uerbis & sentẽtiis figuras colorum, nimia ꝓfecto nouitatis cupiditate ductus. Nam quis ignorasse eruditũ alioqui uirũ credat colores & sententias sensuũ esse? Quare sicut oẽm oronem, ita figuras quoq; uersari necesse est in sensu & in uerbis. Vt uero natura prius ẽ cõcipere aĩo res quàm enũtiare, ita de ĩs figuris ante loquendũ est, quæ ad mentẽ pertinent, quar̃ quidẽ utilitas tum magna, tũ multiplex, in nullo nõ oratiõis opere uel clarissime elucet. Nã & si minime uidet̃ pertinere ad ꝓbationẽ qua figura quicq; dicat̃, facit tñ credibilia quæ dicimus, & in animos iudicũ qua nõ obseruat̃ irrepit. Nanq; ut in armor̃ certamine, & aduersos ictus, & rectas ac simplices manus tũ uidere, tũ etiã cauere ac propulsare facile est, auersæ tectæq; minus sunt obseruabiles, & aliud oñdisse quàm petas artis est, sic oro quæ astu caret, pondere, mole, & impulsu ꝓliat̃. Simulãti uariantiq; conatus, in latera atq; in terga incurrere datur, & arma aduocare, & uelut nutu fallere. Iam uero affectus nihil magis ducit. Nã si frons, oculi, manus multũ ad motũ aĩor̃ ualent, quãto plus orationis ipsius uultus ad id qđ intendimus efficere cõpositus? Plurimũ tñ ad cõmendationẽ facit, siue in cõciliandis agentis moribus, siue ad ꝓmerẽdum actioni fauorẽ, siue ad leuandũ uarietate fastidium, siue quædam uel decentius indicanda uel tutius. Sed anteq̃ quæ cuiq; rei figura cõueniat oñdo, dicendũ est nequaq̃ eas eẽ tam multas, quàm sint à quibusdam cõstitutæ. Neq; em̃ me mouent noĩa illa quæ fingere utiq; græcis promptissimum est. Ante oĩa igitur illi qui totidem figuras putant quot affectus, repudiandi, non quia affectus non sit qualitas quædam mentis, sed quia figura, quam non cõiter, sed proprie nominamus, nõ fit simplex rei cuiuscũq; enũtiatio. Quapropter in dicẽdo irasci, dolere, misereri, timere, confidere, contẽnere, non sunt figuræ, non magis q̃ suadere, minari, rogare, excusare. Sed fallit par̃ dili gẽter intuentes, q; inueniũt in oĩbus his locis figuras, & eor̃ exempla ex orationib. excerpũt. Neq; em̃ pars ulla dicẽdi est, quæ non recipere eas possit. Sed aliud ẽ admittere figuram, aliud figuram eẽ. Neq; em̃ uerebor explicandæ rei gña frequentiorẽ eiusdẽ nomi

nis repetitionē. Quare dabunt mihi aliquā in irascente, deꝓcante, miserāte figuram, scio, sed non ideo irasci, misereri, deprecari figura erit. Cicero quidē oīa oīonis lumina in hūc locū congerit, mediam quandam (ut arbitror) secutus uiam, ut nec oīs sermo schema iudicareť, nec ea sola quæ haberent aliquam remotam ab usu cōi fictionem, sed quæ essent clarissima, & ad mouendum auditorē ualerent plurimū, quē duobus ab eo libris tractatū locū ad lr̄am subieci, ne fraudarē legentes iudicio maximi autoris. In tertio de oratore ita scriptum est: In perpetua aūt oīone, cum & coniunctionis lenitatē, & numeroꝝ (quā dixi) rōnem tenuerimus, tum est quasi luminibus distinguēda & frequentanda oīs oīo sententiaꝝ atq; uerboꝝ. Nam & cōmoratio una in re ꝑmultū mouet, & illustris explanatio reꝝ, atq; quasi gerant sub aspectū penè subiectio, quæ & in exponenda re plurimum ualet, & ad illustrandū id quod exponiť, & ad amplificandum, ut ꝝs qui audient illud qđ audebimus, quantum efficere oratio poterit, tm̄ esse uideaťur. Et huic contraria sæpe præcisio est, & ad plus intelligendū q̄ dixeris significatio, & districtæ concisa breuitas, & extenuatio, & huic adiuncta illusio, à præceptis Cæsaris non abhorrēs, & ab re digressio: in qua cū delectatio, tū reditus ad rē aptus, & concinnus eē debebit, propositioq; qd sis dicturus, & ab eo qđ est dictum seiunctio, & reditus ad propositū, & iteratio, & rōnis apta cōclusio, tū augendi minuēdi ue causa ueritatis superlatio, atq; traiectio, & rogatio, atq; huic finitima quasi percontatio, expositioq; sentētiæ suæ, tū illa quæ maxime quasi irrepit in hoīm mentes, alia dicētis ac significantis dissimulatio, quæ est periucunda cū in oratione nō cōtentione, sed sermone tractať. Deinde dubitatio, tū distributio, tū correctio, uel antè uel postq̄ dixeris, uel cum aliqd à teipso reꝝcias, p̄munitio est etiam ad id quod aggrediare, & reiectio in alium, cōicatio, quæ est quasi cum his ipsis apud quos dicas, deliberatio, morū ac uitæ imitatio, uel in personis, uel sine illis magnū quoddā ornamētum orationis, & aptum ad animos cōciliandos uel maxime, sæpe aūt etiā ad cōmouendos. Personaꝝ ficta inductio, uel grauissimū lumē augēdi, descriptio, erroris inductio, ad hilaritatē impulsio, aut occupatio, cū duo illa quæ maxime mouent, similitudo & exemplū, digestio, interpellatio, contentio, reticentia, cōmendatio, uox quædam libera, atq; etiam effrenatior augēdi cā, iracūdia, obiurgatio, promissio, deprecatio, obsecratio, declinatio, breuis à ꝓposito, nō ut superior illa, digressio, purgatio, cōciliatio, læsio, optatio, atq; execratio. His ferè luminibus illustrāt orationē sniæ. Orationis aūt ipsius tanquam armoꝝ, est uel ad usum cōminatio et quasi petitio, uel ad uetustatē ipsam tractatio. Nā & geminatio uerboꝝ habet interdū uim, leporē aliās, & paululū immutatum uerbū atq; deflexū, & eiusdē uerbi crebra tū à prima repetitio, tū in extremū conuersio, & in eadē uerba impetus & concursio, & adiunctio, & progressio, & eiusdē uerbi crebrius positi quædam distinctio, & reuocatio uerbi, & illa quæ similiter desinūt, aut q̄ cadūt similiter, aut quæ parib. paria referunt, aut quæ sunt inter se similia. Est etiā gradatio quædam & conuersio, & uerboꝝ continua transgressio, & contrarium, & dissolutū, & declinatio, & reprehēsio, & exclamatio, & imminutio, & qđ in multis casibus ponitur, & qđ de singulis rebus propositis ductū referē ad singula, & ad propositum ratio subiecta, & itē in distributis suppositā rō, & permissio & rursus alia dubitatio, & improuisum quiddā, et dinumeratio, & alia correctio, & dispu tatio, & continuatū, & interruptū, & imago, & sibi ꝝpsi responsio, & immutatio, & diuisiu ctio, & ordo, & relatio, & digressio, & circunscriptio. Hæc em̄ sunt ferè, atq; hoꝝ similia, uel plura etiam eē possunt, quæ sentētiꝝs orationē, uerboꝝq; conformatiōibus illuminēt. Eadē sunt in oratore plurima, nō omnia tm̄, & paulo magis distincta, quia post orationis & sententiaꝝ figuras, tertium quendam locū subiecit ad alias (ut ipse ait) quasi uirtutes dicendi pertinentē. Et reliqua, quæ ex collatione uerboꝝ sumunť quasi lumina, magnum afferūt ornatū orationi. Sunt em̄ similia illis quæ in amplo ornatu scenæ aut fori appellā tur insignia, non quia sola ornent, sed ꝙ excellant. Eadē ratio est hoꝝ quæ sunt orationis lumina, & quodam mō insignia, aut cum duplicanť iteranturq; uerba, aut breuiter cōmutata ponunť, aut ab eodem uerbo ducitur sæpius oratio, aut in idē coniꝝcitur, aut in utrum q̄, aut adiungiť idem iteratū, aut idem ad extremū refertur, aut continēter unū uerbum

non in eadem ſententia ponitur,aut cũ ſimiliter uel cadunt uerba uel deſinũt,aut cũ mul tis modis contrarijs relata contraria,aut cum gradatim ſurſum uerſus redit,aut cũ dẽptis coniũctionibus diſſolute plura dicunt,aut cũ aliquid prætereuntes cur id faciamus oſten dimus,aut cũ corrigimus noſmetipſos quaſi reprehendentes,aut ſi eſt aliqua exclamatio, uel admirationis uel conqueſtionis,aut cum eiuſdẽ nominis caſus,ſæpius cõmutant. Sen tentiarũ maiora ornamenta ſunt,quib. quia frequẽtiſſime Demoſthenes utit,ſunt qui pu tent iccirco eius eloquentiã maxime eſſe laudabilẽ. Enimuero nullus ferè ab eo locus ſine quadam conformatione ſnĩæ dicit,nec aliud quicq̃ eſt dicere,niſi omnes, aut certe pleraſ que aliqua ſpecie illuminare ſententias: Quas cũ tu optime Brute teneas, quid attinet no minibus uti,aut exemplis? tantũmodo notet locus. Sic igitur dicet ille quẽ expetimus,ut uerſet ſæpe multis modis eadẽ,& in una re hæreat,in eadeḿq; cõmoret ſententia. Sæpe etiam ut extenuet aliquid,ſæpe ut irrideat,aut declinet à propoſito, deflectatq; ſnĩam, ut ꝓponat quid dicturus ſit, ut cum trãſegerit iam aliquid definiat,ut ſe ipſe reuocet, ut qđ dixerit iteret,ut argumentũ rõne concludat,ut interrogando urgeat,ut rurſus quaſi ad in terrogata ſibi ipſe reſpondeat,ut contrà ac dicat,accipi & ſentiri uelit,ut addubitet qđ po tius,aut quo mõ dicat,ut diuidat in partes,aut aliqđ relinquat,ut negligat,ut ante ꝑmu niat,ut in eo ipſo in quo reprehendat,culpam in aduerſariũ cõferat,ut ſæpe cũ ijs q audí unt,nõnunq̃ etiam cũ aduerſario quaſi deliberet,ut hoĩm mores ſermonesq; deſcribat,ut muta quædã loquentia inducat,ut ab eo quod agitur,auertat animos, ut ſæpe in hilarita tem riſuḿ ue conuertat,ut antè occupet qđ putat opponi,ut comparet ſimilitudines, ut utatur exemplis,ut aliud alij tribuens diſpertiat,ut interpellatorẽ coerceat,ut aliquid re ticere ſe dicat,ut denuntiet quid caueat,ut liberius quid audeat,ut iraſcat etiam,ut obiur get etiam aliqñ,ut deprecet,ut ſupplicet,ut medeatur, ut à propoſito declinet aliquantu lum,ut optet,ut execrẽtur,ut fiat ijs apud quos dicit familiaris, atq; alias etiã dicendi qua ſi uirtutes ſequat breuitatẽ,ſi res petet. Sæpe etiam rẽ dicẽdo ſubijciet oculis, ſæpe ſuprà feret rẽ q̃ ferri poſſit,ſignificatio ſæpe erit maior q̃ oꝛo,ſæpe hilaritas,ſæpe uitæ naturæq; imitatio. Hoc in gñe (nã quaſi ſyluam uides) oĩs eluceat oportet eloquentiæ magnitudo.

De figuris ſententiarum. Caput .II.

ERgo cui latius complecti conformationes uerborũ ac ſententiarũ placuerit,habet qđ ſequat, nec affirmare auſim quicq̃ eſſe melius,ſed hæc ad ꝓpoſiti mei rõnem legat. Nã mihi de ijs ſentẽtiarũ figuris dicere in animo eſt, quæ ab illo ſimplici mõ indicandi re cedũt, qđ idẽ multis doctiſſimis uiris uideo placuiſſe. Oĩa tñ illa etiam quæ ſunt alterius modi lumina,adeo ſunt uirtutes orationis,ut ſine ijs nulla intelligi uere poſſit oratio. Nã q̃ mõ iudex doceri põt,ſi deſit illuſtris explanatio, ꝓpoſitio, ꝓmiſſio,finitio, ſeiũctio,ex poſitio,ſnĩæ ſiue rõnis apta cõcluſio,ꝑmunitio,ſimilitudo,exemplũ,digeſtio,diſtributio, interpellatio,interpellantis coerctio,contẽtio,purgatio,læſio? Quid uero agit oĩno elo quentia detractis amplificandi minuendíq; rõnibus? Quarũ prior deſiderat illã plus q̃ di xeris ſignificationẽ. i. ἔμφασιν,& ſuperlationẽ ueritatis,& traiectionẽ. Hæc altera extenua tionẽ depcationemq;. Qui affectus erũt uel cõcitati,detracta uoce libera, effrenatiore ira cũdia,obiurgatione,optatione,execratione,uel illi mitiores,niſi adiuuant cõmendatione, cõciliatione,ad hilaritatẽ impulſiõe? Quæ delectatio,aut qđ mediocriter ſaltẽ docti hoĩs indiciũ,niſi alia repetitione,alia cõmoratione infigere,digredi à re,& redire ad ꝓpoſitũ ſuũ ſcierit,remouere à ſe,in aliũ trajcere,quæ relinquẽda,quæ cõtemnẽda ſunt iudicare? Motus ẽ in his orationis atq; actus,quibus detractis iacet,& uelut agitante corpus ſpũ ca ret. Quæ cũ adeſſe debent,tũ diſponenda atq; uarianda ſunt, ut auditorem, qđ in fidibus fieri uidemus,omni ſono pmulceat. Verum ea plerunq; recta ſunt,nec ſe fingunt,ſed cõ fitent. Admittũt aũt (ut dixi) figuras,quod uel ex proximo doceri poteſt. Quid em̃ tam commune quàm interrogare,uel pcontarí? Nam utroq; utimur indifferẽter, cũ alterum noſcendi,alterum arguendi gratia uideatur adhiberi. At ea res utrocũq; mõ dicat, etiam multiplex habet ſchema. Incipiamus em̃ ab ijs quib. acrior & uehemẽtior fit ꝓbatio, qđ primo loco poſuimus. Simplex ẽ ſic rogare: Sed uos qui tandẽ, qbus aut ueniſtis ab oris?

Figuratum aũt quoties nõ ſciſcitandi gratia aſſumitur, ſed inſtandi: Quid tuus ille Tubero diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? & Quouſq; tandẽ abutere Catilina patientia noſtra? &, Patere tua cõſilia nõ ſentis? Et totus deniq; hic locus. Quanto em̃ magis ardet q̃ ſi diceret: Diu abuteris patientia noſtra, & pàtent tua conſilia. Interrogamus etiam qđ negari non poſſit, Dixit'ne tandẽ cauſam Caius Fidiculanius Falcula? Aut ubi reſpondendi difficilis eſt ratio, ut uulgo uti ſolemus, Quomodo? qui fieri põt? Aut inuidiæ gr̃a, ut Medea apud Senecã: Quas peti terras iubes? Aut miſerationis, ut Sinon apud Vergil. Heu quæ me tellus inquit, quæ me æquora poſſunt Accipere? Aut inſtandi, & auferẽdæ diſſimulationis, ut Aſinius: Audis'ne, furioſum inquã nõ inofficioſum teſtamentũ reprehendimus. Totũ hoc plenum eſt uarietatis. Nam & indignationi cõuenit: Et quiſq; numẽ Iunonis adoret. Et admirationi: Quid nõ mortalia pectora cogis Auri ſacra fames. Et interim acrius imperandi gr̃s: Nõ arma expediẽt, totaq; ex urbe ſequent. Et ipſi noſmet rogamus, quale eſt illud Terentianũ: Quid igitur faciam? Eſt aliqua etiam in reſpõdendo figura, cum aliud interroganti, ad aliud quia utilius ſit, occurrit, tum augendi criminis gr̃a, ut teſtis in reũ rogatus, an ab reo fuſtib. uapulaſſet, Et innocens inquit. Tũ declinandi, qđ eſt frequentiſſimũ. Quæro an occideris hoſtem, rñdetur, latronẽ. An fundũ occupaueris, reſpondeat meũ, ut confeſſionẽ præcedat defenſio. Vt apud Verg. in buco. dicẽti: Nõ ego te uidi Damonis peſſime caprũ Excipere inſidiãs, occurrit: An mihi cantando uictus nõ redderet ille? Cui eſt cõfinis diſſimulatio, non alibi q̃ in riſu poſita, ideoq; tractata ſuo loco. Nã ſerio ſi fiat, pro cõfeſſione ẽ. Cæteꝝ etiam interrogandi ſe ipſos, & reſpondẽdi ſibi ſolent eſſe nõ ingratæ uices, ut Cicero p Ligario: Apud quẽ igit hæc dico? nẽpe apud eũ qui cũ hoc ſciret, tñ me anteq̃ uidit, reip. reddidit. Aliter pro Cælio ficta interrogatione: Dicet aliquis: Hæc igit eſt tua diſciplina? Sic tu inſtituis adoleſcentes? & totus locus, deinde: Ego ſiqs iudices hoc robore animi, atq; hac indole uirtutis, ac continẽtiæ fuit, & cætera. Cui diuerſum ẽ, cũ aliũ rogaueris, nõ expectare reſponſum, & ſtatim ſubiicere: Domus tibi deerat? at habebas, pecunia ſuperabat? at egebas, qđ ſchema qdam p ſubiectionẽ uocant. Fit & cõparatione. Vter igit facilius ſuæ ſnĩæ rationem redderet, & alĩs modis tum breuius, tũ latius, tũ de una re, tũ de plurib. Mire uero in cauſis ualet præſumptio, quæ prolepſis dicit, cum id qđ obĩci poteſt occupamus. Id neq; in alĩs partibus paꝝ eſt, & præcipue p̃oemio cõuenit. Sed quanq̃ generis unius, diuerſas tñ ſpecies habet. Eſt em̃ quædam præmunitio, qualis Ciceronis contra Q. Cæcilium, q̃ ad accuſandum deſcẽdat qui ſemper defenderat. Quædam confeſſio, ut pro Rabirio Poſthumo, quẽ ſua quoq; ſententia reprehendendum fateret, quod pecuniam regi crediderit. Quædam prædictio, ut Dicam em̃ non augendi criminis gratia. Quædam emendatio, ut Rogo ignoſcatis mihi, ſi longius ſum euectus. Frequẽtiſſima præparatio, cum pluribus uerbis, uel quare facturi quid ſimus, uel quare fecerimus dici ſolet. Verboꝝ quoq; uis ac proprietas confirmat uel præſumptiõe, Quanq̃ illa non pœna, ſed prohibitio ſceleris fuit, aut reprehẽſione: Ciues inquam, ſi hoc eos appellari noſe fas eſt. Affert aliquam fidem ueritatis & dubitatio, cum ſimulamus quærere nos unde incipiendũ, ubi deſinendum, quid potiſſimum dicendum, an omnino dicendũ ſit, cuiuſmodi exemplis plena ſunt om̃ia. Sed unum interim ſufficit: Equidem qđ ad me attinet, quo me uertam neſcio, Negem fuiſſe infamiam iudicij̃ corrupti? & cætera. Hoc etiam in præteritũ ualet. Nam & dubitaſſe nos fingimus. A quo ſchemate non procul abeſt illa quæ dicit communicatio, cũ aut ipſos aduerſarios conſulimus, ut Domitius Afer p Cloantilla: At illa neſcit trepida, quid liceat fœminæ, qđ coniugem deceat, fortè uos in illa ſolicitudine obuios caſus miſeræ mulieri obtulit, tu frater, uos paterni amici, quod conſiliũ datis? Aut cum iudicibus quaſi deliberamus, qđ eſt frequẽtiſſimũ: Quid ſuadetis, & uos interrogo, qđ tandẽ fieri oportuit? ut Cato, Cedo, ſi uos in eo loco eſſetis quid aliud feciſſetis? & alibi: Cõem rem agi putatote, ac uos huic rei præpoſitos eſſe. Sed nõnunq̃ cõmunicantes aliquid inexpectatum ſubiungimus, quod & per ſe ſchema eſt, ut in Verrem Cicero: Quid deinde? quid cenſetis? furtum fortaſſe? aut prædã aliquam? Deinde cum diu ſuſpendiſſet iudicum animos, ſubiecit quod multo eſſet impro

bius. Hoc Celsus sustentationem uocat. Est aũt duplex. Nam contrà, frequenter cum expectationem grauissimorum fecimus, ad aliquid quod sit leue, aut nullo mõ criminosum, descendimus. Sed quia non tantum per cõmunicationẽ fieri solet, παράδοξον alĩ nomina uerunt. i. inopinatum. Illis non accedo, qui schema esse existimant, etiam si quid nobisipsis dicamus inexpectatũ accidisse, ut Pollio: Nunq̃ fore credidi iudices, ut reo Scauro neqd in eius iudicio gratia ualeret precarer. Est penè idẽ fons illius, quam permissionẽ uocant, qui cõmunicationis, cum aliqua ipsis iudicibus relinquimus æstimanda, aliqua nõnunq̃ aduersarĩs quoq;, ut Caluus Vatinio: Perfrica frontẽ, & dic te dignioré, q prætor fieres, q̃ Catonẽ. Quæ uero sunt augendis affectibus accommodatæ figuræ, constant maxime simulatione. Nanq; & irasci nos, & gaudere, & timere, & admirari, & dolere, & indignari, & optare, quæq; sunt similia his, fingimus. Inde sunt illa: Liberatus sum, respirauí, et bñ habet, & quæ amẽtia est hæc? Et, O tpa, ò mores, ò miseꝛ me. Cõsumptis eñ lachrymis, infixus tñ pectori hæret dolor. & Magnæ nunc hiscite terræ. Quod exclamationem quídã uocant, ponũtq; inter figuras orationis. Hæc quoties uera sunt, non sunt in ea forma de qua nunc loquimur, sed assimulata & arte cõposita proculdubio schemata sunt existimanda. Qd idem dictum sit de orationel ibera, quam Cornificius licentiam uocat, Græci παρρησίαν. Quid eñ minus figuratum, quàm uera libertas? Sed frequenter sub hac facie latet adulatio. Nam Cicero cũ dicit pro Ligario: Suscepto bello Cæsar gesto iam ex parte magna, nulla uí coactus, consilio ac uoluntate mea, ad ea arma profectus sum, quæ erant contra te sumpta. Non solum ad utilitatem Ligarĩ respicit, sed magis laudare uictoris clemẽtiam non potest. In illa uero sentẽtia, Quid aũt aliud egimus Tubero, nisi ut quod hic potest, nos possemus? admirabiliter utriusq; partis facit bonam causam, sed hoc eum demeretur cuius mala fuerat. Illa adhuc audaciora, & maiorum (ut Cicero existimat) laterum, fictiones personarum, quæ προσωποποιίαι dicuntur. Mire nanq; tum uariant orationem, tũ excitant. His etiam aduersariorum cogitationes, uelut secum loquentium protrahimus, quæ tamen ita demum à fide nõ abhorrẽt, si ea locutos finxerimus, quæ cogitasse eos nõ sit absurdum. Et nostros cum alĩs sermões, & aliorum inter se credibiliter introducimus, suadendo, obiurgando, quærendo, laudando, miserando personas idoneas damus. Quin deducere deos in hoc genere dicendi, & inferos excitare, concessum est. Vrbes etiam populíq; uoces accipiũt. Ac sunt quidam q has demũ προσωποποιίας dicant, in quibus & corpora & uerba fingimus. Sermones hominum assimulatos dicere διαλόγους malũt, quàm quod latinoꝛ quidam dixerunt, sermocinationem. Ego iam recepto more utrũq; eodem modo appellaui. Nam certe sermo fingi non põt, ut nõ personæ sermo fingat. Sed in his quæ natura non pmittit, hoc mõ mollior fit figura. Et eñ si mecum patria, quæ mihi uita mea multo est charior, si cuncta Italia, si oĩs resp. sic loquat: Marce Tulli quid agis? Illud audacius genus. Quæ tecum Catilina sic agit, & quodammodo tacita loquitur. Nullũ iã aliquot annis facinus extitit nisi per te. Commode etiam apud nos aliquas ante oculos eẽ rerum personarum ue imagines fingimus, aut eadem aduersarĩs aut iudicibus non accidere miramur, qualia sunt: Vídetur mihi, & nõne uidetur tibi? Sed magna quædam uis eloquentiæ desideratur. Falsa eñ & incredibilia natura necesse est aut magis moueant, qa suprà uera sunt, aut pro uanis accipiant, quia uera non sunt. Vt dicta aũt quædam, ita scripta quoq; fingi solẽt, qd facit Afinius pro Liburnia: Mater mea, quæ mihi tũ charissima, tum dulcissima fuit. quæq; mihi uixit, bisq; eadẽ die uitã dedit, & reliqua, deíde exhæres esto. Hæc tũ p se figura ẽ, tũ duplicat, quoties sicut in hac cã ad imitationem alterius scripturæ cõponit. Nã contrà recitabat testamentũ: P. Nouanius Gallio, cui ego oĩa meritissimo uolo, & debeo pro eius animi in me summa uolũtate, & adiectis deinde alĩs, hæres esto. Incipit eẽ quodãmõ ᾠδῆς, qd nomẽ ductũ à canticis ad alioꝛ similitudinẽ modulatis, abusiue etiã in uersificationis ac sermonum imitatione seruat. Sed formas quoq; fingimus sæpe, ut famam Vergilius, ut uoluptatem ac uirtutẽ (quemadmodũ à Xenophonte tradit) Prodicus. ut mortẽ ac uitam, quas contendentes in satyra tradit Ennius. Est & incertæ personæ ficta oratio: Hic, aliquis, &, Dicat aliquis, Est & iactus sine persona sermo;

Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles. Quod sit mixtura figurarũ, cum προσωποποιία accedit illa, quæ est orationis per detractionem, detractum est eñ, quis diceret. προσωποποιία uertitur interim in speciem narrandi. Vnde apud historicos reperiuntur obliquæ allocutiones, ut in Titi Liuij libro primo statim: Vrbes quoq; ut cætera ex infimo nasci, deinde quæ sua uirtus ac dij iuuent, magnas opes sibi, magnum nomen facere. Auersus quoq; à iudice sermo qui dicitur ἀποστροφή, mire mouet, siue aduersarios inuasimus. Quid eñ tuus ille Tubero in acie Pharsalica gladius agebat? Siue ad inuocationẽ aliquã cõuertimur: Vos eñ iam ego Albani tumuli atq; luci. Siue ad inuidiosam imploratiõnẽ: O leges Porciæ legesq; Semproniæ. Sed illa quoq; uocatur auersio, quæ à proposita quæstione abducit audientẽ: Non ego cum Danais Troianam excindere gentem Aulide iurauí. Quod fit & multis & uarijs figuris, cum aut aliud expectasse nos, aut maius aliquid timuisse simulamus, aut plus uideri posse ignorantibus, quale est procemiũ pro Cælio: Illa uero (ut ait Cicero) sub oculos subiectio tum fieri solet, cũ res non gesta indicat, sed ut sit gesta ostendit, nec uniuersa, sed per partes, quem locum proximo libro subiecimus euidẽtiæ. Celsus hoc nomen isti figuræ dedit, ab illis ὑποτύπωσις dicit, proposita quædam forma rerum ita expressa uerbis ut cerni potius uideat quàm audiri. Ipse inflammatus scelere ac furore in forum uenit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat. Nec solum quæ facta sint aut fiant, sed etiam quæ futura sint aut futura fuerint, imaginamur. Mire tractat hæc Cicero pro Milone, quæ facturus fuerit Clodius si præturam inuasisset. Sed hæc quidem translatio temporis, quæ proprie μετάσασις dicit, ὑποτύπωσις uerecũdior apud priores fuit. Proponebant eñ talia, credite uos intueri, ut Cicero: Hæc quæ non uidistis oculis, animis cernere potestis. Noui uero, & præcipue declamatores audacius, nec mehercles sine motu quodam imaginant, ut Seneca in controuersia, cuius summa est, ꝙ pater filiũ & nouercã inducente altero filio in adulterio deprehensos occidit. Duc, sequor. Accipe hãc senilem manum, & quocunq; uis imprime. & paulo pòst: Aspice inquit, quod diu nõ credidisti. Ego uero non uideo, nox oboritur, & crassa caligo. Habet hæc figura manifestius aliquid. Nõ eñ narrari res, sed agi uidetur. Locoq; quoq; dilucida & significãs descriptio eidem uirtuti assignat à quibusdam, alij τοπογραφίαν dicunt. Εἰρωνείαν inueni qui dissimulationem uocarent, quo nomine, quia parum, totius huius figuræ uidentur uires ostendi, nimirum sicut in plerisq;, græca erimus appellatione contenti. Igit εἰρωνεία, quæ est schema, ab illa quæ est tropus, genere ipso nihil admodum distat. In utroq; eñ contrarium ei quod dicitur intelligendum est. Species uero prudentius intuenti diuersas esse, facile est deprehendere. Primum ꝙ tropus apertior est, & quanquam aliud dicit ac sentit, non tamen aliud simulat. Nam & omnia circà ferè recta sunt, ut illud in Catilinam: A quo repudiatus ad sodalem tuum uirum optimum Metellũ demigrasti. In duobus demum uerbis est ironia, ergo etiam breuior est tropus. At in figura totius uoluntatis fictio est apparens magis quàm confessa, ut illic uerba sint uerbis diuersa, hic sensus sermoni, ut ioci, & tota interim causæ confirmatio. Tum etiam uita uniuersa ironiam habere uidetur, qualis est uita Socratis. Nam ideo dictus εἴρων, id est, agẽs imperitum, & admirator aliorum tanquã sapientium, ut quemadmodum ἀλλιγορίαν facit cõtinua μεταφορὰ, sic hoc schema faciat toporum ille contextus. Quædam uero genera huius figuræ nullam cum tropis habent societatem, ut illa statim prima quæ dicitur à negando quam nõnulli uocant ἀπόφασιν, Nõ agam tecum iure summo, non dicam quod forsitan obtinerem. & Quid ego istius decreta? quid rapinas? quid hæreditatum possessiones datas? quid ereptas proferam? & Mitto illam primam libidinis iniuriam. Et, Ne illa quidem testimonia recito quæ dicta sunt de sestertijs septingẽtis milibus. &, Possum dicere. Quibus generibus per totas interim quæstiones decurrimus, ut Cicero: Hoc ego si sic agerem tanquam mihi crimen esset diluendum, hæc pluribus dicerem. Εἰρωνία est & cum similes imperantibus uel permittentibus sumus: I sequere Italiam uentis. Et cum ea quæ nolumus uideri in aduersarijs esse, concedimus eis. Id acrius fit cum eadem in nobis sunt, & in aduersario non sunt: Meq; timoris Argue tu Drance, quando tot cædis aceruos Teucrorum tua dextra dedit, Quod idem cõ

trà ualet, cũ aut ea quæ à nobis abſunt, aut etiã quæ in aduerſarios recidũt, quaſi fatemur: Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. Nec in perſonis tm̃, ſed & in rebus uer ſatur hæc contraria dicendi, q̃ quæ intelligi uelis, ratio: ut totũ pro Q. Ligario procemiũ, & illæ eleuatiões, uidelicet, O dñ boni, Scilicet is ſuperis labor eſt. Et ille p Oppio locus: O amorem miꝛ, O beneuolẽtiam ſingularem. Non procul aũt abſunt ab hac ſimulatiõe tres inter ſe ſimiles: Confeſſio nihil nocitura, qualis eſt, Habes igitur Tubero qđ eſt accuſatori maxime optandũ, confitentẽ reum. & cõceſſio, cum aliquid etiam iniquum uidemur cauſæ fiducia pati: Metu uirgaꝛ nauarchꝰ nobiliſſimæ ciuitatis ptio ſe redemit, humanũ eſt. Et p Cluentio de inuidia: Dominet in concionibus, iaceat in iudicijs. Tertia cõſenſio, ut pro eodẽ: Iudicium eſſe corruptum. Hæc euidẽtior figura eſt, cũ alicui rei aſſentimur, quæ eſt futura p nobis. Verum id accidere ſine aduerſarij uitio non põt. Quædam etiam uel laudamus, ut Cice. in Verrem circa crimẽ Apronij Drepanitani: Gaudeo etiã ſiquid ab eo abſtuliſti, & abs te nihil rectius factum eſſe dico. Interim augemus crimina quæ ex facili aut diluere poſſumus, aut negare, quod eſt frequẽtius, quàm ut exẽplum deſideret. Interim hoc ipſo fidẽ detrahimus illis, qđ ſint tam grauia, ut p Roſcio Cicero, cũ immanitatem parricidij, quanq̃ per ſe manifeſtam, tm̃ etiam ui orationis exaggerat. Ἀποσιώπησις, quam idẽ Cicero reticentiam, Celſus obticentiam, nõnulli interruptionem appellant, & ipſa oſtendit aliquid affectus uel iræ, ut Quos ego, ſed motos præſtat componere fluctus. Vel ſolicitudinis, & quaſi religionis: An huius ille legis, quã Clodius à ſe inuẽtam gloriatus, mentionẽ facere auſus eſſet uiuo Milone, ne dicam cõſulem de noſtrum em̃ omnium, nõ audeo totũ dicere. Cui ſimile eſt in procœmio p Cteſiphonte Demoſthenis: Vel aliõ tranſeundi gratia. cõmunis aũt, Tametſi, ignoſcite mihi iudices. In quo eſt & illa (ſi tm̃ in ter ſchemata numerari debet, cũ etiam alijs pars cauſæ uideat) digreſſio. Abit em̃ cauſa in laudes Cn. Põpeij. Idq̃ fieri etiam ſine ἀποσιωπήσει potuit. Nam breuior illa (ut ait Cicero) à re digreſſio plurimis fit modis. Sed hæc exẽpli gratia ſufficiẽt: Tum Caius Varenus is q̃ a familia Ancharíana occiſus eſt, hoc quæſo iudices diligenter attendite, & p Milone: Et aſpexit me illis quidẽ oculis quibus tum ſolebat, cũ omnibus omnia minabat. Eſt alia non quidẽ reticentia, quæ ſit impfecti ſermonis, ſed tm̃ præciſa uelut ante legitimum finẽ oõ, ut illa: Nimis urgeo, cõmoueri uidetur adoleſcens, & Quid plura? ip̃m adoleſcentẽ dicere audiſtis. Imitatio moꝛ alienoꝛ, quæ ἠθοποιία, uel (ut alij malunt) μίμησις dicit, iam int leuiores affectus numerari põt. Eſt em̃ poſita fere in eludendo, ſed uerſat & in factis & in dictis. In factis, qđ eſt ὑπερτυπώσει uicinũ. In dictis quale eſt apud Terentium: At ego neſcie bam quorſum tu ires. Paruula hinc eſt abrepta, eduxit mater p ſua, ſoror dicta eſt. cupio abducere ut reddã ſuis. Sed noſtroꝛ quoq̃ dictoꝛ factorumq̃ ſimilis imitatio eſt p relationem, niſi q frequẽtius aſſeuerat, q̃ eludit. Dicebam habere eos actorẽ Q. Cæciliũ. Sũt & illa iucunda, & ad cõmendationem cũ uarietate, tũ etiam ipſa natura plurimũ p ſunt, quæ ſimplicẽ quandam & nõ p̃paratam oſtendẽdo oõnem minus nos ſuſpectos iudici faciũt. Hinc eſt quaſi pœnitentia dicti, ut p Cœlio: Sed qd ego ita grauẽ pſonam introduxi? Et quibus utimur uulgo: Imprudẽs incidi. Vel cũ quærere nos qd dicamus fingimus: Quid reliquũ eſt? &, Num qd omiſi? Et cum ibidẽ in Verrem, ait Cic. Vnum etiã mihi reliquũ hmõi crimen eſt, & aliud ex alio ſuccurrit mihi. Vnde etiã uenuſti tranſitus fiũt, nõ quia tranſitus ipſe ſit ſchema, ut Cice. narrato Piſonis exẽplo q anulũ ſibi cudi ab aurifice in tribunali ſuo iuſſerat, uelut hoc in memoriã adductꝰ, adiecit: Hic mõ me cõmonuit Piſonis anulus, qđ totum effluxerat, q̃ multis iſtũ putatis hoĩbus honeſtis de digitis anulos aureos abſtuliſſe? Et cũ aliqua uelut ignoramus. Sed eaꝛ rerum artificẽ quẽ? quẽnam? recte admones, Polycletum eſſe dicebant. Qđ quidem non in hoc tm̃ ualet. Quibuſdam em̃ dum aliud agere uidemur, aliud efficimus, ſicut hic Cicero conſequit, ne cum morbũ in ſignis atq̃ tabulis obijciat Verri, ipſe quoq̃ eaꝛ reꝛ ſtudioſus eſſe credat. Et Demoſthenes iurãdo p interfectos in Marathone & Salamine, id agit, ut minore inuidia cladis apud Chæroneam acceptæ laboret. Faciũt illa quoq̃ iucundã oõnem, aliqua mẽtione habita differre, & deponere apud memoriã iudicis, & repoſcere quæ depoſueris, & ſeparare quædã ſche

mate aliquo: non em̃ eſt iſta ipſa p ſe iteratio ſchema, & excipere aliqua, & dare actioni uarios uelut uultus. Gaudẽt em̃ res uarietate, & ſicut oculi diuerſarũ aſpectu rerũ magis detinent, ita ſp animis præſtat, in qđ ſe uelut nouũ, intendant. Eſt Emphaſis etiam inter figuras, cũ ex aliquo dicto latens aliquid eruit, ut apud Vergiliũ: Non licuit thalami expertẽ ſine crimine uitã Degere more ferarũ? quanq̃ em̃ de matrimonio quærit Dido, tñ huc erupit eius affectus, ut ſine thalamis uitã hoĩm non putet, ſed ferarũ. Aliud apud Ouid. genus, apud quẽ & Myrrha nutrici amorẽ patris ſic cõfitet: O, dixit, felicẽ coniuge matrẽ. Huic uel cõfinis, uel eadẽ eſt, qua nũc utimur plurimũ. Iam em̃ ad id genus, qđ frequentiſſimũ eſt, & expectari maxime credo, ueniendũ eſt, in quo p quandam ſuſpicionẽ, quod non dicimus, accipi uolumus, non utiq̃ contrariũ, ut in ἰρωνεία, ſed aliud latẽs, & auditori quaſi inueniendũ, quod ut ſupra oſtẽdi, iam fere ſolum ſchema à noſtris uocatur, & unde cõtrouerſiæ figuratæ dicunt. Eius triplex uſus eſt, unus ſi dicere palam parum tutum eſt, alter ſi non decet, tertius q uenuſtatis mõ gratia adhibetur, & ipſa nouitate ac uarietate magis q̃ ſi relatio ſit recta, delectat. Ex his qđ eſt primum, frequẽs in ſcholis eſt. Nam & actiões deponentium imperium tyrannorũ, & poſt ciuile bellum ſenatuſconſulta fingunt, & capitale eſt obĵcere ante acta, ut qđ in foro non expedit, illic nec liceat. Sed ſchematum cõditio non eadẽ eſt. Quamlibet em̃ apertum, quod mõ & aliter intelligi poſſit, in illos tyrannos bene dixeris, quia piculum tm̃ non etiam offenſa uitat. Quod ſi ambiguitate ſentẽtiæ poſſit eludi, nemo nõ illi furto fauet. Vera negotia nunq̃ adhuc habuerunt hanc filẽtĵ neceſſitatẽ, ſed aliam huic ſimilem, uerũ multo ad agendum difficiliorẽ, cum perſonæ potentes obſtant, ſine quarum reprehenſione teneri cauſa non poſſit. Ideoq̃ hoc parcius & circũſpectius faciendũ, quia nihil intereſt quomodo offendas, & aperta figura pdit hoc ipm q figura ẽ: ideoq̃ à qbuſdam tota res repudiat, ſiue intelligat, ſiue nõ. Sed licet modũ adhibere: In primis ne ſint manifeſtæ. Non erũt aũt, ſi nõ ex uerbis dubĵs, uel quaſi duplicib petent, qualis eſt in ſuſpecta nuru: Duxi uxorẽ, quæ patri placuit. Aut quod eſt multo inceptius, cõpoſitionibus ambiguis, ut illa cõtrouerſia, in qua ĩfamis amore uirginis filiæ pr raptam eã interrogat, à quo uitiata ſit: Quis te, inqt, rapuit? tu pater neſcis? Res ipſæ pducant iudicẽ ad ſuſpicionem, & amoliamur cætera, ut hoc ſolũ ſuperſit. In quo multũ etiã affectus iuuant, & interrupta filẽtio dictio, & cũctatiões. Sic em̃ fiet ut iudex quærat illđ, neſcio quid qđ ipſe fortaſſe non crederet, ſi audiret: & ei quod à ſe inuentum exiſtimat, credat. Sed ne ſi optimæ quidẽ ſint, eſſe debent frequẽtes. Nam denſitate ipſa figuræ periũtur, nec offenſæ minus habẽt, ſed autoritatis. Nec pudor uidet, q non palam obĵcias, ſed diffidẽtia. In ſumma, ſic maxĩe iudex credit figuris, ſi nos putat nolle dicere. Eqdem qñq̃ in pſonas incidi tales, & in rẽ quoq̃ (quod eſt magis rarũ) quæ obtineri niſi hac arte non poſſet. Ream tuebar quæ ſubieciſſe dicebat marito teſtamentũ, & dicebant chirographũ, marito expirante, hæredes dediſſe, & uerũ erat. Nam quia p leges inſtitui uxor nõ poterat hæres, id fuerat actũ, ut ad eã bona p hoc tacitũ fidei cõmiſſum puenirẽt. Et caput qdem quæri facile erat, ſi hoc diceremus palã, ſed p ſe depibat hæreditas. Ita ergo fuit nobis agẽdum, ut iudices illud intelligerẽt factũ, delatores nõ poſſent apprehendere ut dictum, & cõtigit utrunq̃. Qđ non inſeruiſſem uerĩtus opinionẽ iactantiæ, niſi pbare uoluiſſem, in foro quoq̃ eſſe his figuris locũ. Quædã etiam quæ pbare non poſſis, figura potius ſpargẽda ſunt. Hæret em̃ nonnunq̃ telum iſtud occultum, & hoc ipſo q non apparet, eximi non põt. At ſi idem dicas palam, & defenditur, & pbandum eſt. Cum aũt obſtat nobis perſonæ reuerentia (quod ſcđm poſuimus genus) tanto cautius dicendum eſt, quanto ualidius bonos inhibet pudor, q̃ metus. Hic uero tegere nos iudex qđ ſciamus, & uerba ui quadã ueritatis erũpentia credat coercere. Nam quãto minus, aut ipſi in quos dicimus, aut iudices aut aſſiſtẽtes oderint hanc maledicẽdi laſciuiam, ſi nolle nos credant? Aut qd intereſt, quomodo dicat, cũ & res & animus intelligit? Quid dicẽdo deniq̃ pficimus, niſi ut palã ſit nos facere, qđ ipſi ſciamus nõ eſſe faciendũ? Atqui præcipue prima, quibus præcipere cœperam, tẽpora hoc uitio laborarũt. Dicebant em̃ libenter tales controuerſias quæ difficultatis gra placẽt, cũ ſint mlto faciliores, Nam rectũ genus approbari niſi maximis uiri

bus non põt,hæc diuerticula & anfractus ſuffugia ſunt infirmitati,ut q̃ curſu paꝝ ualent, flexu eludũt, cum hæc quæ affectaẽ ratio ſententiaꝝ, non ꝑcul à rõne iocandi abhorreat. Adiuuat etiam q̃ auditor gaudet intelligere,& fauet ingenio ſuo,& alio dicẽte ſe laudat. Itaq̃ non ſolũ ſi ꝑſona obſtaret rectæ oratiõi,quo in gñe ſæpius mõ q̃ figuris opus eſt, de currebãt ad ſchemata,ſed faciebant illis locũ etiã ubi ꝑſonæ inutiles ac nefariæ eſſent,ut ſi pater qui infamẽ in matrẽ filiũ ſecretò occidiſſet,reus malæ tractationis,iaculareẽ in uxorem obliquis ſentẽtijs. Nam & quid impurius q̃ retinuiſſe talẽ? Quid porro tam contrarium,q̃ eum q̃ accuſaẽ,quia ſummũ nefas ſuſpicatus de uxore uideaẽ,confirmare id ipſa defenſione,qđ diluendum eſt? At ſi iudicũ ſumerẽt aĩm,ſcirent q̃ eiuſmodi actionem laturi nõ fuiſſent,multoq̃ etiam minus,cũ in parẽtes abominanda crimina ſpargerenẽ. Et quatinus huc incidimus, paulo plus ſcholis demus. Nam & in his educaẽ orator,& ĩ eo quomodo declameẽ,poſitũ eſt etiam quo mõ agatur. Dicendũ ergo de ijs quoq̃ in quibus nõ aſpas figuras,ſed palam cõtrarias cauſæ pleriq̃ fecerũt. Tyrannidis affectatæ damnat⁹ torqueatur,ut cõſcios indicet. Accuſator eius optet qđ uolet. Patrẽ qui accuſauit, optat ne is torqueaẽ. Pater ei cõtradicit. Nemo ſe tenuit agẽs ꝑ patre,quin figuras ĩ filiũ faceret,tanq̃ illũ conſciũ in tormẽtis nominaturus. Quo qđ ſtultius? Nam cũ hoc iudices intellexerint,aut nõ torquebiẽ,cum ideo torqueri uelint,aut torto nõ credeẽ. At credibile eſt hoc eum uelle fortaſſe. Diſſimulet ergo ut efficiat. Sed nobis(declamatoribus dico)quid proderit hoc intellexiſſe,niſi dixerimus? Ergo ſi uere ageret,ſimiliẽ cõſilium illud latens prodidiſſemus. Quid,ſi neq̃ utiq̃ ueꝝ eſt,& habere alias hic damnatus contradicendi cauſas poteſt,uel quod legẽ conſeruandam putet,uel quod nolit accuſatori debere bñficium,uel (quod ego magis ſequerer)ut ſe innocentẽ in tormẽtis eſſe prætẽdat? Quare ne illud qdem ſemp ſuccurret ſic dicentibus: Patrocinium hoc uoluit q̃ cõtrouerſiam finxit. Fortaſſe eñ noluit,ſed eſto uoluerit,continuo ne ſi ille ſtulte cogitauit,nobis quoq̃ ſtulte dicendum eſt? At ego in cauſis agẽdis frequenẽ non puto intuẽdum quid litigator uelit. Eſt & ille in hoc gñe frequens error,ut putẽt aliud quoſdam dicere,aliud uelle, præcipue cũ in themate eſt,aliquẽ ut ſibi mori liceat poſtulare,ut in illa controuerſia: Qui aliqñ fortiter fecerat,& alio bellò petierat,ut militia uacaret ex lege,qđ quinquagenari⁹ eſſet,aduerſante filio ire in aciẽ coactus deſeruit. Filius q̃ fortiter eodẽ prælio fecerat,incolumitatẽ eius optat,cõtradicit pater. Non eñ,inquiũt,mori uult,ſed inuidiã filio facere. Equidẽ rideo, q̃ illi ſic timẽt,tanq̃ ipſi morituri,& in conſiliũ ſuos metus ferũt,obliti tot exemploꝝ circa uolũtariam mortẽ,cauſaꝝ quoq̃ quas habet factus ex uiro forti deſertor, ſed de una cõtrouerſia loqui ſupuacuum eſt. Ego in uniuerſum nec oratoris puto eſſe unquã ꝓuaricari, neq̃ litẽ intelligo,in quã pars utraq̃ idẽ uelit,nec tã ſtultũ quenq̃,q̃ ſi uiuere uelit mortẽ potius male petat,q̃ oĩno nõ petat. Non tñ nego eẽ cõtrouerſias hmõi figuratas,ut ẽ illa: Reus parricidij,q̃ fratrẽ occidiſſet,damnatũ iri uidebatur. Pater ꝑ teſtimonio dixit,eũ ſe iubente feciſſe. Abſolutũ abdicat. Nam neq̃ in totũ filio parcit,nec qđ priore iudicio affirmauit,mutare pãlam põt, & ut nõ durat ultra pœnã abdicatiõis ira, abdicat tñ,& obliq̃ figura in patrẽ plus facit q̃ licet,in filiũ minus. Vt aũt nemo cõtra id qđ uult dicit,ita põt aliquid melius uelle,quã dicit. Quo mõ ille abdicatus,q̃ à patre,ut filiũ expoſitũ,& ab eo educatũ,ſolutis alimẽtis recipiat poſtulat,reuocari fortaſſe mauult,non tñ quod petit nõ uult. Eſt latẽs & illa ſignificatio,qua cũ ius aſperius petiẽ à iudice, fit ei tñ ſpecies aliqua clemẽtiæ nõ palam,ne paciſcamur,ſed ꝑ quandam credibilẽ ſuſpicionẽ,ut in multis controuerſiis,ſed in hac quoq̃: Raptor niſi intra trigeſimũ diẽ, & raptæ patrẽ exorauerit, & ſuũ,pereat. Qui exorato raptæ patre ſuũ nõ exorat,agit cum eo demẽtiæ. Nam ſi permittat hic pater,lis tolliẽ,Si nullã ſpem faciat,ut non demẽs,crudelis certe uideaẽ,& à ſe iudicem auertat. Latro igiẽ optime. Occidet ergo,ſi potero remiſſius, & ꝑ ſuo ingenio pater Gallio,Dura anime hodie,dura,heri fortior fuiſti. Cõfinia ſunt his celebrata apđ græcos ſchemata,ꝑ quæ res aſpas mollius ſignificant. Nam Themiſtocles ſuaſiſſe exiſtimaẽ Athenienſibus,ut urbẽ apud deos deponerẽt,quia duꝝ erat dicere,ut relinquerent,& qui uictorias aureas in uſum belli cõflari uolebat,ita declinauit,uictorijs utendũ eſſe. Totũ aũt alle

goriæ simile est, aliud dicere, aliud intelligi uelle. Quæsitū etiam est quo mō cōtra figuras rñderi oporteat, & quidam sp ex diuerso aperiēdas esse putauerūt, sicut latētia uitia rescindunt. Idq; sane frequētissime faciendū est, aliter em̄ dilui obiecta nō pñt, utiq; cū quæstio in eo cōsistit, quod figuræ petunt. At cum male dicta sunt tm̄, & nō intelligere interim bonæ cōscientiæ est, atq; etiam si fuerint crebriores figuræ, q̄ ut dissimulari possint, postulandū est ut illud nescio qd, qđ aduersarij obliquis sentētijs significare uoluerint, si fiducia sit, objiciāt palam, aut certe nō exigant, ut qđ ipsi nō audēt dicere, id iudices non mō intelligant, sed etiā credant. Vtilis etiam aliqñ dissimulatio est, ut in eo (nota em̄ fabula est) q cū esset cōtra eū dictū, Iura p patroni tui cineres, paratū se eē rñdit, & iudex cōditione usus ē, clamante multū aduocato, schemata de rep̄ natura tolli, ut ꝓtinus etiam p̄ceptum sit eius modi figuris utendū temere nō esse. Tertiū est genus, ī quo sola melius dicēdi petit occasio. Ideoq; id Cic. nō putat esse positū in concione. Tale est illud, quo idē utit in Clodium: Quibus iste q oia sacrificia nosset, & facile ab se deos placari posse arbitrabat. Ironia quoq; in hoc gñe materiæ frequētissima est. Sed eruditissimū lōge, si p aliam rē alia inducat, ut cū aduersus tyrannū, q sub pacto abolitionis dominationē depositurat, agit cōpetitor: Mihi in te dicere nō licet, tu in me dic, & potes. Nup te uolui occidere. Frequēs illud est, nec magnopere captandū, qđ petit iureiurando, ut est ꝓ exhæredato: Ita mihi cōtingat hæredē filio mori. Nam & in totū iurare nisi ubi necesse est, graui uiro parū conuenit. Et est à Seneca dictū elegant, non patronorū hoc esse, sed testiū. Nec meret fidē, q sentētiolæ gestiurat, nisi si pōt tam bñ q̄ Demosthenes, ut supra dixi. Leuissimum aūt longe genus ex uerbo, etiā si est apd Cice. in Clodiam. Præsertim quā oēs amicam oīm potius, q̄ cuiusquam inimicam putauerūt. Comparationē eq dem uideo figuram nō esse, cū sit interim ꝓbationis, interim etiam causæ genus, & sit talis eius forma, q̄lis est ꝓ Muræna, Vigilas tu de nocte, ut tuis cōsultoribus rñdeas, ille ut quo contēdit, mature cū exercitu pueniat. Te gallorū, illū buccinarū cantus exuscitat, & cætera: nescio an oronis potius q̄ snīæ sit. Id em̄ solum mutat, ꝙ nō uniuersa uniuersis, sed singula singulis opponunt. Et Celsus tñ, & non negligēs autor Visellius, in hac eam parte posuerunt. Rutilius quidē Rufus in utroq; gñe, idq; ἀντίθετον uocant. Præter illa uero quæ Cicero int lumina posuit sententiarū, multa alia, & idē Rutilius Gorgiam secutus, non illū Leontinū, sed alium sui tpis, cuius quatuor libros in unum suū trāstulit, & Celsus uidelicet Rutilio accedēs, posuerūt schemata, Cōsummationem, quam græcus διαλλαγήν uocat, cū plura argumēta ad unum effectum deducūtur. Consequēs, ille ἐπακολούθησιν, de quo nos ī argumētis diximus. Collectionē, q apud illū ē συλλογισμός. Minas, id est, κατάπληξιν. Exhortationē, παραινετικόν, quorū nihil non rectum est, nisi cū aliquam ex his de qbus locuti sumus, figuram accipit. Præt hæc Celsus excludere, asseuerare, detrectare, excitare iudicē, ꝓuerbijs uti & uersibus & ioco, & inuidia, & inuocatione intendere crimē, quod est δέησιν, adulari, ignoscere, fastidire, admonere, satisfacere, precari, corripere, figuras putat. Partitionem quoq; & ꝓpositionem, & diuisionē, & rerum duarū cognationem, quod est ut idē ualeant, quæ uidentur esse diuersa, ut non is demum sit ueneficus, q uitam abstulit data potiōe, sed etiam qui mentē. Quod est in pte finitionis. Rutilius siue Gorgias, ἀναγκαῖον, ἀνάμνησιν, ἀνθυποφοράν, ἀντιῤῥησιν, παραλῆψιν, προέκθεσιν, qđ est dicere quid fieri oportuerit, deinde quid factū sit, ἐνθύμημα unde sit enthymema, κατ' αἰτίασιν, μετάληψιν κατ' αἰτίαν etiam, quo statu Hermagoras utitur. Visellius quanq̄ paucissimas faciat figuras, facit ἐνθύμημα tñ, quod commentum uocat, & rationem appellans, ἐπιχείρημα inter eas habet. Quod quidē recipit quodam mō & Celsus, nam consequens an epichirema sit dubitat. Visellius adjcit & sentētiam. Inueni qui aggregent ijs διασκευάς, ἀπαγορεύσεις, παραδιηγήσεις. Sed ut hæc nō sunt schemata, sic alia uel sunt forsitan ac nos fugerūt, uel etiā noua fieri adhuc possunt, eiusdē tñ naturæ cuius sunt ea de qbus dictū est.

De figuris uerborum. Caput .III.

VErborum uero figuræ, & mutatæ sunt semper, & utcunq; ualuit consuetudo, mutantur. Itaq; si antiquum sermonē nostro comparemus, pene iam quicquid loquimur figura est, ut huic rei inuidere, nō ut oēs ueteres, & Cice. ꝑcipue hanc rē, & incūbere illi,

non in illũ,& plenũ uino,nõ uini,& huic & nõ hunc adulari,iam dr̃,& mille alia,utinãq; nõ peiora uincant. Verꝫ schemata λέξεως duorꝫ sunt gñm, alterꝫ loquendi rõnem uocant, alterꝫ quod collocationẽ,maxime exquisitũ. Quorꝫ tametsi utrũq; conuenit oroni,tñ possis illd grammaticũ,hoc magis rhetoricũ dicere. Prius fit ꝟsdẽ gñibus quibus uitia. Esset em̃ ome schema uitiũ,si non peteret,sed accideret. Verꝫ autoritate,uetustate,cõsuetudine plerũq; defendit,sæpe etiam rõne quadam. Ideoq; cũ sit à simplici rectoq; loquẽdi gñe deflexa,uirtus ẽ,si habet ꝓbabile aliqd qd̃ sequat. Vna tñ in re maxime utilis,ut quotidiani & sp eodẽ mõ formati sermonis fastidiũ leuet,& nos à uulgari dicẽdi gñe defendat. Quo siquis parce,& cũ res poscet,utetur,uelut asperso quodam cõdimento iucũdior erit. At q nimiũ affectauerit,ipsam illam gr̃am uarietatis amittet,quanq̃ sunt quædã figuræ ita receptæ,ut pene iam hoc ip̃m nomẽ effugerint,quæ etiã si fuerint crebriores, aures consuetas minus feriẽt. Nam & secretæ,& extra uulgarẽ usum positæ,ideoq; magis nobiles, ut nouitate aurẽ excitant,ita copia satiant,nec se obuias fuisse dicẽti,sed conq̃sitas & ex oĩbus latebris extractas congestasq; declarant. Fiũt ergo & circa genus,figuræ in noĩbus. Nam & oculis capti talpæ, & timidi damæ dicunt̃ à Vergilio,sed subest rõ,qa sexus utercꝫ altero significat̃. Tam em̃ mares esse talpas damasq;,q̃ fœminas certũ est. Et in uerbis,ut fabricatus est gladiũ,& inimicos punitus est. Qd̃ mixꝫ minus est,ꝙ in natura uerborꝫ est,& quæ facim⁹ patiẽdi mõ sæpe dicere,ut arbitror,suspicor,& cõtrà faciẽdi,q̃ patimur,ut uapulo, ideoq; frequẽs ꝓmutatio ẽ,& pleraq; utroq; mõ efferunt̃, luxuriat̃ luxuriat, fluctuat̃ fluctuat,assentior assẽtio. Est figura & ĩ nũero,uel cũ singulari pluralis subiũgit̃: Gladio pugnacissima gens Romani. Gens em̃ ex multis. Vel,è diuerso,cui nõ risere parẽtes, Nec deus hũc mẽsa,dea nec dignata cubili est. Ex illis em̃ q non risere,hũc nõ dignatus deus,nec dea dignata. Et in satyra: Et nr̃m istud uiuere triste Aspexi. cũ infinito uerbo sit usus pro appellatione. Nostram em̃ uitam uult intelligi. Vtimur & uerbo ꝓ participio, Magnũ dat ferre talentũ,tanq̃ ferẽdum. & participio ꝓ uerbo, Volo datũ. Interim etiam dubitari potest,cui simile uitio sit schema,ut in hoc, Virtus est uitium fugere. Aut em̃ partes oronis mutat ex illo, Virtus est fuga,aut casus ex illo, Virtus est uitñ fuga. Multa tñ hoc utroq; excitatius. Iungunt̃ interim schemata: Sthenelus scies pugnæ. Est em̃ scitus Sthenelus pugnandi. Transferunt̃ etiam tẽpora: Timarchides negat esse ei piculum à securi. Præsens em̃ pro præterito positũ est. Et futurꝫ pro præsenti: Hoc Ithacus uelit. Et ne morer, per omĩa genera,ꝓ quæ fit solœcismus. Hæc est quoq; quam ἔκτεφωσιν uocant,cum dissimilis est, zeugma tum dicit̃,ut apud Sallustium: Neq; ea res falsum me habuit. & Duci probare. ex q̃bus fere præter nouitatem,breuitas etiam peti solet. Vnde eousq; ꝓcessum est,ut nõ pœniturum pro non acturo pœnitentiam,& uisuros,ad uidendũ missos idem autor dixerit. Quæ ille quidẽ fecerit schemata,an idem uocari possint uidendũ,quia recepta sint. Nam receptis etiam uulgo autore contẽti sumus. Verum natura eualuit à gentibus, quod Pollio in Labieno damnat,& contumeliam fecit,quod à Cicerone reprehẽdi notũ. Affici em̃ cõtumelia dicebant. Alia commẽdatio uetustatis,cuius amator unice Vergilius fuit: Vel cũ se pauidũ cõtra mea iurgia iactat: Progenie sed em̃ Troiano à sanguine duci Audierat. Quorum similia apud ueteres tragicos,comicosq; sunt plurima. Illud etiam in cõsuetudine remansit. Enimuero his amplius apud eũdem: Nam quis te iuuenum confidẽtissime, cum quis sermonis initium sit,& Tam magis illa fremẽs,& tristibus effera flammis, Quã magis effuso crudescũt sanguine pugnæ. Qd̃ est uersum ex illo, Quã magis ærũna uiget, tam magis ad malefaciendum urget. Pleni talibus antiqui, sicut initio eunuchi Terẽtius, Quid igit̃ faciam,inquit. Allusit tandẽ leno. Catullus in epithalamio: Dum innupta manet,dũ chara suis est. Sed prius dum,significat quoad,sequẽs,usqꝫeo. Ex græco uero translata,uel Sallustñ plurima,quale est,uulgus amat fieri,uel Horatñ. Nam is maxime probat hoc Ciceronis: Nec lõgæ inuidit auenæ. & Vergilñ, Tyrrhenũ nauigat æquor. Etiam uulgatum actis quoq;, Saucius pectus. Ex eadẽ parte figurarum additio & abiectio est. Illaq; prior uideri potest supuacua,sed non sine gratia est: Nam neq; Parnassi uobis iuga, nam neq; Pindi, Potest enim deesse alterum, Nam, Et apud Horatium illud, Fabriciumq;

Hunc & intonsis Curiũ capillis, possis demere hunc. Est etiam adiectio, quæ in complexu sermonis aut uitiũ habet, aut figuram. Figuram, ut, Accede ad ignẽ hũc, iam calescẽs plus satis. plus eñ quã satis est. Nam de altera quæ detractio est, pluribus dicendũ est. Vtimur uulgo & compatiuis pro absolutis, ut cum se quis infirmiorẽ esse dixerit. duo int se comparatiua cõmittimus: Si te Catilina comphendi, si interfici iussero, credo erit uerendũ mihi, ne nõ potius oẽs boni serius à me, q̃ quisquã crudelius factũ esse dicat. Sunt illa nõ similia solœcismo quidẽ, sed tñ numer̃ mutantia, quæ & tropis assignari solent, ut de uno pluraliter dicamus, Sed nos immẽsum spatijs cõfecimus æquor. Et de pluribus singulariter: Haud secus ac patrijs acer Romanus ĩ armis. Specie diuersa, sed gñe eadẽ & hæc sunt: Ne ue tibi ad solẽ uergant uineta cadentẽ: Nec mihi tũ mollis sub dio carpere somnos, Neu dorso nemoris libeat iacuisse p herbas. Non eñ nescio cui alij pri⁹, nec postea sibi uni, sed oñibus præcipit. Et de nobis loquimur tanq̃ de alijs: Dicit Seruius, Negat Tullius. Et nostra psona utimur pro aliena, & alios p alijs fingimus. Vtriusq; rei exẽplum p Cecinna: Pisonem aduersæ partis aduocatũ alloquẽs Cicero dicit, Restituisse te dixti. Nego me edicto prætoris restitutum esse. Verum eñ illud restituisse Ebutius dixit. Nego me Cecinna edicto prætoris restitutum esse. Vbi & ipsum dixti extrita syllaba, figura in uerbo est. Illa quoq; ex eodem genere possunt uideri, quam nos interpositionẽ, uel interclusionem dicimus, græci παρένθεσιν uocant, dũ continuatiõi sermonis medius aliquis sensus interuenit: Ego cũ te (mecũ eñ sæpissime loquit̃) patriæ reddidissem. Cui adijciũt Hyperbaton, nõ illud qđ int tropos esse uoluerũt, sed alter̃, qđ est eius figuræ sententiar̃, quæ ἀποσοφή dicit̃, simile, cũ nõ sensus mutat̃, uer̃ forma eloquẽdi: Decios, Marios, magnosq; Camillos, Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar. Acutius adhuc in Polydoro: Fas oñe abrumpit, Polydor̃ obtruncat, & auro Vi potitur, quid nõ mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Qui tam parua momẽta nominibus discreuerunt, μετάβασιν uocant, quã & aliter fieri putant: Quid loquor, aut ubi sum? Coniunxit aũt παρένθεσιν & ἀποσοφήν Vergilius in illo loco, Haud pcul inde citæ Metium in diuersa quadrigæ Distulerant (at tu dictis Albane maneres) Raptabatq; uiri mendacis uiscera Tullus. Hæc schemata, aut his similia, quæ erunt p mutationem, adiectionẽ, detractionẽ, ordinẽ, & conuertũt in se auditorẽ, nec languere patiunt̃ subinde aliqua notabili figura excitatũ, & habẽt quandam ex illa uitij similitudine gr̃am, ut in cibis interim acor ipse iucũdus est, qđ continget si neq; supra modum multæ fuerint, nec eiusdẽ gñis, aut iunctæ, aut frequentes, quia satietatem ut uarietas ear̃, ita raritas effugit. Illud ẽ acrius genus, qđ non tñ in rõne positũ est loquẽdi, sed ipsis sensibus tum gr̃am tũ etiam uires accõmodat. E qbus primũ sit qđ fit p adiectionẽ, plura sunt gña, nam & uerba geminant̃, uel amplificãdi gratia, ut occidi, occidi nõ Sp. Meliũ. Alter̃ est eñ qđ indicat, alter̃ quod affirmat. Vel miserãdi, ut Ah Corydon, Corydon. Quæ eadẽ figura nonnunq̃ p ironiã ad eleuandũ euertit̃. Similis geminatiõis, post aliquã interiectionẽ, repetitio ẽ, sed paulo etiã uehemẽtior: Bona miser̃ me (cõsumptis eñ lachrymis, tñ infixus aĩo hæret dolor) Bona, inquam, Cn. Pompeij acerbissimæ uoci subiecta pconis. Viuis, & uiuis nõ ad deponendã, sed ad cõfirmandam audaciam. Et ab ijsdẽ uerbis plura acriter & instant̃ incipiũt: Nihil ne te nocturnũ pſidium palatij, nihil urbis uigiliæ, nihil timor populi, nihil cõsensus bonor̃ oĩm, nihil hic munitissimus habẽdi senat⁹ locus, nihil horũ ora uultusq; mouerũt? Et ijsdẽ desinũt: Quis eos postulauit? Appius, qs pduxit? Appius. Quanq̃ hoc exẽplum ad aliud quoq; schema ptinet, cuius initia inter se & fines ijdẽ sunt, quis & qs, Appius & Appius. Quale est: Qui sunt q fœdera sæpe ruperunt? Carthaginẽses. Qui sunt q bellũ crudelissime gesserũt? Carthaginẽses. Qui sunt q Italiam deformauerũt? Carthaginẽses. Qui sunt q sibi ignosci postulant? Carthaginẽses. Etiã in cõtra positis uel cõparatiuis, solet rñdere primor̃ uerbor̃ alterna repetitio, qđ mõ huius esse loci potius dixi: Vigilas tu de nocte, ut tuis cõsultoribus respõdeas, ille, ut eo quò intẽdit, mature cum exercitu pueniat. Te Gallorum, illum buccinarum cantus exuscitant. Tu actionem instituis, ille aciẽ instruit. Tu caues ne cõsultores tui, ille ne urbes, aut castra capiantur. Sed hac gratia non fuit contẽtus orator, uertit in contrariũ eandẽ figurã. Ille tenet &

ſcit ut hoſtium copiæ, tu ut aquæ pluuiæ arceantur. Ille exercitatur in propagandis finibus, tu in regendis. Poſſunt media quoq; rñdere, uel primis, ut Te nemus Angitiæ, uitrea te Fucinus unda. Vel ultimis: Et hæc nauis & onuſta præda Sicilienſi, cũ ipſa quoq; eſſet etiam præda. Nec quiſquam dubitauit idẽ poſſe fieri iteratis utrinq; mediis. Reſpondẽt primis & ultima: Multi & graues dolores inuenti parentibus, & propinquis multi. Eſt et illud repetẽdi gñs, qđ ſemel ꝓpoſita iterat & diuidit: Iphitus & Pelias mecũ, quoꝝ Iphitus æuo Iam grauior, Pelias & uulnere tardus Vlyſſi. ἐπάνοδος dicit̃ græce, noſtri regreſſi onem uocant. Nec ſolũ in eodẽ ſenſu, ſed etiam in diuerſo eadẽ uerba cõtrà ſumunt̃: Principũ dignitas erat penè par, non par fortaſſe eoꝝ qui ſequebant̃. Interim uariatur caſibus hæc & gñibus iteratio: Magnus eſt labor dicendi, magna res eſt. Et apud Rutiliũ longiore περιόδῳ & hæc uitia ſnĩarum ſunt: Pater hic tuus? patrẽ hunc appellas? patris tu huius filius es? Fit caſibus modo hoc ſchema quod πολύπτωτον uocant. Conſtat & aliis etiam modis, ut ꝓ Cluentio: Quod aũt tps ueneni dandi? Vnde illa frequẽtia? per quẽ porrò datũ? unde ſumptũ? quæ porrò interceptio poculi, cur non de integro aũt datum? Hanc rerum coniunctam diuerſitatẽ Cæcilius μεταβολὴν uocat, qualis eſt pro Cluentio locus in Oppianicum. Illum tabulas publicas uiolaſſe, cẽſorias corrupiſſe, decuriones uniuerſi iudicauerunt, cũ illo nemo rationẽ, nemo rem ullam contrahebat, nemo illũ ex tam multis cognatis & affinibus tutorẽ unquã liberis ſuis ſcripſit, & deinceps adhuc multa. Vt hæc in unũ congerunt̃, ita cõtrà illa diſperſa ſunt, quæ à Cicerone diſſipata dici puto: Hic ſegetes, illic ueniunt felicius uuæ, Arborei fœtus, & deinceps. Illa uero apud Ciceronẽ mira figurarum mixtura deprehendit̃, in qua & primo uerbo longo poſt interuallo redditũ eſt ultimũ, & media primis, & mediis ultima congruunt. Veſtrum iam hic factũ deprehendit̃ patres conſcripti non meum, ac pulcherrimum quidem factum, uerum ut dixi, non meũ ſed ueſtrum. Hanc frequentiorẽ repetitionẽ πλοκὴν uocant, quæ fit ex permixtis figuris, ut ſuprà dixi, utq; ſe habet epiſtola ad Brutum: Ego cum in gratiam redierim cũ Appio Claudio, & redierim per Cn. Pompeium, te ego ergo cũ redierim. Et in ĩſdem ſententiis crebrioribus mutata declinationibus iteratione uerboꝝ, ut apud Perſiũ: Vſq; adeo ne Scire tuũ nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter? Et apud Ciceronẽ: Neq; eĩ poterat indicio exhis damnatis qui indicabant̃. Sed ſenſus quoq; toti quẽadmodũ cœperunt, deſinent: Venit ex Aſia, hoc ipſum q̃bonum? Trib. pl. uenit ex Aſia. In eadem tũ periodo & uerbũ ultimum primo referẽ, tertium iam ſermone adiectũ eſt, Veruntũ uenit. Interim ſnĩa quidẽ repetit̃, ſed eodẽ uerboꝝ ordine: Quid Cleomenes facere potuit? Non eĩ poſſum quenq; inſimulare falſò: Quid inq; Cleomenes facere potuit? Prioris ſnĩæ uerbũ ultimũ ac ſequẽtis primũ frequẽter eſt idẽ. q̃ qdẽ ſchemate utunt̃ poetæ ſæpius: Pierides uos hæc facietis maxima Gallo, Gallo, cuius amor tũ mihi creſcit in horas. Sed ne oratores quidẽ raro: Hic tũ uiuit, uiuit? imò etiã in ſenatũ uenit. Aliqñ ſicut in geminatione uerboꝝ diximus, initia quoq; et clauſulæ ſnĩaꝝ aliis, ſed non alio tendẽtibus uerbis, inter ſe cõſonant. Initia hoc mõ: Dederim periculis oĩbus, obtulerim inſidiis, obiecerim inuidiæ. Rurſus clauſulæ, ibidẽ ſtatim: Vos eĩ ſtatuiſtis, uos ſnĩam dixiſtis, uos iudicaſtis. Hoc aliq; μετωνυμίαν, aliq; diſiunctionẽ uocant, utrunq; (etiãſi eſt diuerſum) recte. Nam eſt noĩm idẽ ſignificantiũ ſeparatio. Congregant̃ quoq; uerba idem ſignificantia: Quæ cum ita ſint Catilina, perge quò cœpiſti. Egredere aliqñ ex urbe. Patent portæ, ꝓficiſcere. Et in eundẽ alio lib. Abiit, exceſſit, erupit, euaſit. Hoc Cæcilio πλεονασμὸς uidet̃. i. abundãs ſupra neceſſitatẽ oro, ſicut illa: Vidi oculos ante ipſe meos. In illo eĩ uidi ineſt ipſe. Ver. id ut alio quoq; loco dixi, cũ ſuperuacua onerat̃ adiectione, uitiũ eſt, cũ aũt auget manifeſte ſnĩam, ſicut hic, uirtus: Vidi, ipſe, ante oculos. quot uerba totidẽ ſunt affectus. Cur tñ hæc ꝓprie noĩe tali notarit, non uideo. Nam & geminatio & repetitio & qualiſcunq; adiectio πλεονασμὸς uideri poteſt. Nec uerba modo, ſed ſenſus quoq; idem facientes aceruant̃: Perturbatio iſtũ mẽtis & quædã ſceler. offuſa caligo, & ardentes furiar. faces excitarunt. Congeruntur & diuerſa: Mulier, tyranni ſæua crudelitas, patris amor, ira præceps, temeritas, dementia. Et apud Ouid, Sed graue Nereidũ numẽ, ſed corniger Ammon, Sed quæ uiſceribus ueniebat bel-

lua ponti Exaturanda meis. Inueni qui & hoc uocaret πλοκὴν, cui non assentior, cũ sint uni us figuræ, mixta quoq;, & idem & diuersum significantia, quod & ipm διαλλάγην uocant. Quæro ab inimicis, sint ne hæc inuestigata, comperta, patefacta, sublata, delata, extincta per me. Et inuestigata, comperta, patefacta, aliud ostendunt. Sublata, delata, extincta, sunt inter se similia, sed non etiam prioribus. Et hoc autem exemplum, & superius aliam quoq; efficiunt figuram: quæ quia coniunctionibus caret, dissolutio uocatur, apta cũ qd instantius dicimus. Nam & singula inculcant, & quasi plura fiunt. Ideoq; utimur hac figura non in singulis mõ uerbis, sed sententijs etiam, ut Cicero dicit contra concionẽ Metelli: Qui indicabãtur, eos uocari, custodiri, ad senatũ adduci iussi, in senatu sunt positi. Et totus hic locus talis. Hoc gñs βραχυλογίαν uocant, quæ põt esse copulata dissolutio. Cõtrariũ est schema, quod coniunctionib. abundat. Illud ἀσυνδέτον, hoc πολυσύνδετον dicit. hoc ẽ uel ijsdẽ sæpius repetitis, ut Tectumq; laremq; Armaq; Amycleumq; canem, Cressamq; pharetrã. Vel diuersis: Arma uirumq;. Multũ ille & terris. Multa quoq; & bello. Aduersa quoq; & pronoia uariãtur: Hic illum uidi iuuenẽ: Bissenos cui nostra dies: Hic mihi responsum primus dedit ille petenti. Sed utrũq; horum coaceruatio: etem̃ tantum iuncta aut dissoluta, omnibus scriptores sua noia dederunt, sed uaria, & ut cuiq; fingenti placuit. Fons quidẽ unus, quia acriora facit, & instantiora quæ dicimus, & uim quandã præ se ferentia, uelut sæpius erumpentis affectus. Gradatio quæ dicitur κλῖμαξ, apertiorem habet artem, & magis affectatam, ideoq; esse rarior debet. Est aũt ipsa quoq; adiectionis. Repetit em̃ quæ dicta sunt, & priusquam ad aliud descẽdat, in prioribus resistit. Eius exemplũ ex græco notissimo transferat: Nec hæc dixi quidem, sed nec scripsi, nec scripsi quidẽ, sed nec obij legationẽ, nec obij quidẽ, sed nec persuasi Thebanis, nec psuasi qdẽ. Sunt tñ erudita & latina. Africano uirtutẽ industria, uirtus gloriã, gl'ia æmulos cõparauit. & Caluí: Nõ ergo magis pecuniax repetundax q̃ maiestatis, neq; maiestatis magis q̃ Plautiæ legis, neq; Plautiæ legis magis q̃ ambitus, neq; ambitus magis q̃ omnium legũ iudicia perierũt. Inuenitur apud poetas quoq;, ut apud Homerx de sceptro quod à Ioue ad Agamemnonẽ usq; deducit, & apud nostrum etiam tragicũ: Ioue propagatus est (ut perhibent) Tantalus, ex Tantalo Pelops, ex Pelope aũt satus Atreus, qui nostrũ porrò ppagat gñs. At quæ per detractionẽ fiunt figuræ, breuitatis nouitatisq; maxime gr̃a petunt, quarũ una est ea quam libro proximo in figuras distuli synecdoche, cum subtractũ aliqd uerbũ satis ex cæteris intelligitur, ut Cælius in Antonium: Stupere gaudio * græcus. Simul em̃ audit cœpit. Cicero ad Brutũ: Sermo nullus scilicet nisi de te. Quid em̃ potius? Tũ Flauius, erras inquit tabellarie, & ego ibidem orans inter cœnam exorauí. Cui similia sunt illa meo quidem iudicio, in quibus uerba decenter pudoris gratia subtrahuntur: Nouimus & qui te transuersa tuentibus hirquis. Et quo, sed faciles nymphæ risere, sacello. Hanc quidam apposiopesim putant, frustra. Nam illa quid taceat incertum est, aut certe longiore sermone explicandum. Hic unum uerbum & manifestum quidem desideratur, quæ si aposiopesis est, nihil in quo deest aliquid, non idem appellabitur. Ne ego illud quidem aposiopesim semper uoco, in quo res quæcunque relinquitur intelligenda, ut ea quæ in epistolis Cicero: Data lupercalib. quo die Antonius Cæsari, nihil obticuit, lusitq;, qa nihil hic aliud intellígi poterat, quàm hoc, diadema imposuit. Altera est per detractionem figura, de qua modo dictum est, cui coniunctiones eximunt. Tertia quæ dicitur σωρειτομένον, in qua unũ ad uerbum plures sententiæ referuntur, quarum unaquæque desideraret illud, si sola poneretur. Id accidit aut præposito uerbo ad quod reliqua respiciant: Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Aut illato, quo plura clauduntur: Neque enim is es Catilina, ut te aut pudor unquam à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocauerit. Medium quoque potest esse, quod & prioribus & sequẽtibus sufficiat. Iungit aũt & diuersos sexus, ut cum marẽ fœminamq; filios dicimus. Et singularia pluralibus miscet. Sed hæc adeo sunt uulgaria, ut sibi artẽ figurarũ asserere non possint. Illud planè figura est, qua diuersa sermonis forma coniungit: Socijs tũc arma capessant Edico, & dira bellũ cũ gente gerendũ, Quamuis em̃ pars bellũ posterior participio insistat, utri-

q̄ tñ conuenit illud edico: nã utriq̄ detractionis gr̃a facta coniunctio, συνοικείωσιν uocant, quæ duas res diuersas colligat: Tam deest auaro quod habet q̄ qđ non habet. Huic diuersam uolunt esse distinctionẽ, cui dant nomen παραδιασολήν, qua similia discernunt, Cum te pro astuto sapientem appelles, pro confidente fortẽ, pro illiberali diligentẽ, quod pendet ex finitione, ideoq̄ an figura sit dubito. Cui cõtraria est ea quæ ex uicinia trãsit ad diuersa aut similia: Breuis esse laboro, Obscurus fio, & quæ sequunt. Tertiũ est gñs figurar̃, quæ aut similitudine aliqua uocum, aut parib. aut contrarijs uertunt in se aures & excitãt. Huic nomen est παρονομασία, quæ dicit agnoiatio. Ea non uno mõ fieri solet, sed ex uicinia quadam prædicti noĩs ducta casibus declinat ut Domitius Afer pro Cloantilla. Mulier rerũ omniũ imperita, in oĩbus rebus infelix. Et cum uerbo idem uerbũ plus significanter subiungitur: Quando homo, hostis homo. Quibus exẽplis sum in aliud usus, sed in uno facilis est geminatio. παρωνομασία ei contrariũ est, quod eodẽ uerbo quasi falsum augeat. Quæ lex priuatis hominibus esse lex nõ uidebat. Cui confinis est ἀντανάκλασις eiusdẽ uerbi cõtraria significatio, cũ Proculeius quereret de filio, q̄ is mortẽ suam expectaret, & ille dixisset se uero non expectare: Imò inquit, rogo expectes. Non eodẽ sed ex diuerso uicinum accipit, cũ supplicio afficiendũ dicas, quẽ supplicatione dignũ iudicaris. Aliter quoq̄ uoces aut eædem diuersa in significatione ponunt, aut productione tm̃ uel correptione mutatæ, qđ etiam in iocis frigidũ, equidẽ tradi inter præcepta miror, eorũq̄ exẽpla uitandi potius q̄ imitandi gr̃a pono: Amari iucundũ est, si curet ne qd insit amari. Auiũ dulcedo ad auium ducit. & apud Ouidium: Ludentem cur ego nõ dicam furiare Furiam. Cornificius hanc traductionẽ uocat, uidelicet alterius intellectus ad alterum. Sed elegantius, qđ est positum in distinguendam rei proprietatẽ. Hanc reipub. pestem paulisper reprimi, nõ in perpetuũ comprimi posse. Et quæ præpositionibus in contrariũ mutant. Nõ emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse uideat. Melius atq̄ acrius, quod cũ figura iucundum est, tum etiam sensu ualet. Emit morte immortalitatem. Illa leuior est, Non Pisonũ, sed pistorẽ, & ex aratore orator. Pessimum uero, Ne patres conscripti uideant circunscripti. Raro euenit sed uehementer uenit. Sic contingit, ut aliquis sensus uehemẽs & acer uenustatem aliquam non eodem ex uerbo non dissonam accipiat. Et cur me prohibeat pudor uti domestico exemplo? Pater meus cõtra eum qui se legationi immoriturũ dixerat, deinde uix paucis diebus insumptis re infecta redierat, nõ exigo uti immoriaris legationi, immorare. Nã & ualet sensus ipse, & in uerbis tantũ distantibus iucunde consonat uox, p̃sertim non captata, sed uelut oblata, cũ altero suo fit usus, alter̃ ab aduersario acceperit. Magnæ ueteribus curæ fuit, gratiam dicendi è paribus cõtrarijs acquirere, Gorgias in hoc immodicus, copiosus utiq̄ prima ætate Isocrates fuit. Delectatus est his etiam M. Tullius, uerũ & modũ adhibuit non ingratæ (nisi copia redundet) uoluptati, & rẽ alioquin leuẽ sentẽtiar̃ pondere impleuit. Nam per se frigida & inanis affectatio cũ in acreis incidit sensus, innata uidet eẽ nõ accersita. Similiũ ferè quadruplex rõ est. Nã est primũ, quoties uerbũ uerbo, aut nõ dissimile ualde quærit, ut Puppesq̄ tuæ pubesq̄ tuor̃. Et sic in hac calami tosa fama, quasi in aliqua pniciosissima flãma, &, Non em̃ tã spes laudãda q̄ res ẽ. Aut certe par est extremis syllabis consonans, Non uerbis sed armis, & hoc quoq̄ quoties in sententias acres incidit pulchrum est. Quantũ possis in eo semper experire ut profis, hoc est πάρισον ut plerisq̄ placuit. Cleosteleus πάρισον existimat, qđ sit è membris nõ dissimilibus. Secundũ ut clausula similiter cadat, uel ijsdẽ in ultimam partẽ collatis, ὁμοιοτέλευτον similẽ duarum sniar̃ uel pluriũ finem. Non mõ ad salutẽ eius extinguẽdam, sed etiam gloriam per tales uiros infringendã. Ex quibus ferè sunt, non tm̃ ut semper ultimis consonent, quæ τρίκωλα dicunt, Vicit pudorem libido, timorẽ audacia, rationẽ amentia. Sed in quaternas quoq̄, ac plures hæc ratio ire snias põt. Fit etiam singulis uerbis: Hæc cubat, dolet, piget, pudet, & abijt, excessit, erupit, euasit. Tertium est quod in eosdẽ casus cadit, ὁμοιόπτωτον dicitur. Sed neq̄ quod finem habet similẽ, est ὁμοιόπτωτον, utiq̄ in eundem finẽ uenit ὁμοιοτέλευτον. Est em̃ ὁμοιόπτωτον tantũ casus similis, etiam si dissimilia sint, quæ declinẽtur, nec tm̃ in fine deprehendit, sed respõdent uel prima inter se, uel medijs, uel extremis, uel etiam

permutatis his,ut media primis,& ſumma mediis accommodent,& quocunq; mõ accõmodari poterunt. Nec em̃ ſemper parib.ſyllabis conſtat,ut eſt apud Afrũ, Amiſſo nuper infelicis aulæ ſi nõ pſidia inter pericula,tñ ſolatio uitæ inter aduerſa.Ea uero uident optima,in quibus initia fiñaq; & fines cõſentiunt,ut hic pſidio,ſolatio,& ut penè ſimilia ſint uerbis,& paribus cadant,& eodem mõ definant.Etiam ut ſint(quod eſt quartũ) mẽbris æqualibus,quod ἰσόκωλον dicitur: Si quãtum in agro locisq; deſertis audacia poteſt, tm̃ in foro atq; iudiciis impudẽtia ualeret,ἰσόκωλον eſt,& ὁμοιόπτωτον habet. Non minus nunc in cã cederet Au.Cecinna Sexti Ebuti impudẽtiæ,quã tũ in ui faciẽda ceſſit audaciæ,ἰσόκωλον,ὁμοιόπτωτον,ὁμοιοτέλευτον. Accedit & illa figura græca,qua noſa dixi mutatis caſibus repeti. Non minus cederet q̃ ceſſit. Adhuc ὁμοιοτέλευτον & παρονομασία eſt: Neminẽ poſſe alteri dare matrimoniũ,niſi quẽ penes ſit patrimoniũ. Contrapoſitũ aũt,uel ut quidam uocant,cotentio(ἀντίθετον dicit)non uno fit mõ. Nam & fit ſi ſingula ſingulis opponunt,ut in eo quod mõ dixi: Vicit pudorẽ libido,timorem audacia.Et bina binis. Nõ noſtri ingenij,ueſtri auxilij eſt.Et ſnĩæ ſententiis: Dominetur in concionib.iaceat in iudiciis. Cui cõmodiſſime ſubiungit & ea ſpecies,quam diſtinctionem diximus: Odit populus Ro.priuatam luxuriã,publicam magnificentiam diligit.Et quæ ſunt ſimili caſu,diſſimili ſententia in ultimo locata,ut Quod in tpe mali fuit,nihil obſit,quin quod in cauſa boni fuit,proſit.Nec ſemper contrapoſitum ſubiungitur,ut in hoc: Eſt igitur iudices nõ ſcripta,ſed nata lex. Verum ſicut Cicero dicit,qđ de ſingulis rebus propoſitis refertur ad ſingula,ut in eo qđ ſequitur: Quã non didicimus,accepimus,legimus,uerũ ex natura ipſa,arripuimus,hauſimus,expreſſimus.Nec ſemper qđ aduerſum eſt contraponit,quale ẽ apud Rutiliũ: Nobis primis dij immortales,nobis fruges dederunt,nos quæ ſoli accepimus,in oẽs terras diſtribuimus.Fit etiam aſſumpta illa figura,qua uerba declinata repetunt,quod ἀναβολὴ dicit: Non ut edam uiuo,ſed ut uiuam edo.Et quod apud Ciceronem conuerſum ita eſt,ut cũ mutationẽ caſus habeat,etiam ſimiliter deſinat,ut Sine inuidia culpa plectat, & ſine culpa inuidia ponatur.qđ & eodẽ cludit uerbo,ut qđ dicit de Sexto Roſcio: Etem̃ cum artifex eiuſmodi ſit,ut ſolus dignus uideat eſſe qui ſcenam introeat, tũ uir eiuſmodi ſit,ut ſolus uideatur dignus,qui eo non accedat.Eſt & in nominibus ex diuerſo collocatis ſua gratia: Si conſul Antonius,Brutus hoſtis,ſi conſeruator reipub.Brutus,hoſtis Antonius.Olim plura de figuris quàm neceſſe erat & adhuc erit,qui putet eſſe figurã: Incredibile eſt qđ dico,ſed uerũ,ἀνθυποφορὰν uocant: Et aliquis hoc,Semel tulit,ego bis,ego ter,ἅπαξ ἔφαπαξ, Longius euectus ſum, ſed redeo ad ꝓpoſitũ. Quædã uerboꝝ figuræ paulũ figuris ſnĩaꝝ declinant,ut dubitatio. Nã cum ẽ in re,priori parti aſſignãda eſt,cũ in uerbo ſequẽti: Siue me malitiã,ſiue ſtultitiã dicere oportet.Itẽ correctionis eadẽ rõ eſt.Nam ꝙ illic dubitat,hic emẽdat.Etiam in perſonæ fictione,accidere qdam idẽ putauerunt,ut in uerbis etiam eſſet hæc figura,Crudelitatis ẽ mater auaritia.Et apud Salluſtiũ in Cice. O Romule Arpinas,quale eſt & apud Menandrũ, Oedipus Othryaſius.Hæc oĩa copioſius ſunt executi,qui non ut partẽ operis tranſcurrerunt,ſed proprie libros huic operi dedicauerũt,ſicut Cæcilius,Dionyſius,Rutilius,Cornificius,Viſellius,aliiq; non pauci,ſed nõ minor erit eoꝝ ꝙ uiuunt gloria. Vt fateor aũt uerboꝝ figuras poſſe plures reperiri à quibuſdam,ita iis quæ ab autorib.claris tradunt,meliores non aſſentior. Nam in primis M. Tullius multas in tertio de oratore lib.poſuit,quas in oratore poſtea ſcripto tranſeũdo uidet ipſe damnaſſe,quaꝝ pars eſt,quæ ſnĩaꝝ potius quàm uerboꝝ ſit,ut ĩminutio,improuiſa imago,ſibiipſi reſponſio,digreſſio,permiſſio,contrarium. Hoc em̃ puto qđ dicit ἔνδιάθετον,ſumpta ex aduerſo probatio. Quædam oĩno non ſunt figuræ,ſicut ordo, dinumeratio,circunſcriptio,ſiue hoc noĩe ſignificatur comprehenſa breuiter ſententia, ſiue finitio. Nã Cornificius,atq; Rutilius ſchema λέξεως putant. Verboꝝ aũt concinna tranſgreſſio, id eſt hyperbaton,qđ Cæcilius quoq; putat ſchema,à nobis eſt interpoſita,& mutatio,& ſi ea eſt,quam Rutilius ἀνομοίωσιν uocat,diſſimilitudinẽ oſtendit hominum,rerum,factorũq;,ſi latius fiat,figura non ẽ,ſi anguſtius,in ἀντίθετον cadet. Si uero hæc appellatio ſignificat ὑπαλλαγὴν,ſatis de ea dictum eſt, Qđ uero ſchema eſt ad propoſitum ſubiecta ratio

quod Rutilius ἀπολογίαν uocat, utrũ (nam de illo dubitari possit an schema sit) distributis subiecta rõ? qđ apud eundẽ primo loco positũ est, προσαπόδοσιν dicit, quæ ut maxime seruetur, sanè est in pluribus propositis, quia aut singulis statim ratio subiũcitur, ut est apud Antonium, Sed neq; accusatorẽ eum metuo, qui sum innocens, neq; cõpetitorẽ uereor, q̃ sum Antonius, neq; consulẽ spero, qui est Cicero. Aut positis duobus uel tribus, eodẽ ordine singulis continua reddit, quale apud Brutum de dictatura Cn. Pompeij: Præstat eñ nemini imperare, q̃ alicui seruire: Sine illo eñ uiuere honeste licet, cum hoc uiuẽdi nulla conditio est. Sed uni rei multiplex ratio subiũcit, ut apud Vergiliũ: Siue inde occultas uires & pabula terræ Pinguia concipiũt, siue illis omne per ignem Excoquitur uitiũ, & totus locus: Seu plures calor ille uias, Seu durat magis. Relationẽ qd accipi uelit, nõ liquet mihi. Nam si ἀπαλλαγὴν, aut ἐπάνοδον, aut ἀνάμνησιν dicit, de oĩbus locuti sumus. Sed qc qd est, neq; hæc, neq; superiora in oratore repetit. Sola in eo libro posita, ponit inter figuras uerboꝝ, exclamatio, quam sententiæ potius puto. Affectus eñ est, & cæteris omnibus consentio. Adiũcit his Cæcilius παρίφρασιν, de qua dixi. Cornificius interrogationẽ, ratiocinationem, subiectionẽ, translationem, occultationem. Præterea sententiam, membrũ, articulum, interpretationẽ, conclusionẽ, quorũ priora alterius generis sunt schemata, sequẽtia schemata oĩno non sunt. Itẽ Rutilius præter ea quæ apud alios quoq; sunt schemata, προομολογίαν, ἀναγκαῖον, ἀδοποιΐαν, δικαιολογίαν, πρόληψιν, χαρακτηρισμόν, βραχυλογίαν, παρασιώπησιν, παρρησίαν, de quibus idem dico. Nam eos quidem autores, qui nullum propè finem fecerunt exquirendis nominibus, præteribo, qui etiam quæ sunt argumentoꝝ, figuris ascripserũt. Ego illud de his etiam quæ uere sunt, adiũciã breuiter, sicut ornant oratiões oportune positæ, ita ineptissimas esse, cum immodice petunt. Sunt qui neglecto rerũ pondere, & uiribus sententiaꝝ, si uel inania uerba in hos modos deprauarint, summos se iudicẽt artifices, ideoq; non desinũt eas nectere, quas sine sentẽtia sectari tam est ridiculũ, q̃ quærere habitũ, gestũq; sine corpore. Sed ne hæ quidẽ quæ recte fiunt densandæ sunt nimis. Nã & uultus mutatio, oculorumq; coniectus multum in actu ualet, sed si quis ducere os exquisitis modis, & frontis ac luminum inconstantia trepidare nõ desinat, rideat. Et oratio habeat rectã quandam uelut faciẽ, quæ ut stupere immobili rigore nõ debebit, ita sæpius in ea quã natura dedit, specie continẽda est. Sciendũ uero in primis qd q̃sq; orando postulet locus, quid persona, quid tempus. Maior eñ pars haꝝ figurarum posita est in delectatione. Vbi uero atrocitate, inuidia, miseratione pugnandum est, quis ferat contrapositis, & pariter cadẽtibus, & consimilibus irascentẽ, flentem, rogantẽ? cũ in his rebus cura uerborum deroget affectibus fidem, & ubicunq; ars ostentatur, ueritas abesse uideatur.

De compositione. Caput .IIII.

DE compositione non equidem post Marcum Tullium scribere auderem, cui nescio an ulla pars opis huiꝰ sit magis elaborata, nisi & eiusdẽ ætatis hoies scriptis ad ipm etiam literis reprehẽdere uel collocandi genus ausi fuissent, & post eum plures multa ad eandẽ rem ptinentia memoriæ tradidissent. Itaq; accedam in pleriscq; Ciceroni, atq; in his ero, quæ indubitata sunt breuior, in quibusdam paulũ fortasse dissentiam. Nam etiam cũ iudicium meũ ostendero, suum tñ legentibus relinquam. Neq; ignoro quosdam esse, qui curam oẽm cõpositiõis excludant, atq; illum horridum sermonem ut fortè effluxerit, mõ magis naturalem, mõ etiam magis uirilem esse contẽdant. Qui si id demũ naturale esse dicunt, qđ à natura primũ ortum est, & quale ante cultũ fuit, tota hæc ars orãdi subuertet. Neq; eñ locuti sunt ad hãc regulã & diligentiã primi hoies, nec pœmiis p̃parare, docere expositiõe, argumẽtis p̃bare, affectib. cõmouere scierũt. Ergo ñs oĩbus, nõ sola cõpositiõe caruerunt: quoꝝ si fieri nihil melius licebat, ne domibus quidẽ casas, aut uestibus pelliũ tegmina, aut urbibus mõtes ac syluas mutari oportuit. Quæ porrò ars statim fuit? qd non cultu mitescit? cur uites coercemꝰ manu? cur eas fodimus? rubos aruis excidimꝰ? terra & hæc generat. Mansuefacimus animalia? indomita nascunt. Veꝝ id est maxie naturale, qđ fieri natura optime patit. Fortius uero qui incompositũ potest esse, q̃ iunctũ & bene collocatũ? Neq; si parui pedes uim detrahant rebus, ut Sotadeoꝝ, & Callimachioꝝ, & quoꝝ

dam in oratione simili pene licentia lasciuientium, compositionis est iudicandum. Cæterum quanto uehementior fluminum cursus est prono alueo, ac nullas moras obiiciẽte, q̃ inter obstantia saxa fractis aquis ac reluctantibus, tanto quæ connexa est, & totis uiribus fluit, fragosa atq; interrupta melior oratio. Cur ergo uires ipsas specie solui putẽt, quãdo nec ulla res sine arte satis ualeat, & comitet semper artem decor? An non eam quæ emissa optime est, hastam speciosissime contortam ferri uidemus? & arcu dirigentiũ tela quo certior manus, hoc est habitus ipse formosior? Iam in certamine armoꝝ, atq; in oñi palæstra quid satis recte cauet ac petitur, cui non artifex motus, & certi quidam pedes adsint? Quare mihi compositione uelut amentis quibusdam neruis ue intendi & concitari sniæ uidentur. Ideo eruditissimo cuiq; persuasum est, ualere eam q̃plurimum, non ad delectationem mõ, sed ad motum quoq; animoꝝ. Primum quia nihil intrare potest in affectum, qđ in aure uelut quodã uestibulo statim offendit. deinde ꝙ natura ducimur ad modos. Neq; eñ aliter eueniret, ut illi quoq; organorum soni, quanq̃ uerba non exprimunt, in alios tamen atq; alios motus ducerent auditorem. In certaminibus sacris non eadem ratione concitant animos ac remittunt, nec eosdem modos adhibent cum bellicũ est canendum, & cum posito genu supplicandum. Nec idem signorũ concentus est procedente ad prælium exercitu, idem receptui carmen. Pythagoræis certe moris fuit, & cum euigilassent, animos ad lyram excitare, quo essent ad agendum erectiores, & cum somnũ peterent, ad eandem prius lenire mentes, ut siquid fuisset turbidiorum cogitationum, componerent. Quod si numeris & modis inest quædam tacita uis in oratione eo uehementissima, quantumq; interest sensus idem quibus uerbis efferatur, tñ uerba eadem qua cõpositione uel in exitu iungantur, uel fine claudantur. Nam quædam & sententiis parua, & elocutione modica, uirtus hæc sola commendat. Deniq; quod cuiq; uisum erit uehementer, dulciter speciose dictũ, soluat, & turbet, abierit omnis uis, iucunditas, decor. Soluit quædam sua in oratore Cicero. Nam neq; me diuitiæ mouent, quibus oẽs Africanos & Lælios, multi uenalitij mercatoresq; superarunt, & insequentes deinceps periodos: quas si ad illum modũ perturbes, uelut fracta aut transuersa tela proieceris. Idem corrigit quæ à Graccho cõposita durius putat: Illum decet, nos hac simus probatione contenti, ꝙ in scribendo quæ se nobis solutiora obtulerint, componemus. Quid eñ attinet eoꝝ exempla quærere, quæ sibi quisque experiri potest? Illud notasse satis habeo, quo pulchriora & sensu & elocutione dissolueris, hoc orationem magis deformẽ fore, quia negligentia collocationis ipsa uerborum luce deprehenditur. Itaq; ut cõfiteor penè ultimam oratoribus artem compositionis, quæ perfecta sit, contigisse, ita illis priscis habitam inter curas, inquantum adhuc profecerãt, puto. Neq; eñ mihi quamlibet magnus autor Cicero persuaserit Lysiam, Herodotum, Thucydidem, parum studiosos eius fuisse. Genus fortasse sint secuti nõ idem qđ Demosthenes, aut Plato, quanquam & ij ipsi inter se dissimiles fuerũt. Nam neq; illud in Lysia dicendi textum tenue, atq; rarum lætioribus numeris corrũpendum erat. Perdidisset enim gratiam, quæ in eo maxima est, simplicis atq; inaffectati coloris, perdidisset fidẽ quoq;. Nam scribebat aliis, non ipse dicebat, ut oportuerit esse illa rudibus & incompositis similia, quod ipsum compositio est. Et historiæ (quæ currere debet ac ferri) minus cõ uenissent intersistentes clausulæ, & debita actionibus respiratio, & cludendi, inchoandiq; sententias ratio. In concionibus quidem etiam similiter cadentia quædam & contraposita deprehendas, in Herodoto uero cum omnia (ut ego quidem sentio) leniter fluunt, tñ ipsa διάλεκτος habet eam iucũditatem, ut latentes etiam numeros cõplexa uideatur. Sed de propositorum diuersitate post paulum. Nunc quæ prius iis qui recte componere uolent, discenda sint. Est igitur ante oñia oratio, alia iuncta atq; contexta, soluta alia, qualis in sermone & epistolis, nisi cum aliquid supra naturam suam tractant, ut de philosophia, de repub. similibusq;. Quod non eo dico, quia non illud quoq; solutum habeat suos quosdam, & forsitan difficiliores etiam pedes: neq; enim aut hiare semper uocalibus, aut desitui tpibus uolũt sermo & epistola, sed non fluũt, nec cohærẽt, nec uerba de uerbis trahũt, ut potius laxiora in his uincula q̃ nulla sint, Nõnunq̃ in causis quoq; minoribus decet ea-

dem ſimplicitas, quæ non illis ſed aliꝭ utiť numeris, diſſimulatq́ eos, & tm̃ communiť occultius. At illa cõnexa ſeries tres habet formas, inciſa, quæ κόμματα dicũtur, membra, quæ κῶλα, & περίοδον, quæ eſt uel ambitus, uel circũductum, uel cõtinuatio, uel cõcluſio. In oĩ porro cõpoſitione tria ſunt neceſſaria, ordo, iũctura, numerus. Primũ igiť de ordine. Eius obſeruatio in uerbis eſt ſingulis, & cõtextis. Singula ſunt quæ diximus ἀσύνθετα: In his ca uendũ eſt ne decreſcat oratio, & fortiori ſubiungať aliquid infirmius, ut ſacrilego fur, aut latroni petulans. Augeri eñ debent ſentẽtiæ & inſurgere, ut optime Cice. Tu, inquit, iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corpis firmitate. Aliud eñ maius alio ſupue nit. At ſi cœpiſſet à toto corpore, nõ bñ ad latera faucesq́ deſcenderet. Eſt & alius naturalis ordo, ut uiros ac fœminas, diẽ ac noctẽ, ortũ & occaſum dicas potius, q̃ retrorſum. Quædam ordine ꝑmutato fiunt ſupuacuo, ut fratres gemini. Nam ſi ꝑceſſerint gemini, fratres addere nõ eſt neceſſe. Illa q̃q́ nimia quorũdam fuit obſeruatio, ut uocabula uerbis, uerba rurſus aduerbiꝭ, noĩa appoſitis, & ꝓnominibus rurſus eſſent priora. Nam fit cõtrà quoq́ frequenť nõ indecore. Necnõ & illd̃ nimiæ ẽ ſupſtitionis, ut quæq́ ſint tpe, ea etiã facere ordine priora, non qn frequenť fit hoc melius, ſed qa interdũ plus ualẽt añ geſta, ideoq́ le uioribus ſupponenda ſunt. Verbo ſenſum cludere multo, ſi cõpoſitio patiať, optimũ ẽ. In uerbis eñ ſermõis uis ineſt. At ſi id aſperꝫ erit, cedat hæc rõ nũeris, ut fit apud ſũmos græcos, latinoſq́ oratores frequẽtiſſime. Sine dubio eñ oĕ qd̃ non cludet, hyperbaton ẽ. Iꝑm hoc inter tropos uel figuras, quæ ſunt uirtutis, receptũ eſt. Non eñ ad pedes uerba dimẽſa ſunt. Ideoq́ ex loco transferunť in locũ, ut iunganť, quo cõgruunt maxime, ſicut in ſtructura ſaxoꝫ rudiũ, etiã ipſa enormitas inuenit cui applicari, & in quo poſſit inſiſtere. Feliciſſimus tñ ſermo eſt, cui & rectus ordo, & apta iũctura, & cũ ĩs nũerus opportune cadẽs contingit. Quædam uero tranſgreſſiones & longæ ſunt nimis, ut in ſupioribus diximus libris, & interim etiam cõpoſitione uitioſæ, quæ in hoc ipm̃ petunť, ut exultent atq́ laſciuiant, quales illæ Mecœnatis: Sole & aurora rubẽt plurima, inť ſacra mouit aqua fraxinos. ne exequias quidẽ unus inter miſerrimos uideꝛ meas. Quod inter hæc peſſimũ eſt, quia in re triſti ludit cõpoſitio. Sæpe tñ eſt uehemens aliquis ſenſus in uerbo, qd̃ ſi in media pteſiñæ latet, tranſiri intẽtione, & obſcurari circũiacentibus ſolet, in clauſula poſitũ aſſignať auditori & infigiť, quale illud Ciceronis: Vt tibi neceſſe eſſet in conſpectu populi Romani uomere poſtridie. Transfer hoc ultimũ, minus ualebit. Nam totius ductus hic eſt quaſi mucro, ut ꝑ ſe fœdæ uomẽdi neceſſitati, iam nihil ultra expectantibꝰ, hãc quoq́ adñceret deformitatẽ, ut cibus teneri non poſſet poſtridie. Solebat Afer Domitius trañcere in clauſulas uerba tm̃ aſperandæ cõpoſitionis gr̃a, & maxime in ꝓœmiꝭ, ut pro Cloantilla: Gratias agam cõtinuo, & ꝓ Lælia: Eis utriſq́ apud te iudicẽ periclitať Lælia. Adeo refugit teneram delicatamq́ modulãdi uoluptatẽ, ut occurrẽtibus per ſe nũeris, quo eos inhiberet, obñceret. Amphibologiã quoq́ fieri uitioſa locatiõe uerboꝫ, nemo eſt q̃ neſciat. Hæc arbitror, ut in breui, de ordine fuiſſe dicenda: q̃ ſi uitioſus eſt, licet & iuncta ſit, & apte cadẽs oro, tñ merito incompoſita dicať. Iunctura ſequitur. Ea eſt in uerbis, inciſis, mẽbris, periodis. Oĩa nãq́ iſta & uirtutes, & uitia in cõplexu habẽt. Atq́ ut ordinẽ ſequar, primũ quæ imperitis quoq́ ad reꝑhenſionẽ notabilia uidenť, id eſt quæ cõmiſſis inť ſe uerbis duobus ex ultima prioris, ac prima ſequẽtis ſyllaba, deforme aliqd̃ nomẽ efficiũt. Tum uocaliũ cõcurſus, q̃ cũ accidit, hiat & interſiſtit, & quaſi laborat oro: Peſſime lõge, quæ eaſdẽ inť ſe literas cõmittunt, ſonabũt. Præcipuus tñ erit hiatus eaꝫ, quæ cauo aut patulo maxĩe ore eferunť. E plenior litera ẽ, i anguſtior, ideoq́ obſcurius in his uitiũ. Minus peccabit q̃ lõgis breues ſubñciet, & adhuc q̃ ꝑponet lõgæ breuẽ. Minima eſt in duabus breuibus offenſio. Atq́ cum aliæ ſubiunguntť aliꝭ, perinde aſperiores erũt, ꝑut oris hiatu ſimili, aut diuerſo ꝓnunciabunť. Nõ tñ id ut crimẽ ingẽs expaueſcendũ eſt, ac neſcio an negligentia in hoc, an ſolicitudo ſit peior. Inhibeat eñ neceſſe eſt hic metus impetum dicẽdi, & à potioribus auertat. Quare ut negligentiæ eſt hoc pati, ita humilitatis ubiq́ perhorreſcere, nimioſq́ non immerito in hac cura putant oĩes Iſocratem ſecutos, præcipueq́ Theopompum. At Demoſthenes, & Cicero modice reſpexerũt in hanc partem. Nam & coeũtes literæ, quæ

ἀναλοιφὴ dicit, etiam leniorem faciunt orationẽ, q̃ si oĩa uerba suo fine cludant, & nonnũ quã hiulca etiam decẽt, faciuntq; ampliora quædã, ut pulchra oratione apta oĩno iactare, tum longæ p se, & uelut optimæ syllabæ aliquid etiam medij tpis int uocales quasi interfistatur assumũt. Qua de re utar Ciceronis potissimũ uerbis: Habet (inquit ille) tanq̃ hiatus & concursus uocaliũ molle quiddam, & qd indicet non ingratam negligẽtiam de re hoĩs magis quã de uerbis laborantis. Cæteræ consonantes quoq;, eæq; præcipue quæ sunt aspiores, in cõmissura uerboꝝ rixant, & s ultima cũ x proxima, quaꝝ tristior, etiã si binæ collidant, stridor est, ut ars studioꝝ, quæ fuit causa & Seruio (ut dixi) subtrahẽdæ s literæ, quoties ultima esset, aliaq; cõsonante suscipereť, quod reprehendit Lauranius, Messala defendit. Nam neq; Luciliũ putant uti eadẽ ultima, cũ dicit, Serenu' fuit, & dignu' loco. Quin etiam Cic. in oratore plures antiquoꝝ tradit sic locutos. Inde Belligerare pe' meridiẽ, & illa Censorij Catonis, Die hanc, æque m lra in e mollita, quæ in ueteribus libris repta mutare impiti solẽt: & dum librarioꝝ insciti am insectari uolũt, suam confitent. Atqui eadem illa litera quoties ultima est, & uocalẽ uerbi sequẽtis ita cõtingit, ut in eam trãfire possit, etiam si scribit, tñ parum exprimit, ut multũ ille, & Quantũ erat, adeo ut pene cuiusdam nouæ literæ sonũ reddat. Neq; em̃ eximitur, sed obscurat, & tm̃ aliqua inter duas uocales uelut nota ẽ, ne ipsæ coeant. Videndũ etiam ne syllabæ uerbi prioris ultimæ, sint primæ sequẽtis. Id ne quis p̃cipi miret, Cicer. in epistolis excidit: Res mihi inuisæ uisæ sunt Brute. Et in carmine: O fortunatã natam me consule Romã. Etiam monosyllaba si plura sunt, male continuabunt, qa necesse est cõpositio multis clausulis cõcisa subsultet. Ideoq; etiam breuiũ uerboꝝ ac noĩm uitanda cõtinuatio, & ex diuerso quoq; longoꝝ. Afferũt em̃ quandam dicẽdi tarditatẽ. Illa quoq; uitia sunt eiusdẽ loci, si cadẽtia similit, & similit desinẽtia, & eodem mõ declinata multa iungant. Ne uerba quidẽ uerbis, aut noĩa nominibus, similiaq; ĩs cõtineri decet, cũ uirtutes etiam ipsæ tædiũ pariant, nisi gra uarietatis adiutæ. Membrorum incisorũq; iunctura non eo mõ est obseruanda, quo uerboꝝ, quanq̃ & in his extrema & prima coeũt. Sed plurimũ refert cõpositionis, quæ q̃bus anteponas. Nã & uomẽs frustis esculẽtis uinũ redolentibus gremiũ suũ, & totũ tribunal impleuit. Et cõtrà (nã frequẽtius utar ĩsdẽ diuersaꝝ quoq; rerum exẽplis, quo sint magis familiaria) saxa atq; solitudines uoci rñdent, bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atq; cõsistunt. Magis id insurgebat si uertereť. Nam etsi plus est saxa q̃ bestias cõmoueri, ineſt tñ compositione decor. Sed transeamus ad numeros. Oĩs structura, ac dimẽsio, & copulatio uocum, constat aut numeris (nũeros ῥυθμοὺς accipi uolo) aut μέτρῳ, id est dimẽsione quadã. Qd etiam si cõstat utrũq; pedibus, habet tñ non simplicẽ differẽtiam. Nam rhythmi, id est nũeri spatio tpm constant, metra etiam ordine, ideoq; alteꝝ esse quantitatis uideť, alterũ qualitatis. ῥυθμὸς aut par ẽ, ut dactylus. Vnã em̃ syllabam parẽ breuibus habet. Est quidẽ uis eadẽ & alĩs pedibus, sed nomẽ illud tenet. Longam esse duoꝝ tpm, breuẽ unius, etiam pueri sciunt: Aut sesquiplex, ut pæon, cuius uis ẽ ex lõga & tribus breuibus, quiq; ei cõtrarius ex tribus breuibus & lõga, uel alio quoquo mõ, tpa tria ad duo relata sesquiplum faciũt: Aut duplex, ut iãbus. Nam est ex breui & lõga, quiq; ẽ ei contrarius. Sunt hi & metrici pedes, sed hoc interest, q rhythmo indifferẽs est, dactylus ne ille priores habeat breues, an sequẽtes. Tempus em̃ solum metit, ut à sublatione ad positionẽ ĩsdem sit spatĩs pedũ. In uersu p dactylo poni nõ poterit anapæstus, aut spondeus, nec pæon eadẽ ratione à breuibus incipiet ac definet. Neq; solũ alium pro alio pedẽ metroꝝ ratio non recipit, sed ne dactylum quidẽ, aut forte spondeũ, alterum p altero. Itaq; si quinq; continuos dactylos (ut sunt in illo, Panditur interea domus oĩpotentis olympi) confundas, solueris uersum. Sunt & illa discrimina, q rhythmis libera spatia, metris finita, & his certæ clausulæ, illi quo mõ cœperint currũt usq; ad μεταβολὴν, id est transitũ in aliud genus rhythmi. Et q metrũ in uerbis mõ, rhythmos etiam in corporis motu est. Inania quoq; tpa rhythmi facilius accipient, quanq̃ hæc & in metris accidũt, maior tñ illic licẽtia est, ubi tẽpora etiam animo metiunt, & pedũ & digitoꝝ ictu iterualla signant qbusdam notis, atq; æstimant quot breues illd spatiũ habeat, inde τετράσημον, πεντάσημον. Deinceps lõgiores fiunt pcussiones, Nam σημεῖον tẽpus

est unũ. In cõpositione orationis certior, & magis oĩbus apta seruari debet dimẽsio. Est igit in pedibus. Et metrici quidẽ pedes adeo reperiunt in oratione, ut in ea frequẽter non sentientibus nobis, oĩm generum excidant uersus. Et contrà, nihil est ꝓsa scriptũ quod nõ redigi possit in quædam uersiculoꝝ gña. Sed ĩ adeo molestos incidimus grãmaticos, quo rũ fuerunt, q lyricoꝝ quædam carmĩa in uarias mẽsuras coegerũt. At Cic. frequẽtissime dicit totũ hoc constare nũeris, ideoq; reꝓhenditur à qbusdam, tanq; oronem ad rhythmos alliget. Nam sunt nũeri rhythmi ut & ipse constituit, & secuti eũ Vergilius, cũ dicit, Numeros memini si uerba tenerẽ, & Horat. Numerisq; ferẽ Lege solutis. Inuadũt ergo hanc inter cæteras uocem. Neq; em̃ Demosthenes fulmina tantopere uibrasse diceret, nisi numeris cõtorta ferrent. In quo si hoc sentit, rhythmis cõtorta, dissẽtio. Nam rhythmi, ut dixi, neq; finẽ hũt certũ, nec ullam in cõtextu uarietatẽ, sed qua cœperũt sublatione ac positione, ad finẽ usq; decurrũt. Oratio non descẽdit ad strepitum digitoꝝ: Idqđ Cic. optime uidet, ac testat frequent se quod numerosum sit quærere, ut magis non ἀρυθμόν, quod esset inscitum atq; agreste, q̃ εὔρυθμόν, qđ poeticum est, esse cõpositionẽ uelit, sicut etiã quos palæstritas esse nolumus, tñ esse nolumus eos, qui dicunt ἀπάλαυστα. Veꝝ ea quæ efficitur è pedibus æqua cõclusio, nomẽ aliqđ desiderat. Quid sit igit potius q̃ nũerus, & oatorius nũerus, ut enthymema rhetoricus syllogismus? Ego certe ne in calũniam cadam, qua ne M. quidẽ Tulli. caruit, posco hoc mihi, ut cũ ꝓ cõposito dixero numeꝝ, & ubicũq; iam dixi, oratoriũ dicere intelligar. Collocatio autẽ uerba iam probata, & electa, & uelut assignata sibi debet cõnectere: nam uel dura inter se cõmissa potiora fiũt inutilibus. tamẽ & eligere quedã, dũ ex ĩs quæ idem signficent, atq; idem ualeãt, permiserim, & adĩcere dum nõ otiosa, & detrahere dũ non necessaria. Sed & figuris mutare & casus & numeros, quorum uarietas frequenter gratia compositionis adscita etiã sine numero solet esse iucũda: Etiam ubi aliud rõ, aliud cõsuetudo poscit, utꝝ uolet sumat cõpositio, Vitauisse uel uitasse, deꝓhendere uel deprendere. Coitus etiam syllabaꝝ nõ negabo, & quicqd sentẽtĩs aut eloquẽtiæ non nocebit. Præcipuũ tñ in hoc opus est, scire quid quoq; loco uerboꝝ maxĩe quadret. Atq; is optime cõponet, q hoc solũ componẽdi gratia faciet. Ratio uero pedũ, in oone est multo q̃ in uersu difficilior. Primum ꝙ uersus paucis continẽt, oratio lõgiores habet sæpe circuitus. Deinde ꝙ uersus sp similis sibi est, & una rõne decurrit, orationis cõpositio nisi uaria est, & offendit similitudine, & affectatione deꝓhenditur. Et in oĩ quidẽ corpore totoq; (ut ita dixerim) tractu nũeris inserta est. Neq; em̃ loq possumus è syllabis breuibus ac lõgis, ex quibus pedes fiunt. Magis tñ & desiderat in clausulis, & apparet, primum quia sensus oĩs habet suum finẽ, possidetq; naturale interuallũ, quo à sequẽtis initio diuidat. Deinde ꝙ aures continuam uocẽ secutæ, ductæq; uelut prono decurrẽtis orationis flumine, tũ magis iudicant, cũ ille impetus stetit, & intuendi tps dedit. Non igitur dur̃ sit neq; abruptum, quo animi uelut respirant ac reficiunt, hæc est sedes orationis, hoc auditor expectat, hic laus oĩs declamat. Proximam clausulis diligẽtiam postulãt initia, nam & ad hæc intẽtus auditor est. Sed eoꝝ facilior rõ est. Non em̃ cohærent alĩs, nec præcedentibus seruiunt, sed nouũ exordiũ sumunt, cũ illa quamlibet fit cõposita, ipsam gr̃am pdat, si ad eam rupta uia ueniamus. Nanq; cũ sit, ut uidet, seuera Demosthenis compositio, πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, & illa quæ ab uno (qđ sciã) Bruto minus probat, cæteris placet, κἂν μήπω βαδίζοιμεν αὐτοῦ ζῆν, non desunt q Ciceronem carpant in his, Familiaris cœperat esse balneatori, & nõ minus dura archipiratæ, nã balneatori & archipiratæ idẽ finis est, q πᾶσι καὶ πάσαις, & q αὐτοῦ ζῆν, sed priora sunt, ideo seueriora. Est in eo quoq; nõnihil, ꝙ hic singulis uerbis bini pedes continent, qđ etiam in carminibus est ꝓmolle, nec solũ ubi quinæ syllabæ nectunt, ut in his, Fortissima Tyndaridaꝝ, sed etiam ubi quaternæ, cũ uersus cludit, Apennino, & armamẽtis, & Oriona. Quare hoc quoq; uitandum est, ne plurium syllabarũ uerbis utamur in fine. Medĩs quoq; non ea mõ cura sit, ut int se cohæreant, sed ne pigra, ne lõga sint, ne qđ nunc maximum uitiũ est, breuium contextu resultent ac sonum reddant pene puerilium crepitaculorũ. Nam ut initia clausulæq; plurimũ momenti habẽt, quoties incipit sensus aut definit, sic in medĩs quoq;

sunt quidam conatus qui leuiter interfistũt. Vt currẽtium pes etiam si non moratur, tñ uestigium facit. Itaq; non mõ mẽbra atq; incisa bñ incipere atq; cludi decet, sed etiam in his quæ non dubie cõtexta sunt, nec respiratione utunt illi uel occulti gradus (Quis enim dubitet unũ sensum & unius spiritus esse?) Animaduerti iudices oẽm accusatoris orationem in duas diuisam esse partes. Tñ & duo prima uerba, & tria ꝓxima, & deinceps duo rursus, ac tria, suos quasi numeros habent spiritũ sustinẽtes, sicut apud rhythmicos æstimant hæ particulæ, ꝓut sunt graues, acres, lentæ, celeres, remissæ, exultantes. Proinde id qđ ex illis conficit, aut seuerꝫ, aut luxuriosum, aut quadratũ, aut solutũ erit. Quædam etiã clausulæ sunt claudæ atq; pendẽtes si relinquant, sed sequẽtibus suscipi ac sustineri solẽt, eoq; facto uitiũ qđ erat in fine, cõtinuatio emẽdat. Non uult P. R. obsoletis criminibus accusari Verrem, duꝫ si desinas, sed cũ ẽ continuatũ ijs quæ sequunt, quanq; natura ipsa diuisa sint, Noua postulat, laudita desiderat, saluus est cursus. Vt adeas tm̃ dabis, male cluderet: nã & trimetri uersus pars ultima ẽ, excipit, Vt cibũ uestitumq; introferre liceat tm̃, ꝑceps adhuc firmatur ac sustinet ultima, Recusabat nemo. Versum in oratione fieri multo fœdissimũ est totũ, sicut etiam in parte deforme, utiq; si pars posterior in clausula deprehendat, aut rursus prior in ingressu. Nam qđ est contra, sæpe etiã decet, qa & cludit interim optime prima ps uersus, dũ intra paucas syllabas, ꝑcipue senarij atq; octonarij. In Aphrica fuisse, initiũ senarij est, primũ ꝑ Q. Ligario caput cludit, Esse uideat. Nam nimis frequẽs octonariũ in choat. Talia sunt Demosthenis, πᾶσι & πᾶσας ἢ πᾶσιν ὑμῖν ὅσκρ εὖνοιαν, & totũ pene principium. Et ultima uersuũ initio conueniũt oratonis. Et si uereor iudices. & Animaduerti iudices. Sed initia initijs nõ conueniũt. Tit. Liuius hexametri exordio cœpit, Facturus ne operæ pretium sim. Nam ita edidit, estq; melius q̃ quõ emendatur. Nec clausulæ clausulis, ut Cic. Quo me uertam nescio, q trimetri finis est, trimetrum & ꝓ misero dicere liceat. Sex eñ pedes tres ꝓcussiones habẽt. Peius claudit finis hexametri, ut Brutus in epistolis: Neq; eñ illi malũt habere tutores aut defẽsores, quanq; sciũt placuisse Catoni. Illic minus sunt notabiles, qa hoc genus sermoni proximũ est. Itaq; & uersus hi fere excidũt, quos Brutus ipso cõponendi ductus studio sæpissime facit, nõ raro Asinius. Sed etiam Cice. nonnunq;, ut in principio statim oratonis in Lucium Pisonẽ: Prò dij immortales, quis hic illuxit dies? Non minore aũt cura uitandum est, quicquid εὐρυθμόν, quale est apd Sallustiũ: Falso quæritur de natura sua. Quamuis eñ uincta sit, tamẽ soluta uideri debet oratio. Atq; Plato dili gentissimus cõpositionis in Timæo prima statim parte uitare ista non potuit. Nam & initiũ hexametri statim iuenias, & anacreontion ꝓtinus colon efficias, & si uelis trimetron, & qđ duobus pedibus, & parte, πρωτομέτρια à græcis dicit, & hæc oẽia in tribus uerbis, ut Thucydidis, ξὺν ἐρύμασι καρτερῷ ἐφάνη, ex mollissimo rhythmorum gñe excidãt. Sed quia orationem iam cõstare pedibus dixi, aliqua de ijs quoq;, quoniam nomina uaria tradunt, constituendum est, quo quenq; appellemus, & quidem Ciceronem sequar: nam is eminentissimos græcorꝫ est secutus, excepto q ꝑ pedes mihi trisyllabos non uidet excedere, quanq; ille pæone dochimoq;, quorum prior in quatuor, secũdus in quinq; excurrit, utatur. Nec tamẽ ipse dissimulat quibusdam numeros uideri non pedes, neq; immerito. Quicquid eñ supra tris syllabas, id est ex pluribus pedibus. Ergo cũ constent quatuor pedes binis, octo ternis, spondeum longis duabus, pyrrhichiũ, quẽ alij periambum uocant, breuibus, iambum breui longaq;, huic contrariũ è longa & breui, hunc choreum nos, ut alij trochæum, nominemus. Ex ijs uero q ternas syllabas habent, dactylũ, longa duabusq; breuibus, huic tẽporibus parem, sed retro actum, appellari constat anapæston. Media inter lõgas breuis faciet amphimacrum, sed frequẽtius eius nomẽ est creticus. Lõga inter breues, amphibrachys. Duabus longis breuẽ sequentibus bacchius, totidem longis breuem præcedẽtibus, huic contrarius palimbacchius erit. Tres breues trochæum, quẽ tribrachyn dici uolũt, q choreo trochæi nomen imponunt, totidẽ longæ molosson efficiunt. Horum pedum nullus non in orationem uenit: Sed quo quiq; sunt tẽporibus pleniores, longisq; syllabis magis stabiles, hoc grauiorem faciunt orationẽ, breues celerẽ ac mobilẽ. Vtrunq; locis utile. Nam & illẽ ubi opus est uelocitate, tardum & segne, & hoc ubi pondus exigit, præceps

ac resultans merito damnet. Sit in hoc quoq; aliqd fortasse momenti, q & longis longiores, & breuibus sunt breuiores syllabæ, ut quamuis neq; plus duobus tẽporibus, neq; uno minus habere uideant (Ideoq; in metris omnes breues lõgæq; inter se obsessæ sunt pares) lateat tñ nescio quid, si quicq; superfit aut desit. Nam uersuum propria conditio est, ideoq; in his quædam etiam communes. Veritas uero quia patit æque breuem esse uel longam uocalem cum est sola, q̃ cum eam cõsonantes una plures ue præcedũt, certe in dimẽsione pedum, syllaba quæ est breuis insequente alia uel breui, quæ tamẽ duas primas consonantes habeat, fit longa, ut Agrestẽ tenui musam meditaris auena. Nam licet gre breuis, facit tamen longam a priorẽ. Dat igitur illi aliquid ex suo tẽpore, quomodo? nisi habeat plus quàm quæ breuissima, qualis ipsa esset detractis consonantibus, nunc unum tẽpus accommodat priori, & unũ accipit à sequẽte, ita duæ natura breues, positione sunt tempor̃ quatuor. Miror autẽ in hac opinione doctissimos homines fuisse, ut alios pedes ita eligerẽt, ut alios damnarẽt, quasi ullus esset quẽ nõ sit necesse in or̃one deprehendi. Licet em̃ pæonẽ sequat Ephorus inuentũ à Thrasymacho, probatũ ab Aristotele, dactylumq;, ut tẽperatiores breuibus, ac longis, fugiat spondeũ & trochæum, alterius tarditate, alterius celeritate damnata, & herous q est idem dactylus, Aristoteli amplior, iambus humanior uideatur, trochæum ut nimis currẽtem damnet, eiq; chordacis nomẽ imponat, eademq; dicant Theodectes ac Theophrastus, similia post eos Halicarnasseus Dionysi⁹, irrumpẽt etiam ad initos, nec sp illis heroo aut pæone suo: quẽ quia uersus raro facit, maxime laudãt, uti licebit. Vt sint tñ alĩs alĩ crebriores, non uerba faciẽt, quæ neq; augeri, nec minui, nec sicut modulatione ꝓduci aut corripi possint, sed transmutatio & collocatio. Plericq; em̃ ex commissuris eor̃, uel diuisione fiũt pedes, quo fit ut ĩsdẽ uerbis alĩ atq; alĩ uersus fiant, ut memini quẽdam non ignobilẽ poetam ita lusisse: Astra tenet cælũ, mare classes, area messem. Hic retrorsum fit soradeus. Itemq; sotadeo adiũgat retro trimetros. Caput exeruit mobile pinus repetita. Miscẽdi ergo sunt, curandũq; ut sint plures q placeant, & circũfusi bonis deteriores lateant. Nec uero in literis syllabisq; natura mutat, sed refert quæ cũ qua optime coeat. Plurimum igit autoritatis (ut dixi) & ponderis habẽt lõgæ, celeritatis breues: quæ si miscent quibusdam lõgis, currũt, si cõtinuant, exultant. Acres quæ ex breuibus ad longas insurgũt: leniores quæ à longis in breues descendũt. Optime incipit à lõgis, recte aliq̃ à breuibus, ut Nouum crimẽ C. Cæsar. Ieuius, ut aĩaduerti iudices, pro Cluentio, qd̃ initium eius partitioni simile est, quæ celeritate gaudet. Clausula quoq; è lõgis firmissima est, sed cludẽt & breues, quamuis habeat indifferẽs ultima. Neq; em̃ ego ignoro in fine ꝓ longa accipi breuem, q uidet aliquid uacantis tpis, ex eo qd̃ insequitur, accedere, aures tñ consulẽs meas intelligo multũ referre, utr̃ ne longa fit quæ cludit, an ꝓ longa. Neq; em̃ tam plenũ est dicere, Incipientẽ timere, q̃ illud, Ausus ẽ cõfiteri. Atqui si nihil refert breuis an longa fit ultima, idẽ pes erit, uerũ nescio quomodo sedebit hoc, illud subsistet, quo moti quidam, longæ ultimæ tria tẽpora dederũt, ut illud tẽpus, quod breuis ex longa accipit, huic quoq; accederet. Nec solum refert, quis claudat, sed quis antecedat. Retrorsum aũt neq; plus tribus, ñque si nõ ternas syllabas habebũt, repetẽdi sunt (Abfit tñ poetica obseruatio) neq; minus duobus, alioqui pes erit, non numerus. Potest tñ uel unus esse dichoreus, si unus est q constat ex duobus choreis. Itemq; pæon, q est ex choreo & pyrrhichio, quẽ aptum initĩs putant, uel contrà qui est è tribus breuibus & longa, cui clausulam assignant, de quibus fere duobus scriptores huius artis loquunt. Alios omnes quotcũq; sint temporum, quæ ad orationem pertineant, pæonas appellant. Est & dochimus, qui fit ex bacchio, & iambo, uel iãbo & cretico, stabilis in clausulis & seuerus. Spondeus quoq;, quo plurimum est Demosthenes usus, moram semp per se habet, optime præcedet eum creticus, ut in hoc, De quo ego nihil dicam nisi depellẽdi criminis causa. Illd̃ est quod supra dixi multum referre, uno ne uerbo pedes sint duo comprehensi, an uterq; liber. Sic enim fit forte, criminis causa, molle, archipiratæ, mollius si tribrachys p̃cedat, facilitates, temeritates. Est em̃ quoddam in ipsa diuisione uerbor̃ latẽs tempus, ut in pentametri medio, spõdeo, q nisi alterius uerbi fine, alterius initio constet, uersum nõ efficit. Potest etiã si minus

bene,præponi anapæstus,muliere non solum nobili, uerumetiam nota. Tum anapæstus & creticus. Iambus quoq;,qui est utroq; syllaba minor, p̃cedet eñ tres longas breuis, sed & spõdeus iambo recte præponitur: Iisdem in armis fui. Tum spõdeus & bacchius,sic eñ fiet ultimus dochimus, Iisdem in armis fui. Ex ijs quæ supra probaui, apparet molosson quoq; clausulæ cõuenire,dum habeat ex quocunq; pede ante se breuem. Illud scimus,ubi cunq; sunt,esse pro nobis. Minus grauis erit spondeus præcedente bene pyrrhichio, ut iu dicij Iuniani,& adhuc peius priore pæone,ut Brute dubitaui,nisi potius hoc eẽ uelimus dactylum & bacchium. Duo spondei non fere coniungi patiũtur,quæ in uersu quoq; no tabilis clausula est,nisi cum id fieri potest ex tribus quasi mẽbris. Cur de p̃fugis nostris co pias comparat is cõtra nos? una syllaba,duabus,una. Ne dactylus quidem spondeo bene præponitur,quia finẽ uersus damnamus in fine orationis. Bacchius,& cludit, & sibi iun gitur: Venenum timeres. Vitat choreum,spondeum aũt amat,ut nõ uenena timeres,sed uirus timeres. Contrario quoq; quis cludet,nisi si ultimã longam esse uolumus, optimeq; habebit añ se molosson,ut,Et spinis resersum,aut bacchiũ. Qđ hic potest,nos possemus. Sed uerius erit claudere choreum præcedẽti spondeo. Nam hic potius est numerus: Nos possemus,&,Romanus sum. Claudet & dichoreus,si pes idem sibijpsi iunget,quo Asiani sunt usi plurimũ. Cuius exẽplum Cic. ponit: Patris dictũ sapiens temeritas filij cõproba uit. Accipiet añ se choreus & pyrrhichium: Oẽs p̃pe ciues,uirtute,gloria,dignitate,supe rabat. Cludet & dactylus,nisi eũ obseruatio ultimæ creticũ facit,ut, Muliercula nixus in littore. Habebit ante bene creticũ & iambum,spõdeum male,peius choreum. Cludit am phibrachus,Qu. Ligarium in Africa fuisse,si non eũ malumus esse bacchium. Non optí mus est trochæus,si ultima est breuis,qđ certe sit necesse est, alioqui quõ cludet q placet plerisq; dichoreus. Illa obseruatione ex trochæo fit anapæstus. Idẽ trochæus p̃cedente lõ ga fit pæon,quale est,Si potero,&,dixit hoc Cic. Obstat inuidia. Sed hoc initijs dederũt, Cludit & pyrrhichius choreo præcedente. Nam sic pæon est. Omnes ij qui in breues exci dunt,minus erũt stabiles,nec alibi fere satis apti,q̃ ubi cursus orationis exigit,& clausulis non interfistit. Creticus est initijs optimus. Quod p̃catus à dijs immortalibus sum,& clau sulis. In cõspectu populi Romani uomere postridie. Apparet uero q̃ bene eũ præcedant, uel anapæstus,uel ille q uidet fini aptior,pæon. Sed & se ipse sequit: Seruare q̃plurimos, Sic melius,q̃ choreo p̃cedente. Quis nõ turpe duceret? si ultima breuis pro longa sit. Sed fingamus sic,non turpes ducerẽt. Sed hic est illud inane quod dixi. Paululum enim moræ damus inter ultimũ atq; p̃ximum uerbũ,& turpe illud interuallo quodã p̃ducimus,alio qui sit exultantissimũ,& trimetri finis. Quis non turpe duceret? sicut illud, ore spiritũ ex cipere liceret,si iũgas,lasciui carminis est,sed interpunctis qbusdam,& tribus quasi initijs fit plenum autoritatis. Nec ego cum præcedentes pedes posui,legem dedi,ne alij essent, sed quid fere accideret,qđ in præsentia uideretur optimum,ostẽdi. Et quidẽ non optime est sibi iunctus anapæstus,ut q sit pentametri finis,uel rhythmos,qui nomen ab eo traxit. Nam ubi libido dominat,innocentiæ leue p̃sidium est. Nam synalœphe facit,ut ultimæ syllabæ p̃ una sonent. Mollior fiet præcedente spondeo uel bacchio,ut si mutes idem leue innocẽtiæ præsidiũ est. Non me capit (ut à magnis uiris dissentiam) pæon,q est ex tribus breuibus & longa. Nam est ipse una plus breui anapæsto,facilitas & agilitas,qđ quid ita placuerit ijs non uideo,nisi q illũ fere p̃bauerint,quibus loquendi magis q̃ orandi studiũ fuit. Nam & ante se breuibus gaudet pyrrhichio & choreo,mea uel nr̃a facilitas. At p̃ce dente spondeo tũ plane finis est trimetri,cum sit p se quoq; ei cõtrarius. Princip̃s merito laudat. Nam & primã stabilẽ & tres celeres habet,tũ hoc quoq; meliores alios puto. To tus uero hic locus non ideo tractat à nobis,ut oratio quæ ferri debet ac fluere,demetiẽdis pedibus,ac perpendẽdis syllabis conseneſcat. Nam id tum miseri,tũ in minimis occupati est. Neq; eñ qui se totum in hac cura consumpserit,potioribus uacabit,siquidẽ relicto re rum põdere,ac nitore contẽpto,tesserulas (ut ait Lucilius) struet,& uermiculate int̃ se le xis committet. Nonne ergo refrigeret sic calor,& impetus pereat,& equorum cursum q dirigit minuit,& passus q æquat,cursum frangit, quasi numeri nõ fuerint in cõpositione

deprehensi? Sicut poema nemo dubitauerit perito quodam initio fusum, & auriū mēsu ra,& similiter decurrentium spatioꝝ obseruatione esse generatum, mox in eo repertos pe des. Satis igitur in hoc nos cōponit multa scribendi exercitatio, ut ex tempore etiam simi lia fundamus. Neq; uero tam sint intuendi pedes,q̄ uniuersa cōprehensio: ut uersum faci entes, totū illum decursum non sex uel quinq; partes, ex quibus constat uersus, aspiciunt. Antè em̄ carmen ortū est,q̄ obseruatio carminis. Indeq; illud: Fauni uatesq; canebant. Er go quē in poemate locum habet uersificatio, eum in oratione compositio. Optime autem de illa iudicant aures, quæ & plena sentiūt, & paꝝ expleta desiderant, & fragosis offendū tur, & lenibus mulcentur, & contortis excitant, & stabilia probant, clauda deprehendūt, redundantia & nimia fastidiūt. Ideoq; docti rationē cōponendi intelligūt, & indocti uo luptatē. Quædam uero arte tradi nō possunt. Mutandus est casus, si durius is quo cœpe ramus ferat, nū in quem transeamus, ex quo præcipi potest? Figuræ laboranti etiam com positioni uariatæ sæpe succurrūt. Quæ? cū orationis, tum etiam sniæ, nū præscriptū eius rei ullum est? Occasionibus utendū, & cum re præsenti deliberandū. Em̄ uero spatia ipsa quæ in hac quidem parte plurimū ualent, quod possunt nisi aurium habere iudiciū? Cur alia pauciorib. uerbis satis plena, uel nimiū, alia pluribus breuia, & abscissa sunt? Cur in circunductionibus etiam cū sensus finitus est, aliquid tñ loci uacare uideatur? Neminem uestrum ignorare arbitror iudices, hūc per hosce dies sermonē uulgi atq; hanc opinionē populi Ro. fuisse. Cur hosce potius quàm hos? Neq; em̄ erat asperum. Rationem fortas se non reddam, sentiam esse melius. Cur nō satis sit, sermonem uulgi fuisse? Compositio em̄ patiebatur, ignorabam, sed ita ut audio, hoc animus accipit plenū sine hac geminatio ne non esse. Ad sensum igit̄ referenda sunt. Nequeas satis fortè quid seuerum, quid iucun dum sit, intelligere, facias quidē natura duce melius quàm arte, sed naturæ ipsi ars inerit. Illud prorsus oratoris, scire, ubi quoq; gñe compositionis sit utēdum. Ea duplex obseruatio, altera quæ ad pedes refertur, altera quæ ad comprehensiones, quæ efficiuntur ex pedi bus. & de ꝑs prius. Diximus igitur esse incisa, membra, circuitus. Incisum (quantum mea fert opinio) erit sensus non expleto numero conclusus, pleriscq; pars membri. Tale est em̄ quo Cicero utitur: Domus tibi deerat, at habebas. Pecunia superabat, at egebas. Fiunt au tē etiā singulis uerbis incisa, ut Diximus, testes dare uolumus. Incisum est, diximus. Mem brum aūt est sensus numeris cōclusus, sed à toto corpore abruptus, & per se nihil efficiēs. Id enim, O callidos homines, perfectū est, at remotum à cæteris uim non habet, ut per se manus, & pes, & caput, & O rem excogitatam. quando ergo incipit corpus esse? cum ue nit extrema conclusio: Quem quæso nostrum fefellit? id uos ita esse facturos? quam Cice ro breuissimam esse putat. Itaq; ferè incisa & membra mixta sunt, & conclusionē utiq; de siderant. Periodo plurima nomina dat Cicero, ambitū, circuitum, cōprehensionem, cōti nuationē, circunscriptionē. Genera eius duo sunt, alteꝝ simplex, cum sensus unus longio re ambitu circūducitur, alteꝝ qđ constat mēbris, & incisis, quæ plures sensus habēt. Ad erat ianitor carceris, & carnifex prætoris, & reliqua. Habet peridos mēbra minimū duo. Medius nūerus uidet̄ quatuor, sed recipit frequēter & plura. Modus eius à Cicerone, aut quatuor senarꝝs uersib. aut ipsius spūs modo terminat̄. Præstare debet, ut sensum cōclu dat, sit aperta, ut intelligi possit, nō immodica, ut memoria cōtineri. Membrū longius iu sto tardū, breuius instabile est. Vbicūq; acriter erit & instanter pugnaciterq; dicendū, mē bratim cæsimq; dicemus. Nam hoc in oꝛone plurimum ualet, adeoq; rebus accōmodan da compositio, ut asperis asperos etiam nūeros adhiberi oporteat, & cū dicente æque au dientem inhorrescere. Membratim plerūq; narrabimus, aut ipsas periodos maioꝛib. inter uallis, & uelut laxioribus nodis resoluemus, exceptis quæ nō docēdi gr̄a, sed ornandi nar rantur, ut in Verrē Proserpinæ raptus. Hæc em̄ lenis & fluens contextus decet. Periodos apta proœmꝝs maioꝝ causaꝝ, ubi solicitudine, cōmendatione, miseratione res eget. Itē cōmunibus locis, & in oīi amplificatione, sed poscitur tum austera, si accuses, tū fusa, si laudes. Multū & in epilogis pollet. Totum aūt adhibendum est, quo sit amplius compo sitionis genus, cū iudex nō solum rē tenet, sed etiam captus est oratione, & se credit acto

ri,& uoluptate iam ducitur. Historia non tam finitos nũeros, q̃ orbẽ quendã contextũq; desiderat. Nanq; omnia eius membra connexa sunt, quoniam lubrica est, ac fluit, ut homines, qui manibus inuicẽ apprehensis gradum firmant, cõtinent, & continenẽ. Demõstratiuũ gñs omne fusiores habet liberioresq; numeros. Iudiciale & concionale ut materia uarium est, sic etiam ipsa collocatiõe uerboꝝ. ubi iam nobis pars ex duabus (quas mõ fecimus) ſcda tractanda est. Nam quis dubitat alia lenius, alia concitatius, alia sublimius, alia pugnacius, alia gratius, alia grauius eẽ dicẽda? Grauibus, sublimibus, ornatis, longas magis syllabas, cõuenire? Ita ut lenia spatiũ, sublimia & ornata claritatẽ quoq; uocũ poscãt, potius q̃ his contraria. Magis laudarẽ, breuibus argumẽta, partitiones, iocos, & q̃cqd est sermoni magis simile. Itaq; cõponemus pœmiũ uarie, atq; ut sensus eius postulabit. Neq; eñ accesserim Celso, qui unã quandam huic parti formã dedit, & optimam cõpositionẽ esse proœmij, ut apud Asiniũ, dixit: Si Cæsar ex oĩbus mortalibus, qui sint, ac fuerint, posset huic causæ disceptator legi, non quisquam te potius optandus nobis fuit. Non qa negem hoc bene esse compositum, sed quia legem hanc esse componendi in oñibus principijs recusem. Nam iudicis animus uarie præparatur, tũ miserabiles esse uolumus, tũ modesti, tum acres, tũ graues, tum blandi, tum flectere, tum ad diligentiam hortari. Hæc ut sunt diuersa natura, dissimilẽ componẽdi quoq; rationem desiderant. An similibus Cicero usus ẽ numeris in exordio pro Milone, pro Cluẽtio, pro Ligario? Narratio ferè tardiores, atq; (ut sic dixerim) modestiores desiderat pedes, & noĩbus maxime mixtos. Nam & uerbis, ut sæpius pressa est, ita interim insurgit, sed docere & infigere animis res semper cupit, qd minime festinantium opus est. Ac mihi uideẽ tota narratio cõstare longioribus mẽbris, breuioribus periodis. Argumẽta acria, & excitata, pedibus quoq; ad hãc naturã accommodatis utẽtur. Non tñ ita ut trochæis, quæ celeria quidem, sed sine uiribus sunt. Verum q̃is sint breuibus longisq; mixta, non tamen plures longas quàm breues habentia. Illa sublimia, spatiosas clarasq; uoces habent, amant amplitudinem. Dactyli quoq; ac pæones, etiam si maiori ex parte syllabis breuibus, temporibus tñ satis pleni. Aspera contrà, iambis maxime cõcitantur, non solum quod sint è duabus mõ syllabis, eoq; frequentiorem quasi pulsum habent, quæ res lenitati contraria est, sed etiam qd omnibus partibus insurgunt, & à breuib. in longas nituñ, & crescũt. ideoq; meliores choreis, qui à lõgis in breues cadunt. Summissa, qualia in epilogis, lentas & ipsa & minus exclamantes exigunt. Vult esse Celsus aliquam & superiorẽ compositionem, quam si quidem sciremus, doceremus, sed fit necesse est tarda & supina. Vex nisi ex uerbis atq; sentẽtijs per sese id quæritur, satis odiosa esse non poterit. Deniq;, ut semel finiam, sic ferè componendum quo modo pronuntiandum erit. An non in proœmijs plerunq; submissi, nisi cũ in accusatione cõcitandus est iudex, aut aliqua indignatione cõplendus? In narratione pleni atq; expressi? In argumẽtis citati, atq; ipso etiã motu celeres sumus? ut in locis ac descriptionib. fusi ac fluẽtes, in epilogis plerũq; deiecti & infracti? Atqui corporis quoq; motib. sua quædã tẽpora, & ad signa pedũ, non minus saltationi, quàm modulationibus adhibet musica ratio numeros. Quid nõ uox ad actus accõmodatur naturæ ipsarum de quibus dicimus rerũ? Quo minus id mix in pedibus orationis, cum debeant sublimia ingredi, lenia duci, acria currere, delicata fluere. Itaq; ubi est necesse, affectamus etiam. Tumor rerum etiam spondeis atq; iambis maxime continet: Hydroargus sceptra mihi liquit Pelops. At ille comicus æque senarius, quẽ trochaicũ uocãt, pluribus choreis, qui trochæi ab alijs dicuñ. Pyrrhichius qdẽ decurrit, sed quantũ celeritatis habet, tantũ grauitatis amittit. Quid igiť faciã? non eã? ne nũc quidẽ? Aspere uero, & male dictum etiam in carmine iambis crassať: Quis hoc potest uidere? quis potest pati? nisi impudicus & uorax, & aleo? In uniuersum aũt, si fit necesse, duram potius atq; asperam cõpositionẽ malim esse, q̃ effœminatã & eneruẽ, qualis apud multos, & quotidie magis lasciuimus, Sybaritaꝝ modis saltitantes. Ac ne tam bona quidẽ ulla erit, ut debeat esse cõtinua, & in eosdẽ semper pedes ire. Nã & uersificãdi genus est unam legẽ omnibus sermonibus dare, & id cũ manifesta affectatio est, cuius rei maxime cauenda suspicio est, tum etiam tædium ex similitudine ac satietatem

creat. Quodq; est dulcius, magis perdit amittitq; & fidē, & affectus, motusq; omnis, qui est in hac cura deprehensus, nec potest ei credere, aut propter eum dolere, & irasci iudex cui putat hoc uacare. Ideoq; initia quædā quasi soluēda de industria sunt, quædā ita maximi laboris, ne laborata uideant. Sed neq; longioribꝫ q̄ oportet hyperbatis cōpositioni seruiamus, ne quæ eius gr̄a fecerimus, ꝓpter eam fecisse uideamur. Et certe nullū aptū atq; idoneum uerbū prætermittemus gratia lenitatis. Neq; em̄ erit ullū tam difficile, qd non cōmode inseri possit, nisi q; in euitandis eiusmodi uerbis non decorē cōpositionis quærimus, sed facilitatē. Non tñ mirabor Latinos magis indulsisse cōpositioni, q̄ Atticos, q̄is minus in uerbis habeāt uarietatis & gr̄æ. Nec uitiū dixerim, si Cice. à Demosthene paululū in hac parte desciuit. Sed quæ sit differētia nr̄i græciq; sermonis, explicabit summus liber. Cōpositio (nā finē imponere egresso destinatū modū uolumini festino) debet eē honesta, iucūda, uaria. Eius tres partes, ordo, cōiunctio, nūerus. Ratio in adiectiōe, detractione, mutatiōe. Vsus ꝓ natura rer̄, quas dicim⁹. Cura magna ut sentiēdi atq; loquēdi, prior sit. Dissimulatio curæ p̄cipua, ut nūeri spōte fluxisse, nō arcessiti & coacti esse uideant.

M. FABII QVINTILIANI ORATORIARVM INSTITVTIONVM LIBER DECIMVS

De copia uerborum. Caput .I.

SED hæc eloquendi præcepta sicut cognitioni sunt necessaria, ita nō satis ad uim dicendi ualēt, nisi illis firma quædā facilitas, quæ apud Græcos εὐεξίᾳ noīatur, accesserit, ad quam scribēdo plus, an legendo, an dicēdo cōferat, solere quæri scio. Quod esset diligētius nobis examinandū, si qualibet earum rer̄ possemus unà esse contenti. Ver̄ ita sunt inter se connexa & indiscreta omnia, ut si quid ex his defuerit, frustra sit in cæteris laboratū. Nam neq; solida atq; robusta fuerit unquam eloquentia, nisi multo stylo uires acceperit, & citra lectionis exemplum labor ille carens rectore fluitabit. Etiam qui sciet quo sint quæque mō dicenda, nisi tanq̄ in procinctu paratamq; ad oēs casus habuerit eloquentiā uelut clausis thesauris incubabit. Non aūt ut quicq; præcipue necessariū est, sic ad efficiendū oratorē maximi protinus erit momenti. Nam certe cū sit in eloquendo positū oratoris officium, dicere ante oīa est, atq; hinc initiū eius artis fuisse manifestū est: proximam deinde imitationem, nouissimam scribendi quoq; diligētiam. Sed ut peruenīri ad summa nisi ex principijs non potest, ita procedente iam opere minima incipiunt esse quæ prima sunt. Verū nos non quo mō sit instituendus orator, hoc loco dicimus; nam id quidē aut satis, aut certe uti potuimus, dictū est, sed ut athleta qui oēis iam perdidicerit à præceptore numeros, quo gñe exercitationis ad certamina præparandus sit. Igit̄ eū qui res inuenire & dispone re sciet, uerba q̄q; & eligēdi & collocādi rōnem pceperit instruam⁹, qua rōne qd̄ didicit, facere q̄ optīe & q̄ facillime possit. Nō ergo dubiū est, qn ei uelut opes sint quædā parandæ, qbus uti ubicunq; desideratū erit, possit, eæ cōstant copia rer̄ ac uerbor̄. Sed res propriæ sunt cuiusq; causæ, aut paucis cōes, uerba in uniuersas paranda: quæ si in reb. singulis eēnt singula, minorē curā postularēt, nam cūcta sese cū ipsis protinus rebus offerrent. Sed cū sint alijs alia aut magis ꝓpria, aut magis ornata, aut plus efficientia, aut melius sonantia, debēt eē non solū nota oīa, sed in ꝓmptu, ut ita dicam, cōspectuq;, ut cū se iudicio dicētis oñderint, facilis ex his optimor̄ sit electio. Equidē scio quosdam collecta, quæ idē significarēt uocabula, solitos ediscere, quo facilius & occurreret unū ex pluribus, & cū essent usi aliquo, si breue intra spatiū rursus desiderarēt, effugiendæ repetitionis gr̄a sumerēt aliud quo idē intelligi posset: qd̄ cum est puerile & cuiusdam infelicis operæ, tum etiam utile parum, turbam enim modo cōgregat, ex qua fine discrimine occupet proximū quodq;. Nobis autem copia cum iudicio paranda est, uim orandi, nō circulatoriam uolubilitatem spectantibus: id aūt consequemur optīa legēdo atq; audiēdo. Non enim solum modo nomina ipsa rerum cognoscemus hac cura, sed quod quoque loco sit aptissimum, omnibus em̄ ferè uerbis, præter pauca quæ sunt par̄ uerecunda, in oratione locus est, Nā

ſcriptores quidem iambor⁹ ueteriſq; comœdiæ etiam in illis ſæpe laudanᵗ, ſed nobis noſtrum opus intueri ſatis eſt. Omnia uerba, exceptis de qbus dixi, ſunt alicubi optima, nã & humilibus interim & uulgaribus eſt opus, & quæ nitidiore in parte uidentur ſordida, ubi res poſcit proprie dicuntur. Hæc ut ſciamus, atq; eorum non ſignificationem modo, ſed formas etiam mẽſuraſq; norimus, ut ubicunq; erunt poſita conueniant, niſi multa lectione atq; auditione aſſequi nullo modo poſſumus, cum oẽm ſermonem auribus primũ accipiamus, propter quod infantes à mutis nutricibus iuſſu regũ educati, etiam ſi uerba quædam emiſiſſe traduntur, tñ loquendi facultate caruerunt. Sunt aũt alia huius naturæ, ut idem pluribus uocibus declarent, ita ut nihil ſignificationis, quo potius utaris, interſit, ut enſis & gladius: alia quæ etiamſi propria rerum aliquar⁹ ſint nomina, τροπικῶς tamen ad eundem intellectum ferũtur, ut ferrum & mucro. Nam per abuſionem ſicarios etiam omnes uocamus qui cædem telo quocunq; cõmiſerint: alia circuitu uerborum plurium oſtendimus, quale eſt: Et preſſi copia lactis. Plurima uero mutatione figuramus: Scio, nõ ignoro, & non me fugit, nõ me præterit, & quis neſcit? nemini dubium eſt. Sed etiam ex proximo mutuari licet: nam & intelligo & ſentio & uideo ſæpe idẽ ualẽt quod ſcio, quorum nobis hubertatẽ ac diuitias dabit lectio, ut ꝝs non ſolum quomodo occurrerint, ſed etiam quõ oportet, utamur. Non ſemper eñ hæc inter ſe idẽ faciunt, nec ſicut de intellectu animi recte dixerim uideo, ita de uiſu oculor⁹ intelligo, nec ut mucro gladiũ, ſic mucronẽ gladius oſtendit. Sed ut copia uerbor⁹ ſic paratur, ita non uerbor⁹ tñ gratia legendum uel audiendum eſt. Nanq; omnium quæcunq; docemus, hæc ſunt exempla potenti ora etiam ipſis quæ traduntur artibus cũ eo, qui diſcit, perductus eſt ut intelligere ea ſine demonſtrante, & ſequi iam ſuis uiribus poſſit, quia quæ doctor præcipit, orator oſtendit. Alia uero audientes, alia legentes magis adiuuant. Excitat, qui dicit, ſpiritu ipſo, nec imagine & ambitu rerum, ſed rebus incendit: uiuunt enim omnia & mouentur, excipimuſq; noua illa, uelut naſcentia, cum fauore ac ſolicitudine: nec fortuna modo iudiciꝝ, ſed etiam ipſorum qui orant periculo afficimur. Præter hæc uox, actio decora, accommodata, ut quid quiſque locus poſtulauit pronunciandi, uel potentiſſima in dicendo ratio, & ut ſemel dicam, omnia docent. In lectione certius iudicium, quod audienti frequenter, aut ſuus cuiq; fauor, aut ille laudantiũ clamor extorquet: pudet eñ diſſentire, & uelut tacita quadam uerecundia inhibemur plus nobis credere, cũ interim uitioſa pluribus placeãt, & à corrogatis laudentur etiam quæ non placẽt: ſed è contrario quoq; accidit, ut optime dictis, gr̃am praua iudicia nõ referãt. Lectio libera eſt, nec actionis impetu trãſcurrit, ſed repetere ſæpius licet, ſiue dubites, ſiue memoriæ penitus affigere uelis. Repetamus aũt et tractemus, & ut cibos manſos ac ꝑpè liquefactos dimittimus, quo facilius digeranᵗ: ita lectio non cruda, ſed multa iteratione mollita, & uelut confecta memoriæ imitationiq; tradaᵗ, ac diu non niſi optimus quiſq;, & qui credentẽ ſibi minime fallat, legendus eſt, ſed diligenter, & penè ad ſcribendi ſolicitudinẽ: nec per partes modo ſcrutanda omnia, ſed perlectus liber utiq; ex integro reſumendus, præcipueq; oratio, cuius uirtutes frequenter ex induſtria quoq; occultanᵗ. Sæpe eñ ꝑparat, diſſimulat, inſidiaᵗ orator, eaq; à prima parte actionis dicit, quæ ſunt in ſumma ꝑfutura, itaq; ſuo loco minus placẽt, adhuc nobis quare dicta ſint ignorantibus, ideoq; erũt cognitis oĩbus, repetẽda. Illud uero utiliſſimũ, noſſe eas cauſas quarum orationes in manus ſumpſerimus, & quoties continget utriuſq; habitas legere actiones, ut Demoſthenis atq; Aeſchinis inter ſe cõtrarias. Et Seruiꝝ Sulpitiꝝ atq; Meſſalæ, quor⁹ alter pro Aufidia, cõtrà dixit alter. Et Pollionis & Caſſiꝝ reo Aſperna te, aliaſq; plurimas. Quin etiam ſi minus pares uidebũtur, aliquæ tñ ad cognoſcendã litium quæſtionẽ recte requirenᵗ, ut contra Ciceronis orationes: Tuberonis in Ligariũ, & Hortenſii pro Verre. Quin etiam eaſdẽ cauſas ut quiſq; egerit, utile erit ſcire, nam pro domo Ciceronis dixit Calidius, & pro Milone or̃onem Brutus exercitatiõis gr̃a ſcripſit, etiamſi egiſſe eũ Cor. Celſus falſò exiſtimat: & Pollio ac Meſſala defenderũt eoſdẽ: Et nobis pueris inſignes pro Voluſeno Catulo, Domitiꝝ Afri, Criſpi Paſſieni, Decimi Lælii or̃ones ferebanᵗ. Neq; id ſtatim legẽti ꝑſuaſum ſit, oĩa quæ magni autores dixerint, utiq; eſſe

perfecta:nam & labuntur aliquando & oneri cedunt,& indulgẽt ingeniorum suorũ uolu
ptati:nec semper intendunt animos,& nonnunq̃ fatigantur,cum Ciceroni dormitare in
terim Demosthenes,Horatio uero etiam Homerus ipse uideatur.Summi em̃ sunt,homi-
nes tamen,accidit́q; ijs,qui quicquid apud illos repererũt,dicendi legem putant,ut dete-
riora imitent̃:id enim est facilius,ac se abunde similes putent,si uitia magnorũ consequã-
tur. Modesto tamen & circunspecto iudicio de tantis uiris pronuntiandum est, ne quod
plerisq; accidit,damnent quæ non intelligunt: ac si necesse est in alteram errare partem,
omnia eorum legentibus placere,quàmmulta displicere maluerim.Plurimũ dicit orato-
ri conferre Theophrastus lectionem poetarũ, multiq; eius iudicium sequunt̃,neq; id im-
merito:nanq; ab ijs & in rebus spiritus,& in uerbis sublimitas,& in affectibus motus oĩs,
& in personis decor petit̃,præcipueq; uelut attrita quotidiano actu forensi ingenia,opti-
me reor talium * blanditia reparant̃,ideoq; in hac lectione Cicero requiescendum putat. *libertate.*
Meminerimus tñ non per omnia poetas esse oratori sequendos,nec libertate uerborũ,nec
licentia figurarũ,totumq; illud studiorũ genus ostentationi comparatũ,& præter id q; so
lam petit uoluptatẽ,eamq; etiam fingẽdo nõ falsa mõ,sed etiam quædã incredibilia secta
tur,patrocinio quoq; aliquo iuuari,q; alligatũ ad certã pedum necessitatẽ nõ sp proprijs
uti possit,sed depulsum à recta uia necessario ad eloquendi quædam diuerticula cõfugiat.
Nec mutare quædam mõ uerba,sed extendere,corripere,cõuertere,diuidere cogat̃: nos
uero armatos stare in acie,& summis de rebus decernere,& ad uictoriã niti * decet. Neq; *Aliàs deſt.*
ego arma squalere situ ac rubigine uelim,sed fulgorẽ * inesse qui terreat, qualis est ferri,
quo mens simul uisusq; perstringit̃,non qualis auri argentiq; imbellis,& potius habenti
periculosus. Historia quoq; alere oratorẽ quodã molli iucundoq; succo põt: uerũ & ipsa
sic est legenda,ut sciamus pleraq; eius uirtutes oratori esse uitãdas:est em̃ proxia poetis,
& quodammõ carmen solutũ est,& scribit̃ ad narrandũ,non ad probandũ,totumq; opus
non ad actum rei pugnamq; præsentem,sed ad memoriam posteritatis & ingenij famam
componit̃,ideoq; & uerbis remotioribus & liberioribus figuris narrandi tædium euitat.
Itaq; ut dixi,neq; illa Sallustiana breuitas,qua nihil apd̃ aures uacuas atq; eruditas potest
esse perfectius,apud occupatũ uarijs cogitationibus iudicem & sæpius ineruditũ captan-
da nobis est:neq; illa T.Liuij lactea hubertas satis docebit eũ qui non speciẽ expositionis,
sed fidem quærit.Qd̃ dicere fortius audeo, quia M. Tullius ne Thucydidẽ quidẽ aut Xe-
nophontẽ utiles oratori putat,quanq̃ illũ bellicũ canere,huius ore musas esse locutas exi
stimet.Licet tñ nobis in digressionibus uti,uel historico nõnunq̃ nitore,dũ in ijs,de quib.
erit quæstio,meminerimus non athletarũ thoris,sed militũ lacertis opus eẽ, nec uersicolo
rẽ illam,qua Demetrius Phaleræus dicebat̃ uti,uestẽ bene ad forẽsem puluerẽ facere.Est
& alius ex historijs usus,& is quidẽ maximus,sed non ad præsentẽ pertinens locũ,ex co-
gnitione rerũ exemplorumq;,quibus in primis instructus esse debet orator;nec oĩa testi-
monia expectet à litigatore,sed pleraq; ex uetustate diligenter sibi cognita sumat,hoc po
tẽtiora,q; ea sola criminibus,odijs,& gratiæ uacãt.A philosophorũ uero lectione ut essent
nobis multa petenda,uitio factũ ẽ oratorum,qui qdem illis optima sui operis parte cesse
rũt.Nam & de iustis,honestis,utilibus,quæq; sunt istis contraria, & de rebus diuinis ma
xime dicũt,et argumentant̃ acriter, & altercationib.atq; interrogationib.oratorẽ futurũ
optime Socratici præparant. Sed ijs quoq; adhibendũ est simile iudicium,ut etiam cũ in
rebus uersemur ijsdem,non tñ eandem esse conditionem sciamus litium ac disputationũ,
fori & auditorij, præceptorum ac periculorum. Credo exacturos plerosq;, cum tantum
esse utilitatis in legendo iudicemus,ut id quoq; adiungamus operi ,qui sint legendi,quæ
in autore quoq; præcipua uirtus,sed psequi singulos,infiniti fuerit operis,quippe cum in
Bruto M.Tullius tot millibus uersuũ de Romanis tãtum oratoribus loquat̃, & tamẽ de
omnibus ætatis suæ,qui tum uiuebant,exceptis Cæsare atque Marcello,silentium egerit,
quis erit modus si & illos,& qui postea fuerũt,& Græcos oẽs,& philosophos, & poetas
psequi uelim? Fuerit igit̃ breuitas illa tutissima,quæ ẽ apud Liuiũ in epla ad filiũ scripta,
legẽdos Demosthenẽ atq; Ciceronẽ, tũ ita ut q̃sq; esset Demosthenj & Ciceroni simili-

mus. Non est tñ dissimulanda nr̃i q̃q; iudicij̃ summa. Paucos em̃ uel potius uix ullũ ex ñs qui uetustatem pertulerunt, existimo posse reperiri, qui iudiciũ adhibentibus non allaturus sit utilitatis aliquid, cum se Cicero ab illis quoq; uetustissimis autoribus, ingeniosis quidem, sed arte carentibus, plurimũ fateat adiutum. Nec multo aliter de nobis sentio: quotus em̃ quisq; inueniri tã demens potest, q ne minima quidẽ alicuius certæ fidutia partis memoriã posteritatis sperauerit? q siquis ẽ, intra primos statĩ uersus deph̃endet, & citius nos dimittet, quàm ut eius nobis magno tẽporis detrimento constet experimentum. Sed non qcqd ad aliquam partẽ scientiæ pertinet, ꝓtinus ad faciẽdam etiam phrasin (de qua loquimur) accõmodatum est. Ver; antequam de singulis loquar, pauca in uniuersum de uarietate opinionũ dicenda sunt. Nam quidam solos ueteres legẽdos putant, neq; in ullis alij̃s esse naturalem eloquentiam, & robur uiris dignum, arbitrantur. Alios recens hæc lasciuia deliciæq;, & omnia ad uoluptatẽ multitudinis imperitæ cõposita delectant. Ipsorũ etiam qui rectum dicendi genus sequi uolunt, alij̃ pressa demum & tenuia, & quæ minimum ab usu quotidiano recedant, sana & uere Attica putant. Quosdam elatior ingenij̃ uis, & magis concita, & plena spiritus capit. Sunt et lenis, & nitidi, & compositi generis non pauci amatores, de qua differentia differam diligentius, cũ de gñe dicendi quærendũ erit. Interim summatim quid à qua lectione petere possint, qui cõfirmare facultatem dicẽdi uolunt, attingam. Paucos em̃ qui sunt eminẽtissimi excerpere in animo est, facile est autẽ studiosis, qui sint ñs simillimi iudicare. ne quisquam queratur omissos fortè aliquos eo;, quos ipse ualde probet. Fateor em̃ plures legẽdos esse, q̃ qui à me noĩabunt. Sed nunc gña ipsa lectionum quæ præcipue cõuenire intendẽtibus, ut oratores fiant existimem, persequar. Igit ut Aratus à Ioue incipiendum putat, ita nos rite cœpturi ab Homero uidemur. Hic em̃ quemadmodũ ex oceano dicit ipse amniũ uim fontiumq; cursus initium capere, omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. Hunc nemo in magnis rebus sublimitate, in paruis proprietate superauerit. Idem lætus ac pressus, iucundus ac grauis, tum copia tum breuitate mirabilis. nec poetica modo, sed oratoria uirtute eminentissimus. Nam ut de laudibus, exhortationibus, consolationibus taceam, nonne uel unus liber, quo missa ad Achillem legatio continetur, uel in primo inter duces illa cõtentio, uel dictæ in secundo sententiæ, omniũ litium ac consiliorum explicant artes? Affectus quidem uel illos mites, uel hos concitatos, nemo erit tam indoctus, qui nõ in sua potestate hunc autorem habuisse fateatur. Age uero, non utriusque operis ingressus in paucissimis uersibus legem proœmiorum non dico seruauit, sed constituit? Nam & beneuolum auditorem inuocatione dearum, quas præsidere uatibus creditum est, & intentum ꝓposita rerum magnitudine, & docilem summa celeriter comprehẽsa facit. Narrare uero quis breuius, quàm qui mortẽ nuntiat Patroclĩ? quis significantius potest, quàm qui Curetũ Aetolorumq; prælium exponit? Iam similitudines, amplificatiões, exempla, digressus, signa rerum, & argumenta, cæteraq; probandi ac refutandi, sunt ita multa, ut etiam q de artibus scripserunt, plurima earum rerum testimonia ab hoc poeta petant. Nam epilogus quidem quis unquam poterit illis Priami rogantis Achillẽ precibus æquari? Quid? in uerbis, sententij̃s, figuris, dispositione totius operis, nonne humani ingenij̃ modum excedit, ut magni sit uiri, uirtutes eius nõ æmulatione, quod fieri non potest, sed intellectu sequi. Verum hic oẽs sine dubio, & in omni genere eloquẽtiæ procul à se reliquit: Eposcos tñ præcipue, uidelicet quia clarissima in materia similis comparatio est. Raro assurgit Hesiodus, magnaq; pars eius in nominibus est occupata, tamen utiles circa præcepta sententiæ lenitasq; uerborum, & compositionis probabilis. datur que ei palma in illo medio gñe dicendi. Contrà in Antimacho uis & grauitas, & minime uulgare eloquẽtiæ gñs, habet laudem. Sed quamuis ei secundas fere grammaticor; cõsensus deferat, & affectibus, & iucunditate, & dispositione, & omnino arte deficit, ut planè manifesto appareat quanto sit aliud proximũ esse, aliud secundum. Panyasim ex utroq; mixtum putant, in eloquẽdo neutrius æquare uirtutes, alterum tñ ab eo materia, alterum disponẽdi ratione superari. Apollonius in ordinẽ à grammaticis datũ non uenit, quia Aristarchus atq; Aristophanes

poetarum iudices,neminẽ ſui temporis in numerum redegerunt,non tñ contemnendum edidit opus,æquali quadam mediocritate. Arati materia motu caret,ut in qua nulla uari etas,nullus affectus,nulla pſona,nulla cuiuſquam ſit oratio,ſufficit tñ operi cui ſe parem credidit. Admirabilis in ſuo gñe Theocritus,ſed Muſa illa ruſtica & paſtoralis, nõ forum modo, uerum ipſam etiam urbẽ reformidat. Audire uideor undiq; congerẽtes nomina plurimorum poetarũ. Quid? Herculis acta nõ bene Piſandros? Quid? Nicandrum fruſtra ſecuti Macer atq; Vergilius? Quid? Euphorionem tranſibimus? quẽ niſi probaſſet Vergi lius idem,nunq; certe conditorum Chalcidico uerſu carminũ feciſſet in Bucolicis mentio nem. Quid? Horatius fruſtra Tyrtæum Homero ſubiũgit? Nec ſane quiſquã eſt tam pcul à cognitiõe eorum remotus,ut non indicem certe ex bibliotheca ſumptum tranſferre in li bros ſuos poſſit. Nec ignoro igit quos tranſeo,nec utiq; damno,ut q dixerim eſſe in omni bus utilitatis aliquid,ſed ad illos iam pfectis conſtitutisq; uiribus reuertemur,qd etiam in cœnis grandibus ſæpe facimus,ut,cũ optimis ſatiari ſumus,uarietas tamẽ nobis ex uiliori bus grata ſit. Tunc & elegiam uacabit in manus ſumere,cuius princeps habetur Callima chus: ſcdas confeſſiõe plurimorum Philætas occupauit. Sed dum aſſequimur illam firmã, ut dixi,facilitatem,optimis aſſueſcendũ eſt,& multa magis quã multorũ * formãda mens & ducendus color. Itaq; ex tribus receptis,Ariſtarchi iudicio,ſcriptoribus iamborum,ad hexim maxime ptinebit unus Archilochus. Summa in hoc uis elocutionis,cum ualidæ, tum breues uibrantesq; ſentẽtiæ,plurimum ſanguinis atq; neruorum, adeo ut uideat qui buſdam,quod quoquã minor eſt, materiæ eſſe, nõ ingenij uitium. Nouem uero lyricorũ longe Pindarus princeps,ſpiritu,magnificẽtia,ſententijs,figuris,beatiſſ. rerũ uerborumq; copia,& uelut quodam eloquẽtiæ flumine, propt quæ Horatio * merito credidit nemini imitabilẽ. Steſichorus q ſit ingenio ualidus, materiæ quoq; oſtẽdunt,maxima bella,& cla riſſimos canentem duces,& Epici carminis onera lyra ſuſtinentem: reddit eñ perſonis in agendo ſimul loquẽdoq; debitam dignitatem,ac,ſi tenuiſſet modum,uideat æmulari pro ximus Homerum potuiſſe,ſed redundat atq; effundit,quod ut eſt reprehendendum ita co piæ uitium eſt. Alcæus in parte opis aureo plectro merito donat,qua tyrannos inſectatus, multũ etiam moribus cõfert,in eloquẽdo quoq; breuis & magnificus & diligens,* & ple runq; oratori ſimilis,ſed & lufit,& in amores deſcẽdit maioribus tñ aptior. Simonides te nuis,alioqui ſermone proprio,& iucũditate quadam commẽdari poteſt, præcipua tamẽ eius in commouẽda miſeratione uirtus,ut quidam in hac eum parte omnibus eiuſdẽ ope ris autoribus præferant. Antiqua comœdia cum ſynceram illam ſermonis Attici gratiam prope ſola retinet,tum facũdiſſimæ libertatis,& ſi eſt in inſectandis uitijs præcipua,pluri mum tamẽ uirium etiam in cæteris ptibus habet. Nam & grandis & elegans & uenuſta, & neſcio an ulla,poſt Homerum tamẽ,quem ut Achillem ſemper excipi par eſt,aut ſimi lior ſit oratoribus,aut ad oratores faciendos aptior. Plures eius autores, Ariſtophanes ta men & Eupolis Cratinusq; præcipui. Tragœdias primum in lucẽ Aeſchylus protulit, ſublimis & grauis & grandiloquus,ſæpe uſq; ad uitium: ſed rudis in pleriſq; & incompo ſitus, propter quod correctas eius fabulas in certamen deferre poſterioribus Poetis Athe nienſes permiſere. Suntq; eo modo multi coronati, ſed longe clarius illuſtrauerunt hoc opus Sophocles atq; Euripides,quorum in diſpari dicẽdi uia uter ſit poeta melior, inter plurimos quæritur,idq; ego ſane,quoniam ad præſentem materiam nihil pertinet, iniu dicatum relinquo. Illud quidem nemo nõ fateatur neceſſe eſt,ijs qui ſe ad agendum com parant,utiliorẽ longe fore Euripidem,nanq; is & in ſermone, quod ipſum reprehendũt, quibus grauitas & cothurnus & ſonus Sophoclis uidetur eſſe ſublimior, magis accedit oratorio generi,& ſententijs denſis,& in ijs quæ à ſapientibus tradita ſunt pene ipſis par, & in dicendo ac reſpondendo,cui libet eorum qui fuerunt in foro diſerti, comparandus. In affectibus uero cum oñibus mirus tum in ijs qui miſeratione conſtant, facile præcipu us. Hunc & admiratus maxime eſt,ut ſæpe teſtatur,& ſecutus,quanquã in opere diuerſo Menander, q uel unus,meo quidem iudicio,diligent lectus,ad cuncta quæ præcipimus, effingenda ſufficiat. Ita omnem uitæ imaginem expreſſit, tanta in eo inueniendi copia,

Alijs formandus.

nemini credit

plurimũq; Homero ſimilis.

eloquendi facultas. ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus. Nec nihil profecto uiderunt, qui orationes, quæ Charisii nomine eduntur, à Menandro scriptas putant. Sed mihi lõge magis orator probari in opere suo uidet, nisi forte aut illa mala iudicia, quæ ἐπιξέποντας, ἐπικλήρους, Locros, habent: aut meditationes Psophode, & Nomotetæ, hypobolimæos, non omnibus oratoris numeris sunt absolutæ. Ego tñ plus adhuc quid dam collatus declamatoribus puto, quoniam iis necesse est secũdum conditionem cõtro uersiarum plures subire personas, patrum, filiorum, maritorũ, militum, rusticorum, diuitum, pauperum, irascẽtium, precantium, mitium, asperorum, in quibus omnibus mire custoditur ab hoc poeta decor. Atq; ille quidem omnibus eiusdẽ operis autoribus abstulit nomen, & fulgore quodam suæ claritatis tenebras obduxit. Habent tamẽ alij quoq; comici, si cum uenia legantur, quædam quæ possis decerpere, & præcipue Philemon, q ut prauis sui temporis iudicijs Menandro sæpe prælatus est, ita cõsensu tamen omnium meruit credi secũdus. Historiam multi scripsere præclare, sed nemo dubitat longe duos cæteris præferendos, quorum diuersa uirtus laudẽ pene est parem consecuta. Densus & breuis & semper instans sibi Thucydides. Dulcis & candidus & fusus Herodotus. Ille concitatis, hic remissis affectibus melior. Ille concionibus, hic sermonibus. Ille ui, hic uoluptate. Theopompus ijs proximus, ut in historia prædictis minor, ita oratori magis similis, ut qui ante q̃ est ad hoc opus solicitatus, diu fuerit orator. Philistus quoq; meret qui turbæ, quamuis bonorum eos autorum, eximat, imitator Thucydidis, & ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. Ephorus, uti Isocrati uisum, calcaribus eget. Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur. Longo post interuallo temporis natus Timagenes, uel hoc ipso probabilis, qđ intermissam historias scribẽdi industriam, noua laude reparauit. Xenophon non excidit mihi, sed inter philosophos reddẽdus est. Sequitur oratorum ingens manus, ut cum decẽ simul Athenis ætas una tulerit, quorum lõge princeps Demosthenes, ac pene lux orandi fuit, tanta uis in eo, tam densa omnia, ita quibusdam neruis intẽta sunt, tam nihil otiosum, is dicendi modus, ut nec quod desit in eo, nec quod redũdet, inuenias. Plenior Aeschines & magis fusus, & grandiori similis, quo minus strictus est, carnis tñ plus habet, minus lacertorum. Dulcis in primis & acutus Hyperides, sed minoribus caussis, ut nõ dixerim utilior, magis par. His ætate Lysias maior, subtilis atq; elegãs, & quo nihil, si oratori satis sit docere, quæras perfectius, nihil eñ est inane, nihil arcessitum, puro tamẽ fonti quàm magno flumini propior. Isocrates in diuerso genere dicẽdi nitidus & cõpositus, & palæstræ quàm pugnæ magis accõmodatus, omnes dicẽdi ueneres sectatus est, nec immerito, audi torijs eñ se, non iudicijs compararat. In inuẽtione facilis, honesti studiosus, in compositione adeo diligens, ut cura eius reprehendatur. Neq; ego in his de quibus sum locutus, has solas uirtutes, sed has præcipuas puto, nec cæteros parũ fuisse magnos. Quinetiam Phalerea illum Demetrium, quanquam is primus inclinasse eloquentiam dicitur, multum in genij habuisse & facundiæ fateor: uel ob hoc memoria dignum, quod ultimus est fere ex Atticis, qui dici possit orator, quem tamẽ in illo medio genere dicendi præfert omnibus Cicero. Philosophorum, ex quibus plurimum se traxisse eloquẽtiæ Marcus Tullius cõfitetur, quis dubitet Platonem esse præcipuum? siue acumine differendi, siue eloquendi facultate diuina quadam & Homerica: multum eñ supra prosam orationem, & quam pedestrem græci uocant, surgit, ut mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico uideatur oraculo instinctus. Quid ego commemorem Xenophontis illam iucunditatem inadfectatam, sed quam nulla possit adfectatio consequi? ut ipsæ finxisse sermonem Gratiæ uideantur. Et quod de Pericle ueteris comœdiæ testimonium est, in hunc transferri iustissime possit, in labris eius sedisse quandam persuadendi deam. Quid reliquorum Socraticorum elegantiam? quid Aristotelem? quem dubito an sciẽtia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suauitate, an inuentionum acumine, an uarietate operum clariorem putem. Nam in Theophrasto tam est eloquẽdi nitor ille diuinus, ut ex eo nomen quoq; traxisse dicatur. Minus indulsere eloquentiæ Stoici ueteres, sed cum honesta suaserunt, tum in colligendo, probandoq;, quæ instituerant plurimum ualuerunt, rebus tamen acuti ma

loquendi.

gis quàm id quod ſane non adfectarunt, oratione magnifici. Idem nobis per Romanos quoq; autores ordo ducẽdus eſt. Itaq; ut apud illos Homerus, ſic apud nos Vergilius auſpicatiſſimum dederit exordium, omniũ eius generis poetarum, Græcorum noſtrorumq; haud dubie proximus. Vtar enim uerbis ĩſdem, quæ * ab Aphro Domitio iuuenis adcepi, qui mihi interroganti, quem Homero crederet maxime accedere, ſecundus, inquit, eſt Vergilius, propior tamen primo quã tertio. Et hercle ut illi naturæ cæleſti atq; immortali ceſſerimus, ita curæ & diligentiæ, uel ideo in hoc plus eſt, qđ fuit ei magis laborandum. Et quantum eminentibus uincimur, fortaſſe æqualitate penſamus, cæteri omnes longe * ſequuntur. Nam Macer & Lucretius legendi quidem, ſed nõ ut φραάσιν, id eſt corpus eloquentiæ, faciant. Elegantes in ſua quiſq; materia, ſed alter humilis, alter difficilis. Attacinus Varro in his per quæ nomen eſt adſecutus, interpres opis alieni, non ſpernendus quidem, uerum ad augendam facultatem dicendi parum locuples. Ennium ſicut ſacros uetuſtate lucos adoremus, in quibus grandia & antiqua robora, iam non tantam habent ſpeciem quantam religionẽ. Propiores alĩ atq; ad hoc de quo loquimur magis utiles. Laſciuus quidem in herois quoq; Ouidius, & nimium amator ingenĩ ſui, laudandus tamen partibus. Cornelius autem Seuerus etiamſi uerſificator quàm poeta melior, ſi tamẽ, ut eſt dictum, ad exemplar primi libri bellum Siculum perſcripſiſſet, uendicaret ſibi iure ſecundum locum. Varenũ conſummari mors immatura non paſſa eſt, puerilia tamen eius opera & maximam indolem oſtendunt, & * admirabilem, præcipue in ætate illa recti generis uoluntatem. Multum in Valerio Flacco nuper amiſimus. Vehemẽs & poeticum ingenium Salei Baſſi fuit, nec ipſum ſenectute maturuit. Rabirius & Pedo nõ indigni cognitione ſi uacet. Lucanus ardens & concitatus, & ſententijs clariſſimus, & ut dicam quod ſentio, magis oratoribus quã poetis imitandus. Hos nominauimus, quia Germanicũ Auguſtum ab inſtitutis ſtudijs deflexit cura terrarũ, parumq; dijs uiſum eſt eſſe eũ maximum poetarum: quid tamẽ his ipſis eius operibus, in quæ donato imperio iuuenis ſucceſſerat, ſublimius, doctius, omnibus denicq; numeris præſtantius? Quis eñ caneret bella meliùs quã qui ſic gerit? quem præſidentes ſtudijs deæ propius audirẽt? cui magis aperiat ſuas artes familiare numen Minerua? Dicent hæc plenius futura ſecula, nunc eñ cæterarum fulgore uirtutum laus iſta præſtringitur. Nos tamẽ ſacra literarum colẽtes feres Cæſar, ſi non tacitum hoc præterimus, & Vergiliano certe uerſu teſtamur:

Inter uictrices hederam tibi ſerpere lauros.

Elegeia græcos quoq; prouocamus, cuius mihi terſus atq; elegans maxime uidetur autor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ouidius utroq; laſciuior, ſicut durior Gallus. Satyra quidẽ tota noſtra eſt, in qua primus inſignem laudem adeptus Lucilius, quoſdam ita deditos ſibi adhuc habet, ut eum nõ eiuſdem modo operis autoribus, ſed oñibus poetis præferre non dubitẽt. Ego quantum ab illis, tñ ab Horatio diſſentio, qui Lucilium fluere lutulentum, & eſſe aliquid quod tollere poſſis, putat: nam & eruditio in eo mira, & libertas, atq; inde acerbitas, & abũde ſalis. Multo eſt terſior ac purus magis Horatius: &, niſi labor eius amore, præcipuus. Multũ & ueræ gloriæ, quãuis uno libro Perſius meruit. Sunt clari hodie quoq;, & q olim nominabuntur. Alterũ illud etiam prius ſatyræ genus, ſed non ſola carminũ uarietate miſtum, cõdidit Terentius Varro, uir Romanorũ eruditiſſimus, plurimos hic libros & doctiſſimos cõpoſuit, peritiſſimus linguæ latinæ, & oñis antiquitatis: & rerum græcarũ noſtrarumq;, plus tñ ſcientiæ collaturus quã eloquẽtiæ. Iam bus non ſane à Romanis celebratus eſt ut propriũ opus, à quibuſdam interpoſitus, cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio, quanq̃ * illi epodos interuenire nõ reperiatur. Lyricorum idem Horatius fere ſolus legi dignus: nam & inſurgit aliquñ, & plenus eſt iucunditatis, & gratiæ, & uarijs figuris, & uerbis feliciſſime audax. Si quem adĩcere uelis, is erit Cæſius Baſſus, quẽ nuper uidimus, ſed eum longe p̃cedunt ingenia uiuentiũ. Tragœdiæ ſcriptores ueteres Accius atq; Pacuuius clariſſimi, grauitate ſententiarũ, uerborũ pondere, autoritate perſonarũ. Cæterum nitor & ſumma in excolẽdis opibus manus, magis uideri poteſt tẽporibus quã ipſis defuiſſe: uirium tñ Accio plus tribuit, Pacuuium uideri doctio

ex.

ſequentur.

mirabilem.

illi.

rem,qui esse docti affectant,uolũt. Iam Varius cuilibet Græcorum cõparari potest. Oui dñ Medea uidetur mihi ostẽdere quantum ille uir præstare potuerit,si ingenio suo imperare,quã indulgere maluisset. Eorũ quos uiderim longe princeps Pomponius Secundus, quem senes parum tragicum putabant,eruditione ac nitore præstare confitebant. In comœdia maxime claudicamus,licet Varro Musas, Aelij Stolonis sententia Plautino dicat sermone locuturas fuisse, si latine loqui uellẽt:licet Cæcilio ueteres laudibus ferant:licet Terentij scripta ad Scipionẽ Aphricanum referant,quæ tñ sunt in hoc genere elegantissima,& plus adhuc habitura gratiæ,si intra uersus trimetros stetissent. Vix leuẽ consequimur umbram,adeo ut mihi sermo ipse Romanus nõ recipere uideat illam solam concessam Atticis Venerem,quando eam ne græci quidẽ in alio genere linguæ obtinuerint. Togatis excellit Afranius,utinamq; nõ inquinasset argumenta puerorũ fœdis amoribus,mores suos fassus. At historia nõ cesserit græcis, nec opponere Thucydidi Sallustiũ uerear, nec indigneť sibi Herodotus æquari T.Liuium,cum in narrando miræ iucũditatis,clarissimq; candoris,tum in concionibus supra quã enarrari potest eloquentem. Itaq; dicuntur omnia cũ rebus,tum psonis accommodata,sed affectus quidem,præcipueq; eos qui sunt dulciores,ut parcissime dicam,nemo historicorũ cõmendauit magis. Ideoq; immortalem illam Sallustij uelocitatẽ,diuersis uirtutibus cõsecutus est. Nam mihi egregie dixisse uidetur Seruilius Nonianus,pares eos magis quã similes:q & ipse à nobis auditus est,clari uiri ingenij,& sentẽtijs creber,sed minus pressus,quã historiæ autoritas postulat, quã paulum ætate præcedens eum Bassus Aufidius,egregie utiq; in libris belli Germanici præstitit,genere ipso probabilis in oñibus,sed in quibusdam,suis ipse uiribus minor. Supereſt adhuc & exornat ætatis nostræ gloriam uir seculorũ memoria dignus,qui olim nominabiť, nũc intelligitur. Habet amatores,nec immerito,ut libertas,quanquã circumcisis quæ dixisset ei nocuerit,sed elatum abũde spiritum,& audaces sentẽtias deprehẽdes etiam in his quæ manent. Sunt & alij scriptores boni,sed nos genera degustamus,nõ bibliothecas excutimus. Oratores uero,uel præcipue latinam eloquẽtiam parem facere græce possunt:nam cuicũq; eorum Ciceronem fortiter opposuerim. Nec ignoro quantã mihi concitem pugnam,cum pẽsertim id non fit ꝓpositi ut eum Demosthenj comparem hoc tempore: neq; eñ attinet,cum Demosthenẽ in primis legendum,uel ediscendum potius,putem. quorũ ego uirtutes pleraſq; arbitror similes,consiliũ,ordinẽ diuidendi,præparandi,ꝓbandi rationem,omnia deniq; quæ sunt inuẽtionis. In eloquẽdo est aliqua diuersitas:densior ille, hic copiosior:ille cõcludit adstrictius,hic latius:pugnat ille acumine semp, hic frequẽter & pondere:illi nihil detrahi potest, huic nihil adñci:curæ plus in illo,in hoc naturæ. Salibus certe,& commiseratione,q duo plurimum affectus ualẽt,uincimus. Et fortasse epilogos illi mos ciuitatis abstulerit,sed & nobis illa,quæ Attici mirant,diuersa latini sermonis ratio minus pmiserit. In epistolis quidẽ,quanq; sunt utriusq;,nulla cõtentio est. Cedẽdum uero in hoc,qđ & ille prior fuit,& ex magna parte Ciceronẽ quantus ẽ fecit. Nam mihi uidetur Marcus Tullius cũ se totum ad imitationem Græcorũ contulisset,effinxisse uim Demosthenis,copiam Platonis,iucunditatẽ Isocratis. Nec uero qđ in quoq; optimũ fuit,studio consecutus est tñ,sed plurimas uel potius omnes ex se ipso uirtutes extulit immortalis ingenij beatissima hubertas. Non eñ pluuias,ut ait Pindarus,aquas colligit,sed uiuo gurgite exundat,dono quodam ꝓuidentiæ genitus,in quo totas uires suas eloquentia experiret. Nam qs docere diligentius,mouere uehemẽtius põt? cui tanta unq; iucũditas affuit,ut ipsa illa quæ extorquet,impetrare eũ credas,& cũ transuersum in sua iudicem ferat,tñ ille non rapi uideat, sed sequi. Iam in oñibus quæ dicit, tanta autoritas inest,ut dissentire pudeat,nec aduocati studiũ,sed testis aut iudicis afferat fidẽ. Cum interim hæc oĩa,quæ uix singula quisquã intẽtissima cura conseq posset,fluunt illaborata:& illa,qua nihil pulchrius auditũ est,oratio præ se fert tñ felicisſ. facilitatẽ. Quare nõ immerito ab hominibus suæ ætatis regnare in iudicijs dictus est,apđ posteros uero id cõsecutus,ut Cicero iam non hoĩs,sed eloquentiæ nomẽ habeatur. Hunc igiť spectemus. Hoc ꝓpositum nobis sit exẽplum, Ille se profecisse sciat,cui Cicero unde placebit, Multa in Asinio Pollione in-

imitatores.

nominis.

fert.

uentio,ſumma diligẽtia,adeo ut quibuſdam etiam nimia uideatur, & conſilij & animi ſa
tis,à nitore & iucunditate Ciceronis ita lõge abeſt,ut uideri poſſit ſeculo prior. At Meſſa
la nitidus & candidus, & quodammodo præ ſe ferẽs in dicẽdo nobilitatem ſuam uiribus
minoribus. C. uero Cæſar ſi foro tm̃ uacaſſet,non alius ex noſtris cõtra Ciceronem nomi
naretur,tanta in eo uis eſt,id acumen,ea cõcitatio,ut illum, eodẽ animo dixiſſe quo bella-
uit,appareat.Exornat tamẽ hæc omnia mira ſermonis,cuius ꝓprie ſtudioſus fuit,elegan-
tia. Multum ingenij in Cælio,& p̃cipue in accuſando,multa urbanitas,dignusq; uir cui &
mens melior & uita longior contigiſſet. Inueni qui Cælium præferrẽt omnibus, inueni
qui Ciceroni crederent,eum nimia cõtra ſe calumnia uerum ſanguinẽ perdidiſſe.Sed eſt
& ſancta & grauis oratio,& caſtigata,& frequẽt uehemens quoq;. Imitator autẽ eſt At
ticorum,fecitq; illi ꝓperata mors iniuriam ſi quid adiecturus, nõ ſi quid detracturus fu-
it. Et Seruius Sulpitius inſignẽ non immerito famam,tribus orationibus meruit.Multa,
ſi cum iudicio legaẽ,dabit imitatione digna Caſſius Seuerus: q ſi cæteris uirtutibus colo-
rem & grauitatẽ orationis adieciſſet,ponẽdus inter præcipuos foret. Nam & ingenij plu
rimum eſt in eo,& acerbitas mira,& urbanitas eius ſumma,ſed plus ſtomacho quã conſi-
lio dedit:præterea ut amari ſales,ita frequẽter amaritudo ipſa ridicula eſt.Sunt alij multi *deeſt aliâs mul
diſerti,quos ꝓſequi longum eſt.Eorum,quos uiderim,Domitius Apher,& Iulius Africa ti.
nus lõge præſtantiſſimi. Verbor; arte ille & toto genere dicendi præferendus,& quem in
numero ueter; habere non timeas.Hic concitatior,ſed in cura uerborum nimius,& com-
poſitione nonnunquã longior,& tranſlationibus parum modicus.Erant clara & nup in-
genia,nam & Trachallus plerũq; ſublimis,& ſatis apertus fuit,& quẽ uelle optima crede
res:auditus tm̃ maior, nam & uocis,quantam in nullo cognoui, felicitas,& pronunciatio
uel ſcenis ſuffectura, & decor:om̃ia deniq; ei quæ ſunt extra ſuperfuerũt. Et Vibius Cri-
ſpus compoſitus,& iucũdus,& delectationi natus,priuatis tamẽ cauſſis quã publicis me-
lior. Iulio Secũdo ſi longior cõtigiſſet ætas,clariſſimũ profecto nomen oratoris apud po
ſteros foret. Adieciſſet enim, atq; adijciebat cæteris uirtutibus ſuis,qd̃ deſiderari poteſt,
id eſt aũt ut eſſet multo magis pugnax, & ſæpius ad curam rerum ab elocutione reſpice-
ret,cæterum interceptus quoq; magnũ ſibi uẽdicat locum. Ea eſt facundia, tanta in expli
cando,quod uellet,gratia,tam cãdidum & lene & ſpecioſum dicẽdi genus,tanta uerbor;,
etiam quæ aſſumpta ſunt, ꝓprietas,tanta etiam in quibuſdam ex periculo petitis ſignificã
tia. Habebunt qui poſt nos de oratoribus ſcribẽt,magnam,eos qui nũc uigent, materiam
uere laudandi. Sunt em̃ ſumma hodie,quibus illuſtratur forũ,ingenia. Nanq; & conſum
mati iam patroni ueteribus æmulantur,& eos iuuennm ad optima tendentium imitatur
ac ſequitur induſtria.Superſunt q de philoſophia ſcripſerũt,quo in genere pauciſſ. adhuc
eloquentes literæ Romanæ tulerunt. Idem igiẽ M.Tullius,qui ubiq;,etiam in hoc opere,
Platonis æmulus extitit. Egregius uero multoq; quã in orationibus Brutus ſuffecit põde
ri rerum,ſcias eum ſentire quæ dicit. Scripſit nõ parum multa Cornelius Celſus,Scepti-
cos ſecutus,nõ ſine cultu ac nitore:Plancus in Stoicis rerum cognitione utilis.In Epicure
is leuis quidẽ,ſed non iniucundus tamẽ autor eſt Catius.Ex induſtria Senecam in omi ge
nere eloquentiæ uerſatum diſtuli,propter uulgatam falſo de me opinionẽ, qua damnare
eum,& inuiſum quoq; habere ſum creditꝰ.Quod accidit mihi,dũ corruptum & omibus
uitijs fractum dicẽdi genus reuocare ad ſe ueriora iudicia contẽdo:cum aũt ſolus fere hic
in manibus adoleſcentiũ fuit,quem nõ equidem *omino conabar excutere,ſed potioribus *aliâs omnino
præferri non ſinebam,quos ille non deſtiterat inceſſere, cum diuerſi ſibi conſcius generis non habetur.
placere ſe in dicendo poſſe,quibus illi placerent,diffideret.amabant autẽ eum magis quã
imitabanẽ,tantumq; ab eo defluebant,quantũ ille ab antiquis deſcenderat:foret em̃ optan
dum pares,ac ſaltem proximos illi uiro fieri,ſed placebat propẽ ſola uitia,& ad ea ſe quiſ-
q; dirigebat effingẽda quæ poterat.Deinde cũ ſe iactaret eodẽ modo dicere, Senecam in-
famabat,cuius & multæ alioquin & magnæ uirtutes fuerũt, ingeniũ facile & copioſum,
plurimum ſtudij,multarum rerum cognitio,in qua tm̃ aliquando ab ijs quibus inquiren-
da quædam mandabat, deceptus eſt. Tractauit etiam omnẽ ferme ſtudiorum materiam.

Nam & orationes eius,& poemata,& epistolæ, & dialogi ferunt. In philosophia parum diligens,egregius tamẽ uitiorum insectator fuit:multæ in eo claræq; sententiæ, multa etiam morum gratia legenda,sed in eloquẽdo corrupta pleraq;,atq; eo pniciosissima, quod abundant dulcibus uitiis. Velles eũ suo ingenio dixisse,alieno iudicio. Nam si aliqua contempsisset,si parum cõcupisset,si non omnia sua amasset, si rerum põdera minutissimis sententiis non fregisset, cõsensu potius eruditorum,quã puerorum amore comprobaret. Verum sic quoq; iam robustis,& seueriore genere satis firmatis,legẽdus,uel ideo,quod exercere potest utrinq; iudiciũ. Multa em̃,ut dixi, pbanda in eo,multa etiam admiranda sunt, eligere modo curæ sit,quod utinam ipe fecisset. Digna em̃ fuit illa natura quæ meliora uellet,quæ quod uoluit effecit. Ex his cæterisq; lectione dignis autoribus,& uerborum sumenda copia est,& uarietas figurarum, & componẽdi ratio, tum ad exẽplum uirtutum omnium mens dirigẽda. Neq; em̃ dubitari potest quin artis pars magna cõtineatur imitatiõe:nam ut inuenire primũ fuit, estq; præcipuũ, sic ea quæ bñ inuẽta sunt, utile sequi, atq; omnis uitæ ratio sic cõstat,ut quæ probamus in alijs,facere ipsi uelimus. Sic literarum ductus,ut scribẽdi fiat usus,pueri sequũtur:sic musici uocem docẽtium, pictores opa priorum,rustici probatam experimẽto culturam,in exemplum intuentur, omnis deniq; disciplinæ initia,ad propositum sibi præscriptum formari uidemus. Et hercle necesse est,aut similes,aut dissimiles bonis simus. Similẽ raro natura præstat,frequẽter imitatio. Sed hoc ipsum,quod tanto faciliorem nobis rationẽ rerum omnium facit,quã fuit ijs qui nihil qd̃ sequerentur,habuerunt,nisi caute & cum iudicio adprehẽditur, nocet. Ante omnia igitur imitatio per se ipsa non sufficit:uel quia pigri est ingenij contẽtum esse ijs,quæ sint ab alijs inuẽta. Quid em̃ futurum erat tẽporibus illis,quæ sine exemplo fuerũt,si homines nihil, nisi quod iam cognouissent,faciẽdum sibi aut cogitandum putassent? nempe nihil fuisset inuentum. Cur igitur nephas est reperiri aliquid à nobis,quod ante nõ fuerit? An illi rudes sola mẽtis natura ducti sunt in hoc,ut tam multa generarẽt, nos ad quærendũ non eo ipso concitemur,quod certe scimus inuenisse eos q quæsierũt? Et cum illi,qui nullum cuiusquã rei habuerũt magistrum,pluríma in posteros tradiderint,nobis usus illarũ rerum ad eruendas alias nõ proderit,sed nihil habebimus nisi beneficij alieni? Quemadmodum quidam pictores in id solũ studẽt ut describere tabulas mẽsuris ac lineis sciant. Turpe etiam illud est,cõtentum esse id cõsequi quod imiteris:nam rursus quid erat futurum, si nemo plus effecisset eo quẽ sequebatur? Nihil in poetis supra Liuium Andronicum:nihil in historijs supra põtificum annales haberemus:ratibus adhuc nauigaremus,nõ esset pictura,nisi quæ lineas mõ extremas umbræ,quã corpora in sole fecissent, circũscriberet. Ac si oĩa percẽseas,nulla sit ars qualis inuẽta est,nec intra initiũ stetit,nisi forte nr̃a potissimum tẽpora damnamus huius infelicitatis,ut nũc demũ nihil crescat,nihil aũt crescit sola imitatione. Qd̃ si prioribus adijcere fas nõ est, quõ sperare possumus ullum oratorem perfectum? cũ in ijs,quos maximos adhuc nouimus,nemo sit inuẽtus, in quo nihil aut desideretur,aut reprehendat. Sed etiam q summa nõ appetent,contẽdere potius q̃ sequi debẽt: nam q agit ut prior sit, forsitan,etiam si nõ transierit,æquabit. Eum uero nemo põt æquare,cuius uestigijs sibi utiq; insistendũ putat: necesse est em̃ semp sit posterior qui sequit. Adde qd̃ plerũq; facilius est plus facere quã idem,tantam em̃ difficultatẽ habet similitudo,ut ne ipsa quidẽ natura in hoc ita eualuerit,ut nõ res simplicissimæ,quæq; pares maxime uideant,discrimine aliq̃ discernant. Adde qd̃ quicqd alteri simile est,necesse ẽ minus sit eo qd̃ imitat,ut umbra corpore,& imago facie,& actus histrionũ ueris affectibus. Qd̃ in oronibus quoq; euenit:nanq; ijs quæ in exẽplum assumimus,subest natura & uera uis. Contrà omnis imitatio ficta est,& ad alienum propositum accommodatur. Quo fit,ut minus sanguinis ac uirium declamationes habeant, quàm orationes,quod in illis uera,in ijs assimulata materia est. Adde q ea quæ in oratore maxĩa sunt,imitabilia nõ sunt,ingeniũ, *inuẽtio,uis,facilitas,& qcqd arte nõ tradit. Ideoq; pleriq; cũ uerba quædã ex oronib. excerpserũt,aut aliqs cõpositionis certos pedes,mire à se q̃ elegerũt effingi arbitrant, cũ & uerba intercidant inualescãtq; tpibus,ut quor̃ certissima sit regula in cõsuetudie, eaq; nõ

*inuentionis facilitas.

ſua natura ſint bona aut mala: nam per ſe ſoni tantum ſunt, ſed prout opportune proprieq;, aut ſecus collocata ſunt, & compoſitio cũ rebus accõmodata ſit, tũ ipſa uarietate gratiſſima. Quapropter exactiſſimo iudicio circa hanc partẽ ſtudiosꝫ examinanda ſunt omnia. Primũ quos imitemur. nam ſunt plurimi, qui ſimilitudinẽ peſſimi cuiuſq; & corruptiſſimi concupierint: tũ in ipſis quos elegerimus, qd ſit ad quod nos efficiendũ comparemus. Nam in magnis quoq; autoribus incidũt aliqua uitioſa, & à doctis, inter ipſos etiam mutuo reprehenſa, atq; utinam tam bona imitantes dicerẽt melius q̃ mala peius dicant. Nec uero ſaltẽ ijs quibus ad euitãda uitia iudicij ſatis fuit, ſufficiat imaginẽ uirtutis effingere, & ſolã, ut ſic dixerim, cutẽ, uel potius illas Epicuri figuras, quæ è ſummis corporib. dicit effluere. Hoc aũt ijs accidit, q nõ introſpectis penitus uirtutib. ad primũ ſe uelut aſpectũ oronis aptarũt, & cũ his feliciſſime ceſſit imitatio, uerbis atq; numeris ſunt nõ mũltũ differentes, uim dicẽdi atq; inuentionis nõ aſſequunt, ſed plerunq; declinant in peius, & proxima uirtutibus uitia cõprehendũt, fiuntq; pro grandibus tumidi, preſſis exiles, fortibus temerarij, lætis corrupti, cõpoſitis exultantes, ſimplicibus negligẽtes. Ideoq; qui horride atq; incõpoſite * qdlibet illud frigidũ & inane extulerũt, antiquis ſe pares credũt. qui carent cultu atq; ſententijs, Atticis ſcilicet. Qui præſciſſis concluſionibus obſcuri, Salluſtiũ atq; Thucydidẽ ſuperant, triſtes ac ieiuni Pollionẽ æmulant. Otioſi ac ſupini, ſi quid mõ longius circũduxerunt, iurant ita M. Ciceronem locuturũ fuiſſe. Noueram quoſdam qui ſe pulchre expreſſiſſe genus illud huius cæleſtis in dicendo uiri, ſibi uiderent, ſi in clauſula poſuiſſent, eſſe uideat. Ergo primũ eſt, ut qd imitaturus eſt q̃ſq; intelligat, & quare bonum ſit ſciat, tum in ſuſcipiendo onere conſulat ſuas uires. Nam quædam ſunt inimitabilia, quibus aut infirmitas naturæ nõ ſufficiat, aut diuerſitas repugnet. Nec cui tenue ingenium erit ſola uelit fortia & abrupta, cui fortè ſed indomitum, amore ſublimitatis & uim ſuam perdat, & elegantiã quã cupit, non perſequat: nihil eſt em̃ tam indecẽs, q̃ cũ mollia dure fiunt. Atq; ego illi præceptori, quẽ inſtitueram in libro ſecundo, credidi non ea ſola docenda eſſe, ad quæ quẽq; diſcipulorꝫ natura cõpoſitum uideret: nã is & adiuuare debet quæ in quoq; eorꝫ inuenit bona, & quantũ fieri poteſt, adijcere quæ deſunt, & emendare quædã & mutare. Rector em̃ eſt alienorꝫ ingeniorꝫ atq; formator. Difficilius eſt naturam ſuã fingere, ſed ne ille quidẽ doctor, quanq̃ oĩa quæ recta ſunt, uelit eſſe in ſuis auditorib. q̃pleniſſima, in eo tñ cui naturam obſtare uiderit, laborabit. Id quoq; uitandũ, in quo magna pars errat, ne in oratione poetas nobis & hiſtoricos, in illis operib. oratores aut declamatores imitãdos putemus. Sua cuiq; propoſita lex, ſuus decor eſt. Nec comœdia in cothurnos aſſurgit, nec tragœdia ſocco ingredit. Habet tñ omnis eloquentia aliquid commune, id imitemur quod cõe eſt. Etiam hoc ſolet incõmodi accidere ijs q ſe uni alicui generi dediderũt, ut ſi aſperitas ijs placuit alicuius, hãc etiã in leni ac remiſſo cauſarꝫ gñe nõ exuant, ſi tenuitas aut * nuditas in aſperis grauibuſq; cauſis ponderi rerum parum reſpõdeant, cũ ſit diuerſa non cauſarꝫ modo inter ipſas conditio, ſed in ſingulis etiam cauſis partium, ſintq; alia leniter, alia aſpere, alia cõcitate, alia remiſſe, alia docẽdi, alia mouendi gĩa dicenda. Quorum oĩm diſſimilis atq; diuerſa inter ſe ratio eſt. Itaq; ne hoc quidẽ ſuaſerim uni ſe alicui proprie, quẽ per oĩa ſequatur addicere. Longe oĩm perfectiſſimus Græcorꝫ Demoſthenes, aliquid tñ aliquo in loco melius alij. Plurima ille, ſed nõ qui maxime imitandus, & ſolus imitandus eſt. Quid ergo? non eſt ſatis oĩa ſic dicere quemadmodũ M. Tullius dixit? mihi quidem ſatis eſſet ſi oĩa conſequi poſſem. Quid tñ noceret, uim Cæſaris, aſperitatem Cœlij, diligentiam Pollionis, iudiciũ Calui quibuſdam in locis aſſumere? Nam præter id qd prudentis eſt, qd in quoq; optimum eſt, ſi poſſit, ſuũ facere, tũ in tãta rei difficultate, unũ intuentes, uix aliqua pars ſequit. Ideoq; cũ totũ exprimere quẽ elegeris, penè ſit hoĩ incõceſſum, pluriũ bona ponamus ante oculos, ut aliud ex alio hæreat, & * quo quicq; loco cõueniat, aptemus. Imitatio autem, nam ſæpius idem dicam, non ſit tantum in uerbis, illuc intendenda mens, quantum fuerit illis uiris decoris in rebus atque perſonis, quod conſilium, quæ diſpoſitio, quàm oĩa, etiam quæ delectationi uideantur data, ad uictoriam ſpectent. Quid agatur procœmio, quæ ratio, & quàm uaria narrandi,

quamlibet.

iucunditate.

quod cuiq; conuenit.

quæ uis probandi ac refellendi, quanta in affectis omnis generis mouẽdis ſcientia, quantaq; laus ipſa popularis, utilitatis gratia aſſumpta, quæ tũ eſt pulcherrima cũ ſequit̃, non cũ arceſſit̃, hæc ſi puiderimus, tũ uere imitabimur. Qui uero etiam ꝓpria ijs bona adiecerit, ut ſuppleat quæ deerant, circũcidat ſi qd redũdabit, is erit, quẽ quærimus pfectus orator, quẽ nũc cõſummari potiſſimũ oportebat, cũ tanto plura bñ dicendi exẽpla ſupſunt, q̃ illis qui adhuc ſummi ſunt contigerunt. Nam erit hæc quoq; laus eorum, ut priores ſuperaſſe, poſteros docuiſſe dicant̃. Et hæc quidem auxilia extrinſecus adhibent̃, in ijs autẽ quæ nobis ipſis paranda ſunt, ut laboris, ſic etiã utilitatis longe plurimũ affert ſtylus. Nec immerito M. Tullius hunc optimũ effectorẽ ac magiſtrũ dicendi uocat, cui ſentẽtiæ perſonam L. Craſſi in diſputatiõibus quæ ſunt de oratore aſſignando, iudiciũ ſuũ cum illius autoritate coniunxit. Scribendũ ergo q̃ diligẽtiſſime & q̃ plurimum. Nam ut terra altius effoſſa generandis alẽdiſq; ſeminibus fœcũdior fit, ſic ꝓfectus non à ſummo petitus, ſtudiorum fructus et fundit huberius, & fidelius cõtinet. Nam ſine hac quidẽ conſcientia, ipſa illa ex tpe dicẽdi facultas inanẽ mõ loquacitatẽ dabit, & uerba in labris naſcẽtia. Illic radices, illic fundamẽta ſunt. Illic opes uelut ſanctiore quodã ærario cõditæ, unde ad ſubitos quoq; caſus, cũ res exiget, proferant̃. Vires faciamus ante oĩa quæ ſufficiant labori certaminũ, & uſu nõ exhaurianť. Nihil em̃ rex ipa natura uoluit magnũ effici cito, ꝓpoſuitq; pulcherrimo cuiq; opi difficultatẽ, quæ naſcẽdi quoq; hanc fecerit legẽ, ut maiora animalia diutius uiſceribus parẽtum continerent̃. Sed cũ ſit duplex quæſtio, quõ, & quæ maxime ſcribi oporteat, iam hinc ordinẽ ſequar. Sit primo uel tardus dũ diligẽs ſtylus, quæramus optima, hec ꝓtinus offerẽtibus ſe gaudeamus. Adhibeat̃ iudiciũ inuentis, diſpoſitio probatis. Delectus em̃ rerũ uerborumq; agendus eſt, & pondera ſingulorũ examinanda, pòſt ſubeat ratio collocandi, uerſenturq; omni mõ numeri, nõ ut quodq; ſe ꝓferet uerbũ occupet locum: quæ qdem ut diligẽtius exequamur, repetenda ſæpius erunt ſcriptorum proxima. Nam præter id qd̃ ſic melius iungunt̃ prioribus ſequentia, calor quoq; ille cogitationis, qui ſcribẽdi mora refrixit, ſic recipit ex integro uires, & uelut repetito ſpatio ſumit impetum, quod in certamine ſaliendi fieri uidemus, ut conatũ longius petant, & ad illud quo contẽditur ſpatium curſu ferant̃: utq; in iaculando brachia reducimus, & expulſuri tela, neruos retro tẽdimus. Interim tñ ſi feret flatus, danda ſunt uela, dũ nos indulgẽtia illa nõ fallat: oĩa em̃ noſtra dũ naſcunt̃ placẽt, alioqui nec ſcriberent̃. Sed redeamus ad iudiciũ, & retractemus ſuſpectam facilitatẽ. Sic ſcripſiſſe Salluſtium accepimus, & ſanè manifeſtus eſt etiã ex ipſo ope labor. Vergiliũ quoq; pauciſſimos die cõpoſuiſſe uerſus, autor eſt Varius. Oratoris quidẽ alia cõditio eſt, itaq; hanc moram & ſolicitudinẽ init̃ ijs impero. Nam primũ hoc conſtituendũ, hoc obtinendũ eſt, ut q̃ optime ſcribamus, celeritatẽ dabit cõſuetudo, paulatim res ſe facilius oñdent, uerba rñdebũt, cõpoſitio ſequetur, cuncta deniq; ut in familia bñ inſtituta in officio erũt. Summa hæc eſt rei, cito ſcribẽdo nõ fit ut bene ſcribat̃: bñ ſcribendo fit, ut cito. Sed tũ maxime, cũ facultas illa cõtigerit, reſiſtamus, ut prohibeamus efferentis equos, quos frenis quibuſdã coerceamus. Qd̃ non tam moram faciet quàm nouos impetus dabit. Neq; em̃ rurſus eos qui robur aliquod in ſtylo fecerint, ad infelicem calumniandi ſe pœnam alligandos puto. Nam quomodo ſufficere ciuilibus officijs poſſit, qui ſingulis actionum partibus inſeneſcat? Sunt autẽ quibus nihil ſit ſatis, omnia mutare, omnia aliter dicere quàm occurrit, uelint. increduli quidem, & de ingenio ſuo peſſime meriti, qui diligentiam putant facere ſibi ſcribendi difficultatẽ. Nec promptum eſt dicere utros peccare ualidius putem, quibus omnia ſua placent, an quibus nihil. Accidit enim etiam ingenioſis adoleſcentibus frequenter, ut labore conſumantur, & in ſilentium uſq; deſcendant nimia bene dicendi cupiditate. Qua de re memini narraſſe mihi Iuliũ Secundũ illum æqualẽ meum, atq; à me, ut notũ eſt familiariter amatũ, miræ facundiæ uirũ, infinitæ tñ curæ, quid eſſet ſibi à patruo ſuo dictũ. Is fuit Iulius Florus in eloquentia Galliarũ, quoniam ibi demũ exercuit eam, princeps, alioquin inter paucos diſertus, & dignus illa ꝓpinquitate. Is cũ Scdm ſcholæ adhuc opatũ triſtẽ fortè uidiſſet, iterrogauit quæ cauſa frõtis tã adductæ: nec diſſimulauit adoleſcẽs tertiũ iam diẽ eſſe

Aliàs ſunt.

& prouideamus efferẽtes equos frenis quib. coer.

ex quo omni labore, materiæ ad scribendum destinatæ non inueniret exordium, quo sibi non p̃sens tm̃ dolor, sed etiam desperatio in posterũ fieret. Tum Florus arridens, nunquid tu, inquit, melius dicere uis q̃ potes? Ita se res habet, curandum est, ut q̃optime dicamus, dicendũ tñ pro facultate: ad profectũ em̃ opus est studio, non indignatione. Vt possimus aũt scribere etiam plura & celerius, non exercitatio mõ præstabit, in qua sine dubio multũ est, sed etiam rõ, si nõ resupini spectantesq; tectũ, & cogitationẽ murmure agitãtes, expectauerimus qd obueniat, qd res poscat, qd personæ decet, qđ sit tps, q iudicis animus intuiti, humano quodam mõ ad scribendũ accesserimus. Sic nobis et initia, & quæ sequũtur natura ipsa præscribit. Certa sunt enim pleraq;, & nisi conniueamus, in oculos incurrunt. Ideoq; nec indocti, nec rustici diu quærũt unde incipiant, quo pudẽdum est magis, si difficultatẽ facit doctrina. Nõ ergo putemus sp optimũ qđ latet, ne immutescamus alioqui, si nihil dicendum uideatur, nisi quod non inuenimus. Diuersum est huic eorum uitium, qui primo decurrere per materiam stylo quamuelocissimo uolũt, & sequentes calorem ac impetum extempore scribunt, hanc syluam uocant. Repetunt deinde & componunt quæ effuderant, sed uerba emendanẽ & numeri, manent in rebus temere congestis quæ * fudit leuitas. Protinus ergo adhibere curam rectius erit, atq; ab initio sic opus ducere ut cælandum, nõ ex integro fabricandũ sit. Aliquando tñ affectus sequemur, in quibus ferè plus calor q̃ diligentia ualet. Satis apparet ex eo, quod hanc scribendi negligentiã damno, quid de illis dictandi delicijs sentiam. Nam in stylo, quãlibet pperato, dat aliquam cogitationi moram, non consequens celeritatem eius manus: ille cui dictamus urget, atq; interim pudet etiam dubitare, aut resistere, aut mutare, quasi conscium nostræ infirmitatis timentes. Quo fit, ut non rudia tantum & fortuita, sed impropria interim dum sola est connectendi sermonis cupiditas, effluant, quæ nec scribentium curam, nec dicentium impetum consequantur. At idem ille qui excipit, si tardior in scribendo, aut * inertior in legendo uelut offensator fuerit, inhibetur cursus, atq; omnis quæ erat conceptæ mentis intentio, mora & interdum iracũdia excutitur. Tum illa quæ aptiorẽ animi motum sequuntur, quæq; ipsa animum quodammodo concitant, quorum est iactare manum, torquere uultum, simul uertere latus, & interim obiurgare: quæq; Persius notat, cum leuiter dicẽdi genus significat: Nec pluteum, inquit, cædit, nec demorsos sapit ungues, etiam ridicula sunt, nisi cum soli sumus. Deniq; ut semel, quod est potentissimum, dicam, secretum in dictando perit. Atq; liberum arbitris locum, & quamaltissimum silentium scribentibus maxime conuenire nemo dubitauerit, non tñ protinus audiendi, qui credunt aptissima in hoc nemora syluasq;, quod illa cæli libertas, locorumq; amœnitas sublimẽ animum & beatiorem spiritum parẽt: mihi certe iucundus hic magis, q̃ studiorum hortator uideẽ esse secessus. Nanq; illa ipsa quæ delectant, necesse est auocent ab intentione operis destinati. Neq; enim se bona fide in multa simul intendere animus totum potest, & quocunque respexit, definit intueri quod propositum erat. Quare syluarum amœnitas, & præterlabentia flumina, & inspirantes ramis arborum auræ, uolucrumq; cantus, & ipsa late circunspiciendi libertas ad se trahunt, ut mihi remittere potius uoluptas ista uideatur cogitationẽ quàm intendere. Demosthenes melius, qui se in locum ex quo nulla exaudiri uox, & ex quo nihil prospici posset, recondebat, ne aliud agere mentem cogerent oculi. Ideoq; lucubrantes, silentium noctis, & clausum cubiculum, & lumen unũ uelut rectos maxime tenebat. Sed cum in omni studiorum gñe, tũ in hoc præcipue bona ualetudo, quæq; eam maxime præstat frugalitas necessaria est, cum tempora ab ipsa rerum natura ad quietem refectionemq; nobis data, in acerrimum laborem cõuertimus, cui tamen non plus irrogandum est, q̃ quod somno supererit, aut deerit. Obstat enim diligentiæ scribendi etiam fatigatio, & abunde, si uacet, lucis spatia sufficiunt, occupatos, in noctẽ necessitas agit. Est tamen lucubratio, quoties ad eam integri ac refecti uenimus, optimũ secreti genus. Sed silẽtium & secessus, & undiq; liber animus, ut sunt maxime optanda, ita non possunt semper contingere. Ideoq; non statim si quid obstrepet abiciendi codices erunt, & deplorandus dies, uerum incommodis repugnandum, & hic faciendus usus, ut omnia quæ impe-

fuit.

incertior.

dient, uincat intentio, quam si tota mente in opus suum direxeris, nihil eorum quæ oculis uel auribus incurrant, ad animum perueniet. An non frequenter etiam fortuita hoc cogitatio præstat, ut obuios non uideamus, & itinere deerremus? Nõ consequemur idem si & uoluerimus? Non est indulgendum causis desidiæ, nam si non nisi refecti, non nisi hilares, non nisi omnibus alijs curis uacantes, studendum existimauerimus, semper erit ꝓpter quod nobis ignoscamus. Quare in turba, itinere, conuiuijs, uel concione etiam, faciat sibi cogitatio ipsa secretum. Quid alioqui fiet, cum in medio foro tot circũstantibus iudicijs, iurgijs, fortuitis etiã clamoribus, erit subito continua oratione dicendũ, si particulas quas ceris mandamus, nisi in solitudine reperire non possumus? propter quæ idem ille tantus amator secreti Demosthenes, in littore, in quo se maxĩo cũ sono fluctus illideret, meditãs, cõsuescebat concionũ fremitus nõ expauescere. Illa quoq; minora, sed nihil in studijs parum. uum est, non sunt transeunda, scribi optime ceris, in quibus facillima est ratio delẽdi, nisi fortè uisus infirmior mẽbranæ potius usum exiget, quæ ut iuuãt aciẽ, ita crebro relationis quoad intinguñ calami, repetitione, morañ manũ & cogitationis impetũ frangũt. Relinquẽdæ aũt in utrolibet gñe cõtrà erũt uacuæ tabellæ, in qbus libera adijciẽdi sit ex cursio. Nã interim pigritiã emẽdandi angustiæ faciũt, aut certe nouæ interpositione priora confundunt. Ne latas quidẽ ultra modũ esse ceras uelim, expertus iuuenẽ studiosum alioqui, prælongos habuisse sermones, quia illos numero uersuũ metiebatur, idq; uitium qđ frequenti admonitione corrigi nõ potuerat, mutatis codicibus esse sublatũ. Debet uacare etiam locus in quo notenť, quæ scribentibus solent extra ordinẽ, id est, ex alijs quàm q sunt in manibus loci, occurrere. Irrũpunt eñ optimi nõnunq̃ sensus, quos neq; inserere oportet, nec differre tutũ est, qa interim elabunť, interim memoriæ suæ intẽtos ab alia inuentione declinant, ideoq; optime sunt in depositio. Sequiť emendatio, pars studioꝝ lõge utilissima: neq; eñ sine causa creditũ est stylũ nõ minus agere, cũ decet. Huius aũt operis est adijcere, detrahere, mutare: sed facilius in his simpliciusq; iudicium quæ replenda uel deijcienda sunt, premere uero rumentia, humilia extollere, luxuriantia astringere, inordinata digerere, soluta componere, exultantia coercere, duplicis operæ, nam & damnãda sunt quæ placuerant, & inuenienda quæ fugerant. Nec dubiũ est optimum esse emendandi gñs, si scripta in aliquod tempus reponanť, ut ad ea post interuallum, uelut noua atque aliena redeamus, ne nobis scripta nostra tanq̃ recentes fœtus blandiantur. Sed neque hoc contingere semper potest, præsertim oratori, cui sæpe scribere ad præsentes usus necesse est. Et ipsa emendatio finem habet, sunt eñ qui ad omnia scripta tanq̃ uitiosa redeãt, & quasi nihil fas sit rectũ esse quod primum est, melius existimẽt quicquid est aliud, idq; faciant quoties librũ in manus resumpserũt: similes medicis etiã integra secantibus, accidit itaq; ut cicatricosa sint & exanguia, & cura peiora. Sit igiť aliqñ qđ placeat, aut certe quod sufficiat, ut opus poliat lima, nõ exterat. Temporis quoq; esse debet modus. Nã qđ Cinnæ Smyrnam nouẽ annis accepimus scriptam, & panegyricũ Isocratis, qui parcissime, decẽ annis dicunt elaboratũ, ad oratorem nihil pertinet, cuius nullum erit, si tam tardum fuerit, auxiliũ. Proximũ est ut dicamus quæ præcipue scribenda sint. Hoc exhuberãtis quidem est operis, ut explicemus quæ sint materiæ, quæ prima aut scda, aut deinceps tractanda sint, nam id factũ est etiam primo libro, quo puerorũ, & scdo, quo iam robustorum studijs ordinẽ dedimus, sed de quo nunc agiť, unde copia & facilitas maxĩe ueniat. Vertere græca in latinum ueteres nostri oratores optimum iudicabãt. Id se L. Crassus in illis Ciceronis de oratore libris dicit factitasse. Id Cicero sua ipse persona frequẽtissime ꝑcipit, quinetiã libros Platonis & Xenophõtis edidit hoc gñe tralatos. Id Messalæ placuit, multæq; sunt ab eo scriptæ ad hũc modũ oratiões, adeo ut etiam cũ Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis subtilitate, cõtenderet. Et manifesta est exercitationis huiusce ratio: nam & rerum copia Græci abundant, & plurimũ artis in eloquentiam intulerũt, & hos transferentibus, uerbis uti optimis licet, omnibus eñ utimur nostris. Figuras uero qbus maxime ornatur oratio, multas ac uarias excogitandi, etiam necessitas quædã est, qa plerunq; à Græcis Romana dissentiunt. Sed & illa ex Latinis conuersio, multum & ipsa

contulerit. Ac de carminibus quidem neminem credo dubitare, quo solo genere exercitationis dicit usus esse Sulpitius. Nã & sublimis spiritus attollere orationẽ potest, & uerba poetica libertate audaciora, nõ præsumũt eandẽ proprie dicendi facultatẽ, sed & ipsis sententijs adijcere licet oratoriũ robur, & omissa supplere, & effusa substringere. Neq; ego παράφρασιν esse interpretationẽ tantũ uolo, sed circa eosdẽ sensus certamẽ atq; æmulationẽ. Ideoq; ab illis dissentio, qui uertere orationes latinas uetant, qa optimis occupatis, qcqd aliter dixerimus, necesse sit esse deterius. Nam neq; sp est desperandũ, aliquid illis quæ dicta sunt melius posse reperiri. Neq; adeo ieiunam ac pauperẽ natura eloquẽtiam fecit, ut una de re bene dici nisi semel, nõ possit, nisi fortè histrionũ multa circa uoces easdẽ uariare gestus potest, orandi minor uis, ut dicat aliquid post qd in eadẽ materia nihil dicendũ sit. Sed esto, neq; melius, quod inuenimus, esse, nec par, est certe proximis locus. An uero ipsi non bis ac sæpius de eadem re dicimus, & quidẽ continuas nonnunq; sententias? nisi fortè contẽdere nobiscũ possumus, cũ alijs non possumus. Nam si uno tm gne bene dicere tur, fas erat existimare præclusam nobis à prioribus uiam in dicendo, nunc uero innumerabiles sunt modi, plurimæq; eodẽ uiæ ducunt. Sua breuitati gra, sua copiæ, alia translatis uirtus, alia ꝓprijs. Hoc oro recta, illud figura declinata cõmendat, ipa deniq; utilissima est exercitationi difficultas. Quid? q autores maximi sic diligentius cognoscunt. Nõ em scripta lectiõe secura trãscurrimus, sed tractam⁹ singula & necessario introspicimus, & quantũ habeant uirtutis, uel hoc ipso cognoscimus, qd imitari nõ possumus. Nec aliena tm transferre, sed etiã nostra pluribus modis tractare ꝓderit, ut ex industria sumamus sniας quasdam, easq; uersemus q̃numerosissime, ueluti eadẽ cera aliæ atq; aliæ formæ duci solent, plurimũ aũt parari facultatis existimo ex simplicissima quaq; materia. Nam in illa multiplici personarũ, causarũ, tẽporum, locorum, dictorũ, factorũ, diuersitate, facile delitescet infirmitas, tot se rebus, ex quibus aliquam apprehendas offerentibus. Illud uirtutis indicium est, fundere quæ natura contracta sunt, augere parua, uarietatẽ simplicibus, uoluptatem expositis dare, & bene dicere multa de paucis. In hoc optime faciẽt infinitæ quæstiones, quas uocari θέσεις diximus, quibus Cicero iam princeps in repub. exerceri solebat. His confinis est destructio & cõfirmatio sniarũ, nam cũ sit snia decretum quoddam atq; præceptũ, quod de re, idem de iudicio rei quæri potest. Tum loci cões, quos etiã scriptos ab oratoribus scimus: nam qui hæc recta, & in nullos flexus * recedentia copiose tractauerit, utiq; in illis plures recursus recipiẽtibus magis abũdabit, eritq; in oẽs causas gratus, oẽs em generalibus quæstionibus constant. Nam qd interest, Cornelius trib. pl. quod codicem legerit, reus sit: an quæramus, uioletur ne maiestas, si magistratus rogationẽ suam populo ipse recitauerit? Milo Clodiũ recte ne occiderit, ueniat in iudicium, an oporteat ne insidiatorem interfici, uel pernicioſum reipu. ciuem etiamsi non insidietur? Cato Martiam honeste ne tradiderit Hortensio, an conueniat ne res talis bono uiro? De personis iudicatur, sed de rebus contẽditur. Declamationes uero quales in scholis rhetorum dicuntur, si modo sunt ad ueritatẽ accõmodatæ, & orationibus similes, non tantũ dum adolescit profectus, sunt utilissimæ, quæ inuentionem & dispositionem pariter exercent, sed etiam cum est consummatus, ac iã in foro clarus. Alitur em atq; enitescit uelut pabulo lætiore facundia, & assidua contentionum asperitate fatigata, renouatur. Quapropter historiæ nõnunq; hubertas in aliqua parte exercẽdi styli ponenda, & dialogorũ libertate gestiendum. Ne carmine quidem ludere contrarium fuerit, sicut athletæ remissa quibusdam tpibus ciborũ atq; exercitationum certa necessitate, otio & iucundioribus epulis reficiuntur. Ideoq; mihi uidetur M. Tullius tantũ intulisse eloquentiæ lumen, quod in hos quoq; studiorũ secessus excurrit. Nam si nobis sola materia * fuerit ex litibus, necesse est deterat fulgor, & durescat articulus, & ipse ille mucro ingenij quotidiana pugna retundat. Sed quẽadmodũ forẽsibus certaminibus exercitatos, & quasi militantes, reficit ac reparat hac uelut sagina dicẽdi: sic adolescentes non debent nimiũ in falsa rerũ imagine detineri, & in umbris simulacris usq; adeo, ut difficilis ab ijs digressus sit, assuefacere, ne ab illa, in qua pæne cõsenuerint umbra, uera discrimina, uelut quendam solẽ, reformidẽt. Quod accidisse

recedenti cum positione.

fluxerit.

etiam Porcio latroni, qui primus clari nominis professor fuit, traditur, ut cũ ei summam in scholis opinionem obtinenti causa in foro esset oranda, impẽse petierit, uti subsellia in basilicam transferrent. Ita illi cælũ nouũ fuit, ut omnis eius eloquentia contineri tecto ac parietibus uideret. Quare iuuenis qui rationẽ inueniẽdi eloquẽdiq; à præceptoribus diligenter acceperit, qđ non est infiniti operis, si docere sciant, & exercitationẽ quoq; modicam fuerit consecutus, oratorem sibi aliquẽ quod apud maiores fieri solebat, deligat, quẽ sequatur, quem imitet, iudicijs interfit q̃plurimis, & sit certaminis cui destinat, frequens spectator, tum causas, uel easdem quas agi audierit, stylo ipse cõponat, uel etiam alias, ueras modo, & utrunq; tractet, & quod in gladiatoribus fieri uidemus retiarijs exerceatur, ut fecisse Brutũ diximus pro Milone, melius hoc quàm rescribere ueteribus orationibus ut fecit Cestius contra Ciceronis actionẽ habitam pro eodẽ, cum alteram satis nosse non posset ex sola defensione. Citius aũt idoneus erit iuuenis, quem præceptor coegerit, in declamando quamsimillimum esse ueritati, & per totas ire materias, quarũ nunc facillima & maxime fauorabilia decerpũt. Obstat huic, quod scđo libro posui, frequens turba discipulorum, & consuetudo classium certis diebus audiendarũ, non nihil etiam persuasio patrum, numerantium potius declamationes quàm æstimantium. Sed quod dixi primo, ut arbitror, libro, nec ille se bonus præceptor maiore numero, quàm sustinere possit, onerabit, & nimiam loquacitatem recidet, ut omnia quæ sunt in controuersia, non ut quidam uolunt, quæ in rerum natura dicantur. Et uel longiore potius dieꝝ spatio laxabit dicendi necessitatẽ, uel materias diuidere permittet: una em̃ diligẽter effecta plus proderit, quàm plures inchoatæ, & quasi degustatæ, propter qđ accidit, ut nec suo loco quicquam ponatur, nec illa quæ prima sunt seruent suam legem, iuuenibus flosculos oĩm partiũ in ea quæ sunt dicturi congerentibus, quo fit, ut timentes ne sequentia perdant, priora confundant. Proxima stylo cogitatio est, quæ & ipsa uires ab hoc accipit, & est inter scribendi laborẽ, extemporalemq; fortunam media quædam, & nescio an usus frequentissimi. Nã scribere nec ubiq; nec semper possumus, cogitationi tpis ac loci plurimum est. Hæc paucis admodum horis magnas etiam causas complectitur. Hæc quoties intermissus est somnus ipsis noctis tenebris adiuuat. Hæc inter medios reꝝ actus aliqd inuenit uacui, nec otiũ patit. Neq; uero rerum ordinẽ modo, quod ipsum satis erat, intra seipsa disponit, sed uerba etiã copulat, totamq; ita contexit orationem, ut ei nihil præter manum desit. Nam memoriæ quoq; plerunq; inhæret fidelius, quod nulla scribendi securitate laxat. Sed ne ad hãc quidem uim cogitandi peruenire potest, aut subito, aut cito. Nam primũ facienda multo stylo forma est, quæ nos etiam cogitantes sequat, tũ assumendus usus paulatim, ut pauca primum complectamur animo, quæ reddi fideliter possint, mox per incremẽta, tam modica ut onerari se labor ille non sentiat, augenda usu, & exercitatione continenda est, quæ quidem maxima ex parte memoriæ constat, ideoq; mihi aliqua in illum locũ differẽda sunt. Eo tñ peruenit, ut is cui nõ refragetur ingenium, acri studio adiutus, tantum consequat, ut etiam quæ cogitarit, quæq; scripserit, atq; edidicerit, in dicendo fidem seruent. Cicero certe Græcoꝝ Metrodoꝝ Scepsium, & Eriphylum Rhodium, nostroꝝ Hortẽsium tradidit, quæ cogitauerant, ad uerbum in agendo retulisse. Sed si fortè aliquis inter dicendum effulserit extemporalis color, non superstitiose demum est inhærendũ. Neq; em̃ tantum habent curæ, ut non sit dandus & fortunæ locus, cũ sæpe etiam scriptis ea quæ subito nata sunt, inserantur. Ideoq; totum hoc exercitationis genus ita instituendũ est, ut & digredi ex eo & redire in id facile possimus. Nam ut primũ est domo afferre paratã dicendi copiam & certam, ita refutare tẽporis munera longe stultissimũ est. Quare cogitatio in hoc præparetur, ut nos fortuna decipere non possit, adiuuare possit. Id aũt fiet memoriæ uiribus, ut illa quæ complexi animo sumus, fluant secura, non solicitos & respicientes, & una spe suspensos recordationis, nõ sinant prouidere, alioqui uel extemporalem temeritatem malo, quàm male cohærentẽ cogitationem. Peius em̃ quæritur retrorsus, quia cũ illa desideramus ab alijs auertimur, & ex memoria potius repetimus, q̃ ex materia. Plura sunt autem, si utrunq; quærendũ est, quæ inueniri possunt, quàm quæ inuenta sunt. Maximus

uero ſtudiorum fructus eſt,& uelut præmium quoddam amplius longi laboris,ex tẽpore dicendi facultas:quã qui non erit conſecutus,mea quidẽ ſententia ciuilibus officijs renunciabit,& ſolam ſcribendi facultatẽ potius ad alia opera conuertet. Vix em̃ bonæ fidei uiro cõuenit auxiliũ in publicum pollicerí,quod in præſentiſſimis quibuſq; piculis deſit,intrare portum ad quem nauis accedere niſi lenibus uẽtis uecta nõ poſſit. Siquidẽ innumerabiles accidũt ſubitæ neceſſitates,uel apud magiſtratus,uel repſentatis iudicijs,cõtinuo agẽdi. Quarum ſi qua,nõ dico cuicunq; innocẽtium ciuium,ſed amicorum ac ꝓpinquorum alicui euenerit,ſtabit ne mutus,& ſalutarẽ petentibus uocem,ſtatimq;, ſi nõ ſuccurratur, perituris,moras & ſeceſſum & filẽtium quæret,dum illa uerba fabricẽt,& memoriæ inſidant,& uox ac latus præparetur? Quæ uero patiẽ hoc ratio,ut quiſquã ſit orator imparatus ad caſus? Quid cũ aduerſario reſpondẽdum erit,fiet? Nam ſæpe ea quæ opinati ſumus,& contra quæ ſcripſimus,fallunt,ac tota ſubito cauſſa mutaẽ,atq; ut gubernatori ad incurſus tempeſtatẽ,ſic agenti ad uarietatem cauſſarũ ratio mutanda eſt. Quid porro multus ſtylus & aſſidua lectio,& longa ſtudiorũ ætas facit,ſi manet eadẽ quæ fuit incipiẽtibus difficultas? perñſſe ꝓfecto confitendum eſt præteritum laborẽ,cui ſemper idem laborandum eſt. Neq; ego hoc ago ut ex tẽpore dicere malit,ſed ut poſſit,id aũt maxime hoc mõ conſequemur: Nota ſit primũ dicendi uia,neq; em̃ prius contingere curſus poteſt, q̃ ſcierimus quò ſit & quà pueniendum. Nec ſatis eſt nõ ignorare quæ ſint cauſſarũ iudicialium partes,aut quæſtionum ordinẽ recte diſponere,quanq̃ iſta ſunt præcipua,ſed quid quoq; loco primũ ſit,quid ſcdm,ac deinceps,quæ ita ſunt natura copulata, ut mutari aut interuelli ſine confuſione,nõ poſſint. Quiſquis aũt uiam diſcet, ducetur ante oñia rerum ipſa ſerie uelut duce,propter qđ homines etiam modice excercitati,facillime tenorẽ in narrationibus ſeruant. Deinde quid quoq; loco quærant,ſcient, nec circũſpectabunt nec offerẽtibus ſe aliunde ſenſibus turbabunt̃, nec confundent ex diuerſis orationem uelut ſalientes huc illuc,nec uſquã inſiſtentes. Poſtremo habebunt modũ & finem,qui eſſe citra diuiſionem nullus poteſt. Expletis pro facultate oñibus quæ ꝓpoſuerint, pueniſſe ſe ad ultimũ ſentiẽt. Et hæc quidẽ ex arte: illa uero ex ſtudio,ut copiam ſermonis optimi,quẽadmodũ præceptum eſt,comparemus. Multo ac fideli ſtylo ſic formeẽ oratio,ut ſcriptorum colorẽ etiã quæ ſubito effuſa ſunt reddant,ut cũ multa ſcripſerimus,etiam multa dicamus. Nam conſuetudo & excercitatio facilitatẽ maxime parit: quæ ſi paulũ intermiſſa fuerit, non uelocitas illa modo,ſed ipm̃ coit atq; concurrit. Quanq̃ enim opus eſt naturali quadam mobilitate animi,ut dum ꝓxima dicimus ſtruere ulteriora poſſimus, ſemperq; noſtram uocem prouiſa & formata cogitatio excipiat,uix tñ aut natura aut ratio in tam multiplex officium diducere animũ queat, ut inuẽtioni,diſpoſitioni,elocutioni, ordini uerborum rerumq;,tũ ñs,quæ dicit,quæ ſubiũcturus eſt,quæ ultra ſpectanda ſunt, adhibita uocis,pronunciationis,geſtus obſeruatiõe,una ſufficiat. Longe enim præcedat oportet intentio,ac præ ſe res agat,quantũq; dicendo conſumitur,tm̃ ex ultimo prorogetur,ut donec perueniamus ad finem,non minus ꝓſpectu procedamus quã gradu,ſi non interſiſtentes offenſantesq; breuia illa atq; cõciſa ſingultantium modo eiecturi ſumus. Eſt igiẽ uſus quidam irrationabilis,quã græci ἄλογον τριβήν uocant,qua manus in ſcribẽdo decurrit,qua oculi totos ſimul in lectione uerſus flexusq; eorũ & tranſitus intuenẽ,& ante ſequentia uident quã priora dixerunt,quo cõſtant miracula illa in ſcenis pilariorũ ac uentilatorũ,ut ea quæ emiſerint ultro uenire in manus credas,& qua iubẽtur decurrere. Sed hic uſus ita proderit,ſi ea de qua locuti ſumus,ars anteceſſerit,ut ipm̃ illud quod in ſe rationẽ non habet,in ratione uerſetur. Nam mihi ne dicere quidẽ uidetur,niſi q diſpoſite,ornate, copioſe dicit. Sed nec tumultuarñ,nec fortuiti ſermonis contextũ mirabor unquã, quem iurgantibus etiam mulierculis ſuperfluere uideo,cũ eo,qđ ſi calor ac ſpiritus tulit frequenẽ accidit,ut ſucceſſum extemporalem conſequi cura nõ poſſit,deum tunc adfuiſſe,cum id eueniſſet,ueteres oratores,ut Cicero dicit,aiebant. Sed ratio manifeſta eſt, nam bene concepti adfectus, & recentes rerum imagines continuo impetu feruntur, quæ nonnunquam mora ſtyli refrigeſcunt,& dilatæ non reuertũtur. Vtiq; uero cum infelix illa uerborum cauillatio adceſ-

hinc illinc.

fit,& curſus ad ſingula ueſtigia reſtitit,non poteſt fieri cõtorta uis,ſed ut optime uocum ſingularum cedat electio,non continua ſed cõpoſita eſt.Quare capiendæ ſunt illæ, de quibus dixi,rerũ imagines,quas uocari φαντασίας indicauimus,omniaq; de quibus dicturi erimus,pſonæ,quæſtiones,ſpes,uirtus habẽda in oculis,in affectus recipienda.Pectus eſt em̃ quod diſertos facit,& uis mẽtis. Ideoq; imperitis quoq;,ſi modo ſunt aliquo adfectu concitati,uerba non deſunt.Tum intendendus animus non in aliquã rem unam,ſed in plures ſimul continuas,ut ſi per aliquam rectam uiam mittamus oculos,ſimul oñia,quæ ſunt in ea,circaq;,intuemur,nõ ultimum tm̃ uidemus,ſed uſq; ad ultimum.Addit ad dicendũ etiam pudor ſtimulos,habet & dicendo exꝑctata laus,mirumq; uideri poteſt,quod cũ ſtylus ſecreto gaudeat atq; oñes arbitros reformidet,extemporalis actio auditorũ frequẽtia, ut miles concentu ſignorum,excitatur.Nanq; & difficiliorẽ cogitationem exprimit & expellit dicendi neceſſitas,& ſecũdos impetus auget placendi cupido. adeo pretium omnia expectant,ut eloquẽtia quoq;,quanq; plurimum habeat in ſe uoluptatis, maxime præſenti fructu laudis * opinionisq; ducatur. operis. Nec quiſquã tm̃ fidat ĩgenio,ut id ſibi ſperet incipienti ſtatim poſſe contingere,ſed ſicut in cogitatiõe præcepimus,ita facilitatem quoq; extemporalem à paruis initijs,paulatim ꝓducemus ad ſummam, quæ nec perfici nec contineri niſi uſu poteſt.Cæterum pueniri eo debet,ut cogitatio nõ utiq; melior ſit ea,ſed utilior,cum hãc * facilitatem nõ in proſa modo multi ſint cõſecuti,ſed etiam in carmine,ut Antipater,Sidonius & Licinius Archias:credendum em̃ Ciceroni eſt,non quia noſtris quoq; tẽporibus non & fecerunt quidam hoc & faciant,quod tm̃ ipſum nõ tam probabile puto, neq; em̃ habet aut uſum res aut neceſſitatem,quã exhortandis in hanc ſpem,qui foro præparantur,utile exemplum. felicitatem. Neq; uero eſſe unquã tantam fiducia facilitatis uelim ut non breue ſaltem tempus,quod nuſquã fere deerit,ad ea quæ dicturi ſumus diſpicienda ſumamus,quod quidẽ in iudicijs ac foro datur ſemper.Neq; em̃ quiſquã eſt qui cauſſam quam non didicerit agat. Declamatores quoſdam puerſa ducit ambitio,ut expoſita cõtrouerſia, protinus dicere uelint,quin etiam,qd̃ eſt in primis friuolum ac ſcenicum,uerbum petant quo incipiant.Sed tam cõtumelioſos in ſe irridet in uicẽ eloquentia,& q ſtultis eruditi uideri uolũt,ſtulti eruditis iudicant. Si qua tm̃ fortuna tam ſubitam fecerit agendi neceſſitatem, meliore. * mobiliore quodam opus erit ingenio,& uis omnis intendenda rebus, & in præſentia remittendum aliquid ex cura uerborum, ſi ſequi utrunq; non dabitur. Tamen & tardior pronunciatio moras habet,& ſuſpenſa ac ueluti dubitans oratio,ut tamen deliberare, non hæſitare uideamur. aptis. Hoc dum egredimur è portu,ſi nos nondum * aptatis ſatis armamentis aget uentus.Deinde paulatim ſimul euntes aptabimus uela,& diſponemus rudentes, & impleri ſinus optabimus. Id potius, quàm ſe inani uerborum torrenti dare, quaſi tempeſtatibus,quo uolent,auferendum. Sed non minore ſtudio continetur hæc facultas quàm paratur. Ars enim ſemel percepta non rapitur. Stylus quoq; intermiſſione paulum admodum de celeritate perdit, promptum hoc & in expedito poſitum excercitatione ſola continetur. Hac uti ſic optimum eſt, ut quotidie dicamus audientibus pluribus, maxime de quorum ſimus iudicio atq; opinione ſoliciti: rarum eſt enim ut ſatis ſe quiſq; uereatur: uel ſoli tamẽ dicamus potius,quã non omnino dicamus. Eſt alia excercitatio cogitandi,totasq; materias uel ſilentio,dum tamẽ dicat intra ſe ipſum, perſequendi, quæ nullo non tempore locoq;, quando non aliud agimus, explicari poteſt, & eſt in parte utilior quàm hæc proxima. Diligẽtius enim componitur quàm illa,in qua contextum orationis intermittere ueremur. Rurſus * illa prior plus confert, uocis firmitatem, in alia plus prior. oris facilitatem,motum corporis, qui & ipſe,ut dixi,excitat oratorem, & iactatione manus,pedis ſupploſione,ſicut cauda leones facere dicũtur,hortatur. Studendum uero ſemper & ubiq;. Neq; uero tam ullus eſt dies occupatus, ut nihil lucratiuæ, ut Cicero Brutum facere tradit, operæ ad ſcribendum,aut ad legendum,aut dicendum rapi aliquo momento temporis poſſit. Siquidem C. Carbo etiam in tabernaculo ſolebat hac uti excercitatione dicendi. Ne id quidem tacendum eſt,quod eidem Ciceroni placet,nullum noſtrum uſquam negligẽtem eſſe ſermonem,quicquid loquemur,ubicunq;,ſit pro ſua ſcili-

cet portione perfectum. Scribendum certe nunquã cum multa dicemus ex tempore. Ita enim ſeruabitur pondus, & intrans illa uerborum facilitas in altum reducetur, ſicut ruſtici proximas uitis radices amputant, quæ illam in ſummum ſolum ducũt, ut inferiores penitus deſcendendo firmẽtur. Ac neſcio an utrunq; cum cura & ſtudio fecerimus, inuicem profit, ut ſcribendo dicamus diligentius, dicendo ſcribamus facilius. Scribendũ ergo quoties licebit: ſi id non dabitur, cogitandum, ab utroq; excluſi debent tamẽ anniti, ut neq; deprehenſus orator, neq; litigator deſtitutus eſſe uideatur. Plerunq; autem multa agẽtibus accidit, ut maxime neceſſaria & utiq; initia ſcribant, cætera quæ domo afferunt, cogitatione complectantur, ſubitis ex tempore occurrant. Quod feciſſe M. Tullium commentarijs ipſius apparet, ſed feruntur aliorum quoq;, & inuenti forte ut eos dicturus quiſq; compoſuerat, & in libros digeſti, ut cauſſarum quæ ſunt actæ à Seruio Sulpitio, cuius tres orationes extant. Sed hi de quibus loquor commentarij ita ſunt exacti, ut ab ipſo mihi in memoriam poſteritatis uideantur compoſiti. Nam Ciceronis ad præſens modo tempus aptatos libertus Tyro contraxit. Quos non ideo excuſo, quia nõ probem, ſed ut ſint magis admirabiles. In hoc genere prorſus recipio hanc breuem annotationem, libellosq; qui uel manu teneantur, & ad quos interim reſpicere fas ſit. Illud quod Lænas præcipit diſplicet mihi, quæ ſcripſerimus, in ſummas ſiue commentarios & capita cõferre. Facit enim & diſcendi negligentiam hæc ipſa fiducia, & lacerat ac deformat orationem. Ego autẽ ne ſcribendum quidem puto quod ſimus memoria proſecuturi. Nam hoc quoq; accidit ut reuocet nos cogitatio ad illa elaborata, nec ſinat præſentẽ fortunam experiri. Sic anceps inter utrunq; animus æſtuat, cum & ſcripta perdit & non quærit noua. Sed de memoria deſtinatus eſt pximo libro locus, nec huic parti ſubiungẽdus, quia ſunt alia prius nobis dicẽda.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER .XI.

Præfatio, & de apte dicendo. Caput .I.

DArata, ſicut ſuperiore libro continetur, facultate ſcribẽdi cogitandiq;, & ex tempore etiam cum res poſcet orandi, proxima eſt cura ut dicamus apte, quã uirtutẽ elocutionis quartam Cicero demõſtrat, quæq; eſt meo quidem iudicio maxime neceſſaria. Nam cũ ſit ornatus orationis uarius & multiplex, cõueniatq; alius alij, niſi fuerit accommodatus rebus atq; perſonis, nõ modo nõ illuſtrabit eam, ſed & deſtruet, & uim rerum in contrariũ uertet. Quid eñ prodeſt eſſe uerba & latina, & ſignificantia, & nitida, figuris etiam numeriſq; elaborata, niſi cũ ijs in quæ iudicem duci, formariq; uolumus, cõſentiant? Si genus ſublime dicẽdi paruis in cauſis, paruum limitatumq; grandibus, lætum triſtibus, lene aſpis, minax ſupplicibus, ſummiſſum concitatis, trux atq; uiolentum iucũdis adhibeamus? ut monilibus, & margaritis, ac ueſte lõga, quæ ſunt ornamenta fœminarum, deformẽtur uiri, nec habitus triumphalis, quo nihil cogitari poteſt auguſtius, fœminas deceat. Hunc locũ Cicero breuiter in tertio de oratore libro perſtringit, neq; tñ uideri poteſt quicq; omiſiſſe, dicendo nõ omni cauſæ, nec auditori, nec perſonæ, nec tempori cõgruere orationis unum genus, nec fere pluribus in oratore eadem. Sed illic L. Craſſus, cũ apud ſummos oratores, hominesq; eruditiſſimos dicat, ſatis habet partẽ hanc uelut notare inter agnoſcẽtes. Et hic Cicero alloquẽs Brutũ teſtatur eſſe hæc ei nota, ideoq; breuius à ſe dici, quanq; ſit fuſus locus, tracteturq; à philoſophis latius. Nos inſtitutionẽ profeſſi, non ſolũ ſcientibus iſta, ſed etiam diſcentibus tradimus, ideoq; paulo pluribus uerbis debet haberi uenia. Quare notum ſit nobis ante oñia, quid conciliando, docendo, mouendo iudici cõueniat, qd quaq; parte orationis petamus. Ita nec uetera, nec tranſlata, aut ficta uerba incipiendo, narrando, argumentando, tractabimus, neq; dẽcurrẽtis cõtexto nitore circuitus ubi diuidenda erit cauſa, & in partes ſuas digerẽda, neq; humi

le,atq; quotidianum sermonis genus, & compositiõe ipsa dissolutũ epilogis dabimus,nec iocis lachrymas,nec rursus lachrymas ubi opus erit miseratiõe siccabimus. Nam ornatus omnis nõ tam sua,q̃ rei cui adhibet,conditione cõstat,nec plus refert quid dicas,q̃ quo loco. Sed totũ hoc apte dicere,nõ elocutionis tm̃ genere constat,sed est cũ inuentione cõe. Nam si tm̃ habent etiam uerba momentũ,quanto res ipsæ maius? Quarũ quæ esset obseruatio,suis locis subinde subiecimus. Illud est diligẽtius docendum, eum demũ dicere apte,q non solum quid expediat,sed etiam qd deceat inspexerit. Nec me fugit plerunq; hæc esse coniuncta. Nam quod decet,fere prodest,neq; alio magis animi iudicũ conciliari,aut si res in contrariũ tulit,alienari solent. Aliquando tñ & hæc dissentiunt. Quoties aũt pugnabunt,ipsam utilitatem uincet quod decet. Nam quis nescit nihil magis profuturũ ad absolutionem Socrati fuisse,q̃ si esset usus illo iudiciali genere defensionis,& ofone summissa conciliasset iudicũ animos sibi,crimenq; ipm̃ solicite redarguisset? Verũ id minime eum decebat,ideoq; sic egit,ut q pœnam suam honoribus summis esset æstimaturus. Maluit em̃ uir sapientissimus qd̃ supereſſet ex uita sibi perire, q̃ quod præteriſſet. Et quando ab hominibus sui tẽporis parum intelligebat,posterorum se iudicijs reseruauit,breui detrimẽto iam ultimæ senectutis æuum seculorũ oĩm consecutus. Itaq; quamuis Lysias,quitum in dicendo præstantissimus habebat,defensionem illi scriptam obtulisset,uti ea noluit,cum bonam quidẽ,sed parum sibi conuenientẽ iudicasset. Quo uel solo patet,num persuadendi,sed bene dicendi finem in oratore seruandũ,cum interim psuadere deforme sit. Non fuit hoc utile absolutioni,sed(quod est maius)homini fuit. Et nos secundũ communem potius loquẽdi consuetudinem,quã ipsam ueritatis regulam, diuisione hac utimur, ut ab eo quod deceat, utilitatem separemus. nisi forte prior ille Aphricanus,qui patria cedere, quã cum tribunople. humillimo contendere de innocentia sua maluit,inutiliter sibi uidetur consuluisse,aut P. Rutilius,uel cum illo pene Socratico genere defensionis est usus,uel cum reuocãte eum P. Sylla manere in exilio maluit, quid sibi maxime cõduceret nesciebat. Hi uero parua illa,quæ abiectissimus quisq; animus utilia credit,si cũ uirtute cõferantur,despiciẽda iudicauerunt,ideoq; ppetua seculorum admiratione celebrant. Neq; nos simus tam humiles,ut quæ laudamus inutilia credamus. Sed hoc qualecunq; discrimen raro admodũ euenit. Cæterum idẽ fere(ut dixi) in oĩ genere causarum & ꝑderit, & decebit. Est aũt quod oĩes & semper & ubiq; persuadere ac dicere honeste, honesteq; facere deceat,contraq; neminẽ unq̃ ullo in loco turpit. Minora uero,quæ sunt ex mediis, plerunq; sunt talia,ut aliis sint concedẽda, aliis non sint aut pro psona,tẽpore,loco,causa, magis ac minus,uel excusata debeant uideri,uel reprehẽdenda. Cum dicamus autẽ de rebus,aut alienis,aut nostris,diuidẽda est ratio eorum,dũ sciamus pleraq; neutro loco cõuenire. In primis em̃ omnis sui uitiosa iactatio est,eloquentiæ tamẽ in oratore præcipue, affertq; audientibus nõ fastidium modo,sed plerũq; etiam odium. Habet em̃ mens nostra natura sublime quiddam & erectũ,& impatiens superioris. Ideoq; abiectos aut submittẽtes se libenter alleuamus,quia hoc facere tanq̃ maiores uidemur,& quoties discessit æmulatio,succedit humanitas. At qui se supra modũ extollit,premere ac despicere credit,nec tam se maiorem,quã minores cæteros facere. Inde inuidẽt humiliores:nam hoc uitiũ est eorum,qui nec cedere uolunt,nec possunt contẽdere,ridẽt superiores,improbant bonos. Plerunq; uero deprehẽdas arrogantium fallacem de se opinionem,sed in ueris quoq; suffi cit conscientia. Reprehẽsus est in hac parte non mediocrit Cicero,quanq̃ is quidem rerũ à se gestarũ maior,quã eloquentiæ fuit in oratiõibus utiq; iactator. Ac plerunq; illud quoq; non sine aliqua rõne fecit. Aut em̃ tuebat eos,quibus erat usus adiutoribus in opprimẽda coniuratione,aut respõdebat inuidiæ,cui tamẽ non fuit par,seruatæ patriæ pœnã passus exilium,ut illorum quæ egerat in cõsulatu frequẽs commemoratio possit uideri, non gloriæ magis,q̃ defensioni data. Eloquentiam quidẽ cum plenissimã diuersæ partis aduocatis cõcederet,sibi nunq̃ in agendo immodice arrogauit. Illius sunt em̃: Si quid est in me ingenij iudices,quod sentio quàm sit exiguum,&, Nam quo minus ingenio possum,subsidio mihi diligẽtiam comparaui, Quinetiam contra Qu. Cæciliũ de accusatore in Verrem

constituendo, quamuis multum esset in hoc quoq; momenti, uter ad agendum magis idoneus ueniret, dicendi tamẽ facultatem magis illi detraxit, quã arrogauit sibi, seq; non consecutum, sed omnia feciſſe ut posset eam cõsequi, dixit. In epistolis aliquando familiariter apud amicos, nonnunquã in dialogis, aliena tamẽ persona, uerum de eloquẽtia sua dicit. Et aperte tamẽ gloriari, nescio an sit magis tolerabile, uel ipa uitꝝ huius simplicitate, quã illa iactatione peruersa, si abũdans opibus, pauperem se neget, nobilis obscurum, & potẽs infirmum, quã si se disertus imperitũ plane & infantem uocet. Ambitiosissimũ gloriandi genus ẽ etiam deridere. Ab aliꝭ ergo laudemur. Nam ipsos (ut Demosthenes ait) eru bescere etiam cum ab aliꝭ laudamur, decet. Neq; hoc dico nõ aliquando de rebus à se gestis oratori esse dicẽdum, sicut eidem Demostheni pro Ctesiphonte, quod tamẽ ita emendauit, ut necessitatem id faciẽdi ostenderet, inuidiamq; omnem in eum regereret, qui hoc se coegisset. Et M. Tullius sæpe dicit de oppressa cõiuratione Catilinæ, sed modo id uirtuti senatus, modo prouidẽtiæ deorum immortalium assignat, plerũq; contra inimicos atq; obtrectatores plus uendicat sibi. Erant em̃ tuenda cum obꝭcerentur. In carminibus utinã pepercisset, quæ non desierunt carpere maligni, Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ, & O fortunatam natam me cõsule Romam, & Iouem illum à quo in cõcilium deorum aduocatur, & Mineruam quæ eũ artes edocuit, quæ sibi ille secut⁹ quædam Græcorum exempla pmiserat. Verum eloquẽtiæ ut indecora iactatio, sic nonnunquã conceden da fiducia est. Nam quis reprehẽdat hæc? Quid putem? contẽptum ne me? nõ uideo, nec in uita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenꝭ, quid despicere possit Antonius. Et paulopost aptius, An decertare mecum uoluit contẽtione dicẽdi? Hoc quidem beneficium est. Quid em̃ plenius? quid huberius, quã mihi pro me & cõtra Antoniũ dicere? Arrogantes & illi, q se iudicasse de causa, nec aliter affuturos fuisse proponunt. Nam & inuiti iudices audiũt præsumentẽ partes suas, nec hoc oratori cõtingere inter aduersarios, qđ Pythagoræ int̃ discipulos cõtigit, põt, Ipse dixit. Sed istud magis minus ue uitiosum est p̃ personis dicentiũ. Defenditur em̃ aliquatenus, ætate, dignitate, autoritate, quæ tñ uix in ullo tanta fuerint, ut nõ hoc affirmationis genus tẽperandũ sit aliqua moderatione, sicut oñia in quibus patronus argumentum ex seipso petet, qđ fuisset tumidius, si criminis loco esse negasset Cicero, equitis Romani esse filiũ se defendẽte. At ille fecit hoc etiam fauorabile, coniungẽdo cum iudicibus dignitatẽ suam. Equitis aũt Romani esse filium, criminis loco poni ab accusatoribus, neq; his iudicantibus oportuit, nec defendẽtibus nobis. Impudẽs, tumultuosa, iracũda actio oĩbus indecora, sed ut quisq; ætate, dignitate, usu præcedit, magis in ea reꝑhendẽdus. Videas aũt rixatores quosdam, neq; iudicum reuerẽtia, neq; agẽdi more ac mõ contineri. Ex quo ipso mentis habitu manifestũ fit, tam in suscipiẽdis, q̃ in agẽdis causis nihil penſi habere. Profert em̃ mores plerũq; oro, & animi secreta detegit. Nec sine causa Græci p̃diderũt, ut uiuat, quenq; etiam dicere. Humiliora illa uitia, summissa adulatio, affectata scurrilitas, in rebus ac uerbis parꝝ modestis ac pudicis uilis pudor, in oñi negotio neglecta autoritas, quæ fere accidũt ñs, q nimium aut blandi esse, aut ridiculi uolũt. Ipsum etiam eloquẽtiæ genus alios aliud decet. Nam neq; tam plenũ, & erectũ, & audax, & præcultũ, senibus cõuenerit, q̃ pressum, & mite, & limatũ, & quale intelligi uult Cice. cũ dicit orationẽ suam cœpisse canescere, sicut uestibus quoq; nõ purpura coccoq; fulgẽtibus illa ætas satis apta sit. In iuuenibus etiã huberiora paulo, & pene piclitantia ferunt. At in ñsdẽ siccum & solicitum, & cõtractum dicẽdi p̃positum, plerũq; affectatione ipsa seueritatis inuisum est, qñ etiam morũ senilis autoritas immatura in adolescentibus credit. Simpliciora militares decẽt. Philosophiam ex professo (ut quidam faciunt) ostẽtantibus, parum decori sunt plericq; oronis ornatus, maximeq; ex affectibus, quos illi uitia dicũt. Verba quoq; exquisitiora, & compositio numerosa tali proposito diuersa. Non em̃ solum illa lætiora, qualia à Cicerone dicuntur: Saxa atq; solitudines uoci respondẽt, sed etiam illa, quanquã plena sanguinis. Vos em̃ iam Albani tumuli, atq; luci, uos inquã imploro atq; testor, uosq; Albanorum obrutæ aræ sacrorum Po. Ro. socĩæ & æquales, non cõueniant barbæ illi atq; triſtitiæ. At uir ciuilis uereq; sapiens,

qui se non otiosis disputationibus, sed administrationi Reipub. dediderit, à qua longissime isti qui philosophi uocant, recesserunt, omnia quæ ad efficiendum oratione quod proposuerit ualent, libēter adhibebit, cum prius quod honestū sit, efficere in animo suo constituerit. Et quod principes deceat, alijs nō concesseris. Imperatorum ac triumphantiū separata est aliqua ex parte ratio eloquentiæ, sicut Pompeius abūde disertus rerum suarum narrator, & hic qui bello ciuili se interfecit Cato, eloquēs senator fuit. Idem dictū sæpe in alio liberum, in alio furiosum, in alio supbum est. Verba aduersus Agamemnonē à Thersite habita rident, da illa Diomedi, alij ue cui pari, magnū animum ferre præ se uidebuntur: Ego te, inquit, cōsulem putem L. Crassus Philippo, cum tu me nō putes senatorem? Vox honestissimæ libertatis, non tamē ferres quemcūq; dicētem. Negat se magni facere aliquis poetarū, Cæsar ater an albus homo sit, insania. Verte, ut idē Cæsar de illo dixerit, arrogantia est. Maior in personis obseruatio est apd comicos tragicosq;. Multis em utuntur, & uarijs. Eadem & eorum qui oratiōes alijs scribebant, fuit rō, & declamantium est. Non em semper ut aduocati, sed plerūq; ut litigatores dicimus. Verumetiam in ijs causis, quibus aduocamur, eadem differētia diligenter est custodiēda. Vtimur enim fictiōe personarum, & uelut ore alieno loquimur, dandiq; sunt ijs quibus uocē accommodamus, sui mores. Aliter em P. Clodius, aliter Appius cæcus, aliter Cæcilianus ille, aliter Terentianus pater fingitur. Quid asperius lictore Verris? Vt adeas, tantū dabis. Quid fortius illo? Cuius inter ipsa uerberum supplicia una uox audiebatur, ciuis Romanus sum. Quam dignæ Milonis in peroratiōe ipsa uoces eo uiro, qui p Republica seditiosum ciuem toties compescuisset? quiq; insidias uirtute superasset? Deniq; nō modo quot in causa totidē in Prosopopœia sunt uarietates, sed hoc etiam plures, qd in his puerorum, fœminarum, pupillorum, mutarum etiam rerū assimulamus affectus, quibus omnibus debet suus decor. Eadem in ijs pro quibus agemus, obseruanda sunt. Aliter em pro alio sæpe dicendum est, ut quisq; honestus, humilis, inuidiosus, fauorabilis erit, adiecta propositorū quoq;, & anteactæ uitæ differētia. Iucūdissima uero in oratore humanitas, facilitas, moderatio, beneuolētia. Sed illa quoq; diuersa bonū uirum decēt, malos odisse, publica uice cōmoueri, ultū ire scelera & iniurias, & oia ut in initio dixi, honesta. Nec tm quis, & p quo, sed etiam apd quē dicas, interest. Facit em & fortuna discrimē, & potestas, nec eadē apud principē magistratum, senatorē, priuatum tm liberum rō, nec eodē sono publica iudicia, & arbitrorū disceptationes agunt. Nam ut orantem pro capite solicitudo deceat, & cura, & omes ad amplificandam orationē quasi machinæ, ita in paruis rebus iudicijsq; uana sint eadē. Rideaturq; merito q apud disceptatorē de re leuissima sedēs dicturus utatur illa Ciceronis confessione, non modo se aio cōmoueri, sed etiam corpore ipso perhorrescere. Quis uero nesciat quin aliud dicēdi genus poscat grauitas senatoria, aliud aura popularis? cū etiam singulis iudicantibus, non idē apud graues uiros, qd leuiores, non idē apud eruditum, qd militarem ac rusticū, deceat, sitq; nonnunq; summittēda & contrahēda oro, ne iudex eam uel intelligere, uel capere nō possit. Tēpus quoq; ac locus egēt obseruatione ppria. Nam & tps tum lætum, tū triste, tum liberū, tum angustū est. Atqui ad hæc oia cōponēdus orator, & loco publico priuato ne, celebri an secreto, aliena ciuitate an tua, ī castris deniq;, an foro dicas, interest plurimū, ac suam quicq; formā, & pprium modum eloquētiæ poscit. Cū etiam in cæteris actibus uitæ nō idē in foro, curia, campo, theatro, domi facere conueniat, & pleraq; quæ natura nō sunt reprehendenda, atq; ideo interim sunt necessaria, alibi q̄ mos pmiserit, turpia habeant. Illud iam diximus, quanto plus nitoris & cultus demōstratiuæ materiæ, ut ad delectationē audientiū compositæ, q̄ quæ sunt in actu & contētione, suasoriæ iudicialesq; pmittant. Hoc adhuc adijciendū, aliquas etiam quæ sunt egregiæ dicendi uirtutes, quo minus deceant, effici conditione causarū. An quisquā tulerit reū in discrimine capitis, p̄cipue qui apud uictorē & principē p se ipse dicat, frequēti translatione, fictis aut repetitis ex uetustate uerbis, cōpositione quæ fit maxime à uulgari usu remota, decurrētibus periodis, q̄ lætissimis iocis sentētijsq; dicentē? Non pdant hæc oia necessariū periclitanti solicitudinis colorē, petēdumq; etiam innocentibus misericordiæ auxilium?

Commoueatur ne quisquã eius fortuna, quem tumidum, ac sui iactantem, & ambitiosum institorem eloquẽtiæ in ancipiti sorte uideat? nõ, imò oderit reum uerba aucupantem, & anxium de fama ingenij, & cui esse diserto uacet. Quod mire M. Cœlius in defensiõe causæ, qua reus de ui fuit, comprehẽdisse mihi uidetur. Ne cui uestrum atq; etiam omnium, qui ad rẽ agẽdam assunt, mens, aut uultus molestior, aut uox immoderatior aliqua, aut denicq; quod nimium est, iactantior gestus fuisse uideat. Atqui sunt quædam actiones in satisfactione, deprecatione, confessione positæ. Sententiolis ne flẽdum erit? epiphonemata, aut enthymemata exorabũt? non quicquid meris adijcietur affectibus omis eorum diluet uires, & miserationẽ securitate laxabit? Age si de morte filij sui, uel iniuria (quæ morte sit grauior) dicẽdum patri fuerit, aut in narrando gratiam illam expositiõis, quæ continget ex sermone puro atq; dilucido, quæret breuit ac significanter ordinẽ rei protulisse contentus, aut argumẽta diducet in digitos, & propositionũ ac partitionum captabit lepórẽ? & ut plerũq; in hoc genere moris est, intentione omi remissa loquatur? Quò fugerit interim dolor ille? ubi lachrymæ substiterint? unde se in mediũ tam secura obseruatio artiũ miserit? Non ab exordio usq; ad ultimam uocẽ continuus quidam gemitus, & idẽ tristitiæ uultus seruabit? si quidem uolet dolorem suũ etiam in audientes transfũdere, quem si usquã remiserit, in animũ iudicantiũ non reducet. Quod præcipue declamantibus (neq; emi me pœnitet ad hoc quoq; opus meũ, & curam susceptorum semel adolescentiũ respicere) custodiendũ est, quo plures in schola fingunt affectus, quos nõ ut aduocati, sed ut passi subimus. Cum etiam hoc genus simulari litium soleat, cũ ius mortis à senatu qdam, uel obali quam magnam infelicitatẽ, uel etiam pœnitentiam petunt, in quibus nõ solum cantare, quod uitium peruasit, aut lasciuire, sed ne argumẽtari quidẽ nisi mixtis, & quidẽ ita, ut in ipsa probatione magis emineant, affectibus decet. Nam qui intermittere in agẽdo dolorẽ potest, uidetur posse etiam deponere. Nescio tamẽ an huius (de quo loquimur) decoris custodia maxime circa eos, contra quos dicimus, examinanda sit. Nam sine dubio in omibus statim accusationibus hoc agẽdum est, ne ad eas libent descendisse uideamur. Ideoq; mihi illud Cassij Seueri non mediocriter displicet, Dij boni uiuo, & quo me uiuere iuuet, Asprenatem reum uideo. Non enim iusta ex causa uel necessaria uideri potest postulasse eum, sed quadam accusandi uoluptate. Præter hoc tamẽ, quod est cõmune, propriam moderationem quædam causæ desiderant. Quapropter & qui curationẽ bonorum patris postulabit, doleat eius ualetudine, & quamlibet grauia filio pater obiecturus miserrimam sibi ostendat esse hanc ipsam necessitatem, nec hoc paucis modo uerbis, sed toto colore actionis, ut id eum non dicere modo, sed etiam uere dicere appareat. Nec causanti pupillo fic tutor irascatur unquã, ut non remaneant amoris uestigia, & sacra quædam patris eius memoria. Iam quo modo contra abdicantem patrem, querentẽ uxorem, agi causam oporteret, in libro (ut arbitror) septimo dixi. Quãdo etiam aduocati uoce uti deceret, quartus liber, in quo procemij præcepta sunt, cõtinet. Esse & in uerbis quod deceat, aut turpe sit, nemini dubium est. Vnum iam igitur huic loco, quod est sane summæ difficultatis, adijcien dum uidetur, quibus modis ea quæ sunt naturã parũ speciosa, quæq; non dicere, si utrum libet esset liberum, maluissemus, non tamẽ sint indecora dicentibus. Quid asperiorem habere frontem potest, aut quid aures hominũ magis respuunt, quã cum est filio filij ue aduocatis in matrem perorandum? Aliqñ tñ necesse est, ut in causa Cluẽtij Habiti. Sed non semp illa uia qua cõtra Sasiam Cicero usus est, nõ quia non ille optime, sed qa plurimũ refert, qua in re, & quõ lædat. Itaq; illa cũ filij caput palã impugnaret, fortiter fuit repellenda. Duo tñ quæ sola superant, diuine Cicero seruauit. Primum ne obliuiscere reuerẽtiæ, quæ parentibus debet, deinde ut repetitis altius causis, diligẽtissime ostẽderet, q̃ id quod erat in matrẽ dicturus, non oporteret modo fieri, sed etiã necesse esset. Primaq; hæc expositio fuit, quanq̃ ad præsentẽ quæstionem nihil ptinebat, adeo in causa difficili atq; perplexa, nihil prius intuendũ credidit, q̃ quid deceret. Fecit itaq; nomen parentis non filio inuidiosum, sed ipsi in quam dicebat. Potest tñ aliqñ mater & in re leuiore, aut minus infesta contra filium stare, tum lenior atq; summissior decebit oro. Nam & satisfaciẽdo, aut no-

ſtrã minuemus inuidiã, aut etiam in diuerſum eam trãsferemus, & ſi grauiter dolere filiũ palã erit, credet abeſſe ab eo culpã, fietq; ultrò miſerabilis. Auertere quoq; in alios crimẽ decet, ut fraude aliquor cõcita credat, & oĩa nos paſſuros, nihil aſpere dicturos, teſtandũ, ut etiam ſi nõ poſſumus nõ cõuitiari, nolle uideamur. Etiam ſi qd obĩciẽdum erit, officiũ eſt patroni, ut id filio inuito, ſed fide cogente facere credat. Ita poterit uterq; laudari. Qđ de matre dixi, de utroq; parẽte accipiendũ eſt. Nam inter patres etiam filioſq;, cũ interuenſſet emancipatio, litigatũ ſcio. In alĩs quoq; propinquitatib. cuſtodiendũ eſt, ut inuiti, & neceſſario, & parce iudicemur dixiſſe, magis aũt aut minus, ut cuiq; pſonæ debeat reuerẽtia. Eadẽ p libertis aduerſus patronos obſeruãtia, & ut ſemel plura cõplectar, nunq; decebit ſic aduerſus tales agere pſonas, quo mõ cõtra nos agi ab hoĩbus cõditionis eiuſdem iniquo aĩo tuliſſemus. Præſtat hoc aliqñ etiam dignitatibus, ut libertatis noſtræ ratio reddatur, ne quis nos aut petulantes in lædendis ĩs, aut etiam ambitioſos putet. Itaq; Cicero quanq; erat in Cottam grauiſſime dicturus, neque aliter agi P. Oppĩ cauſa poterat, longa tñ præfatione excuſauit officiũ ſui neceſſitatẽ. Aliqñ etiam inferioribus, præcipueq; adoleſcentulis parcere aut mederi decet. Vtitur hac moderatione Cicero pro Cœlio contra Atracinũ, ut eum nõ inimice corripere, ſed penè patrie monere uideat. Nam & iuuenis & nobilis, & non iniuſto dolore uenerat ad accuſandũ. Sed in ĩs quidẽ in quibus uel iudici, uel etiam aſſiſtẽtibus ratio noſtræ moderationis p̃bari debet, minor eſt labor, illic plus difficultatis, ubi ipſos cõtra quos dicimus, ueremur offendere. Duæ ſimul huiuſmodi pſonæ Ciceroni p Muræna dicenti obſtiterũt, M. Catonis, Seruĩq; Sulpitĩ, q̃ decẽter tñ Sulpitio cũ oẽs conceſſiſſet uirtutes, ſcientiam petẽdi conſulatus ademit. Quid em̃ aliud eſſet quo ſe uictum homo nobilis, & iuris antiſtes magis ferret? Vt uero rationem defenſionis ſuæ reddidit, cũ ſe ſtuduiſſe petitioni Sulpitĩ cõtra honorẽ Murænæ, nõ idem debere accuſationi cõtra caput, diceret? Quàm molli autẽ articulo tractauit Catonẽ? cuius naturã ſumme admiratus, nõ ipſius uitio, ſed Stoicæ ſectæ, quibuſdam in rebus factam duriorẽ uideri uolebat, ut inter eos nõ forenſem cõtentionem, ſed ſtudioſam diſputationem crederes incidiſſe. Hæc eſt profecto ratio, & certiſſimum præceptor gñs, illius uiri obſeruatio, ut cũ aliquid detrahere ſalua gr̃a uelis, cõcedas alia oĩa, in hoc ſolo uel minus peritũ, q̃ in cæteris, adiecta (ſi poterit fieri) etiam cauſa cur ita ſit, uel paulo pertinaciorẽ, uel credulũ, uel iratũ, uel impulſum ab alĩs. Hoc illis cõe remediũ eſt, ſi in tota actione æqualiter appareat nõ honor mõ, ſed etiam charitas, p̃terea cauſa ſit nobis iuſta ſic dicẽdi, neq; id moderate tm̃ faciamus, ſed etiã neceſſario. Diuerſum ab hoc, ſed facilius, cũ hoĩm, aut alioq turpium, aut nobis inuiſor, quædã facta laudanda ſunt. Decet em̃ rẽ ipſam p̃bare in qualicũq; pſona. Dixit Cicero pro Gabinio, & P. Vatinio inimiciſſimis antea ſibi hoĩbus, & in quos orationes etiam ſcripſerat. Ver cauſa iuſta fit fatẽdo, nõ ſe de ingenĩ fama, ſed de fide eẽ ſolicitũ. Difficilior em̃ ratio in iudicio Cluẽtiano fuit, cũ Scamandrũ neceſſe haberet dicere nocentẽ, cuius egerat cauſam: Ver illud elegantiſſime, cũ eor à q̃bus ipſe pductus eſſet preces, tũ etiã adoleſcentiã ſuã excuſat, detracturus alioqui plus autoritatis, ſi in cauſa p̃ſertim ſuſpecta, ſe eũ eſſe, qui temere nocẽtes reos ſuſciperet, fateret. Apud iudicẽ uero, q̃ haud p̃pter alienũ commodũ in cauſa quã ſuſceperimus, at ſuũ ut perſuadendi ardua rõ, ita dicẽdi expeditiſſima. Fidutia em̃ iuſtitiæ eius, nõ cauſæ, nihil nos timere ſimulabimus. Ipſe erit gr̃ia inflãdus, ut tãto clarior futura ſit fides, ac religio in p̃nũtiando, q̃to minus uel offenſæ, uel utilitati ſuæ indulſerit. Hoc mõ & apud eos à quibus appellatũ erit (ſi fortè ad eoſdẽ remittent) adĩciẽda rõ, uel neceſſitatis alicuius, ſi id cauſæ cedit, uel erroris, uel ſuſpiciõis. Tutiſſimũ ergo pn̄iæ cõfeſſio, & ſatisfactio culpæ, p̃ducẽduſq; oĩmõ iudex ad iræ pudorẽ. Accidit etiã nõnunq;, eandẽ cãm de qua p̃nũtiauit, ut cognoſcat iterr, tũ illud quidem cõe, apud alium nos iudicẽ diſputaturos de illius ſentẽtia nõ fuiſſe. Neq; em̃ emẽdari ab alio q̃ ipſo fas eſſe. Cæter ex cauſa ut quæq; permittet, aut ignoratæ quædã, aut defuiſſe teſtes, aut qđ timidiſſime, & ſi nihil aliud planè fuerit, dicendũ eſt, patronos non ſatisfeciſſe. Succurret etiam ſi apud alios iudices ageat, ut in ſcđa aſſertiõe, aut in cẽtũuiralib, iudicĩs duplicib, parte uicta, decẽtius erit quoties cõtigerit ſeruare iudicũ

pudorem, de qua re latius in probationum loco dictum est. Potest euenire, ut in aliis reprehendenda sint, quæ ipsi fecerimus, ut obiicit Tubero Ligario, quod in Africa fuerit, & ambitus quidam damnati recuperandæ dignitatis gratia, reos eiusdē criminis detulerunt, ut in scholis luxuriantē patrem, luxuriosus ipse iuuenis accusat. Id q̄ decenter fieri possit, equidē non inuenio, nisi aliquid reperiat̄ quod interfit, persona, ætas, tps, causa, locus, animus. Tubero iuuenē se patri hæsisse, illum à senatu missum non ad bellum, sed ad frumētum coemendum ait, ut primū licuerit à partibus recessisse, Ligariū & perseueraſſe, & nō pro Cn. Pompeio, inter quem & Cæsarem dignitatis fuerit contētio, cum saluam uterq; rempu. uellet, sed pro Iuba atq; Afris inimicissimis po. Ro. stetisse. Cæterꝝ uel facillimum est ibi alienam culpam accusare, ubi fateris tuam. Verꝝ id iam iudicis est, nō actoris. Qđ si nulla contingit excusatio, sola colorē habet pœnitentia. Potest em̄ uideri satis emendatus, qui in odium eorum, in quibus errauerat, ipse conuersus est. Sunt em̄ quidam qui hoc natura ipsa rei non indecēs faciūt, ut cū pater ex meretrice natū, ꝙ amet meretricē in matrimoniū, abdicat. Scholastica materia, sed non quæ non possit accidere. Hic igitur multa non deformiter dicet, uel ꝙ oīm sit uotum parentum, ut honestiores q̄ sint ipsi liberos habeant. Nam & filia nata, meretrix eam mater pudicam esse uoluisset. Vel quod humilior ipse fuerit (licet em̄ hoc dicere) uel ꝙ non habuerit patrem qui moneret, quin eo minus faciendū filio fuisse, ne renouaret domus pudorē, & exprobraret patri nuptias, mri prioris uitæ necessitatē, ne deniq; legē quandam suis quoq; subinde liberis daret, & credibilis erit etiam propria quædā in illa meretrice turpitudo, quam nūc hic pater ferre nō possit, alia præterea. Neq; em̄ nunc declamamus, sed ostēdimus nōnunq̄ posse ipsis incommodis dicentem bñ uti. Illic maior æstus, ubi quis pudenda quæritur, ut stuprum præcipue in maribus, aut os profanatum, nō dico si loquatur ipse (nam quid aliud ei q̄ gemitus ac fletus & execratio uitæ conueniat? ut iudex intelligat potius dolorem illum q̄ audiat) sed patrono quoq; persimiles affectus eundū erit, quia hoc iniuriæ gñs uerecundius inest passis q̄ ausis. Mollienda est in plerisq; alio colore asperitas oīonis, ut Cicero de proscriptorꝝ liberis fecit: Quid em̄ crudelius q̄ hoīes honestis parentibus ac maioribus natos à rep. submoueri? Itaq; durū id esse summus ille tractandorꝝ animorꝝ artifex confiteꝝ, sed ita legib. Syllæ cohærere statum ciuitatis affirmat, ut iis solutis stare ipsa non possit. Assecutus ita q; est, ut aliquid eorꝝ quoq; causa uideret facere, contra quos diceret. Illud etiam in iocis monui, q̄ turpis esset fortunæ insectatio, & ne in totos ordines, aut gentes, aut populos petulantia incurreret. Sed interim fides patrociniī cogit quædam de uniuerso genere aliquorum hoīm dicere, uel libertinorꝝ, uel militum, uel publicanorum, uel similiter aliorꝝ, in q; bus omnibus cōe remedium est, ut ea quæ lædunt, non libenter tractare uidearis, nec in omnia impetum facias, sed in id quod expugnandum est, reprehēdens, alia laude compēses. Si milites cupidos dicas esse, non mirum, ꝙ periculorum ac sanguinis maiora sibi deberi præmia putent, eosdem petulantes, & hoc fieri ꝙ bellis magis q̄ paci assueuerint. Libertinis detrahenda est autoritas, licet iis testimonium reddere industriæ, per quam exierint de seruitute. Quod ad nationes exteras pertinet, Cicero uarie detracturus græcis testibus fidem, doctrinam iis concedit ac literas, seq; eius gentis amatorem fuisse profitetur. Sardos contemnit, Allobrogas ut hostis insectatur, quorum nihil tunc cum diceret, paratum, aut remotum è cura decoris fuit. Verborū etiam moderatione detrahi solet, siqua est rei inuidia, si asperum dicas nimium seuerum, iniustum persuasione labi, pertinacem ultra modum tenacem esse propositi, plerunq; uelut ipsos coneris ratione uincere, quod est mollissimum. Indecorum est super hæc oīa nimium, ideoq; etiam quod natura rei satis aptum est, nisi modo quoq; temperet, gratiam perdidit. Cuius rei obseruatio iudicio magis quodā sentiri, q̄ præceptis tradi potest, quantū satis sit, & quantū recipiant aures. Non habet hæc res mensuram, & quasi pondus, quia ut in cibis, alia aliis magis cōplent. Adiiciendum etiam breuiter uidetur, ꝙ ferè dicendi uirtutes diuersissimæ, non solū suos amatores habeant, sed ab eisdē sæpe laudent̄. Nam Cicero quodā loco scribit id esse optimū, qđ cum te facile credideris consequi imitatione, non possis, Alio uero, nō se id egisse,

ut ita diceret, quomodo se quilibet posse confideret, sed quomodo nemo, quod potest pugnare inter se uideri. Verũ utrunq; ac merito laudatur. Causa ẽm modoq; distat, quia simplicitas illa, & uelut securitas inaffectatæ orationis, mire tenues causas decet. Maioribus illud admirabile dicendi genus magis conuenit. In utroq; eminet Cicero, ex quibus alterum imperiti se posse consequi credent, neutrum qui intelligunt.

De *memoria*. Caput .II.

MEmoriam quidam naturæ mõ esse munus existimauerũt, estq; in ea nõ dubie plurimũ, sed ipa excolẽdo, sicut alia oa, augeť, & totus de quo diximus, adhuc inanis labor, nisi cæteræ partes hoc uelut spiritu continent. Nam & ois disciplina memoria cõstat, frustraq; docemur, si quicquid audimus, præterfluat, & exemplorum, legum, responsorum, dictorum, beneq; factorum, quæ uelut quasdam copias, quibus abundare, quasq; in promptu sp habere debet orator, eadẽ illa uis repræsentat. Neq; immerito thesaurus hic eloquentiæ dicit. Sed non firme tm̃ cõtinere, uerũetiam cito percipere multa acturos oportet, nec quæ scripseris mõ iterata lectione complecti, sed in cogitatis quoq; rerum ac uerborum cõtextum sequi, & quæ sint ab aduersa parte dicta meminisse, nec utiq; eo quo dicta sunt ordine refutare, sed opportunis locis ponere. Quid extẽporalis oratioi nõ alio mihi uidetur mentis uigore constare. Nam dum alia dicimus, quæ dicturi sumus intuenda sunt. ita cũ semper cogitatio ultra id qđ est, longius quærit, quicquid interim reperit, quodammõ apud memoriam deponit, qđ illa quasi quædam media manus acceptum ab inuentione tradit elocutioni. Non arbitror aũt mihi in hoc immorandũ, quid sit qđ memoriã faciat, quanq̃ pleriq; imprimi quædã uestigia nostro aĩo, quæ uelut in ceris anulorũ signa seruent, existimãt. Neq; ero tam credulus, ut quasi habitu tardiorẽ firmioremq; memoriam fieri putẽ. Eius aũt quod ad aĩm pertinet, magis admirer naturam, subito res uetustas tanto ex interuallo repetitas reddere se & offerre, nec tm̃ requirẽtibus, sed etiam sponte interim, nec uigilantibus, sed etiam quiete compositis magis, eoq; illa quoq; aĩalia quæ carere intellectu uidemus, meminerũt & agnoscunt, & q̃libet longo itinere diducta ad assuetas sibi sedes reuertunt. Quid? non hæc uarietas mira est? excidere proxima, uetera inhærere? hesternorũ immemores, acta pueritiæ recordari? Quid? q; quædam requisita se occultant, & eadẽ fortè succurrũt, nec manet sp memoria, sed aliqñ etiam redit. Nesciretur tm̃ quanta uis esset eius, quanta diuinitas illa, nisi in hoc lumẽ orandi uim extulisset, non ẽm rerũ modo, sed etiam uerborũ ordinẽ præstat, nec ea pauca contexit, sed durat prope in infinitum, & in longissimis actionibus prius audiendi patiẽtia, q̃ memoriæ fides deficit. Quod & ipsum argumentũ, subesse artẽ aliquam, iuuariq; ratione naturam, cũ ĩdem docti facere illud, indocti & inexercitati nõ possumus, quanq̃ inuenio apud Platonem obstare memoriæ usum literarũ, uidelicet q; illa quæ scriptis reposuimus, uelut custodire desinimus, & ipsa securitate dimittimus. Nec dubium est, quin plurimũ in hac parte ualeat mentis intentio, & uelut acies luminũ à ꝓspectu rerũ quas intuetur, nõ auersa. Vnde accidit, ut quæ perplures dies scribimus ediscẽdi causa, cogitatione ipsa cõtineat. Artem aũt memoriæ primus ostendisse dicit Simonides, cuius uulgata fabula est, cum pugili corona to carmẽ, quale componi uictoribus solet, mercede pacta scripsisset, abnegata ei pecuniæ pars est, q; de more poetis frequentissimo digressus in laudes Castoris & Pollucis exierat, quapropter partem ab ĩs capere, quorum facta celebrasset, iubebatur, & persoluerũt, ut traditum est. Nam cũ esset grande cõuiuium in honorẽ eiusdem uictoriæ, atq; adhitus ei cœnæ Simonides, nuntio est excitus, q; eum duo iuuenes equis aduecti desiderare maiorẽ in modum dicebantur, & illos quidem non inuenit, fuisse tamen gratos erga se exitu cõperit. Nã uix eo limẽ egresso, trieliniũ illud supra cõuiuas corruit, atq; ita contudit, ut nõ ora modo oppressorum, sed membra etiam oa requirẽtes ad sepulturam ꝓpinqui nulla nota possent discernere. Tũ Simonides dicit memor ordinis quo qsq; discubuerat, corpora suis reddidisse. Est aũt magna inter autores dissensio, Glaucone Carystio, an Leocrati, an Agatharcho, an Scopæ scriptũ sit id carmẽ, & Pharsali fuerit hæc domus, ut ipse quo dã loco significare Simonides uideť, atq; Apollodorus, et Eratosthenes, & Euphorion, &

Lariſſeus Eurypylus tradiderũt,an Cranone,ut Apollas Callimachus, quem ſecutus Cicero hanc famam latius fudit. Scopam nobilẽ Theſſalum periſſe in eo conuiuio cõſtat, ad ĩjcitur ſororis filius,putant & ortos pleroſq; ab illo Scopa,qui maior ætate fuerit,quanq̃ mihi totũ de Tyndaridis fabuloſum uideť. Neq; omnino huius rei meminit uſquam poeta ipſe,profecto non taciturus de tanta ſua gloria. Ex hoc Simonidis facto, notatũ uideť iuuari memoriam ſignatis aĩo ſedibus,idq; credere ſuo quiſq; experimẽto. Nam cũ in loca aliqua poſt tps reuerſi ſumus,nõ ipſa agnoſcimus tm̃,ſed etiam quæ in ĩjs fecerimus reminiſcimur,pſonæq; ſubeũt,nõnunq̃ tacitæ quoq; cogitationes in mentẽ reuertunť. Nata eſt igitur,ut in pleriſq;,ars ab experimento. Loca diſcunt,ut q̃maxie ſpatioſa,multa uarietate ſignata,domũ fortè magnam,& in multos diductam receſſus. In ea quicqd notabile eſt,aĩo diligenter affigitur,ut ſine cunctatione ac mora parteis eius omneis cogitatio poſſit percurrere. Et primus hic labor eſt,nõ hærere in occurſu. Plus emi q̃ firma debet eſſe memoria,quæ aliam memoriam adiuuet. Tũ quæ ſcripſerũt, uel cogitatione cõplectiũtur,& alio ſigno quo moneanť notant,quod eſſe uel ex re tota poteſt, ut de nauigatione, militia,uel ex uerbo aliquo. Nam etiam excidentes,unius admonitione uerbi in memoriam reponuntur. Sit aũt ſignum nauigationis,ut ancora,militiæ,ut aliquid ex armis. Hæc itaq; digerunt,primũ locum ueſtibulo quaſi aſſignant,ſecũdum atrio,tũ impluuia circũeunt,nec cubiculis modo aut exedris,ſed ſtratis etiam ſimilibusq; per ordinẽ cõmittunt. Hoc facto cum eſt repetenda memoria,incipiunt ab initio loca hæc recenſere, & qđ cuiq; crediderunt,repoſcunt,et eorũ imagine admoneńt,ut q̃libet multa ſint,quoꝝ meminiſſe oporteat,fiant ſingula connexa quodam choro,ne errent coniungentes prioribus ſequentia ſolo ediſcendi labore. Quod de domo dixi,& in operibus publicis,& in itinere longo, ut urbiũ ambitu, & picturis fieri poteſt. Etiam fingere ſibi has imagines licet. Opus eſt ergo locis,quæ uel finguntur,uel ſumunť imaginibus,uel ſimulacris, quæ utiq; fingẽda ſunt. Imagines notæ ſunt,quibus ea quæ ediſcẽda ſunt,notamus,ut quo mõ Cicero dicit, locis pro cera, ſimulacris pro literis utamur. Illud quoq; ad uerbum ponere optimũ fuerit. Locis eſt utẽdum multis,illuſtribus,explicatis,modicis interuallis, imaginibus aliqd agẽtibus,acribus inſignitisq;,quæ occurrere, celeriterq; percurrere animũ poſſint. Quo magis miror quo modo Metrodorus in .xñ. ſignis, per quæ ſol meat, trecenos & ſexagenos inuenerit locos,uanitas nimirum fuit atq; iactatio circa memoriam ſuam potius arte quàm natura gloriantis. Equidem hæc ad quædã prodeſſe non negauerim,ut ſi reꝝ noĩa multa per ordinem audita reddenda ſint. Nanq; in ĩjs quæ didicerunt, locis reponunt res illas,menſam,ut hoc utar,in ueſtibulo,in atrio puluinũ,& ſic cætera,deinde relegẽtes, inueniunt ubi poſuerint. Et forſitan in hoc ſunt adiuti,qui auctione dimiſſa,quid cuiq; uendidiſſent teſtibus argentariorum tabulis reddiderũt. Quod præſtitiſſe Hortẽſium dicũt. Minus idẽ ꝓderit in ediſcẽdis,quæ oĩonis perpetuæ erũt. Nam & ſenſus non eandẽ imaginẽ quam res habent,cũ alterꝝ fingendum ſit,& horꝝ tm̃ utrunq; cõmonet. Sed ſermonis alicuius habiti uerborum contextus eadem arte quo modo comprehendeť? Mitto quod quædam nullis ſimulacris ſignificari poſſunt, ut certæ cõiunctiones. Habeamus emi ſanè,ut qui notis ſcribunt,certas imagines omnium,& loca ſcilicet infinita,per quæ uerba quæ ſunt in quinq; contra Verrem ſecundæ actionis libris explicentur,ut meminerimus etiam oĩm quaſi depoſitorum,nonne impediri quidem eorũ quæ dicit, decurſum neceſſe eſt duplici memoriæ curaꝰ Nam quo mõ poterunt copulata fluere,ſi propter ſingula uerba ad ſingulas formas reſpiciendum eritꝰ Quare & Carneades & Scepſius(de quo modo dixi)Metrodorus,quos Cicero dicit uſos hac exercitatione,ſibi habeant ſua,nos ſimplici ora tradamus. Si longior complectenda memoria fuerit oĩo,proderit per partes ediſcere (Laborat emi maxime oĩere)& hæ partes non ſint perexiguæ,alioquí nimis multæ erũt, & eam diſtinguent atq; concident. Nec utiq; certum imperauerim modum,ſed maxie ut quiſq; finietur locus. Ni fortè tam ſit numeroſus,ut ipſe quoq; diuidi debeat. Dandi ſunt certi quidam termini,ut contextum uerboꝝ(qui eſt difficillimus)cõtinuet crebra meditatio,partes deinceps ipſas repetitus ordo cõiungat, Non eſt inutile quo facilius hæreãt,

aliquas apponere notas, quæ recordatio cõmoneat & quasi excitet memoriã. Nemo em̃ fere tam infelix, ut qđ cuiq; loco signũ destinauerit, nesciat, ut si erit tardus ad hoc, eo ꝙq; adhuc remedio utat̃, ut ipsæ excitẽt notæ. Hic est ex illa arte nõ inutile attẽdere signa ad eos q exciderũt sensus, ancoram (ut suprà posui) si de naue dicendũ eẽt: spiculũ, si de pĺio. Multum em̃ signa faciũt, & ex alia memoria uenit alia, ut cũ translatus anulus uel alligatus cõmoneat nos cur id fecerimus. Hæc magis adhuc astringunt, quæ memoriam ab ali quo simili transferũt ad id qđ continẽdũ est, ut in noĩbus, si Fabius fortè sit tenendus, referamus ad illum cunctatorẽ, qui excidere non põt, aut ad aliquẽ amicum, qui idem uocet̃, qđ est facilius in apris, & in ursis, & Nasone, aut Crispo, ut id memoriæ affigat̃, unde sunt noĩa. Origo ꝙq; aliqñ declinatoꝝ tenẽdi magis causa est, ut in Cicerone, Verrio, Aurelio, si debet inseri. Illud neminẽ non iuuabit, ñsdem quibus scripserit ceris edisce re. Sequitur em̃ uestigñs quibusdam memoriam, & uelut oculis intuet̃ non paginas modo, sed uersus propè ipsos, qui tũ dicit similis legenti. Iã uero si litura aut adiectio aliqua aut mutatio interueniat, signa sunt quædã quæ intuentes errare non possumus. Est rõ, ut illi de qua primũ locutus sum, arti non dissimilis, ita (si qđ me experimẽta docuerũt) & expeditior & potentior, edisce re tacite. Nam id quoq; est, qđ tum erat optimũ, si non subirent uelut otiosum aĩm plerunq; aliæ cogitationes, propter quas excitãdus est uoce, ut duplici motu iuuetur memoria dicendi & audiẽdi. Sed hæc uox sit modica, & magis murmur. Qui autẽ legente alio edisc it, in parte tardat̃, ꝙ acrior est oculoꝝ q̃ auriũ sensus, in parte iuuari potest, ꝙ cũ semel aut bis audierit, cõtinuo illi memoriã suam experiri licet, & cum legente contẽdere. Nam & alioqui id maxĩe faciendũ est, ut nos subinde tentemus, qa cõtinua lectio & quæ magis, & quæ minus hærẽt, æqualiter transit. In experiendo teneas ne, & maior intentio est, & nihil superuacui tpis perit, quo etiam quæ tenemus repeti solent, ita sola quæ exciderũt retractanẽ, ut crebra reiteratione firmenẽ, quanq̃ solent hoc ipso maxĩe hærere, ꝙ exciderunt. Illud edisc endo scribendoq; cõe est utriq;, plurimum conferre bonam ualetudinẽ, digestum cibũ, animum cogitationibus alĩs libeꝝ. Verũ etiam in ĩs quæ scripsimus complectẽdis multum ualent, & in ĩs quæ cogitamus continẽdis propè solæ, excepta quæ potissima est exercitatione, diuisio & cõpositio. Nam qui recte diuiserit, nũquam poterit in reꝝ ordine errare. Certa sunt em̃ non solum in digerendis quæstionibus, sed etiam in exequendis, si mõ recte dicimus, prima ac secũda, & deinceps, cohæretq; oĩs reꝝ copulatio, ut ei nihil nec subtrahi sine manifesto intellectu, nec inseri possit. An uero Scæuola in lusu duodecim scrupoꝝ, cum prior calculũ promouisset, essetq; uictus, dũ rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato errasset, recordatus redĩt ad eũ, qui cũ luserat, isq; ita factũ esse confessus est, minus idem ordo ualebit in oratione, p̃sertim totus nostro arbitrio constitutus, cum tm̃ ille ualeat alternus? Etiam quæ bñ cõposita erũt, memoriam serie sua ducent. Nam sicut facilius uersus edisc imus q̃ prosam oronem, ita prosam uinctam q̃ dissolutam. Sic cõtingit, ut etiam quæ extpe uidebanẽ effusa, ad uerbum repetita reddanẽ. quod meæ quoq; mediocritatẽ memoriæ sequebat̃, quando interuẽtus aliquoꝝ, qui hunc honorẽ merereneẽ, iterare declamationis partem coegisset. Nec est mẽdacio locus, saluis qui interfuerũt. Si quis tñ unam maximamq; à me artẽ memoriæ quærat, exercitatio est & labor, multa edisc ere, multa cogitare, & (si fieri potest) quotidie, potissimum est. Nihil æque uel augeẽ cura, uel negligentia intercidit. Quare & pueri statim ut præcepi, q̃plurima edisc ant, & quæcunq; ætas opam iuuandæ studio memoriæ dabit, deuoret initio tædium illud & scripta & lecta sæpius reuoluendi, & quasi eundẽ cibũ remandendi. Quod ip̃m hoc fieri põt leuius, si pauca primũ, & quæ tædiũ non afferant, cœperimus edisc ere, tũ quotidie adĩcere singulos uersus, quoꝝ accessio labori sensum incremẽti nõ afferat, in summã ad infinitum usq; pueniat, & poetica prius, tũ oratorum nouissime etiam solutiora nũeris, & magis ab usu dicendi remota, qualia sunt iurisc õsultorum. Difficiliora em̃ debẽt esse quæ exercent, quo fit leuius ip̃m illud in qđ exercent, ut athletæ ponderibus plũbeis assuefaciunt manus, q bus uacuis & nudis in certamine utendũ est. Non omittam etiam qđ quotidianis experimentis deprehendit̃, minime fidelẽ esse pau-

lo tardioribus ingenijs recētem memoriam. Mirꝝ dictu est, nec in promptu ratio, quantū nox interposita afferat firmitatis, siue requescit labor ille, cuius sibi ipsa fatigatio obstabat, siue maturat ac coquit, seu firmissima eius pars est recordatio, quæ statim referri nō poterant, contexuntur postero die, confirmatq; memoriam idē illud tps, qđ esse in causa solet obliuionis. Etiam illa præuelox ferè cito effluit, & uelut p̄senti officio functa, nihil in posterꝝ debeat, tanq̄ dimissa discedit. Nec est mirꝝ magis hærere aīo, quæ diutius affixa sint. Ex hac ingeniorꝝ diuersitate nata dubitatio est, an ad uerbū sit ediscendū dicturis, an uim mō rerꝝ atq; ordinē cōplecti satis sit, de quo sine dubio non potest in uniuersum p̄nuntiari. Nam si memoria suffragat, tps nō defit. Nulla me uelim syllaba effugiat, alioqui etiam scribere sit superuacuū. Idq; præcipue à pueris obtinendum, atq; in hanc consuetudinem memoria exercitatione redigenda, ne nobis discamus ignoscere. Ideoq; admoneri, & ad libellū respicere uitiosum, q̄ libertatē negligentiæ facit, nec quisquā se parꝝ tenere iudicat, qđ ne sibi excidat nō timet. Inde interruptus actiōis impetus, & resistēs ac salebrosa oīo, & qui dicit ediscenti similis, etiam oēm bene scriptorꝝ gratiam perdit, uel hoc ipso q̄ scripsisse se confitetur. Memoria aūt facit & prompti ingenij famam, ut illa quæ dicimus nō domo attulisse, sed ibi protinus prō p̄sisse uideamur, qđ & oratori & ipsi causæ plurimū cōfert. Nā & magis mirat, & minus timet iudex, quæ nō putat aduersus se p̄parata. Ideoq; in actiōibus inter p̄cipua seruandū est, ut quædā etiam quæ optime uinximus, uelut soluta enūtiemus, & cogitantibus nōnunq̄, & dubitantibus similes quærere uideamur quæ attulimus. Ergo qd sit optimum, neminē fugit. Si uero aut memoria natura durior erit, aut non suffragabit tēpus, etiam inutile erit ad oīa se uerba alligare, cū obliuio unius eorꝝ cuiuslibet, aut deformē hæsitationē, aut etiam silentiū inducat. Tutiusq; multo, cōprehēsis aīo rebus ipsis, libertatē sibi eloquendi relinquere. Nam & inuitus perdit quisq; id qđ elegerat uerbum, nec facile reponit aliud, dū id quod scripserat, quærit. Sed ne hoc quidē infirmæ memoriæ remedium est, nisi in ijs qui sibi facultatē aliquam dicendi ex tpe parauerunt. Qđ si cui utrūq; defuerit, huic omittere totū actionum laborē: ac si quid in literis ualet, ad scribendū potius suadebo conuertere. Sed hæc rara infelicitas erit. Cæterꝝ quantum natura studioq; ualeat memoria, uel Themistocles testis, quem unū intra annū optime locutū esse Persice constat: uel Mithridates, cui duas & uiginti linguas, quot nationibus imperauit, tradit notas fuisse: uel Crassus ille diues, qui cū Asiæ præesset, quinq; græci sermonis differentias sic tenuit, ut qua quisq; apud eum lingua postulasset, eadē ius sibi reddītum ferret, uel Cyrus, quē oīum militum tenuisse creditum est nomina. Quin semel auditos quamlibet multos uersus protinus dicitur reddidisse Theodectes. Dicebant etiam esse nunc qui facerēt, sed mihi nunquā ut ipse interessem contigit, habenda tamen fides est uel in hoc, ut qui crediderit, & speret.

De pronunciatione. Caput .III.

PRonunciatio à plerisq; actio dicitur, sed prius nomen à uoce, sequens à gestu uidetur accipere. Nanq; actionē Cicero aliās quasi sermonē, aliās eloquentiam quandam corporis dicit. Idem tñ duas eius partes facit, quæ sunt eædem pronunciationis, uocem, atq; motum. Quapropter utraq; appellatione indifferenter uti licet. Habet aūt res ipsa miram quandam in orationibus uim ac potestatem. Nec em̄ tam refert qualia sint, quæ intra nos metipsos composuimus, quàm quo modo efferant. Nam ita quisq; ut audit, mouet. Quare nec p̄batio ulla quæ aliquo mō uenit ab oratore, tam firma ē, ut nō perdat uires suas, nisi adiuuet asseueratione dicentis. Affectus omnes languescāt necesse est, nisi uoce, uultu, totius propè habitu corporis inardescant. Nam cum hæc oīa fecerimus, felices tñ si nostrum illum ignem iudex conceperit, nedum eū supini securiq; moueamus, ac nō & ipe nostra oscitatione soluat. Documento sunt uel scenici actores, qui & optimis poetarꝝ tm̄ adijciunt gratiæ, ut nos infinite magis eadem illa audita quàm lecta delectent, & uilissimis etiam quibusdam impetrēt aures, ut quibus nullus est in bibliothecis locus, sit etiam frequēs in theatris. Qđ si in rebus quas fictas esse scimus, & inanes, tm̄ pronunciatio p̄ōt, ut iram, lachrymas, solicitudinem afferat, quanto plus ualeat necesse est ubi & credimus?

Equidem uel mediocrē orationem commendatam uiribus actionis affirmauerim plus habituram esse momēti, q̄ optimam eadē illa destitutam. Siquidē & Demosthenes qd esset in toto gñe dicendi summū, interrogatus, ꝓnuntiationi palmam dedit, eidemq; scdm ac tertium locum, donec ab eo quæri desierit, ut eam uideri possit nō præcipuam, sed solā iudicāre. Ideoq; ipse tam diligēter apd Andronicū Hypocritē studuit, ut admirātibus eius oronem Rhodijs, non immerito Aeschines dixisse uideat, quid si ip̄m audissetis? Et M. Cicero unam in dicēdo actionē dominari putat. Hac Cn. Lentulū plus opiniōis consecutū, quā eloquētia tradit. Eadē C. Gracchū in defienda fratris nece totius Po. Ro. lachrymas cōcitasse, Antoniū & Crassum multū ualuisse, plurimū uero Q. Hortensiū, cuius rei fides est, q̄ eius scripta tm̄ intra famam sunt, q diu princeps oratorum, aliquando æmulus Ciceronis existimatus est, nouissime quoad uixit secūdus, ut appareat placuisse aliqd eo dicēte, qd̄ legentes non inuenimus. Et hercle cū ualeant multum uerba per se, & uox ꝓpriam uim adjciat rebus, & gestus motusq; significet aliquid, profecto pfectum quiddā fieri, cū oīa coierunt, necesse est. Sunt tñ qui rudem illam, & qualem impetus cuiusq; animi tulit, actionem iudicēt fortiorē, & solam uiris dignam, sed nō alij fere, quā qui etiam in dicēdo curam, & artem, & nitorem, & quicquid studio parat, ut affectata, & paꝝ naturalia solent improbare, uel qui uerboꝝ atq; ipsius etiam soni rusticitate, ut L. Cottam dicit Cicero fecisse, imitatiōem antiquitatis affectant. Verum illi psuasione sua fruantur, qui hominibus ut sint oratores, satis putant nasci, nro labori dent ueniam, q nihil credimus esse perfectum, nisi ubi natura cura iuuet. In hoc igit̄ non contumacit̄ consentio, primas ptes esse naturæ. Nam certe bene ꝓnuntiare nō poterit, cui aut in scriptis memoria, aut in ijs quæ subito dicēda erūt, facilitas prōpta defuerit, nec si inemēdabilia oris incōmoda obstabūt. Corporis etiam pōt esse aliqua tanta deformitas, ut nulla arte uincat. Sed ne uox quidem nisi liberalis, actionē habere optimam pōt. Bona em̄ firmaq;, ut uolum⁹, uti licet, mala uel imbecilla & inhibet multa, ut insurgere, exclamare, & aliq̄ cogit, ut summittere, deflectere, & raucas fauces ac latus fatigatū deformi cātico reficere. Sed nos de eo nūc loquamur, cui non frustra præcipit. Cum sit aūt omnis actio, ut dixi, in duas diuisa partes, uocem gestumq;, quoꝝ alter oculos, altera aures mouet, ꝑ quos duos sensus oīs ad aīm penetrat affectus, prius est de uoce dicere, cui etiam gestus accōmodat. In ea prima obseruatio est, qualem habeas. Scda, quo mō utaris. Natura uocis spectat quantitate & qualitate. Quātitas est simplicior. In summa em̄ grandis aut exigua ē, sed int̄ has extremitates mediæ sunt species, & ab ima ad summā, ac retro, multi sunt gradus. Qualitas magis uaria. Nā est & candida, & fusca, & plena, & exilis, & lenis, & aspa, & contracta, & fusa, & dura, & flexibilis, & clara, & obtusa. Spūs etiam lōgior breuiorq;. Nec causas cur quicq; eoꝝ accidat, psequi ꝓposito opi necessariū est, eoꝝ ne fit differētia in quibus aura illa concipit̄, an eorum per quæ uelut organa meat, an ipsi ꝓpria natura, an prout mouet̄, lateris pectorisue firmitas, an capitis plus adiuuet. Nam opus est oībus, sicut nō oris mō suauitate, sed nariū quoq;, ꝑ quas qd̄ super est uocis egreditur. Dulcis tñ esse debet nō exprobrans sonus. Vtēdi uoce multiplex rō. Nam præter illam differentiam, quæ est tripartita, acutæ, grauis, flexæ, tū intentis, tū remissis, tum elatis, tū inferioribus modis opus est, spatijs quoq; lētioribus aut citatioribus. Sed ijsipsis media interiacēt multa: & ut facies, quanq̄ ex paucissimis cōstat, infinitam habet differētiam, ita uox, & si paucas quæ nominari possent, cōtinet species, ꝓpria cuiq; est, & non hæc minus auribus, quā oculis illa dignoscit̄. Augentur autem sicut oīa, ita uocis quoq; bona, cura, & negligētia minuuntur. Sed cura nō eadem oratoribus, quæ phonascis conuenit, tñ multa sunt utriusq; cōia, firmitas corporis, ne ad spadonum, & mulieꝝ, & ægroꝝ exilitatem uox nostra tenuetur, qd̄ ambulatio, unctio, ueneris abstinentia, facilis ciboꝝ digestio, id est, frugalitas, p̄stat. Præterea ut sint fauces integræ, id est, molles ac leues, quaꝝ uitio & frangit̄, & obscuratur, & exasperat̄, & scinditur uox. Nam ut tibiæ eodem spiritu accepto aliū clausis, alium apertis foraminibus, aliū non satis purgatæ, alium quassæ sonum reddūt, ita fauces tumētes strangulant uocē, obtusæ obscurant, rasæ exasperant, conuulsæ fractis sunt organis similes. Finditur etiam spūs obiectu aliquo, sicut

ſapillo tenues aquæ, quæ fluctus etiam ſi ultra paulū coit, aliquid tñ cauī relinqt poſt id ipſum qđ offēderat. Humor quoq; uocē ut nimius impedit, ita cōſumptus deſtituit. Nam fatigatio corpora, nō ad p̄ſens mō tempus, ſed etiam in futurū affīcit. Sed ut communit & phonaſcis, & oratoribus neceſſaria eſt exercitatio, qua oīa conualeſcūt, ita curæ non idem genus. Nam neq; certa tempora ad ſpatiandū dari poſſunt tot ciuilibus officiīs occupato, nec præparare ab imis ſonis uocē ad ſummos, nec ſemp à contētione concedere licet, cum pluribus iudiciīs ſæpe dicendū ſit. Ne ciborū quidē eſt eadē obſeruatio. Non em̄ tam molli teneraq; uoce, quā forti ac durabili opus eſt. Cum illi oēs etiam altiſſimos ſonos leniant cantu oris, nobis pleraq; aſpere ſint cōcitateq; dicēda, & uigilandæ noctes, & fuligo lucubrationū bibenda, & in ſudata ueſte durandū. Quare uocē deliciīs non molliamus, nec imbuamur ea cōſuetudine, quæ duratura non ſit, ſed exercitatio eius talis ſit, qualis uſus, nec ſilentio ſubſidat, ſed firmet conſuetudine, qua difficultas oīs leuet. Ediſcere aūt quo exercearis, erit optimū: nam ex tpe dicēti auocatur cura uocis, ille q ex rebus ipſis concipit, affectus, & ediſcere quā maxīe uaria, quæ & clamorē, & diſputationē, & ſermonē, & flexus habeant, ut ſimul in oīa paremur. Hoc ſatis eſt, alioq nitida illa, & curata uox inſolitum laborem recuſabit, ut aſſueta gymnaſiis, & oleo corpa, quālibet ſint in ſuis certamīnibus ſpecioſa atq; robuſta, ſi militare iter, faſcesq;, & uigilias impares, deficiant, & quærant unctores ſuos nudūq; ſudorē. Illa tñ in hoc ope præcipi quis ferat uitandos ſoles atq; uētos, & nubila etiam ac ſiccitates. Ita ſi dicendū in ſole, aut uētoſo, humido, calidoue die fuerit, reos deſeremus? Nam crudū quidē, aut ſatur, aut ebriū, aut eiecto mō uomitu, quæ cauē da qdam monēt, declamare neminē q ſit mentis cōpos, puto. Illud nō ſine cauſa ab oībus præceptū, ut parcat maxīme uoci in illo à pueritia in adoleſcentiā tranſitu, qa naturaliter impedit, non, ut arbitror, ꝓpter calorē, qđ quidam putauerūt (nam eſt maior in aliīs) ſed ꝓpter humorē potius. Nam hoc ætas illa turgeſcit. Itaq; nares etiam, ac pectus, eo tpe tument, atq; oīa uelut germinant, eoq; tenera, & iniuriæ obnoxia. Sed ut ad ꝓpoſitū redeā, iam cōfirmatæ cōſtitutæq; uocis, gen⁹ exercitatiōis optimū duco, qđ eſt opi ſimillimū, dicere quotidie, ſicut agimus. Nanq; hoc mō non uox tm̄ confirmat, & latus, ſed etiā corporis decēs, & accōmodatus oroni motus componit. Non alia eſt aūt rō pronūtiationis, quā ipſius oronis. Nam ut illa emēdata, dilucida, ornata, apta eē debet, ita hæc quoq; emēdata erit, id eſt, uitio carebit, ſi fuerit os facile explanatū, iucundum, urbanū, id eſt, in quo nulla neq; ruſticitas, neq; pegrinitas reſonet. Non em̄ ſine cauſa dicit barbarū græcumue. Nam ſonis homines, ut æra tinnitu dignoſcimus. Ita fiet illud qđ Ennius probat, cum dicit ſua uiloquenti ore Cethegū fuiſſe, non qđ Cicero in iīs reꝑhendit, quos ait latrare non agere. Sunt em̄ multa uitia, de qbus dixi, cū in quadam primi libri parte puerorū ora formarem, opportunius ratus in ea ætate facere illorū mentionē in qua emendari poſſunt. Itaq; ſi ipa uox primū fuerit (ut ſic dicam) ſana, nullū eorū de quibus nūc dixi, patiet incommodū, deinde nō ſubſurda, rudis, immanis, dura, rigida, uaria, p̄pinguis, aut tenuis, inanis, acerba, puſilla, mollis, effœminata: Spūs, nec breuis, nec parū durabilis, nec ī receptu difficilis. Dilucida uero erit pnuntiatio primū, ſi uerba tota exegerit, quorū ps deuorari, pars deſtitui ſolet, pleriſq; extremas ſyllabas nō proferētibus, dū priorū ſono indulgēt. Vt aūt eſt neceſſaria uerborū explanatio, ita oēs cōputare, & uelut annumerare lras moleſtū, & odioſum. Nam & uocales frequētiſſime coeunt, & conſonantiū quædā inſequēte uocali diſſimulantur, utriuſq; exemplū poſuimus, Multū ille & terris. Vitat etiam durior int̄ ſe cōgreſſus, unde pellexit, & collegit, & quæ alio loco dicta ſunt. Ideoq; laudat in Catullo ſuauis appellatio literarū. Secundū eſt, ut ſit oro diſtincta, id eſt, ut q dicit, & incipiat ubi oportet, & deſinat. Obſeruandū etiam q̄ loco ſuſtinēdus, & quaſi ſuſpendendus ſermo ſit, qđ græci ὑποδιαζολὴν, uel ὑποσυζολὴν, uel ὑποσιωπὴν uocant, quo deponēdus ſuſpendit: Arma, uirūq; cano, qa illud uirū, ad ſequētia ptinet, ut ſit uirū Troiæ, q primus ab oris, & hic iterū. Nam etiamſi aliud eſt unde uenit, q̄ quò uenit, nō diſtinguendū tñ, qa utrūq; eodē uerbo continet, uenit. tertio Italiam, quia iteriectio eſt, fato ꝓfugus, & continuū ſermonē, q faciebat, Italiā, Lauinaq;, diuidit. ob eandēq; cauſam, q̄rto ꝓfugus, deinde Lauinaq; uenit Littora,

Vbi iam erit distinctio, quia inde alius incipit sensus. Sed in ipsis etiam distinctionibus tē pus, aliâs breuius, aliâs lōgius dabimus. Interest ēm sermonē finiat, an sensum. Itaq; illam distinctionem Littora, ptinus altero spūs initio insequar, cum illuc uenero, Atq; altæ mœ nia Romæ, deponam, & morabor, & nouū rursus exordium faciam. Sunt aliqñ & fine re spiratiōe quædam moræ etiam in periodis, ut in illa, In cœtu uero Po. Ro. negotiū publi cum gerens, magister equitū, & cætera. multa habent mēbra. Sensus ēm sunt alij atq; alij, & sicut una circūductio est, ita paulū morandū in ijs interuallis, nō interrumpēdus est cō textus, & econtrario spm̄ interim recipere sine intellectu moræ necesse est, quo loco quasi surripiendus est, alioq; si inscite recipiat, non minus afferat obscuritatis, quā uitiosa distinctio. Virtus aūt distinguendi fortasse sit parua, fine qua tñ esse nulla alia in agendo potest. Ornata est ꝓnuntiatio, cui suffragat uox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, secans aera, auribus sedens. Est ēm quædam ad auditū accommodata nō magnitudine, sed ꝓprietate ad hoc uelut tractabilis, utiq; habens oēs in se, q desiderantur, sonos intentionesq;, & toto (ut aiunt) organo instructa, cui aderit lateris firmitas, spūs cū spatio ptinax, tū labori non facile cessurus. Neq; grauissimus aūt in musica sonus, nec acutissimus oīonibus cōuenit. Nam & hic parū clarus, nimiumq; plenus, nullū afferre animis motū pōt, & ille prætenuis & immodicæ claritatis, cū est ultra uerū, tū neq; pronūtiatiōe flecti, nec diutius ferre intentionē pōt. Nam uox ut nerui, quo remissor hoc & grauior & plenior, quo tēsior hoc tenuis & acuta magis est. Sic ima uim nō habet, summa rūpi piclitatur, medijs igit utendū sonis, ijq; cū augenda intentio est excitandi, cū summittēda, sunt tēperandi. Nam prima est obseruatio recte ꝓnuntiandi, æqualitas, ne sermo subsultet imparibus spatijs ac sonis, miscēs lōga breuibus, grauia acutis, elata summissis, & inæqualitate horū oīm, sicut pedū, claudicet sermo. Scda uarietas est, quæ solū est ꝓnuntiatio. Ac ne quis pugnare int se putet æqualitatē & uarietatē, cū illi uirtuti contrariū sit uitiū inæqualitas, huic qui dicit μονοτονία quasi quidam unus aspectus. Ars porro uariandi cū grām præbet ac renouat aures, tū dicentē ipsa laboris mutatiōe reficit, ut standi, ambulandi, sedēdi, iacēdi uices sunt, nihilq; eorū pati unum diu possumus. Illud uero maximū (sed id paulo post tractabimus) ꝙ scdm rōnem rerū de quibus dicimus, animorūq; habitus, conformanda uox est, ne ab oratione discordet. Vitemus igit illam quæ græce μονοτονία uocatur, una quædam spūs ac soni intētio, nō solū ne dicamus oīa clamose, qd insanum est, aut intra loquendi modū, qd motu caret, aut submisso murmure, quo etiam debilitatur oīs intentio, sed ut in ijsdē partibus, ijsdemq; affectibus, sint tñ quædam nō ita magnæ uocis declinationes, prout aut uerborū dignitas, aut sententiarū natura, aut depositio, aut inceptio, aut trāsitus postulabit, ut q singulis pinxerūt coloribus, alia tñ eminentiora, alia reductiora fecerunt, fine quo ne mēbris quidē suas lineas dedissent. Proponamus ēm nobis illud Ciceronis in oratione nobilissima ꝓ Milone principiū, nōne ad singulas pene distinctiōes, quam uis in eadē facie, tñ quasi uultus mutandus est? Et si uereor iudices, ne turpe sit ꝓ fortissimo uiro dicere incipientē timere. Etiam si est toto propositio cōtractum atq; submissum, quia & exordium est, & solicitī exordiū, tamen fuerit necesse est aliquid plenius & erectius, dum dicit, Pro fortissimo uiro dicere, quā, & si uereor, &, turpe sit, &, timere. Iam scda respiratio increscat oportet, & naturali quodam conatu, quo minus pauide dicimus quæ sequunt, & quo magnitudo animi Milonis ostendit, Minimeq; deceat, cū T. Annius ipse magis de Reipub. salute quā de sua perturbetur. Deinde quasi obiurgatio sui est, Me ad eius causam parem animi magnitudinē afferre nō posse. Tum inuidiosiora: Tamē hæc noui iudicij noua forma terret oculos. Illa uero iam pene aptis (ut aiunt) tibijs. Qui quocūq; inciderunt, ueterem consuetudinē fori, & pristinū morem iudicioꝝ requirunt. Nam sequens latū etiam atq; effusum est. Non ēm corona consessus uester cinctus est ut solebat. Quod notaui, ut appareret non solū in membris causæ, sed etiā in articulis esse aliquā pronuntiandi uarietatē, fine qua nihil, nec minus, nec maius est. Vox autem ultra uires urgēda non est. Nam & suffocata sæpe, & maiore nisu minus clara est, & interim elisa in illum sonum erumpit, cui Græci nomen ab immaturo gallorū cantu dederūt. Nec uolubilitate

nimia cõfundenda quæ dicimus, qua & diſtinctio perit & affectus, & nonnunq; etiã uerba aliqua ſui parte fraudant. Cui cõtrariũ eſt uitiũ nimiæ tarditatis. Nam & difficultatẽ inueniendi fatet, & ſegnitia ſoluit aïos, & in quo eſt aliquid, tẽporibus præfinitis aquam pdit. Promptũ ſit os, non præceps, moderatũ, non lentum. Spiritus quoq; nec crebro receptus concidat ſentẽtiam, nec eouſq; trahat, donec deficiat. Nam & deformis eſt cõſumpti illius ſonus, & reſpiratio ſub aqua diu preſſi ſimilis, & receptus lõgior, & nõ opportunus, ut q fiat non ubi uolumus, ſed ubi neceſſe eſt. Quare longiorẽ dicturis periodum colligendus eſt ſpũs, ita tñ, ut id neq; diu, neq; cum ſono faciamus, neq; omnino ut manifeſtũ ſit, reliquis partibus optime int iuncturas ſermonis reuocabit. Exercendus autẽ eſt, ut ſit quàm lõgiſſimus, qđ Demoſthenes ut efficeret, ſcandens in aduerſum cõtinuabat quàm poſſet plurimos uerſus. Idẽ quo facilius uerba ore libero exprimeret, calculos lingua uoluens dicere domi ſolebat. Eſt interim & lõgus, & plenus, & clarus ſatis ſpũs, non tñ firmæ intẽtionis, ideoq; tremulus, ut corpora quæ aſpectu ĩtegra neruis paꝝ ſuſtinent, id græci τρέγχον uocant. Sunt qui ſpm̃ cum ſtridore p raritatem dentium non recipiunt, ſed reſorbent. Sunt q crebro anhelitu, & introrſum etiam clare ſonante, imitent iumenta onere & iugo laborantia. Quod affectant quoq;, tanq̃ inuentionis copia urgeantur, maioriq; uis eloquentiæ ingruat, quã quæ emitti faucibus poſſit. Eſt alĩs concurſus oris, & cũ uerbis ſuis colluctatio. Iam tuſſire & expuere crebro, & ab imò pulmõe pituitam trocleis adducere, & oris humore ꝓximos ſpargere, & maiorẽ partem ſpũs in loquendo p nares effundere, etiam ſi non utiq; uocis ſunt uitia, quia tñ propter uocem accidunt, potiſſimum huic loco ſubĩcient. Sed quodcũq; ex ĩs uitium magis tulerim, quã quo nunc maxime elaborat in cauſis oĩbus ſcholiſq;, cantandi, qđ inutilius ſit an fœdius, neſcio. Quid em̃ minus oratori conuenit, quã modulatio ſcenica, & nonnunq̃ ebrioꝝ, aut comeſſantium licentiæ ſimilis? Quid uero mouẽdis affectibus contrariũ magis, q̃ cum dolendũ, iraſcendũ, indignandũ, cõmiſerandum ſit, non ſolũ ab ĩs affectibus, in q̃s inducẽdus eſt iudex, recedere, ſed ipſam fori ſanctitatẽ ludoꝝ talariũ licentia ſoluere? Nam Cice. illos ex Lycia & Caria rhetores pene cantare in epilogis dixit. Nos etiã cantandi ſeueriorẽ paulo modũ exceſſimus: Quiſquã ne, nõ dico de homicidio, ſacrilegio, parricidio, ſed de calculis certe atq; rõnibus, quiſquã deniq; (ut ſemel finiam) in lite cantat? Qđ ſi oĩno recipiendũ eſt, nihil cauſæ eſt cur nõ illam uocis modulationẽ fidibus ac tibĩs, imò mehercules, qđ eſt huic deformitati propius, cymbalis adiuuemus. Facimus tñ hæc libent. Nam nec cuiquã ſunt iniucũda quæ cãtant ipſi, & laboris in hoc, q̃ in agẽdo minus eſt. Et ſunt quidam q ſcđm alia uitæ uitia, etiam hac ubiq; audiẽdi qđ aures mulceat, uoluptate ducant. Quid ergo? nõ & Cic. dicit eẽ aliquẽ in oĩone cantũ obſcuriorẽ? Et hoc quodam naturali uitio uenit. Oſtẽdam nõmulto poſt, ubi & quatenus recipiẽdus ſit hic flexus, & cantus quidẽ, ſed (qđ pleriq; intellige re nolũt) obſcurior. Iam em̃ tps eſt dicendi quæ ſit apta ꝓnunciatio, quæ certe ea eſt, quæ ĩs de quibus dicimus, accommodat, qđ quidem maxima ex parte pſtant ipſi motus animoꝝ, ſonatq; uox ut ferit. Sed cũ ſint alĩ ueri affectus, alĩ ficti & imitati, ueri naturaliter erumpunt, ut dolẽtium, iraſcentium, indignantiũ, ſed carẽt arte, ideoq; nõ ſunt diſciplinæ traditione formandi. Contrà q effingunt imitatione, artẽ habent, ſed hi carẽt natura, ideoq; in ĩs primũ eſt bñ affici, & cõcipere imagines reꝝ, & tanq̃ ueris moueri, ſic uelut media uox, quẽ habitũ à nobis acceperit, hũc iudicũ animis dabit. Eſt em̃ mentis index, & uelut exẽplar, ac totidẽ quot illa mutatiões habet. Itaq; lætis in rebus plena, ſimplex, & ipa quodã mõ hilaris fluit. At in certamine erecta totis uiribus, & uelut oĩbus neruis intẽdi tur. Atrox in ira, & aſpera ac dẽſa, & reſpiratiõe crebra. Neq; em̃ põt eſſe longus ſpiritus, cum immoderate effundit. Paulum in inuidia facienda lentior, quia non fere ad hanc niſi inferiores confugiũt. At in blandiendo, fatendo, ſatisfaciẽdo, rogando, lenis & ſubmiſſa. Suadentiũ, & monentiũ, & pollicentiũ, & conſolantiũ grauis in metu & uerecũdia cõtracta, adhortatiõibus fortis, diſputatiõibus teres, miſeratiõe flexa & flebilis, & cõſulto quaſi obſcurior, at in egreſſiõibus fuſa & ſecuræ claritatis, in expoſitiõe ac ſermõibus recta, & int acutum ſonum & grauẽ media. Attollit aũt cõcitatis affectibus, cõpoſitis deſcendit,

pro utriusq; rei modo altius uel inferius. Quid aũt quisq; in dicẽdo postulet locus, paulũ differam, ut de gestu prius dicam, q̃ & ipsi uoci cõsentit, & aïo cũ ea simul paret. Is quantum habeat in oratore momẽti, satis uel ex eo patet, q̃ pleraq; etiam citra uerba significat. Quippe nõ manus solũ, sed nutus etiã declarant nr̃am uoluntatẽ, & in mutis p̃ sermone sunt, & salutatio frequent̃ sine uoce intelligit̃, atq; afficit, & ex uultu ingressuq; perspicit̃ habitus aïorum, & animaliũ quoq; sermone carentiũ ira, lætitia, adulatio, & oculis, & quibusdam alĩs corpis signis deprehẽditur. Nec mi᷒ si ista, quæ tñ in aliquo posita sunt motu, tñ in animis ualent, cũ pictura tacens opus, & habitus semp eiusdẽ, sic in intimos penetret affectus, ut ipsam uim dicẽdi nonnunq̃ superare uideat̃. Contrà si gestus ac uultus ab or̃one dissentiant, tristia dicamus hilares, affirmemus aliqua renuentes, non autoritas mõ uerbis, sed etiam fides desit. Decor quoq; à gestu atq; à motu uenit. Ideoq; Demosthenes grande quoddam speculũ intuens cõponere actionẽ solebat. adeo quamuis fulgor ille finistras imagines reddat, suis demũ oculis credidit, qd̃ efficeret. Præcipuũ uero in actione ficut in corpe ipso, caput ẽ, cũ ad ip̃m de quo dixi decorẽ, tum etiam ad significationẽ decoris illa sunt, ut sit primo rectũ & scd̃m naturam. Nam & deiecto humilitas, & supino arrogantia, & in latus inclinato languor, & præduro ac rigẽte barbaria quædam mẽtis ostẽditur. Tum accipiat aptos ex ipsa actiõe motus, ut cũ gestu concordet, & manibus ac lateribus obsequat̃. Aspectus em̃ semp eódem uertit̃ quò gestus, exceptis quæ aut damnare, aut non concedere, aut à nobis remouere oportebit, ut idẽ illud uultu uideamur auersari, manu repellere: Dĩ talẽ terris auertite pestẽ. Haud equidẽ tali me dignor honore. Significat uero plurimis modis. Nam præt̃ annuẽdi, renuẽdi, confirmandiq; motus, sunt & uerecũdiæ, & dubitatiõis, & admiratiõis, & indignationis noti, & cões oïbus. Solo tñ eo facere gestũ scenici quoq; doctores uitiosum putauerũt. Etiam frequẽs eius nutus nõ caret uitio, adeo iactare id, & comas excutientẽ rotare phanaticũ est. Dominat̃ aũt maxime uultus. Hoc supplices, hoc minaces, hoc blãdi, hoc tristes, hoc hilares, hoc erecti, hoc submissi sumus, hoc pendẽt hoïes, hũc intuent̃, hunc spectant etiam anteq̃ dicamus, hoc quosdam amamus, hoc odimus, hoc plurima intelligimus. Hic est sæpe p̃ oïbus uerbis. Itaq; in ĩs quæ ad scenam componunt̃ fabulis, artifices p̃nuntiandi à psonis quoq; affect⁹ mutuant̃, ut sit Niobe in tragœdia tristis, atrox Medea, attonitus Aiax, truculentus Hercules. In comœdĩs uero præt̃ aliam obseruationẽ, qua serui, lenones, parasiti, rustici, milites, uetulæ, meretriculæ, ancillæ, senes, austeri, ac mites, iuuenes seueri, ac luxurioſi, matronæ, puellæ, int̃ se discernunt̃, Pater ille cuius p̃cipue ptes sunt, qa interim cõcitatus, interim lenis est, altero erecto, altero cõposito est supcilio, atq; id oñdere maxie latinis actoribus moris est, qd̃ cum ĩs quas agũt partibus cõgruat. Sed in ipso uultu plurimũ ualent oculi, p̃ quos maxime animus emanat, ut citra motũ quoq;, & hilaritate enitescant, & tristitia quoddã nubilũ ducant. Quinetiam lachrymas ĩs natura mẽtis indices dedit, quæ aut erũpunt dolore, aut lætitia manant. Motu uero intẽti, remissi, supbi, torui, mites, aspi fiunt, quæ ut act⁹ poposcerit fingent̃. Rigidi uero & extẽti, aut languidi & torpẽtes, aut stupẽtes, aut lasciui & mobiles, aut natantes, & quadã uoluptate suffusi, aut limi, & (ut sic dicam) uenerei, aut poscẽtes aliquid, pollicẽtes ue nunq̃ esse debebũt. Nam opertos compressos ue eos in dicẽdo, quis nisi plane rudis & stultus habeat? Et ad hæc oïa exprimenda in palpebris etiam & in genis est quoddam deseruiens ĩs ministeriũ. Multũ & supercilĩs agit̃. Nam & oculos formant aliquatenus, & fronti impant. His contrahit̃, attollit̃, demittitur, ut nulla res in ea plus ualeat. Sanguis ille, qui mentis habitu mouet̃, & cum infirma uerecũdia cutem accipit, effunditur in ruborem, cũ metu refugit, abit oñis, & pallore frigescit, tẽperatus mediũ quoddam serenũ efficit. Vitiũ in supcilĩs, si aut immota sunt oïno, aut nimium mobilia, aut inæqualitate (ut mõ de persona comica dixeram) dissidẽt, aut cõtra id quod dicimus fingunt̃. Etenim cõtractis tristitia, diductis hilaritas, remissis pudor ostendit̃. Annuendi quoq; renuendi ue rõne demittuntur aut alleuant̃. Naribus labrisq; non fere quicquam decenter ostendimus, tametsi derisus, contemptus, fastidium significari solet. Nam & corrugare nares (ut Horatius ait) & inflare, & mouere, & digito inquietare, & impul

ſu ſubito ſpiritum excutere,& diducere ſæpius,& plana manu reſupinare,indecoꝝ eſt,cū emunctio etiam frequētior nō ſine cauſa reprehendat.Labra,& porriguntur male,& ſcinduntur,& aſtringuntur,& diducuntur,& dentes nudant,& in latus ac penè ad aurem trahuntur,& uelut quodam faſtidio replicantur,& pendent,& uocem tantùm altera parte dimittunt.Lambere quoq; ea & mordere deforme eſt,cū etiā in efferendis uerbis,modicus eſſe eoꝝ debeat motus.Ore enim magis quàm labris loquēdum eſt.Ceruicem erectam oportet eſſe,non rigidam aut ſupinam.Collum diuerſa quidem,ſed pari deformitate contrahitur & tenditur,ſed tenſo ſubeſt & labor,tenuaturq; uox ac fatigatur.Affixum pectori mentum minus claram,& quaſi latiorem preſſo gutture facit.Humerorum raro decens alleuatio atq; contractio eſt.Breuiatur enim ceruix,& geſtum quendam humilem atq; ſeruilem,& quaſi fraudulētum facit,cum ſe in habitum adulationis,admirationis,metus fingunt.Brachij moderata proiectio remiſſis humeris atq; explicantibus ſe in proferēda manu digitis,continuos & decurrentes locos maxīe decet.At cū ſpecioſius quid huberiusq; dicendū eſt,ut illud,Saxa atq; ſolitudines uoci rīdent,expatiat in latus,& ipſa quodammō in ſe cū geſtu fundit oſo.Manus uero ſine quibus trunca eēt actio ac debilis,uix dici poteſt quot motus habeant,cū penè ipſam uerboꝝ copiam perſequant.Nam cæteræ partes loquentē adiuuant,hæ(ppè eſt ut dicam)ipſæ loquunt.An nō ijs poſcimus? polliceмur? uocamus? dimittimus? minamur? ſupplicamus? abominamur? timemus? interrogamus? negamus? gaudiū,triſtitiam,dubitationē,confeſſionē,pœnitētiam,modū,copiā,numerum,tp̄s oſtendimus? Nō eædē concitant? ſupplicant? inhibent? probant? admirantur? uerecundant? Nō in demōſtrandis locis atq; perſonis aduerbioꝝ atq; pronominum obtinent uicem? ut in tanta per omnes gentes nationesq; linguæ diuerſitate,hic mihi oīm hominum cōis ſermo uideatur.Et ij quidem de quibus ſum locutus,cū ipſis uocibus naturaliter exeūt geſtus,alij ſunt qui res imitatione ſignificant,ut ſi ægrū tentātis uenas medici ſimilitudine,aut citharœdū formatis ad modum pcutientis neruos manibus oñdas,quod genus q̄longiſſime in actiōe eſt fugiēdum.Abeſſe em̄ plurimū à ſaltatore debet orator,ut ſit geſtus ad ſenſus magis q̄ ad uerba accōmodatus,qd etiam hiſtriōibus paulo grauioribus facere moris fuit.Ergo ut ad ſe manum referre cū de ſeipſo loquat,& in eū quē demonſtret intendere,& aliqua his ſimilia permiſerim,ita non effingere ſtatus quoſdā,& quicqd dicet,oñdere.Neq; id in manibus ſolū,ſed in omni geſtu ac uoce ſeruandum eſt.Non em̄ aut in illa periodo,Stetit ſoleatus prætor populi R. inclinatio incūbentis in mulierculā Verris effingēda eſt,aut in illa,Cædebat in medio foro Meſſanæ,motus laterū,qualis eē ad uerbera ſolet,torquēdus,aut uox qualis dolore exprimit,eruenda.Cū mihi comœdi quoq; peſſime facere uideant,q etiā ſi iuuenē agant,cū tñ in expoſitiōe,aut ſenis ſermo,ut in Hydriæ ꝓlogo,aut mulieris,ut in Georgio,incidit,tremula uel effœtata uoce pronuntiant.Adeo in illis quoq; eſt aliqua uitioſa imitatio,quoꝝ ars oīs conſtat imitatione.Eſt aūt geſtus ille maxime cōmunis,quo medius digitus in pollicē contrahit,explicitis tribus,& principijs utilis,cum leni in utranq; partē motu modice prolatus,ſimul capite atq; humeris ſenſim ad id quo manus ferat obſecundantibus,& in narrādo certus,ſed tū paulo ꝓductior,& in exprobrādo,& in arguēdo acer atq; inſtans.Longius em̄ partibus ijs & liberius exeritur.Vitioſe uero idem ſiniſtrū quaſi humerum petēs in latus agi ſolet,quanq̄ adhuc peius aliqui tranſuerſum brachium proferūt,& cubito pronuntiant.Duo quoq; medij ſub pollicē ueniunt,& eſt hic adhuc priore geſtus inſtantior principio,& narrationi nō accōmodatus.At cū tres contracti pollice premunt,tū digitus ille,quo uſum optīe Craſſum Cicero dicit,explicari ſolet.Is in exprobrādo & indicando(unde ei nomē eſt)ualet,& alleuata ac ſpectante humeꝝ manu paulum inclinatus affirmat.Verſus in terram & quaſi pronus,urget,aliqñ pro humero eſt.Idem ſummo articulo utrinq; leniter apprehenſo,duobus modice curuatis,minus tñ minimo,aptus ad diſputandū eſt.Acrius tñ argumentari uidentur,qui medium articulū potius tenent,tanto contractioribus ultimis digitis,quāto priores deſcenderūt.Eſt & ille uerecūdæ actiōi aptiſſimus,quo quatuor primis leuiter in ſummū coeuntibus digitis non ꝓcul ab ore,aut pectore fertur

ad nos manus,& deinde prona ac paululũ prolata laxat. Hoc mõ cœpisse Demosthenem credo in illo pro Ctesiphonte timido submissoq; principio,sic formatã Ciceronis manũ, cũ diceret,Si quid ẽ in me ingenꝝ iudices,qđ sentio q̃ sit exiguũ. Eadẽ aliquatenus liberius deorsum spectantib.digitis colligit in os, & fusius paulo in diuersa resoluit, ut quodã mõ sermonẽ in ipsum proferre uideat. Binos interim digitos distinguimus, sed nõ inserto pollice,paulũ tñ inferioribus intra spectantibus,sed ne illis quidẽ tẽsis qui suprà sunt. Duo interim extremi palmam circa ima pollicis premunt,ipse priorib.ad medios articulos iungit,interim quartus oblique reponit,interim quatuor remissis magis q̃ tensis,pollice intus inclinato,habilẽ in latus demonstrando,aut distinguendo quæ dicimus, manũ facimus,cum supina in sinistrũ latus,prona in alterũ fert. Sunt & illi breues gestus,cũ manus leuiter pandata,qualis uouentiũ est,paruis interuallis, & subassentientibus humeris mouet,maxime apta,parce & quasi timide loquentib. Est admirationi cõueniens ille gestus,quo manus modice supinata,ac per singulos à minimo collecta digito redeũte flexu simul explicat atq; cõuertit. Nec uno mõ interrogantes gestum cõponimus, plerunq; tñ uertentes manum,utcunq; composita est. Pollici proximus digitus, mediumq; cõtingẽs qua dexter est,unguẽ pollici summo suo iungens, remissis cæteris, est & approbantibus, & narrantibus,et distinguentibus decorus. Cui non dissimilis,sed cõpressis tribus digitis, quo nunc Græci plurimũ utunt,etiam utraq; manu,quoties enthymemata sua gestu uelut cornu tundũt cæsim. Manus lenior ꝓmittit & assentat,citatior hortat,interim laudat. Est & ille urgẽs orationẽ gestus uulgaris magis q̃ ex arte,q cõtrahit alterno celeriq; motu,& explicat manũ. Est & illa caua,& rara,& supra humeri altitudinẽ elata,cũ quodam motu uelut hortatrix manus à peregrinis scholis iam propè recepta. Tremula scenica est. Digitos cũ summi coierũt,ad os referre,cur qbusdã displicuerit,nescio. Nã & id leuiter admirãtes,& interi subita indignatiõe uelut paueſcẽtes & deꝑcantes,facimus. Quin cõpressam etiã manũ in signũ pniæ uel iræ,pectori admouemus,ubi uox uel inter dẽtes ex ꝑssa nõ dedecet: Quid nũc agam? quid faciam? Auerso pollice demõstrare aliqd,receptũ magis puto,q̃ oratori decorũ. Sed cũ oĩs motus sex partes habeat, septimusq; fit ille q in se redit orbis,uitiosa est una circũuersio,reliqui añ nos & dextra læuaq;,& sursum,& deorsum aliqd oñdunt,in posteriora gest⁹ nõ dirigit,interim tñ uelut reñci solẽt. Optĩe aũt manus à sinistra pte incipit,in dextra deponit,sed ut deponere nõ ut ferire uideat, quanq̃ & in fine interi cadit,ut cito tñ redeat,& nõnunq̃ resilit uel negantib.nobis, uel admirantib. Hic ueteres artifices illud recte adiecerũt,ut manus cũ sensu & inciperet,& deponeret. Alioqui eñ aut añ uocẽ erit gestus,aut post uocẽ,qđ est utrũq; deforme. In illo lapsũ nimia subtilitate sunt,q interuallũ motus tria uerba eẽ uoluerũt,qđ nec obseruat,nec fieri põt,sed illi quasi mensurã tarditatis celeritatisq; aliquã eẽ uoluerũt, nec immerito,ne aut diu otiosa eẽt manus,aut (qđ multi faciũt) actionẽ cõtinuo motu concideret. Aliud est qđ & fit frequẽtius,& magis fallit. Sunt quædã latẽtis sermonis ꝓcussiones, & quasi aliqui pedes,ad quos plurimos gestus cadit,ut sit unus motus, Nouũ crimẽ alter, C. Cæsar.tertius,Et ante hunc diẽ: quartus,Inauditũ,deinde,Propinquus meus.&,Ad te Q. Tubero detulit. Vnde id quoq; fluit uitiũ,ut iuuenes cũ scribũt gestu ꝑmodulati cogitationẽ sic cõponant,quõ casura manus sit. Inde & illud uitiũ,ut gestus qui in fine dexter esse debet,in sinistram frequenter desinat. Melius illud, cũ sint in sermone oĩa breuia quædã mẽbra,ad quæ si necesse sit,recipere spm̃ liceat,ad hæc gestũ disponere,utputa, Nouũ crimẽ Cañ Cæsar.habet per se finẽ quẽdam,quia sequit coniunctio.deinde,Et ante hũc diẽ inauditũ,satis circũscriptũ est. Ad hæc cõmodanda manus est, idq; dũ irrũpit, erit prima & cõposita actio. At ubi iam calor eam concitauerit,etiam gestus cũ ipsa oꝶonis celeritate crebrescet. alĩs locis citata,alĩs pressa cõueniet pronũtiatio. Illa transcurrimus, congerimus,abũdamus,festinamus,hac instamus,inculcamus,infigimus. Plus aũt affectus hñt lẽtiora. Ideoq; Roscius citatior, Aesopus grauior fuit,q ille comœdias, hic tragœdias egit. Eadẽ motus quoq; obseruatio ẽ. Itaq; in fabulis iuuenũ,senũ,militũ,matronaꝝ,grauis or ĩgressus ẽ,serui,ancillæ,parasiti,piscatores citatius mouenẽ. Tolli aũt manũ artifices su-

pra oculos, demitti infra pectus uetant, adeo à capite eam petere, aut ad ímũ uentrẽ deducere uitioſum habetur. At ſiniſtram intra humẽ promouere, ultra nõ decet. Sed cũ auerſantes in læuam partẽ uelut propellemus manũ, ſiniſter humerus proferendus, ut cum capite ad dextram ferente conſentiat. Manus ſiniſtra nunq̃ ſola recte geſtum facit, dextræ ſe frequenter accõmodat, ſiue in digitos argumẽta digerimus, ſiue auerſis in ſiniſtrũ palmis abominamur, ſiue obĳcimus aduerſas, ſiue in latus utrunq; diſtendimus, ſiue ſatisfaciẽtes, aut ſupplicantes. Diuerſi ſunt aũt ĳ geſtus, ſubmittimus, ſiue adorãtes attollimus, ſiue aliqua demõſtrationi, aut inuocationi protẽdimus: Vos Albani tumuli atq; luci. Aut Gracchanũ illud: Quo me miſer cõferam? quo uertã? in capitoliũ ne? at fratris ſanguine redũdat, an domũ? Plus eñ affectus in ĳs iunctæ exhibent manus: In rebus paruis, triſtibus, mitibus, breues: magnis, lætis, atrocib. extẽſiores ſunt. Vitia quoq; eæ ſubĳcienda ſunt, quæ quidẽ accidere etiam exercitatis actoribus ſolẽt. Nam geſtũ poculũ poſcẽtis, aut uerbera minantis, aut numẽ quingentoꝝ pollice flexo efficientis, quæ ſunt à quibuſdam ſcriptoribus notata, ne in ruſticis quidẽ uidi. At ut brachio exerto introſpiciat latus, ut manũ alius ultra ſinũ ꝓferre non audeat, alius inquantũ patet lõgitudo ꝓtendat, aut ad tectũ erigat, aut repetito ultra læuũ humẽ geſtu ita in tergum flagellet, ut cõſiſtere poſt eũ paratum ſit, aut ſiniſtrũ ducat orbẽ, aut temere ſparſa manu in proximos offendat, aut cubitũ utrunq; in diuerſum latus uentilet, ſæpe ſcio euenire. Solet eſſe & pigra, & trepida, & ſecãti ſimilis, interim uncis etiam digitis, aut à capite deĳciat, aut eadẽ manus ſupinata in ſuperiora iactetur. Fit & ille habitus, qui eſſe in ſtatuis pacificator ſolet, q̃ inclinato in humẽ dextrũ capite, brachio ab aure ꝓtenſo, manũ infeſto pollice extẽdit. qui quidẽ maxime placet ĳs, qui ſe dicere ſublata manu iactant. Adĳcias licet eos, qui ſnĩas uibratis digitis iaculant, aut manu ſublata denuntiant, aut (qđ per ſe interim recipiendũ eſt) quoties aliqd ipſis placuit, in ungues erigunt. ſed uitioſum id faciunt, aut digito quanto plurimũ ꝓnt erecto, aut etiã duob. aut utrãq; manu ad modũ aliqd portantiũ cõpoſita. His accedũt uitia nõ naturæ, ſed trepidationis, cũ ore concurrẽte rixari, ſi memoria fefellerit, aut cogitatio nõ ſuffragẽt, quaſi faucib. aliqd obſtiterit inſonare, in aduerſum tergere nares, obambulare ſermone imperfecto, reſiſtere ſubito, & laudẽ poſcere ſilentio, quæ oĩa perſequi ꝓpe infinitũ eſt. Sua eñ cuiq; ſunt uitia. Pectus ac uenter ne ꝓĳciant obſeruandũ. Pandant eñ poſteriora, & eſt odioſa oĩs ſupinitas. Latera cũ geſtu conſentiant. Facit eñ aliqd & totius corpis motus, adeo ut Cicero plus illo agi, q̃ manib. ipĩs putet. Ita eñ dicit in oratore, Nullæ argutiæ digitoꝝ, nõ ad numerũ articulus cadẽs, trũco magis toto ſe ipſe moderãs, & uirili laterũ flexione. Femur ferire, qđ Athenis primus feciſſe creditur Cleon, & uſitatũ eſt, & indignantes decet, & excitat auditorẽ. Idq; in Callidio Cicero deſiderat: Non frõs, inquit, percuſſa, nõ femur. quanq̃ (ſi licet) de frõte diſſentio. Nam etiã cõplodere manus ſcenicũ eſt, & pectus cædere. Illud quoq; raro decebit, caua manu ſummis digitis pectus appetere, ſi qñ noſmetipſos alloquimur, cohortantes, obiurgãtes, miſerantes, qđ ſiqñ fiet, togã quoq; inde remouere nõ decebit. In pedibus obſeruant ſtatus & inceſſus. Prolato dextero ſtare, & eandẽ manũ ac pedẽ proferre, deforme eſt. In dextrũ incũbere interim dat, ſed æquo pectore, q tñ comicus magis q̃ oratorius geſtus eſt. Male etiã in ſiniſtrũ pedẽ inſiſtentiũ dexter aut attollit, aut ſummis digitis ſuſpendit. Varicare ſuprà modũ, & in ſtando deforme eſt, & accedẽte motu ꝓpè obſcœnũ. Procurſio opportuna, breuis, moderata, rara, cõuenit etiã & ambulatio quædã ꝓpter immodicas laudationũ moras, quanq̃ Cicero rarũ inceſſum neq; ita longũ ꝓbat. Diſcurſare uero, & qđ Domitius Afer de Sura Manilio dixit, ſatagere, ineptiſſimũ. Vrbaneq; Flauius Virginius interrogauit de quodã ſuo antiſophiſte, q̃t millia paſſuũ declamaſſet. Præcipi & illud ſcio, ne ambulãtes auertamur à iudicibus, ſed ſint obliqui pedes ad cõciliũ nobis reſpiciẽtib. Id fieri iudicĳs priuatis nõ põt. Verũ & breuiora ſint ſpatia, nec auerſi diu ſimus. interĩ tñ recedere ſenſim dat. Quidã & reſiliũt, qđ eſt planè ridiculũ. Pedis ſupplofio ut loco eſt opportuna (ut ait Cic.) in cõtentionib. aut incipiẽdis, aut finiẽdis, ita crebra & inepti eſt hoĩs, & definit iudicẽ in ſe cõuertere. Eſt & illa indecora in dextrũ ac læuũ latus uacillatio alternis pedibus inſiſtẽti

um.longissime fugiẽda mollis actio,qualẽ in Tityo Cicero dicit fuisse. Vnde & saltationis quoddã genus Tityus est appellatũ.Reprehendenda est & illa frequẽs, & cõcitata in utranꝙ partẽ nutatio,quam in Curione patre irrisit & Iunius, quærens quis in lintre loqueret,& Sicinius.Nam cũ assidẽte collega,q̃ erat ꝓpter ualetudinẽ & deligatus, & pluribus medicamẽtis propter dolorẽ artuũ delibutus,multũ se Curio ex more iactasset,Nũ quã inquit,Octaui collegæ tuo gratiã referes,q̃ nisi fuisset istic,hodie te muscæ comedissent.Iactant & humeri, qđ uitiũ Demosthenes ita dr emẽdasse, ut cũ in angusto quodã pulpito stans diceret,hasta humero depẽdens immineret,ut si calore dicẽdi uitare id excidisset,offensatiõe illa cõmoneret.Ambulantẽ loqui ita demũ oportet,si in causis publicis in qbus sunt multi iudices,qđ dicimus,quasi singulis inculcare peculiariť uelimus. Illud uero refellendũ,ꝙ qdam reiecta in humerꝝ toga,cũ dextra sinũ usꝙ ad lũbos reduxerũt, ut sinistra gestũ facientes,spatientur & fabulent,cum etiam læuam restringere ꝓlata longius dextra sit odiosum. Vnde moneor ut ne id quidẽ transeam ineptissime fieri,cũ inter moras laudationũ,aut in aurẽ alicuius loquuntur,aut cũ sodalibus iocantur, aut nõnunq̃ ad librarios suos ita respiciunt,ut sportulam dictare uideant.Inclinari ad iudicẽ cũ doceas,utiꝙ si id de quo loquaris sit obscuri⁹, decet.Incũbere aduocato aduersis subsellijs sedenti cõtumeliosum est.Reclinari etiã ad suos,& manibus sustineri,nisi plane iusta fatigatio est,delicatũ,sicut palàm moneri excidẽtis,aut legere.Nanꝙ in his omnibus & uis illa dicẽdi soluit,& frigescit affectus,& iudex parꝝ sibi præstari reuerẽtiæ credit. Transire in diuersa subsellia parꝝ uerecundũ est. Nam & Cassius Seuerus urbane aduersus hoc faciẽtes lineam poposcit.Et si aliqñ concitate itur, nunq̃ non frigide reditur. Multa ex ijs quæ præcepimus,mutari necesse est ab ijs qui dicũt apud tribunalia. Nam & uultus erectior, ut eum apud quẽ dicit spectet,& gestus ut ad eundẽ tendens elatior sit,necesse est,& alia quæ occurrere etiam me tacente oĩbus possunt. Itemꝙ ab ijs qui sedẽtes agent(nam & ferè fit hoc in rebus minoribus,& ijdẽ impetus actionis esse non possunt) & quædam uitia fiunt necessaria. Nam & dexter pes à læua iudicis sedentis ꝓferendus est,& ex altera parte multi gestus necesse est in sinistrũ eant,ut ad iudicẽ spectent.Equidẽ pleroscꝙ & ad singulas clausulas snĩaꝝ uideo assurgẽtes sibi, & nõnullos subinde aliqd etiã spatiantes, qđ an deceat ipsi uiderint,cũ id faciũt,nõ sedẽtes agunt.Bibere,aut etiam esse inter agendũ, quod multis moris fuit,& est quibusdam,ab oratore meo ꝓcul absit. Nam siquis aliter dicẽdi onera ꝓferre nõ possit,nõ ita miseꝝ est nõ agere,potiusꝙ multo,q̃ & operis & hoĩm contẽptum fateri.Cultus nõ est ꝓprius oratoris aliqs,sed magis in oratore cõspicit.Qua re sit(ut in oĩbus honestis debet esse)splẽdidus & uirilis.Nam & toga,& calceus,& capillus,tam nimia cura,q̃ negligentia sunt reprehendẽda.Est aliqd in amictu, qđ iꝑm aliqua tenus temporꝝ conditione mutatum est.Nam ueteribus nulli sinus,perq̃ breues post illos fuerunt.Itaqꝙ & gestu necesse est usus esse in principijs eos alio,quoꝝ brachiũ sicut Græcorꝝ ueste continebat.Sed nos de præsentibus loquimur.Cui lati claui ius nõ erit, ita cingatur,ut tunicæ prioribus oris infra genua paulũ,posteriorib.ad medios poplites usꝙ ꝓueniant.Nam infrà mulierꝝ est,suprà centurionũ.Vt purpuræ recte descendant,leuis cura est.Notatur interim negligentia.Latum habentiũ clauum modus est,ut sit paulum cinctis submissior.Ipsam togam rotundã esse,& apte cæsam uelim. Aliter em̃ multis modis fiet enormis.Pars eius prior medijs crurib.optime terminat,posterior eadẽ portione altius quàm cinctura.Sinus decentissimus,si aliquanto supra imam togam fuerit,nunq̃ certe sit inferior.Ille qui sub humero dextro ad sinistrũ oblique ducit,uelut balteus, nec strãgulet,nec fluat.Pars togæ quæ postea imponit,sit inferior:nam ita & sedet melius, & continetur.Subducẽda etiam pars aliqua tunicæ,ne ad lacertũ in actu redeat, tũ sinus inijciendus humero,cuius extremam oram reiecisse non dedecet.Operiri aũt humerum cũ toto iugulo non oportet.Alioqui amictu fiet angustus,& dignitatem quæ est in latitudine pectoris perdet. Sinistrũ brachium eousꝙ alleuãdum est,ut quasi normalem illum angulũ faciat,super qđ ora ex toga duplex æqualiter sedeat.Manus nõ impleat anulis,præcipue medios articulos non transeuntib, cuius erit habitus optimus, alleuato pollice & digitis

leuiter inflexis, nisi si libellū tenebit, qđ non utiq; captandum est. Videt em̄ fateri memoriæ diffidētiam, & ad multos gestus est impedimēto. Togā ueteres ad calceos usq; demittebāt, ut Græci palliū. Idq; ut fiat, q de gestu scripserūt circa tpa illa, Plotius Nigidiusq; præcipiūt. Quo magis miror Plinij Scđi docti hoīs, & in hoc utiq; libro penè etiam nimium curiosi persuasionem, qui solitum id facere Ciceronē uelandæ uaricū gratia tradit, cum hoc amictus genus in statuis eoꝝ quoq;, qui post Ciceronem fuerunt, appareat. Palliolum sicut fascias quibus crura uestiunt, & focalia, & aurium ligamēta, sola excusare potest ualetudo. Sed hæc amictus obseruatio, dū incipimus, ꝓcedēte uero actu iam penè ab initio narrationis sinus ab humero recte uelut sponte delabit, & cū ad argumēta ac locos uentū est, reiicere à finistro togam, deiicere etiam si hæreat, sinū conueniat. Lænam à faucibus ac summo pectore abducere licet. Ardēt em̄ iam oīa, & ut uox uehemētior ac magis uaria est, sic amictus quoq; habet actum quendam uelut præliantē. Itaq; ut læuam inuoluere toga, & incīgi, penè furiosum est, sinū uero in dextrū humeꝝ ab imo reiicere, solutū ac delicatū est, fiuntq; adhuc peius aliqua, ita cur laxiorē sinū finistro brachio nō subiiciamus? Habet em̄ acre qddā atq; expeditū, & calori cōcitationiq; nō inhabile. Cū uero magna pars est exhausta orationis, utiq; afflante fortuna penè oīa decent, sudor ipse & fatigatio, & negligentior amictus, & soluta ac uelut labens undiq; toga. Quo magis miror hāc quoq; succurrisse Plinio curam, ut ita sudario frontē siccari iuberet, ne comæ turbarētur, quas cōponi post paulū, sicut dignū erat, grauiter & seuere uetuit. Mihi uero illæ quoq; turbatæ præ se ferre aliqd affectus, & ipsa obliuiōe curæ huius cōmendari uident. At si incipiētibus ac paulū ꝓgressis decidat toga, nō reponere eam prorsus negligētis aut pigri, aut quo mō debeat amiciri nescientis est. Hæc sunt uel illustramēta pronuntiationis, uel uitia, qbus propositis multa cogitare debet orator. Primū qd, apud quos, qbus præsentibus sit acturus. Nam ut dicere alia alīs, & apud alios magis cōcessum est, sic etiam facere. Neq; eadē in uoce, gestu, incessu, apud principē, senatū, populū, magistratū, priuato, publico iudicio, postulatione, actione similiter decēt. Quam differētiam subiicere sibi quisq; qui aīm intenderit, potest, tū qua de re dicat, & efficere quid uelit. Rei quadruplex obseruatio est. Vna in tota causa. Sunt em̄ tristes, hilares, solicitæ, securæ, grandes, pusillæ, ut uix unq̄ ita solicitari partib. eaꝝ debeamus, ut nō summæ meminerimus. Altera q̄ est indifferentia partiū, ut in procœmio, narratione, argumētatione, epilogo. Tertia in sentētiis ipsis, in quibus secundum res & actus uariant oīa. Quarta in uerbis, quoꝝ ut est uitiosa, sic efficere oīa uelimus, imitatio, ita quibusdam nisi sua natura reddit, uis oīs aufert. Igit in laudationibus (nisi si funebres erūt) gratiaꝝ actione, exhortatione, similib. læta & magnifica & sublimis est actio. Funebres conciones, cōsolationes, plerūq; causæ reoꝝ, tristes ac submissæ. In senatu conseruanda autoritas, apud populū dignitas, in priuatis modus. De partibus causæ, & sentētiis, & uerbis, quæ sunt multiplicia, pluribus dicendū. Tria aūt ꝓstare debet ꝓnuntiatio, cōciliet, psuadet, moueat, quibus natura cohæret, ut etiā delectet. Cōciliatio ferè aut cōmendatiōe moꝝ, qui nescio, quo mō ex uoce etiā atq; actiōe plucēt, aut oīonis suauitate cōstat. Persuadendi uis asseueratione, quæ interim plus ipsis ꝓbatiōibus ualet: An ista (inquit Callidio Cicero) si uera essent, sic à te dicerent? &, Tantū abest, ut inflāmares nostros aīos, somnū isto loco uix tenebamus. Fiducia igit appareat, & constātia, utiq; si autoritas subest. Mouēdi aūt ratio etiā aut in repsentandis aut imitādis affectibus. Ergo cū iudex in priuatis, aut ꝓco in publicis dicere de cā iusserit, leuiter cōsurgēdū, tū in cōponenda toga, uel (si necesse erit) etiam ex integro iniicienda, duntaxat in iudicijs (apd principē em̄ & mgīratus ac tribunalia nō licebit) paulū est cōmorādū, ut & amict⁹ sit decētior, & ꝓtinus aliqd spatij ad cogitandū. Etiam cū ad iudicē nos cōuerterim⁹, & cōsultus pmiserit dicere, nō ꝓtinus est erūpendum, sed dāda breuis cogitationi mora. Mire em̄ auditurꝝ, dicturi cura delectat, & iudex se ipse cōponit. Hoc præcipit Homerus Vlyssis exēplo, quē stetisse oculis in terrā defixis, immotoq; sceptro, priusq̄ illam eloquētiæ ꝓcellā effunderet, dicit. In hac cunctatione sunt quædā nō indecētes (ut appellāt scenici) moræ, caput mulcere, manū ituері, infrīgere articulos, simulare conatū, suspiratiōe so-

licitudinem fateri, aut quod quenq; magis decet, eo diutius si iudex nondum intẽdit aĩm. Status sit rectus, æqui & diducti paulũ pedes, uel procedẽs minimo siniſter, genua recta, ſic tñ ut non extendantur. Humeri remiſſi, uultus ſeuerus, non mœſtus, nec ſtupens, nec languidus. Brachia à latere modice remota, manus ſiniſtra qualem ſuprà demõſtraui, dextra cũ iam incipiendũ erit, paulum prolata ultra ſinum, geſtu q̃ modeſtiſſimo, uelut expectans quando incipiẽdum ſit. Vitioſa eñ ſunt illa, intueri lacunaria, perfricare faciem, & quaſi improbam facere, tendere confidẽtia uultum, aut quo ſit magis toruus, ſupercilijs aſtringere, capillos à fronte cõtra naturam retro agere, ut ſit horror ille terribilis, tũ id qđ Græci frequẽtiſſime faciũt, crebro digitorũ labiorumq; motu cõmentari, clare excreare, pedem alterũ longe proferre, partem togæ ſiniſtra tenere, ſtare diductum, uel rigidũ, uel ſupinum, uel incuruũ, uel humeris, ut luctaturi ſolent, ad occipitiũ ductis. Procœmio frequentiſſime lenis conuenit pnuntiatio. Nihil eſt eñ ad conciliandũ gratius uerecundia, non tñ ſemper. Nec eñ uno modo dicunt exordia, ut docui. Plerunq; tñ & uox tẽperata, ac geſtus modeſtus, & ſedens humero toga, & laterum lenis in utranq; partem motus, eódem ſpectantibus oculis, decebit. Narratio magis prolatam manum, amictum recidentẽ, geſtum diſtinctũ, uocẽ ſermoni proximam, ac tantum apertiorem, ſonũ ſimplicem frequentiſſime poſtulabit in his duntaxat. Qu. igitur Ligarius cũ eſſet adhuc nulla belli ſuſpicio, et A. Cluentius Habitus pater huiuſce. Aliud in eadẽ poſcent affectus uel concitati. Nubit genero ſocrus, uel flebiles. Cõſtituitur in foro Laodiceæ ſpectaculum acerbum & miſerum toti Aſiæ prouinciæ. Maxime uaria & multiplex actio eſt probationũ. Nam proponere, partiri, interrogare, ſermoni ſunt proxima, & cõtradictionẽ ſumere. Nam ea quoq; diuerſa propoſitio eſt. Sed hæc tñ aliqñ irridentes, aliqñ imitantes pronuntiamus. Argumentatio plerunq; agilior, & acrior, & inſtantior, conſentientem orationi, poſtulat etiam geſtum, id eſt, fortem celeritatem. Inſtandum quibuſdam in partibus, & denſanda oratio. Egreſſiones ferè lenes, & dulces, & remiſſæ, raptus Proſerpinæ, Siciliæ deſcriptio, Cn. Pompei laus. Neq; eñ mirũ, minus habere cõtentionis ea quæ ſunt extra quæſtionẽ. Mollior nonnunq̃ cum reprehenſione diuerſæ partis imitatio. Videor uidere alios intrãtes, alios aũt exeuntes, quoſdam ex uino uacillantes. Vbi non diffidens à uoce permittitur geſtus, at quoq; in utranq; partem tenera quædam, ſed intra manus tñ, & ſine motu latere translatio. Accẽdendi iudicis plures ſunt gradus. Sũmus ille, & quo nullus eſt in oratore acutior. Suſcepto bello Cæſar, geſto etiam iam ex parte magna. Prædixit eñ: Quantũ potero uoce contẽdam, ut populus hæc Romanus exaudiat. Paulum inferior, & habens aliquid etiam iucunditatis: Quid eñ tuus ille Tubero in acie Pharſalica gladius agebat? Plenius adhuc & lentius, ideoq; dulcius. In cœtu uero po. Ro. negotium publicum gerens. Producenda omnia trahendæq; tũ uocales, aperiendæq; ſunt fauces, pleniore tñ hæc canali fluunt, Vos Albani tumuli atq; luci. Nam cantici quiddam habẽt, ſenſimq; reſupina ſunt. Saxa atque ſolitudines uoci reſpondent. Tales ſunt illæ inclinationes uocis, quas inuicem Demoſthenes atq; Aeſchines exprobrant, non ideo improbandæ. Cum eñ uterq; alteri obijciat, palam eſt utrunq; feciſſe. Nam neq; ille per Marathonis & Plateas, & Salaminis propugnatores recto ſono iurauit, nec hic Thebas ſermone defleuit. Eſt his diuerſa uox, & penè extra organum, cui Græci nomen amaritudinis dederũt, ſupra modum ac penè naturam uocis humanæ acerba. Quin compeſcitis uocem iſtam indicẽ ſtultitiæ, teſtem paucitatis. Sed id quod excedere modũ dixi, in illa parte prima eſt, Quin compeſcitis. Epilogus, ſi enumerationem rerũ habet, deſiderat quandam conciſorum cõtinuationem, ſi ad cõcitandos iudices eſt accõmodatus, aliquid ex ijs quæ ſuprà dixi, ſi placandos inclinatam quandam lenitatem, ſi miſericordia cõmouendos, flexum uocis & flebilẽ ſuauitatem, qua præcipue franguntur animi, quæq; eſt maxime naturalis. Nam etiam orbos uiduasq; uideas in ipſis funeribus canoro quodã modo proclamantes. Hic etiam fuſca illa uox, qualem Cicero fuiſſe in Antonio dicit, mire faciet. Habet eñ in ſe quod imitemur. Duplex eſt tñ miſeratio, altera cum inuidia, qualis modo dicta de damnatione Philodami, altera cũ deprecatione demiſſior. Quare etiã ſi eſt in illis quoq; cãtus obſcurior. In cœ

tu uero populi Romani. Non enim hæc rixantis modo dixit,& Vos Albani tumuli. Ne q̄ enim quasi inclamaret aut deteſtaretur locutus eſt,tamen infinito magis illa flexa & circunducta ſunt: Me miſerum,me infelicem. Et,Quid reſpondebo liberis meis? & Reuocare tu me in patriam potuiſti Milo per hos, ego te in eadē patria per eoſdem retinere non potero? Et cum bona C. Rabirij uno ſeſtertio addicit, O meum miſerum acerbum q̄ præconium. Illa quoq; mire facit in peroratiõe uelut deficientis dolore, & fatigatione confeſſio,ut pro eodem Milone. Sed finis ſit. Neq; em̄ præ lachrymis iam loqui poſſum. Quæ ſimilem uerbis habere debent etiam pronũtiationem. Poſſunt uideri alia quoq; huius partis atq; officij, reos excitare, pueros attollere, propinquos ꝓducere, ueſtes laniare, ſed ſuo loco dicta ſunt. Et quia in partibus cauſæ etiam alijs eſt uarietas, ſatis appareat accommodandam ſententijs ipſis pronuntiationē, ſicut oſtendimus. Sed uerbis quoq;, quod nouiſſime dixeram, non ſemper, ſed aliquando. An non hæc, Miſellus & pauperculus, ſubmiſſa atq; contracta, Fortis, & uehemens, & latro, erecta & concitata uoce dicenda ſunt? Accedit enim uis & proprietas rebus tali ſtipulatione: quæ niſi adſit, aliud uox, aliud animus oſtẽdat. Quid? quod eadem uerba mutata ꝓnuntiatione indicant, affirmant, exprobrant, negant, mirantur, indignantur, interrogant, irrident, eleuant? Aliter enim dicitur: Tu mihi quodcunq; hoc regni, & Cantando tu illum? & Tu ne ille Aeneas, & Meq; timoris Argue tu Drance: Et ne morer, intra ſe quiſq;, uel hoc, uel aliud quod uolet, per omnes affectus uerſet, uerum eſſe quod dicimus ſciet. Vnum iam ijs adijciendum eſt, cum præcipue in actione ſpectetur decorum, ſæpe aliud alios decere. Eſt enim latens quædam in hoc ratio, & inenarrabilis, & ut uere dictum eſt, caput eſſe artis decere quod facias, ita id nec ſine arte eſt, nec totum arte tradi poteſt. In quibuſdam uirtutes non habent gratiam, in quibuſdam uitia ipſa delectant. Maximos actores comœdiarum Demetrium & Stratoclem placere diuerſis uirtutibus uidimus. Sed illud minus mirum, quod alter deos, & iuuenes, & bonos patres, ſeruoſq;, & matronas, & graues anus optime, alter acres ſenes, callidos ſeruos, paraſitos, lenones, & omnia agitatoria melius. Fuit enim natura diuerſa. Nam uox quoq; Demetrij iucundior, illius acrior erat. Annotandæ magis proprietates, quæ tranſferri non poterant, manus iactare, & dulces exclamationes theatri cauſa producere, & ingrediendo uentum concipere ueſte, & nonnunquã dextro latere facere geſtus, quod nemi nem alium præter Demetrium decuit. Nanq; in hæc omnia ſtatura & mira ſpecie adiuuabatur. Illum curſus & agilitas, & uel parum conueniens perſonæ riſus, quem non ignarus rationis populo dabat, & cõtracta etiam ceruicula: quicquid horum alter feciſſet, fœdiſſimum uideretur. Quare norit ſe quiſq;, nec tantum ex cõmunibus præceptis, ſed etiam natura ſua capiat conſilium formandæ actionis. Neq; illud tamen eſt nefas, ut aliquẽ uel omnia uel plura deceant. Huius quoq; loci clauſula ſit eadem neceſſe eſt, quæ cætero rum eſt, regnare maxime modum. Non enim comœdum eſſe, ſed oratorem uolo. Quare nec in geſtu perſequemur omnes argutias, nec in loquendo diſtinctionibus, temporibus, effictionibus moleſte utemur, ut ſi ſit in ſcena dicendum, Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem, Cum accerſor ultro? an potius ita me comparem, non perpeti meretricum cõtumelias? Hic enim dubitationis moras, uocis flexus, uarias manus, diuerſos nutus actor adhibebit. Aliud oratio ſapit, nec uult nimium eſſe condita. Actione enim conſtat, non imitatione. Quare non immerito reprehenditur pronuntiatio uultuoſa, & geſticulationibus moleſta, & uocis mutationibus reſultans. Nec inutiliter ex Græcis ueteres tranſtulerunt, quod ab his ſumptum Lenas Popilius poſuit, eſſe hanc inotioſam actionem. Optime igitur idem, qui omnia, Ciceto præceperat, quæ ſupra ex oratore poſui. Quibus ſimilia in Bruto de Marco Antonio dicit. Sed iam recepta eſt actio paulo agitatior, & iam exigitur, & quibuſdam partibus conuenit, ita tamen temperanda, ne dum actoris captamus elegantiam, ꝓdamus uiri boni & grauis autoritatem.

VEntum est ad partem operis destinati longe grauissimam. Cuius equidē onus,si tm̄ opinione prima concipere potuissem, quanto me premi ferēs sentio,maturius cōsuluissem uires meas,sed initio pudor omittendi,quæ ꝑmiseram tenuit,mox quanq̄ per singl'as quoq; partes labor crescceret,ne perderē quæ iam effecta erant,per oēs difficultates animo me sustentaui. Quare nūc quoq; licet maiori quā unq̄ mole ꝑmar,tñ prospiciēti finē mihi constitutū est uel deficere potius,q̄ desperare. Fefellit aūt,ꝙ initiū à paruis ceperamus, mox uelut aura solicitante ꝓuecti longius,dum tm̄ nota illa,& plerisq; artiū scriptoribus tractata ꝑcipimus, nec adhuc à littore ꝓcul uidebamur,& multos circa uelut ñsdē se uētis credere ausos habebamus. Iam cū eloquēdi rationem nouissime reptam,paucissimisq; tentatam ingressi sumus,rarus q iam procul à portu recessisset,reperiebat. Postq̄ uero nobis ille,quē instituebamus orator,à dicendi magistris dimissus, aut suo iā impetu ferē,aut maiora sibi auxilia ex ipsis sapiētiæ penetralibus petit,quā in altū simus ablati,sentire cœpimus. Nunc cælū undiq; & undiq; pontus. Vnum mō in illa immensa uastitate cernere uidemur M. Tullīū,qui tñ ipse quāuis tanta atq; ita instructa naue hoc mare ingressus, cō trahit uela,inhibetq; remos,& de ipso demū gñe dicendi,quo sit usurus ꝑfectus orator,satis habet dicere. At nostra temeritas etiā mores ei conabitur dare,& assignabit officia. Ita nec antecedentem consequi possumus,& longius eundum est,ut res feret. Probabilis tñ cupiditas honestorum,& tutioris audaciæ est tentare,quibus paratior uenia est.

Non posse oratorem esse nisi uirum bonum. Caput .I.

SIt ergo nobis orator,quē instituimus,is,q à Marco Catone finitur, uir bonus dicendi peritus. Verꝝ id qđ ille posuit prius,& ipsa natura potius ac maius ē utiq; uir bonus. Id non eo tm̄,ut si uis illa dicēdi malitiam instruxerit,nihil sit publicis priuatisq; rebus pernicioſius eloquētia,nosq; ipsi q pro uirili parte cōferre aliquid ad facultatē dicendi conati sumus,pessime mereamur de rebus humanis,si latroni comparemus hæc arma nō militi. Quid de nobis loquor? Rerꝝ ipsa natura ī eo qđ ꝑcipue indulsisse homini uidet,quoq; nos à cæteris animalibus separasse,non parens,sed nouerca fuerit,si facultatē dicendi,sociam scelerꝝ,aduersam innocentiæ,hostē ueritatis inuenit. Mutos em̄ nasci,& egere oīi ratione satius fuisset,q̄ prouidētiæ munera in mutuam pernicieē conuertere. Longius tēdit hoc iudicium meum. Neq; em̄ tm̄ id dico,eum q sit orator,uirꝝ bonum esse oportere, sed ne futurum quidē oratorē,nisi uirꝝ bonum. Nam certe,neq; intelligentiam cōcesseris ijs,q proposita honestorꝝ ac turpiū uia,peiorē sequi malint: neq; prudētiam,qui in grauissimas frequenter legum,semp uero malæ conscientiæ pœnas à semetipsis improuiso rerꝝ exitu indu antur. Qđ si neminē malū esse nisi stultū eundem,non mō à sapientibus dicit,sed uulgo quoq; sp est creditū,certe nō fiet unq̄ stult⁹ orator. Adde ꝙ ne studio quidē opis pulcherrimi uacare mens,nisi oībus uitijs libera pōt. Primū ꝙ in eodē pectore nullū est honestorꝝ turpiumq; consortiū,& cogitare optima simul & deterrima,nō magis est unius animi, q̄ eiusdem hoīs bonū esse ac malū. Tum illa quoq; ex causa,ꝙ mentē tantæ rei intentam uacare oībus alijs etiam culpa carētibus curis oportet. ita demum em̄ libera,ac tota nulla distringente atq; alio ducente causa spectabit id solū ad qđ accingit. Quod si corporꝝ nimia cura,& sollicitior rei familiaris diligētia,& uenandi uoluptas,& dati spectaculis dies,multū studijs auferūt (huic em̄ rei perit tp̄s quodcūq; alteri dat) qđ putamus facturas cupiditatem,auaritiam,inuidiam? quarꝝ impotētissimæ cogitationes somnos etiā ipsos,& illa p quietē uisa perturbant. Nihil est em̄ tam occupatū tam multiforme,tot ac tam uarijs affectibus cōcisum atq; laceratū,q̄ mala mēs. Nam & cū insidiat,spe,curis,labore distringit, & iam cū sceleris cōpos fuerit,solicitudine,pœnitētia,pœnarꝝ oīm expectatione torquetur. Quis int hæc literis,aut ulli bonæ arti locus? non hercle magis quā frugibus in terra sentibus ac rubis occupata. Age,non ad pferendos studiorꝝ labores necessaria frugalitas? Quid ergo ex libidine ac luxuria spei? Non præcipue acuit ad cupiditatem literarꝝ amor laudis? Nū igit malis esse laudē curæ putamus? Iam hoc qs non uidet,maximā ꝑtem ora

tionis in tractatu æqui boniq; cõsistere? Dicet ne de ijs scãm debitam reę dignitatem malus atq; iniquus? Deniq; ut maximam partẽ quæstiõis eximam, demus, id qđ nullo mõ fieri põt, idem ingenij, studij, doctrinæ, pessimo atq; optimo uiro, uter melior dicet orator? nimirę qui hõ quoq; melior. Non igit unquã malus idem hõ, & pfectus orator. Non eñ perfectũ quicquã, quo melius est aliud. Sed ne more Socraticorum nobismet ipsis responsum finxisse uideamur, sit aliquis adeo contra ueritatem obstinatus, ut audeat dicere eodem ingenio, studio, doctrina præditum nihilo deteriorem futurũ oratorem malum uirę quã bonum. Conuincamus huius quoq; amentiam. Nam hoc certe nemo dubitabit, oẽm oratorem id agere, ut iudici quæ proposita fuerint, uera & honesta uideantur. Vtrum igitur hoc facilius bonus uir persuadebit, an malus? Bonus quidem & dicet sæpius uera atq; honesta. Sed etiam siquando aliquo ductus officio (quod accidere ut mox docebimus, potest) falso hæc affirmare conabit, maiore cum fide necesse est audiat. At malis hominibus ex contemptu opinionis, & ignorantia recti nonnunquã excidit ipsa simulatio. Inde immodeste proponunt, sine pudore affirmant. Sequitur in ijs quæ certum est effici nõ posse, deformis ptinacia & irritus labor. Nam sicut ĩ uita, ita in causis quoq; spes improbas habent. Frequẽter autem accidit, ut ijs etiam uera dicẽtibus fides desit, uideaturq; talis aduocatus malæ causæ argumentum. Nunc de ijs dicendum est, quæ mihi quasi cõspiratione quadam uulgi reclamari uidentur. Orator Demosthenes non fuit? Atqui malum uirum accepimus. Non Cicero? atqui huius quoq; mores multi reprehenderũt. Quid agam? magna responsi inuidia subeunda, mitigandæ sunt prius aures. Mihi eñ nec Demosthenes tam grauis morum dignus uidetur inuidia, ut omnia quæ in eum ab inimicis cõgesta sunt credam, cum & pulcherrima eius in rep. consilia, & finem uitæ clarũ legam. Nec M. Tullio defuisse uideo in ulla parte ciuis optimi uoluntatem. Testimonio est actus nobilissime consulatus, integerrime prouincia administrata, & repudiatus uigintiuiratus, & ciuilibus bellis, quæ in ætate eius grauissima inciderũt, neq; spe, neq; metu declinatus animus, quo minus optimis id est reip. se iũgeret. Parum fortis uidetur quibusdam, quibus optime respondit ipse, non se timidum in suscipiendis, sed in prouidendis periculis, quod probauit morte quoq; ipsa, quam præstãtissimo suscepit animo. Quod si defuit ijs uiris summa uirtus, sic quærentibus an oratores fuerint, respondebo, quomodo Stoici, si interrogentur, an sapiens Zeno, an Cleantes, an Chrysippus, ipsi respondeant, magnos quidem illos ac uenerabiles, non tamen id quod natura hominis summum habebat, consecutos. Nam & Pythagoras, non sapientem se, ut qui ante eum fuerunt, sed studiosum sapientiæ uocari uoluit. Ego tamen secũdum communem loquendi cõsuetudinem sæpe dixi, dicamq; perfectũ oratorem esse Ciceronem, ut amicos & bonos uiros, & prudentissimos dicimus uulgo, quorum nihil nisi perfecte sapiẽti datur. Sed cum proprie, & ad legem ipsam ueritatis loquendum erit, eum quæram oratorem quem & ille quærebat. Quanquã enim stetisse eũ in fastigio eloquentiæ fateor, ac uix quid adijci potuerit inuenio, fortasse inuenturus quid adhuc abscissurum putem fuisse. Nam fere sic docti iudicauerunt, plurimum in eo uirtutum, nonnihil fuisse uitiorum, & se ipse multa ex illa iuuenili abundantia coercuisse testatur, tamen quando nec sapientis sibi nomen minime sui contemptor asseruit, & melius dicere certe data longiore uita, ætate ad se componendum seueriore potuisset, non maligne crediderim defuisse ei summam illam ad quam nemo propius accessit. Et licebat si aliud sentirem, fortius id liberiusq; defendere. An uero M. Antonius neminem à se uisum eloquentem, qđ tanto minus erat, professus est, ipse etiam M. Tullius quærit adhuc eum, & tantum imaginatur ac fingit, ego num audeam dicere aliquid in hac quæ supereſt æternitate inueniri posse, eo quod fuerit, perfectius? Transeo illos qui Ciceroni ac Demosthenis in eloquentia quidem satis tribuunt, quanquã ne ipsi Ciceroni Demosthenes satis uideatur esse perfectus, quẽ dormitare interim dicit, nec Cicero Bruto Caluoq;, qui certe cõpositionem illius etiam apud ipsum reprehendunt, nec Asinio utriq;, qui uitia orationis eius etiam inimice pluribus in locis insequuntur. Concedamus sane (quod minime natura patitur) repertum esse aliquem malum uirum summe disertum, nihilo tamen minus

oratorem eum negabo. Nam nec omnibus qui fuerint manu prompti, uiri fortis nomen conceſſerim, quia ſine uirtute intelligi nō poteſt fortitudo. An ei qui ad defendendas cauſas aduocatur, nō eſt opus fide, quam nec cupiditas corrumpat, nec gratia auertat, nec motus frangat, ſed proditorem transfugam, præuaricatorem, donabimus oratoris illo ſacro nomine? Quod ſi mediocribus etiam patronis conuenit hæc, quæ uulgo dicitur bonitas, cur non orator ille qui nondum fuit, ſed poteſt eſſe, tam ſit moribus quā dicendi uirtute perfectus? Non enim forenſem quandam inſtituimus operam, nec mercenariam uocem, nec (ut aſpioribus uerbis parcamus) nō inutilē ſane litiū aduocatum, quem deniq; cauſidicum uulgo uocant, ſed uirum cum ingenij natura præſtantem, tum uero tot pulcherrimas artes penitus mente complexum, datum tandem rebus humanis, qualem nulla antea uetuſtas cognouerit, ſingularem, perfectumq; undiq;, optima ſentientem, optimeq; dicentem. In hoc quota pars erit, q; aut innocentes tuebitur, aut improborum ſcelera compeſcet, aut in pecuniarijs quæſtionibus ueritati contra calumniā aderit? Summus ille quidem in ijs quoq; fuerit, ſed in maioribus clarius elucebit, cum regenda ſenatus conſilia, & popularis error ad meliora ducendus. An non talem quēdam uidetur finxiſſe Vergilius, quem in ſeditione uulgi iam faces & ſaxa iaculantis, moderatorem dedit animi? Tum pietate grauem ac meritis ſi forte uirum quem Conſpexere, ſilēt, arrectiſq; auribus adſtant. Habemus igit ante omnia uirū bonum, poſt hæc adiecit, dicendi peritum: Ille regit dictis animos & pectora mulcet. Quid? nō in bellis quoq; idē ille uir, quem inſtituimus, ſi ſit ad prælium miles cohortandus, ex medijs ſapiētiæ præceptis oōnem trahet? Nam quo mō pugnam ineūtibus tot ſimul metus laboris, doloris, poſtremo mortis ipſius exciderint, niſi in eorum locū pietas, & fortitudo, & honeſti p̄ſens imago ſucceſſerit? Quæ certe melius perſuadebit alijs, q; prius perſuaſerit ſibi. Prodit enim ſe, quālibet cuſtodiat ſimulatio, nec unquā tanta fuerit eloquendi facultas, ut nō titubet ac hæreat, quoties ab animo uerba diſſentiunt. Vir autem malus, aliud dicat neceſſe eſt quàm ſentiat. Bonos nunquā honeſtus ſermo deficiet, nunquā rerum optimarum (nam ijdem etiam prudentes erunt) inuentio, quæ etiam ſi lenocinijs deſtituta ſit, ſatis tamen natura ſua ornatur, nec quiſquam non diſerte, quod honeſte dicitur. Quare iuuentus, imò omnis ætas (neq; enim recte uoluntati ſerum eſt tempus ullum) totis mentibus huc tendamus, in hoc elaboremus, forſan & cōſummare contingat. Nam ſi natura non prohibet, & eſſe uirum bonum, & eſſe dicēdi peritum, cur non aliquis etiam unus utrunq; conſequi poſſit? cur autem non ſe quiſq; ſperet fore illum aliquem? ad quod ſi uires ingenij non ſuffecerint, tamen ad quem uſq; modum proceſſerimus, meliores erimus ex utroq;. Hoc certe prorſus eximatur animo, rerū pulcherrimam eloquentiam cum uitijs mentis poſſe miſceri. Facultas dicendi, ſi in malos incidit, & ipſa iudicanda eſt malum: peiores enim illos facit, quibus cōtingit. Videor mihi audire quoſdam (nec eā deerunt unq; qui diſerti eſſe q; boni malint) illa dicentes: Quid ergo tm artis eſt in eloquentia? cur tu de coloribus, & difficilium cauſarū defenſione, nōnihil etiam de confeſſo loquutus es, niſi aliquando uis & facultas dicēdi expugnat ipſam ueritatem? Bonus enim uir nō agit niſi bonas cauſas, eas porro etiam ſine doctrina ſatis per ſe tuetur ueritas ipſa. Quibus ego cum de meo primum ope reſpōdero, etiam pro boni uiri officio, ſiqñ eum ad defenſionem nocentium ratio duxerit, ſatisfaciam. Pertractare eā quo modo aut p falſis, aut etiam pro iniuſtis aliqñ dicatur, nō eſt inutile, uel propter hoc ſolum, ut ea facilius & deprehēdamus & refellamus, quemadmodum remedia melius adhibebit, cui nota quæ nocēt fuerint. Neq; enim Academici, cum in utranq; differunt partem, non ſcām alteram uiuunt. Neq; Carneades ille, qui Romæ audiente Cenſorio Catone, nō minoribus uiribus contra iuſtitiam dicit diſſeruiſſe, quā pridie pro iuſtitia dixerat, iniuſtus ipſe uir fuit. Verū & uirtus quid ſit, aduerſa ei malitia detegit, & æquitas ſit ex iniqui contēplatione manifeſtior, & plurima contrarijs probantur. Debent ergo oratori ſic eſſe aduerſariorū nota conſilia, ut hoſtium imperatori. Verum & illā qd prima ꝓpoſitione duxi uidet, pōt eſſe ratio, ut uir bonus in defenſione cauſæ uelit auferre aliqñ iudici ueritatem. Qd ſi quis à me proponi mirabitur (quanq; non eſt hæc mea proprie ſententia,

sed eorum quos grauissimos sapientiæ magistros ætas uetus credidit) sic iudicet, pleraq; esse, quæ non tam factis quã causis eorum uel honesta fiant, uel turpia. Nam si hominem occidere sæpe uirtus, liberos necare nonnunquã pulcherrimum est, asperiora quædam ad huc dictu, si cõmunis utilitas exegerit, facere conceditur, ne hoc quidem nudum est intuendum, qualem causam uir bonus, sed etiam quare, & qua mẽte defendat. Ac primum cõcedant mihi omnes oportet, quod Stoicorum quoq; asperrimi cõfitentur, facturum aliqñ bonum uirum, ut mẽdacium dicat, & quidem nonnunquã leuioribus causis, ut in pueris ægrotantibus utilitatis eorum gratia multa fingimus, multa nõ facturi promittimus, nedum si ab homine occidendo grassator auertendus sit, aut hostis p salute patriæ fallẽdus, ut hoc quod aliâs in seruis quoq; reprehendendum est, sit aliâs in ipso sapiente laudandũ. Id si cõstiterit, multa iam uideo posse euenire, propter quæ orator bene suscipiat tale causæ genus, quale remota ratione honesta non suscepisset. Nec hoc dico, quia seueriores seq placet leges pro patre, fratre, amico periclitantibus, tametsi non mediocris hæsitatio est, hinc iustitiæ proposita imagine, inde pietatis, nihil dubiñ relinquamus. Sit aliquis insidiatus tyranno, atq; ob id reus, utrum ne saluum eum nolet is qui à nobis finitur orator? an si tuendum susceperit, non tam falsis defendet, quã qui apud iudices malam causam tuetur. Quid si quædam benefacta damnaturus est iudex, nisi ea nõ esse facta conuicerimus, non uel hoc mõ seruabit orator, nõ innocentẽ modo, sed etiam laudabilẽ ciuem? Quid, si quædam iusta naturà, sed conditione tpm inutilia ciuitati sciemus? Nonne utemur arte dicendi bona quidẽ, sed malis artibus simillima? Ad hoc nemo dubitabit, quin si innocẽtes mutari in bonam mentẽ aliquo mõ possint, sicut posse interdũ, concedit saluos esse eos magis è rep. sit quã puniri. Si liqueat igitur oratori futuŗ bonum uiŗ, cui uera obiiciẽt, non id aget, ut saluus sit? Da nunc ut crimine manifesto premat dux bonus, & sine quo uincere honeste ciuitas non possit, nonne ei cõmunis utilitas oratorem aduocabit? Certe Fabricius Cornelium Rufinum, alioqui & malũ ciuem, & sibi inimicum, tamen quia utilem sciebat ducem imminente bello, palam cõsulem suffragio suo fecit, atq; id admirantibus quibusdam respondit, à ciue se spoliari malle, quã ab hoste uenire. Ita hic si fuisset orator, nõ defendisset eundẽ Rufinum uel manifesti peculatus reum. Multa dici possent similia, sed uel unum ex iis quodlibet sufficit. Non em̃ agimus, ut istud illi, quem formamus uiro sit sæpe faciendum, sed ut si talis coegerit ratio, sit tamen uera finitio, oratorẽ esse uirum bonum dicendi peritum. Præcipere uero ac discere quo modo etiam pbatione difficilia tractentur, necesse est. Nam frequenter etiam optimæ causæ similes sunt malis, & innocens, reus multis uerisimilibus premitur. Quo fit, ut eadem actionis rõne defendendus sit, qua si nocens esset. Iam innumerabilia sunt bonis causis malisq; cõmunia, testes, literæ, suspiciones, opiniones. Non aliter aũt uerisimilia, quã uera & confirmantur & refelluntur. Qua propter ut res feret, flectetur oratio manente honesta uoluntate.

Cognoscenda esse oratori quibus mores formentur. *Caput .II.*

QVando igitur orator est uir bonus, is aũt citra uirtutem intelligi non potest, uirtus etiam si quosdam impetus à natura sumit, tñ perficienda doctrina est, mores añ oĩa oratori studiis erunt excolendi, atq; omnis honesti iustiq; disciplina pertractanda, sine qua nemo nec uir bonus esse, nec dicẽdi peritus potest, nisi forte accedamus iis, qui natura cõstare mores, & nihil adiuuari disciplina putant. scilicet ut ea quidem, quæ manu fiunt, atq; eorum contemptissima, confiteantur egere doctoribus, uirtutem uero, qua nihil homini quo ad deos immortales propius accederet datum est, obuiam & illaboratam tantũ quia nati sumus habeamus. Abstinens erit, q quid sit abstinentia ignorarit? Et fortis, qui metus doloris, mortis, superstitionis, nulla ratione purgauerit? Et iustus, qui æqui boniq; tractatum, qui leges, quæ natura sunt omnibus datæ, quæq; proprie populis & gentibus constitutæ, nõ eruditiore aliquo sermone tractauerit? O quã istud parum putant, quibus tam facile uidetur. Sed hoc transeo, de quo neminem, qui literas uel primis (ut aiunt) labris degustarit, dubitaturum puto, ad illud sequens reuertar, ne dicendi quidem satis peritum fore, qui non & naturæ uim omnem penitus perspexerit, & mores præceptis ac ra-

tione formarit. Neque enim frustra in tertio de oratore libro L. Crassus cuncta quæ de æquo, iusto, uero, bono, deq; iis quæ sunt cõtra posita, dicuntur, propria esse oratoris affirmat, ac philosophos cum ea dicendi uiribus tuentur, uti rhetorum armis, non suis. Idem tamen confitetur ea iam esse à philosophia petenda, uidelicet quia magis hæc illi uidetur in possessione earum rerum fuisse. Hinc etiam illã est, quod Cicero pluribus libris & epistolis testatur, dicendi facultatẽ ex intimis sapientiæ fontibus fluere, ideoq; aliquãdiu præceptores eosdem fuisse morum atq; dicendi. Quapropter hæc exhortatio mea non eo pertinet, ut esse oratorem philosophum uelim, quando non alia uitæ secta longius à ciuilibus officiis, atq; ab oñi munere oratoris recessit. Nam quis philosophorum aut in iudiciis frequens, aut clarus in cõcionibus fuit? Quis deniq; in ipsa, quam maxime pleriq; eorũ uitandam præcipiunt, reip. administratione uersatus? Atqui ego illum quẽ instituo, Romanũ quendam uelim esse sapientem, q non secretis disputationibus, sed rerum experimentis atq; operibus uere ciuilem uiũ exhibeat. Sed quia deserta ab iis qui se ad eloquentiam contulerunt, studia sapientiæ, non iam in actu suo, atq; in hac fori luce uersanť, sed in porticus & gymnasia primum, mox in conuentus scholarũ recesserunt, id qđ est oratori necessariũ, nec à dicẽdi præceptoribus traditur, ab iis petere nimiũ necesse est, apud quos remansit. Euoluendi penitus autores, q de uirtute præcipiunt, ut oratoris uita cum scientia diuinarum rerum sit humanarumq; coniũcta. Quæ ipsæ quanto maiores ac pulchriores uideren tur, si illas ñ docerent q etiam eloqui præstantissime possent. Vtinamq; sit tps unquã, quo pfectus aliquis (qualẽ optamus) orator, hanc partem superbo nomine & uitiis quorundã bona eius corrumpentiũ inuisam uendicet sibi, ac uelut rebus repetitis in corpus eloquẽtiæ adducat. Quæ quidem cum sit in tres diuisa partes, naturalem, moralem, rationalem, quæ tandem non est cum oratoris opere coniuncta? Nam ut ordinem retro agamus, de ultima illa quæ tota uersatur in uerbis, nemo dubitauerit, & proprietates uocis cuiusq; nosse, & ambigua aperire, & perplexa discernere, & de falsis iudicare, & colligere ac resolue re quæ uelis, oratoris est, quanquã ea non tam est minute atq; concise in actionibus utendum, quã in disputationibus: quia non docere modo, sed mouere etiam ac delectare audientes debet orator, ad qđ impetu quoq; & uiribus ac decore est opus, ut uis amnium maior est altis ripis, multoq; gurgitis tractu fluentium, quàm tenuis aquæ, & obiectu lapillorum resultantis. Et ut palæstrici doctores illos quos neruos uocant, non idcirco discentibus tradunt, ut iis omnibus ñ qui didicerunt, in ipso luctandi certamine utantur, plus enim pondere, & firmitate, & spiritu agitur, sed ut subsit copia illa, ex qua unum aut alterum, cuius se occasio dederit, efficiant. Ita hæc pars dialectica, siue illam dicere malimus disputatricem, ut est utilis sæpe, & finitionibus, & comprehensionibus, & separandis quæ sunt differentia, & resoluenda ambiguitate, & distinguendo, diuidendo, illicidendo, implicando, ita si totum sibi uendicauerit in foro certamen, obstabit melioribus, & sectas ad tenuitatem suam uires ipsa subtilitate consumet. Itaq; reperias quosdam in disputando mire callidos, cum ab illa uero cauillatione discesserint, non magis sufficere in aliquo grauiore actu, quàm parua quædam animalia, quæ in angustiis mobilia, in campo deprehenduntur. Iam quidem pars illa moralis quæ dicitur Ethice, certe tota oratori est accommodata. Nam in tanta causarum (ut superioribus libris diximus) uarietate, cum alia coniectura quærantur, alia finitionibus concludantur, alia iure summouente, cum alia coniectura quærantur, alia finitionibus concludantur, alia iure summouentur, uel transferantur, alia colligantur, uel ipsa inter se concurrant, uel in diuersum ambiguitate ducanť, nulla fere dici põt, cuius non parte in aliqua tractatus æqui & boni reperianť. Pleraq; uero esse quis nescit, quæ totæ ĩ sola qualitate cõsistant? In cõsiliis uero, quæ rõ suadendi est ab honesti quæstiõe sepositа? Quid illa etiam pars tertia, quæ laudandi ac uituperandi officiis continet? Nẽpe in tractatu recti prauiq; uersať. An de iustitia, fortitudine, abstinẽtia, tẽperantia, pietate non pluria dicet orator? Sed ille uir bonus, q hæc non uocibus tm̃ sibi nota, atq; noibus auriũ tenus in usum linguæ perceperit, sed qui uirtutes ipsas mente cõplexus, ita sentiet, nec in cogitando ita laborabit, sed quod sciet uere dicet. Cum autẽ sit oñis generalis quæstio speciali potentior, quia uniuerso partes continẽtur,

non utique accedit parti quod uniuersum est, profecto nemo dubitabit generales quæsti ones in illo maxime studiorum more uersatas. Iam uero cum sint multa propriis breui bus q̃ comprehensionibus finienda, unde etiam status causarum dicitur finitiuus, nonne ad id quoque instrui ab aliis qui plus in hoc studiũ dederunt, oportet? Quid? non quæstio iuris omnis, aut uerborum proprietate, aut æqui disputatione, aut uoluntatis coniectura continetur? quorum pars ad rationalem, pars ad moralem tractatum redundat. Ergo na tura permixta est omnibus istis oratio, quæ quidem oratio est uere. Nam ignara quidem huiusce doctrinæ loquacitatis erret necesse est, ut quæ uel nullos, uel falsos duces habeat. Pars uero naturalis cum est ad exercitationem dicẽdi tanto cæteris huberior, quanto ma iore spiritu de diuinis rebus quàm humanis loquendum est, tum illam etiam moralem, sine qua nulla esse (ut docuimus) oratio potest, totam complectitur. Nam si regitur pro uidentia mundus, administranda certe bonis uiris erit respublica. Si diuina nostris animis origo, tendendum ad uirtutem, nec uoluptatibus terreni corporis seruiendum. An hoc non frequenter tractabit orator? Iam de augurum responsis, religione q̃ omni, de quibus maxima sæpe in senatu consilia uersata sunt, non erit ei differendum? Siquidem (ut no bis placet) futurus est uir idem ciuilis. Quæ deniq̃ intelligi saltem potest eloquentia ho minis optima nescientis? Hæc si ratione manifesta non essent, exemplis tamen credere mus: Siquidem & Periclem, cuius eloquentiæ etiam si nulla ad nos monimenta uenerũt, uim tamen quandam incredibilem cum historici, tum etiam liberrimum genus hominũ comici ueteres tradunt, Anaxagoræ physici constat auditorem fuisse, & Demosthenem principem omnium Græciæ oratorũ dedisse operam Platoni. Nam Marcus Tullius non tantum se debere scholis rhetorum, quantũ academiæ spatiis, frequenter ipse testatus est. Neq̃ se tanta in eo unquam fudisset hubertas, si ingenium suum cõsepto fori, non ipsius rerum naturæ finibus terminasset. Verum ex hoc alia mihi quæstio exorit, quæ secta cõ ferre plurimum eloquentiæ possit, quanquam ea non inter multos potest esse contentio. Nam Epicurus in primis nos à se ipse dimittit, q̃ fugere omnem disciplinam nauigatiõe quamuelocissima iubet. Neq̃ uero Aristippus summũ in uoluptate corporis bonum po nens, ad hũc nos laborẽ adhortet. Pyrrho q̃dem quas habere in hoc opere partes potest, cui iudices esse apud quos uerba faciat, & reum pro quo loquat, & senatum in quo sit di cenda sententia, non liquebit? Academiam q̃dam utilissimam credunt, q̃ mos in utranq̃ partem differendi ad exercitationẽ forensiũ causa proxime accedat. Adiũciunt loco pro bationis, q̃ ea præstãtissimos in eloquẽtia uiros ediderit. Peripatetici studio quoq̃ se quo dam oratorio iactant. Nam thesis dicere exercitationis gr̃a, fere ab iis est institutũ. Stoici sicut copiam nitoremq̃ eloquentiæ fere præceptoribus suis defuisse cõcedant necesse est, ita nullos aut probare acrius, aut cõeludere subtilius contẽdunt. Sed hæc inter ipsos, q̃ ue lut sacramẽto rogati, uel etiam superstitione constricti, nefas ducunt à suscepta semel per suasione discedere. Oratori uero nihil est necesse in cuiusquam iurare leges. Maius em̃ est opus atq̃ præstãtius ad quod ipse tendit, & cuius est uelut candidatus, siq̃dem est futurus tum uitæ, tum etiam eloquentiæ laude perfectus. Quare in exemplum bene dicendi fa cundissimum quenq̃ proponet sibi ad imitandum, moribus uero formandis quàm hone stissima præcepta, rectissimamq̃ ad uirtutem uiam deliget. Exercitatione quidem ute tur omni, sed tamẽ erit plurimus in maximis quibusq̃ ac natura pulcherrimis. Nam quæ potest materia reperiri ad grauiter copioseque dicendum magis abundans, quàm de uir tute, de republica, de prouidẽtia, de origine animæ, de amicitia? Hæc sunt quibus mens pariter atque oratio insurgant, quæ uere bona, quid mitiget metus, coerceat cupiditates, eximat nos opinionibus uulgi, animumque cælestem. Neque ea solum quæ talibus disci plinis continentur, sed magis etiam quæ sunt tradita antiquitus, dicta, ac facta præcla re, & nosse, & animo semper agitare conueniet. Quæ profecto nusquam plura maioraq̃, quàm in nostræ ciuitatis monimentis reperientur. An fortitudinem, fidem, iustitiam, cõ tinentiam, frugalitatem, contemptum doloris ac mortis, melius aliũ docebunt, quã Fabri cũ, Curiũ, Reguli, Decii, Mutii, aliũq̃ innumerabiles? Quantum em̃ Græci præceptis uas

lent,tantum Romani (quod est maius) exemplis, tantum quod non cognatis id è rebus admoneri,qui non modo proximum tempus, lucemq; præsentem intueri satis credat,sed omnem posteritatis memoriam, spatium uitæ honestæ, & curriculum laudis existimet. Hinc mihi illæ iustitiæ haustus bibat, hinc sumptam libertatē in causis atq; consilijs præstet. Neq; erit perfectus orator,nisi qui honeste dicere & sciet,& audebit.

Necessariam iuris ciuilis oratori esse scientiam. Caput .III.

IVris quoque ciuilis necessaria huic uiro scientia est, & morum ac religionum eius rei publicæ quam capesset. Nam qualis esse suasor in consilijs publicis priuatisue poterit,tot rerum quibus præcipue ciuitas continetur,ignarus? Quo autem modo patronum se causarum nō falsò dixerit,qui quod est in causis potentissimum,sit ab altero petiturus, penè non dissimilis ijs qui poetarum scripta pronūtiant? Nam quodammō mandata perferet,& ea quæ sibi à iudice credi postulaturus est,aliena fide dicet, & ipse litigantium auxiliator egebit auxilio. Quod ut fieri nonnunquam minore incommodo possit cum domi præcepta & composita,& sicut cætera quæ in causa sunt in discendo cognita ad iudicem perferet,quid fiet in ijs quæstionibus quæ subito inter ipsas actiones nasci solent? nō deformiter respectet,& inter subsellia minores aduocatos interroget? Potest aut satis diligenter accipere quæ tum audiet cum ei dicenda sunt? aut fortiter affirmare, aut ingenue pro suis dicere? Possit in actionibus. Quid in altercatione,ubi occurrendum continuo,nec libera ad discendum mora est? Quid si fortè peritus iuris ille non aderit? Quid si quis non satis in ea re doctus, falsum aliquid subiecerit? Hoc enim est maximum ignorantiæ malum,quod credit eum scire qui moneat. Neque ego sum nostri moris ignarus, oblitusue eorum,qui uelut ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant, neque idem Græcos quoq; nescio factitasse,unde nomen ijs pragmaticorum datum est. Sed loquor de oratore, qui non clamorem modo suum causis,sed omnia quæ profutura sunt,debet. Itaque eum nec inutilem si ad horam fortè constiterit, neq; in testationibus faciendis esse imperitum uelim. Quis enim potius præparabit ea,quæ cum aget esse in causa uelit? Nisi fortè imperatorem quis idoneum credit in prælijs quidem strenuum & fortem, & omnium quæ pugna poscit artificem, sed neque delectus agere, nec copias contrahere atque instruere, nec prospicere commeatus,nec locum capere castris scientem: prius est enim certe parare bella quàm gerere. Atqui simillimus huic fit aduocatus,si plura quæ ad uincendum ualent,alijs reliquerit. Cum præsertim hoc quod est maxime necessarium,non tam sit arduum quàm procul intuentibus fortasse uideatur. Nanq; omne ius quod est certum, aut scripto,aut moribus constat. Dubium æquitatis regula examinandum est. Quæ scripta sunt aut posita in more ciuitatis,nullam habent difficultatē, cognitionis sunt enim non inuentionis. at quæ consultorum responsis explicantur,aut in uerborum interpretatione sunt posita,aut in recti prauiq; discrimine. Vim cuiusq; uocis intelligere, aut cōmune prudētium est,aut proprium oratoris,æquitas optimo cuique notissima est. Nos porrò & bonum uirum,& prudētem in primis oratorem putamus,qui cum se ad id quod est est optimum natura direxerit,non magnopere commouebitur,si quis ab eo consultus dissentiet, cum ipsis illis diuersa inter se opiniones tueri concessum sit. Sed etiam si nosse quid quisque senserit,uolet,lectiōe opus est,qua nihil est in studijs minus laborioſum. Quod si plerig; desperata facultate agendi ad discēdum ius declinauerūt, q̄ id scire facile est oratori, quod discunt qui sua quoq; confessione oratores esse non possunt? Verum & Marcus Cato cum in dicendo præstantissimus,tum iuris fuit idem peritissimus. Et Scæuolæ Seruioque Sulpitio concessa est etiam facundiæ uirtus. Et,Tullius nō modo inter agendum nūquam est destitutus scientia iuris,sed etiam componere aliqua de eo cœperat, ut appareat posse oratorem non discendo tantum iuri uacare, sed etiam docendo. Verum ea quæ de moribus excolendis studioq; iuris præcipimus,ne quis eo credat reprehendēda,quod multos cognouimus, qui tædio laboris quem ferre tendentibus ad eloquentiam necesse est,confugerint ad hæc diuerticula defidiæ,quorum alij se ad album ac rubricas transtulerunt,& formularij,uel(ut Cicero ait) legulei quidam esse maluerūt, tanquā utiliora eli-

gentes ea,quorum ſolam facilitatē ſequebantur,alīꝫ pigritiæ arrogantioris,qui ſubito frō te confícta immiſſaq; barba, uelut deſpexiſſent oratoria præcepta, paulum aliquid ſederunt in ſcholis philoſophorum,ut deinde in publico triſtes,domi diſſoluti, captarent autoritatem contemptu cæterorum.Philoſophia em̄ ſimulari poteſt, eloquētia non poteſt.

Neceſſariam oratori cognitionem hiſtoriarum. *Caput* .IIII.

IN primis uero abundare debet orator exemplorum copia, cum ueterum, tum etiam nouorum,adeo ut non ea mō quæ conſcripta ſunt hiſtoriīs, aut ſermonibus, uelut per manus tradita,quæq; quotidie aguntur,debeat noſſe,uerum ne ea quidem quæ ſunt à clarioribus poetis ficta,negligere.Nam illa quidem priora,aut teſtimoniorum,aut etiam iudicatorum obtinent locum. Sed hæc quoque aut uetuſtatis fide tuta ſunt,aut ab hominibus magnis præceptorum loco ficta creduntur.Sciat ergo quamplurima, unde etiam ſenibus autoritas maior eſt,quod plura noſſe & uidiſſe creduntur, quod Homerus frequentiſſime teſtatur.Sed non eſt expectanda ultima ætas,cum ſtudia præſtent,ut quantum ad cognitionem pertinet rerum,etiam præteritis ſeculis uixiſſe uideamur.

Quæ ſint oratoris inſtrumenta. *Caput* .V.

HAec ſunt quæ me redditurum promiſeram inſtrumenta,non artis ut quidam putauerunt,ſed ipſius oratoris. Hæc arma habere ad manum,horum ſcientia debet eſſe ſuccinctus, accedēte uerborum figurarumq; facili copia, & inuentionis ratione & diſponendi uſu,& memoriæ firmitate,& actionis gratia.Sed plurimum ex īs ualet animi præſtantia,quam nec metus frangat, nec acclamatio terreat, nec audientium autoritas ultra debitam reuerentiam tardet.Nam ut abominanda ſunt contraria īs uitia,confidentiæ,temeritatis,improbitatis,arrogantiæ,ita citra conſtantiam, fidutiam,fortitudinē,nihil ars, nihil ſtudium,nihil profectus ipſe profuerit,ut ſi des arma timidis & imbellibus.Inuitus mehercle dico(quoniam & aliter accipi poteſt)ipſam uerecundiam,uitium quidem,ſed amabile,& quæ uirtutes facillime generet,eſſe interim aduerſam, multisq; in cauſa fuiſſe,ut bona ingenīꝫ ſtudīꝫq; in lucem non prolata,ſitu quodam ſecreti conſumerentur.Sciat autem ſi quis hæc forte minus adhuc peritus diſtinguendi uim cuiuſque uerbi,legat, non probitatem à me reprehendendi,ſed uerecundiam quæ eſt timor quidam reducens animum ab īs quæ facienda ſunt. Inde confuſio,& cœpti pœnitentia,& ſubitum ſilentium. Quis porro dubitet uitīs aſcribere affectum,propter quem facere honeſte pudet? Neq; ego rurſus nolo eum qui ſit dicturus,ſolicitum ſurgere,& colorem mutare, & periculum intelligere:quæ ſi non accident,etiam ſimulanda erunt, ſed intellectus hic ſit operis,non metus,moueamur que non concidamus.Optima eſt autem emendatio uerecundiæ fidutia,& quamlibet imbecilla frons magna conſcientia ſuſtinetur. Sunt & naturalia(ut ſuprà dixi)quæ tamen & cura iuuantur, inſtrumenta,uox, latus, decor, quæ quidem tantum ualent, ut frequenter famam ingenīꝫ faciant. Habuit oratores ætas noſtra copioſiores,ſed cum diceret,eminere inter æquales Trachalus uidebatur,ea corporis ſublimitas erat,ís ardor oculorum,frontis autoritas,geſtus præſtantia,uox quidem non ut Cicero deſiderat,penè tragœdorum, ſed ſuper omnes, quos ego quidem audierim tragœdos. Certe cum in baſilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia, ut moris eſt,cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum eum, & intellectum, & quod agentibus cæteris contumelioſum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini.Sed hoc uotum eſt,& rara felicitas:quæ ſi non adſit, ſane ſufficiat ab īs quibus quis dicit,audiri.Talis eſſe debet orator,& hæc ſcire.

Quod ſit incipiendi cauſas agere tempus. *Caput* .VI.

AGendi autem initium ſine dubio ſecundum uires cuiuſq; ſumendum eſt, neq; ego annos definiam, cum Demoſthenem puerum admodum actiones pupillares habuiſſe manifeſtum ſit:Caluus,Cæſar,Pollio,multū ante quæſtoriam omnes ætatem grauiſſima iudicia ſuſceperint,Prætextatos egiſſe eoſdem ſit traditum,Cæſar Auguſtus duo

decim natus annos auiam pro rostris laudauerit. Modus mihi uidetur quidam tenendus, ut neque præpropere distringatur immatura frons, & quicquid est, illud adhuc acerbum proferatur. Nam inde & contemptus operis innascitur, & fundamenta iaciuntur impudentiæ, & (quod est ubiq; pernicioſissimum) præuenit uires fiducia. Nec rursus differendum est tyrocinium in senectutẽ. Nam quotidie metus crescit, maiusq; fit semper quod ausuri sumus: & dum deliberamus quando incipiendum sit, incipere iam serum est. Qua re fructum studiorum uiridem, & adhuc dulcem promi decet, dum & uenia, & spes est, & paratus fauor, & audere non dedecet, & si quid desit operi, supplet ætas: & si qua dicta sunt iuueniliter, pro indole accipiunt, ut totus ille Ciceronis pro Sex. Roscio locus: Quid enim tam commune quàm spiritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuãtibus, littus eiectis? Quæ cum sex & uiginti natus annos, summis audientium clamoribus dixerit, deferbuisse tempore, & annis liquata iam senior idem fatetur. Et hercle quantumlibet secreta studia contulerint, est tamen proprius quidam fori profectus, alia lux, alia ueri discriminis facies, plus'que si separes, usus sine doctrina, quàm citra usum doctrina ualeat. Ideoq; non nulli senes in schola facti stupent nouitate cum in iudicia uenerunt, & omnia suis exercitationibus similia desiderant. At illic & iudex tacet, & aduersarius obstrepit, & nihil temere dictum perit, & si quid tibi ipse sumas, probandum est, & laboratam congestamq; dierum ac noctium studio actionem aqua deficit, & omisso magna semper fiandi tumore, in quibusdam causis loquẽdum, quod illi diserti minime sciunt. Itaq; nõnullos reperies, qui sibi eloquentiores uideantur, quàm ut causas agant. Cæterum illum quem iuuenem tenerisq; adhuc uiribus nitentem in forum deduximus, & incipere quammaxime facili ac fauorabili causa uelim, uti catuli ferarum molliore præda saginantur, & non utique ab hoc initio continuare operam, & ingenio adhuc alẽdo callum inducere, sed iam scientem qd sit pugna, & in quam rem studendum sit, refici atq; renouari. Sic & tyrocinij metum dum facilius est audere, transierit, nec audendi facilitatem usque ad contemptum operis adduxerit. Vsus est & hac ratione Marcus Tullius, & cum iam clarum meruisset inter patronos qui tunc erant, nomen, in Asiam nauigauit, secq; & alijs sine dubio eloquentiæ ac sapientiæ magistris, sed præcipue tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoque audierat, Rhodi rursus reformandum, ac uelut recoquendum dedit. Tum dignum operæpretium uenit, cum inter se congruunt præcepta & experimenta.

Quæ in suscipiendis causis oratori obseruanda sint. Caput .VII.

CVm satis in omne certamen uirium fecerit, prima ei cura in suscipiendis causis erit. In quibus defendere quidem reos profecto quàm facere uir bonus malet, non tamen ita nomen ipsum accusatoris horrebit, ut nullo neque publico neque priuato duci possit officio, ut aliquem ad reddendam rationem uitæ uocet. Nam & leges ipsæ nihil ualent, nisi actoris idonea uoce munitæ: & si pœnas scelerum expetere fas non est, propè est ut scelera ipsa permissa sint, & licentiam malis dari certe contra bonos est. Quare neq; sociorum querelas, nec amici uel propinqui necem, nec erupturas in rempublicam conspirationes inultas patietur orator, non pœnæ nocentium cupidus, sed emendandi uitia, corrigendi'que mores. Nam qui ratione traduci ad meliora non possunt, solo metu continentur. Itaque ut accusatoriam uitam uiuere, & ad deferendos reos præmio duci, proximum latrocinio est, ita pestem intestinam propulsare, cum propugnatoribus patriæ comparandum. Ideo'que principes in republica uiri non detractauerunt hanc officij partem, creditiq; sunt etiam clari iuuenes obsidem reipublicæ dare malorũ ciuium accusationẽ, quia nec odisse improbos, nec simultates prouocare, nisi ex fiducia bonæ mentis uidebantur. Idq; cum ab Hortensio, Lucullis, Sulpitio, Cicerone, Cæsare, plurimis alijs, tum utroq; Catone factum est, quorũ alter appellatus est sapiens, alter nisi creditur fuisse, uix scio cui reliquerit huius nominis locum. Namq; defendet omnis orator, idemq; portum illum eloquentiæ suæ salutarem, nõ etiam piratis patefaciet, ducetur'q; in aduocationem maxime causa. Quoniam tamen omnes qui non improbe litigabunt, quorum certe bona pars est, sustinere non potest unus, aliquid etiam cõmendantium personis dabit, & ipsorũ

qui iudicio decernent, aut optimi cuiusq; uoluntate moueatur: namq; hos & amicissimos habebit uir bonus. Submouendum uero est utrunq; ambitus genus, uel potentibus contra humiles uendítandi operam suam, uel illud etiam iactantius, minores utiq; contra dignitatem attollendi. Non enim fortuna causas uel iustas uel improbas facit. Neque uero pudor obstet, quo minus susceptam, cum melior uideretur, litem, cognita inter discendū iniquitate dimittat, cum prius litigatori dixerit uerū. Nam & in hoc maximū, si æqui iudices sumus, beneficium est, ut non fallamus uana spe litigantem. Neq; enim dignus opera patroni, qui non utatur consilio. Et certe non conuenit ei quē oratorem esse uolumus, iniusta tueri scientem. Nam si ex illis quas supra diximus causis falsum tuebitur, erit tamen honestum quod ipse faciet. Gratis ne ei semper agēdum sit, tractari potest. Quod ex prima statim fronte dīiudicare imprudentium est. Nam quis ignorat, quin id longe sit honestissimum, ac liberalibus disciplinis, & illo quem exigimus animo dignissimum, non uendere operam, nec eleuare tanti beneficij autoritatem? Cum pleraq; hoc ipso possint uideri uilia, quod pretium habent. Cæcis hoc (ut aiunt) satis clarum est, nec quisquam qui sufficientia sibi (modica autem hæc sunt) possidebit, hunc quæstum sine crimīe sordium fecerit. At si res familiaris amplius aliquid ad usus necessarios exiget, secūdum omnium sapientium leges patietur sibi gratiam referri, cum & Socrati collatum sit ad uictum, & Zeno, Cleantes, Chrysippus mercedes à discipulis acceptauerint. Neq; enim uideo quæ iustior acquirendi ratio, quàm ex honestissimo labore, & ab iīs de quibus optime meruerint, quiq; si nihil inuicem præstent, indigni fuerint defensione. Quod quidem non iustū modo, sed necessarium etiam est, cum hæc ipsa opera tempus' ue oīe alienis negotiīs datum, facultatem aliter acquirendi recidant. Sed tum quoq; tenendus est modus, ac plurimum refert, & à quo accipiat & quātum, & quousq;. Pacisendi quidē ille piraticus mos, & imponentium periculis pretia procul abominãda negotiatio, etiam à mediocriter improbis aberit, cū p̄sertim bonos hoīes bonasq; causas tuēti nō sit metuendus ingratus: qui si futurus, malo tamē ille peccet. Nihil ergo acquirere uolet orator ultra quàm satis erit, ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet, sed mutua beneuolentia utetur, cum sciat se tanto plus præstitisse, quia nec uenire hoc beneficium oportet, nec perire. Deniq; ut gratus sit, ad eum magis pertinet qui debet.

Quæ in discendis causis oratori obseruanda sunt. Caput .VIII.

PRoxima discendæ causæ ratio, quod est oratoris fundamētum. Neq; enim quisquam tam ingenio tenui reperitur, qui cum omnia quæ sunt in causa, diligenter cognouerit, ad docendum certe iudicem non sufficiat. Sed eius rei paucissimis cura est. Nam ut taceam de negligentibus, quorum nihil refert ubi litium cardo uertatur, dum sint quæ uel extra causam ex personis ac communi tractatu locorum occasionem clamādi largiantur, aliquos & ambitio peruertit, qui partim tanquā occupati, semperq; aliud habētes, quod antè agendum sit, pridie ad se uenire litigatorem, aut eodem matutino iubent, nonnunq; etiam inter ipsa subsellia didicisse se gloriantur: partim iactantia ingenīj, ut res cito accepisse uideantur, tenere se & intelligere penè prius quàm audiant mentiti, cum multa, & diserte summisq; clamoribus, quæ neq; ad iudicem, neque ad litigatorem pertineant, decantauerunt, bene sudantes, bene' que comitati per forum reducuntur. Ne illas quidem tulerim delicias eorum, qui doceri amicos suos iubent, quanquam minus mali est, si illi saltem recte discant, recte' que doceant. Sed quis discet tam bene quàm patronus? Quomodo autem sequester ille, & media litium manus, & quidam interpres impendet æquo animo laborem in alienas actiones, cum dicturus ipse non sit? Pessime uero cōsuetudinis, libellis esse contentū, quos cōponit aut litigator, qui cōfugit ad patronū, quia liti ipse nō sufficit, aut aliquis ex eo gñe aduocatorum, qui se non posse agere confitentur, deinde faciunt id quod est in agendo difficillimum. Nam qui iudicare quid dicendum, quid dissimulandum, quid declinandum imitandum' ue, fingēdum etiam sit, potest, cur non sit orator, qñ quod difficilius est facit? Hi porrò non tantum nocerent, si oīa scriberent, uti gesta sunt, Non consiliū & colores adīciunt, & aliqua peiora ueris, quæ pleriq; cū acceperūt,

mutare nefas habent, & uelut themata in scholis posita custodiunt. Deinde deprehẽdunt, & causam quam discere ex suis litigatoribus noluerunt, ab aduersarijs discũt. Liberꝫ igit demus ante oĩa ijs, quorꝫ negotium erit, tẽpus ac locũ, exhortemurq; ultrò, ut oĩa qnanli bet uerbose, & unde uolent repetita ex tempore exponant. Non em̃ tam obest audire superuacua, quàm ignorare necessaria. Frequenter autem & uulnus, & remedium in ijs orator inueniet, quæ litigatori in neutram partem habere momentum uidebantur. Nec tanta sit acturo memoriæ fidutia, ut subscribere audita pigeat. Nec semel audisse sit satis, cogendus eadem iterum ac sæpius dicere litigator, non solũ quia effugere aliqua prima expositione potuerũt, præsertim hominem (quod sæpe euenit) imperitum, sed etiam ut sciamus an eadem dicat. Plurimi em̃ mentiũtur, & tanquam nõ doceant causam, sed agant, non ut cum patrono, sed ut cum iudice loquunt̃. Quapropter nunquam satis credendum est, sed agitandus omnibus modis, & turbandus, & euocandus. Nam ut medicis non apparentia modo uitia curanda sunt, sed etiam inueniẽda quæ latent, sæpe ea ipsis qui sanandi sunt occulentibus, ita aduocatus plura quàm ostendũtur aspiciat. Nam cum satis in audiendo patientiæ impenderit, in aliam rursus ei personam transeundum est, agẽdusq; aduersarius, proponendum quicquid omnino excogitari contrà potest, quincquid recipit in eiusmodi disceptatione natura. Interrogandus quà minfestissime, ac premẽdus. Nam dũ omnia quærimus, aliquando ad uerum, ubi minime expectauimus, peruenimus. In summa, optimus est in discendo patronus incredulus. Promittit em̃ litigator omnia, testem, populum, paratissimas consignationes, ipsum deniq; aduersarium quædam nõ negaturꝫ. Ideoq; opus est intueri omne litis instrumentum, quod uidere non est satis, perlegendum erit. Nam frequentissime aut non sunt omnino quæ promittebantur, aut minus continẽt, aut cũ alio aliquo nocituro permixta sunt, aut nimia sunt, & fidẽ hoc ipso detractura, qd̃ non habent modum. Deniq; linum ruptum, aut turbata cera, aut sine agnitione signa frequenter inuenies: quæ nisi domi excusseris, in foro inopinata decipiẽt, plusq; nocebũt destituta, quàm non promissa nocuissent. Multa etiam quæ litigator nihil ad causam pertinere crediderit, patronus eruet, modo per omnes quos tradidimus argumentorum locos eat, quos ut circũspectare in agẽdo, & attentare singulos minime cõuenit, propter quas diximus causas, ita etiam in discendo rimari necessarium est, quæ personæ, quæ tempora, quæ loca, instituta, instrumenta, cæteraq; ex quibus non tantum illud quod est artificiale probationis genus colligi possit, sed qui metuendi testes, quo modo sint refellendi. Nam plurimũ refert inuidia reus, an odio, an contẽptu laboret, quorꝫ ferè pars prima superiores, proxĩa pares, tertia humiliores premit. Sic causam perscrutatus, propositis ante oculos oĩbus quæ prosint noceant ue, tertiam deinde personam induat iudicis, fingatq; apd̃ se agi causam, & qd̃ ipsum mouisset de eadẽ re pronunciaturꝫ, id potentissimũ apud quẽcunq; agetur, existimet, & sic eum raro fallet euentus, aut culpa iudicis erit.

Quæ seruanda in agendis causis oratori sint. *Caput* .IX.

QVæ sint in agendo seruanda, toto ferè opere executi sumus, pauca tamẽ propria huius loci, quæ non tam dicendi arte, quàm officijs agendi continentur, attingam. Ante omnia ne (quod plerisq; accidit) ab utilitate eum causæ præsentis cupido laudis abducat. Nam ut gerentibus bella non semper exercitus per plana & amœna ducendus est, sed adeundi plerunq; asperi colles, expugnandæ ciuitates, quamlibet præcisis positæ montibus, aut operum mole difficiles, ita oratio gaudebit quidem occasione latius decurrendi, & æquo congressa campo, totas uires populariter explicabit, at si iuris anfractus, aut erudendæ ueritatis latebras adire cogetur, non obequitabit, nec illis uibrantibus concitatisq; sententijs uelut missilibus utetur, sed operibus, & cuniculis, & insidijs, & occultis artibus rem gereret. Quæ omnia nõ dum fiunt laudantur, sed cum facta sunt, unde etiam minus cupidis opinionis, plus fructus uenit. Nam cum illa dicendi uitiosa iactatio inter plausores suos detonuit, resurgit ueræ uirtutis fortior fama, nec iudices à quo sint moti dissimulant, & doctis creditur, nec est orationis uera laus, nisi cum finita est. Veteribus quidem etiam dissimulare eloquentiam fuit moris, idq; Marcus Antonius præcipit, quo plus di-

centibus fidei, minusq; suspectæ aduocatorꝫ insidiæ forēt. Sed illa dissimulari quæ tū erat potuit: nondum enim tm̄ dicendi lumen accesserat, ut etiam p obstantia erumperet. Quare artes quidē, & consilia lateant, & quicquid si dep̄henditur perit, hactenus eloquentia secretū habet. Verborꝫ quidē delect⁹, grauitas sn̄iarum, figuraꝫ elegantia, aut nō sunt, aut apparēt, sed uel propt̄ hoc ip̄m ostētanda non sunt, q; apparēt: aut si unū ex duob. eligendum, causa laudet potius, q̄ patronus. Finem tñ hūc p̄stabit orator, ut uideat optimā causam optime egisse. Illud certū erit, neminē peius agere, q̄ qui displicēte causa placet, necesse est em̄ extra causam sit qđ placet. Nec ullo fastidio laborabit orator, nō agēdi causas minores, tanq̄ infra eū sint, aut detractura sit opinioni minus liberalis materia. Nam & susci piēdi ratio iustissima est, officiū, & optandū etiam ut amici q̄ minimas lites habeāt, & abunde dixit bene, quisquis rei satisfecit. At quidam etiam si forte susceperint negotia paulo ad discendū tenuiora, extrinsecus adductis ea rebus circumliniunt: ac si defecerint alia, conuitn̄s implent uacua causaꝫ: si contingit, uerist: si minus, fictis, mō sit materia ingenn̄, mereaturq; clamorem dum dicitur. Quod ego adeo lōge puto ab oratore perfecto, ut eū ne uera quidem obiecturum, nisi id causa exigit, credam. Ea est em̄ prorsus canina (ut ait Appius) eloquentia, censuram maledicendi subire, quod faciētibus etiam male audiendi præsumenda patientia est. Nam & in ipsos fit impetus frequenter qui egerūt, & certe patroni petulantiam litigator luit. Sed hæc minora sunt ip̄o illo uitio animi, quo maledicus à malefico non distat, nisi occasione. Turpis uoluptas & inhumana, & nulli audientiū bono grata, à litigatoribus quidem frequenter exigitur, qui ultionem malunt, q̄ defensionē. Sed neq; alia multa ad arbitrium eorum facienda sunt. Hoc quidē quis hominum liberi modo sanguinis sustineat, petulans esse ad alterius arbitrium? Atqui etiam in aduocatos partis aduersæ libenter nonnulli inuehuntur, quod nisi forte meruerint, & inhumanum est, respectu cōmunium officiorum, & cum ipsi q̄ dicit inutile (nam idem iuris responsuris datur, tum causæ cōtrarium, quia plane aduersarn̄ fiunt & inimici, & quantulumcūq; n̄s uirium est, contumelia auget. Super omnia perit illa quæ plurimū oratori, & autoritatis, & fidei affert modestia, si à uiro bono in rabulam latratorēq; conuertit, compositus nō ad aīm iudicis, sed ad stomachum litigatoris. Frequent etiam species libertatis deducere ad temeritatem solet, non causis mō, sed ipsis quoq; qui dixerunt periculosam. Nec immerito Pericles solebat optare, ne quod sibi uerbū in mentē ueniret, quo populus offenderet. Sed quod ille de populo, id ego de omnibus sentio, q̄ tantundem p̄nt nocere. Nam quæ fortia dum dicunt uidebant, stulta cū læserūt uocant. Nunc quia uarium fere propositū agentiū fuit, & quorundā cura tarditatis, quorūdam facilitas temeritatis crimine laborauit, quē credam fore in hoc oratoris modū, tradere nō alienū uidet. Afferet ad dicendum curæ semp quantum plurimū poterit: neq; em̄ solum negligentis, sed & mali, & in susceptā causa perfidi ac proditoris est peius agere quàm possit. Ideoq; ne suscipiendæ quidem sunt causæ plures, q̄ quibus suffectuꝫ se sciat. Dicet scripta q̄ res patiet plurima, & ut Demosthenes ait, si continget, & sculpta. Sed hoc aut primæ actiōes, aut quæ in publicis iudicn̄s post interiectos dies dant per miserint. At cum protinus respondēdum est, om̄ia parari nō possunt, adeo ut paulo minus promptis etiam noceat scripsisse, si alia ex diuerso q̄ opinati fuerunt, occurrerint. Inuiti em̄ recedunt à præparatis, & tota actionē respiciunt, requiruntq; nū aliquid ex illis interuallis, atq; extempore dicendis inseri possit: qđ si fiat, non cohæret, nec cōmissuris mō, ut in ope male iuncto hiantibus, sed ipsa coloris inæqualitate detegitur, ita nec liber est impetus, nec cura contexta, & utrūq; alteri obstat. Ille em̄ quæ scripta sunt, retinent animū, non sequuntur. Itaq; in his actionibus, om̄i (ut agricolæ dicūt) pede standum est. Nam cū in ꝓpositione ac refutatione causa cōsistat, quæ nostræ partis sunt, scripta esse possunt, quæ etiam rn̄surum aduersariū certū est (est em̄ aliqn̄ certum) pari cura refellunt. Ad alia unū paratum afferre possumus, ut causam bene nouerimus, alteꝫ ibi sumere, ut dicentem aduersarium diligent audiamus. Licet tñ præcogitare plura, & aīm ad oēs causas cōponere, idq; est tutius stylo, q̄ facilius, & omittit cogitatio, & transfert, Sed siue in respondēdo fuerit subito dicendū, siue quæ alia ita exegerit ratio,

nunq̃ oppreſſum ſe,ac deprehẽſum credet orator,cui diſciplina & ſtudium & exercitatio dederit uires etiam facilitatis,quẽq; armatum ſemper,ac uelut in procinctu ſtantẽ nõ magis unq̃ in cauſis oratio,q̃ in rebus quotidianis ac domeſticis ſermo deficiet, nec ſe unquã propter hoc oneri ſubtrahet,modo ſit cauſæ diſcendæ tempus, nam cætera ſemper ſciet.

De genere dicendi. *Caput .X.*

SVpereſt ut dicam de gñe orationis.Hic erat propoſitus à nobis in diuiſione prima locus tertius:nam ita promiſeram me de arte,de artifice,de opere dicturum.Cum ſit autem rhetorices atq; oratoris opus oratio,pluresq; eius formæ,ſicut oſtendam,in omnibus ñis & ars eſt,& artifex,plurimũ tamẽ inuicem differunt,nec ſolum ſpecie, ut ſignũ ſigno, & tabula tabula,& actiõe actio,ſed genere ipſo,ut à græcis Tuſcanicæ ſtatuæ,& Aſianus eloquens Attico.Suos autem hæc operum,genera quæ dico,ut autores,ſic etiam amatores habent,atq; ideo nondum eſt perfectus orator,ac neſcio an ars ulla,nõ ſolum quia aliud in alio magis eminet,ſed quod nõ una omnibus forma placuit,partim conditione uel temporum uel locorum,partim iudicio cuiuſq; atq; propoſito. Primi quoq; quidem opera non uetuſtatis modo gratia uiſenda ſunt,clari pictores fuiſſe dicuntur Polygnotus,atq; Aglaophon,quorum ſimplex color tam ſui ſtudioſos adhuc habet,ut illa prope rudia,ac uelut futuræ mox artis primordia,maximis,qui poſt eos extiterunt,autoribus præferantur proprio quodam intelligendi,ut mea opinio fert,ambitu.Pòſt Zeuſis atq; Parrhaſius, non multum ætate diſtantes.circa Peloponneſia ambo tempora;nam cum Parrhaſio ſermo Socratis apud Zenophontem inuenitur,plurimum arti addiderũt. Quorum prior luminum, umbrarumq; inueniſſe rationem, ſecundus examinaſſe ſubtilius lineas traditur. Nam Zeuſis plus mẽbris corporis dedit, id amplius atque auguſtius ratus,atq;(ut exiſtimant) Homerum ſecutus,cui ualidiſſima quæq; forma etiam in fœminis placet. Ille uero ita circumſcripſit omnia, ut eum legumlatorem uocent, quia deorum atque heroum effigies,quales ab eo ſunt traditæ, cæteri tanq̃ ita neceſſe ſit ſequuntur. Floruit autem circa Philippum,& uſque ad ſucceſſores Alexandri,pictura præcipue,ſed ex diuerſis uirtutibus:nam cura Protogenes, ratione Pamphilus ac Melanthius, facilitate Antiphilus, concipiendis uiſionibus(quas φαντασίας uocant)Theon Samius,ingenio & gratia,quam ipſe in ſe maxime iactat. Apelles eſt præſtantiſſimus. Euphranorem admirandum facit, quod & cæteris optimis ſtudiis inter præcipuos, & pingendi fingendiq; idem mirus artifex fuit. Similis in ſtatuis differentia: nam & duriora, & Tuſcanicis proxima Calon atque Egeſias, iam minus frigida Calamis, molliora adhuc ſupradictis Myron fecit. Diligentia ac decor in Polycleto ſupra cæteros, cui quanquam à pleriſque tribuitur palma, tamen ne nihil detrahatur, deeſſe pondus putant. Nam ut humanæ formæ decorem addiderit ſupra uerum, ita non expleuiſſe deorum autoritatem uidetur, quin ætatem quoque grauiorem dicitur refugiſſe, nihil auſus ultra leues genas. At quæ Polycleto defuerunt, Phidiæ atque Alcameni dantur. Phidias tamen diis quã hominibus efficiendis melior artifex traditur,in ebore uero lõge citra æmulum,uel ſi nihil niſi Mineruã Athenis aut olympiũ in Elide Iouem feciſſet,cuius pulchritudo adieciſſe aliquid etiam receptæ religioni uidet,adeo maieſtas opis deum æquauit. Ad ueritatẽ Lyſippũ & Praxitelem acceſſiſſe optime affirmant. Nam Demetrius tanq̃ nimius in ea reprehenditur, & fuit ſimilitudinis q̃ pulchritudinis amãtior. In oratione uero ſi ſpecies intueri uelis, totidẽ pene reperies ingenio q;, quot corpm formas,ſed fuerũt quædam gña dicendi conditione tpm horridiora,alioq magnam iã uim ingenñ p̃ ſe ferẽtia. Hinc ſunt Lælñ,Africani,Catones, Gracchiq;,quos tu licet Polygnotos uel Calonas appelles. mediam illam formã teneant L.Craſſus,Qu.Hortenſius.Tum deinde efflorescat non multũ inter ſe diſtantium tpe oratorum ingens puentus,hinc uim Cæſaris,indolem Cœlñ,ſubtilitatem Callidñ,grauitatem Bruti,acumen Sulpitñ,acerbitatẽ Caſſñ,diligentiam Pollionis,dignitatem Meſſalæ, ſanctitatẽ Calui repimus. In his etiam quos ipſi uidimus,copiam Senecæ,uires Africani, maturitatem Afri,iucunditatem Criſpi,ſonum Trachali,elegantiam Secundi. At M.Tullium non illum habemus Euphranorem circa pluriũ artiũ ſpecies p̃ſtantem,ſed in oĩbus

quæ in quoq; laudant, eminentissimum. Quem tñ & suorum homines temporum incesse re audebant, ut tumidiorem, & Asianum, & redundantem, & in repetitionibus nimium, & in salibus aliqñ frigidum, & in compositione fractum, exultantem, ac pene (qđ procul absit) uiro molliorem. Postea uero quã triumuirali ꝓscriptione consumptus est, passim q̃ oderant, qui inuidebant, q̃ æmulabantur, adulatores etiam p̃sentis potentiæ, non responsurum inuaserunt. Ille tñ qui ieiunus à quibusdam atq; aridus habet, non aliter ab ipsis inimicis male audire, q̃ nimiꝭ floribus & ingeniꝭ affluentia potuit, falsum utrunq;, sed tñ illa mẽtiendi propior occasio. Præcipue uero presserũt eum, qui uideri Atticoꝝ imitatores, cupiebant. Hæc manus quasi quibusdam sacris initiata ut alienigenam, & uiꝝ superstitiosum, deuinctumq; illis legibus insequebant. Vnde nũc quoq; aridi, & exucti, & exangues. Hi sunt em̃ qui suæ imbecillitati sanitatis appellationẽ, quæ est maxime contraria, obtendant: q̃ quia clariorem uim eloquentiæ uelut solem ferre nõ possunt, umbra magni noĩs delitescunt, quibus quia multa, & pluribus locis Cicero ipse rñdit, tutior mihi de hoc differendi breuitas erit. Et antiqua quidẽ illa diuisio int Atticos atq; Asianos fuit, cũ ꝭ pressi & integri, cõtra inflati illi & inanes haberent, in his nihil superflueret, illis iudiciũ maxie ac modus deesset. Qđ quidam, quorum & Santra ẽ, hoc putant accidisse, ꝙ paulatim sermone græco in proximas Asiæ ciuitates influẽte, nondũ satis periti loquendi, facundiam concupierint, ideoq; ea quæ ꝓprie signari poterant, circuitu cœperint enuntiare, ac deinde in eo perseuerauerint. Mihi aũt orationis differentiam fecisse, & dicentiũ, & audientiũ naturæ uident, ꝙ Attici limati quidẽ & emuncti, nihil inane aut redundans ferebant. Asiana gens tumidior alioqui & iactantior, uaniore etiam dicendi gloria inflata est. Tertium mox qui hæc diuidebant, adiecerunt genus Rhodiũ, quod uelut medium esse, atq; ex utro q̃ mixtum uolũt. Neq; em̃ Attice pressi, neq; Asiane sunt abũdantes, ut aliquid habere uideantur gentis, aliquid autoris. Aeschines em̃ qui hunc exilio delegerat locum, intulit eò studia Athenarum, quæ uelut fata quædam cælo terraq; degenerant, saporem illũ Atticũ peregrino miscuerunt. Lenti ergo quidẽ ac remissi, non sine pondere tamẽ, neq; fontibus puris, neq; torrẽtibus turbidis, sed lenibus stagnis similes habent. Nemo igitur dubitauerit lõge esse optimũ genus Atticorum, ĩ quo ut est aliquid inter ipsos cõe, id est iudicium acre tersumq;, ita ingenioꝝ plurimæ formæ. Quapropter mihi falli multum uidentur, q̃ solos esse Atticos credũt tenues, & lucidos, & significantes, sed quadam eloquẽtiæ frugalitate cõtentos, ac semp manum intra pallium continentes. Nam quis erit hic Atticus? sit Lysias, hunc em̃ amplectunt amatores istius nominis modũ. Non igitur iam usq; ad Coccum, & Antocidẽ remittemur. Interrogare tñ uelim an Isocrates attice dixerit, nihil em̃ tam est Lysiæ diuersum, negabunt? At eius schola principes oratoꝝ dedit. Quærat similius aliquid, Hypides Atticus? certe. At plus indulsit uoluptati. Transeo plurimos, Lycurgum, Aristogitona, & ꝭs priores Isæum, Antiphontem, quos ut homines inter se gñe simi les, differentes dixeris specie. Quid ille cuius mõ fecimus mentionẽ Aeschines? nonne ꝭs latior, & audẽtior, & excelsior? Quid deniq; Demosthenes? Nonne cũctos illos tenues & circũspectos sublimitate, ui, impetu, cultu, cõpositione supauit? nõ insurgit locis? non figuris gaudet? non translationibus nitet? non oratione ficta dat tacentibus uocẽ? non illud iusiurandum per cæsos in Marathone ac Salamine propugnatores reipub. satis manifesto docet præceptorem eius Platonem fuisse? Quem ipsum, num Asianum appellabimus plerunq; instinctis diuino spiritu uatibus comparandum? Quid Periclea? similem ne credimus Lysiacæ gracilitati, quem fulminibus, & cælesti fragori comparant comici, dum illi conuitiantur? Quid est igitur, ꝙ in ꝭs demum qui tenui uenula per calculos fluunt Atticum saporem putent? ibi demum thymum redolere dicant? Quos ego existimo, si quod in ꝭs finibus huberius inuenerint solũ, fertiliorem ue segetem, negaturos Atticam esse, ꝙ plus quàm acceperit seminis reddat: Quia hanc eius terræ fidem Menander eludit. Itaq; nunc siquis ad eas Demosthenis uirtutes, quas ille summus orator habuit, tamen quæ defuisse ei, siue ipsius natura, siue lege ciuitatis uidentur, adiecerit, ut affectus cõcitatius moueat, audiam dicentem, non fecit hoc Demosthenes: & siquid exierit numeris aptius, for-

taſſe non poſſit, ſed tamẽ ſiquid exierit, non erit Atticum? Melius de hoc nomine ſentiant, credantq; Attice dicere, eſſe optime dicere. Atq; in hac tñ opinione perſeuerantes græcos magis tulerim, latina mihi facũdia, ut inuẽtione, diſpoſitione, cõſilio, cæteriſq; huius gñis artibus ſimilis græcæ, ac prorſus diſcipula eius uideẽ, ita circa rõnem eloquẽdi uix habere imitationis locũ. Nanq; ipſis eſt ſtatim ſonus dulcior, qñ & iucundiſſimas ex græcis literas non habemus, uocalẽ alterã, alterã conſonantẽ, quibus nullæ apd eos dulcius ſpirant, quas mutuari ſolemus, quoties illoꝝ noĩbus utimur. Quod cum contingit, neſcio quo mõ hilarior protinus renidet oro, ut in Zephyris Zopyriſq; quæ ſi noſtris lr̃is ſcribantur, ſurdum quiddam, & barbaꝝ efficient ſonũ, & uelut in locum eaꝝ ſuccedunt triſtes, & horridæ, quib. græcia caret. Nam & illa quæ ſexta eſt noſtraꝝ pene non humana uoce, uel oñino non uoce potius int̃ diſcrimina dentiũ efflanda eſt, quæ etiam cũ uocalẽ proximam accipit, quaſſa quodam mõ, utiq; quoties aliquam conſonantẽ frangit multo fit horridior. Aeolicæ quoq; literæ qua ſeruũ ceruĩq; dicim⁹, etiam ſi forma à nobis repudiata eſt, uis tñ nos ipſa perſequit̃. Duras & illa ſyllabas facit, quæ ad coniungendas demum ſubiectas ſibi uocales eſt utilis, aliâs ſupuacua, ut equos ac equũ ſcribimus, cum ipſe etiam uocales duæ efficiant ſonum, qualis apud græcos nullus eſt, ideoq; ſcribi illorũ literis non poteſt. Quid, q; pleraq; nos illa quaſi mugiẽte lr̃a cudimus m, qua nullum græce uerbũ cadit? At illi ꝓ iucundam, & in fine p̃cipue quaſi tinnientẽ illius loco ponũt, quæ eſt apud nos rariſſima in clauſulis. Quid q; ſyllabæ noſtræ in b lr̃am, & d innitũtur? adeo aſpere, ut pleriq; nõ antiquiſſimorum quidem, ſed tñ ueterum mollire tentauerint, non ſolum apuerſa pro aduerſis dicendo, ſed & in ꝓpoſitione b literæ abſonam & ipſam s ſubĩciendo. Sed accẽtus quoq; cum rigore quodam, tum ſimilitudine ipſa minus ſuaues habemus, qa ultima ſyllaba nec acuta unq̃ excitatur, nec flexa circũducitur, ſed in grauẽ, uel duas graues cadit ſemper. Itaq; tanto eſt ſermo græcus latino iucundior, ut noſtri poetæ quoties dulce carmen eſſe uoluerunt, illorum id nominibus exornent. His illa potentiora, q; res plurimæ carent appellationibus, ut eas neceſſe ſit transferre aut circũire, etiã in his quæ denominata ſunt, ſumma pauptas in eadem nos frequentiſſime reuoluit, at illis nõ uerborum modo, ſed linguarum etiam inter ſe differentiũ copia eſt. Quare q à latinis exigit illam gratiam ſermonis Attici, det mihi in loquendo eandem iucunditatem & parem copiam. Qd̃ ſi negatũ eſt, ſententias aptabimus ĩs uocibus quas habemus, nec rerum nimiam tenuitatem, ut nõ dicam pinguioribus, fortioribus certe uerbis miſcebimus, ne uirtus utraq; pereat ipſa cõfuſione. Nam quo minus adiuuat ſermo, rerum inuẽtione pugnandũ eſt. Senſus ſublimes uar̃ĩq; eruantur. Permouendi oñes affectus erunt. Oratio tranſlationũ nitore illuminanda eſt. Non poſſumus eſſe tã graciles? ſimus fortiores. Subtilitate uincimur? ualeamus põdere. Proprietatis penes illos eſt certior copia? uincamus ingenio. Græcoꝝ etiam minora ſuos portus habent, nos plerunq; maioribus uelis moueamur, ualidior ſpũs ſinus noſtros tẽdat, non tñ alto ſemper feremur; nam & littora interim ſequẽda ſunt. Illis facilis ꝓ quæ libet uada acceſſus, ego aliquid non multo tñ altius in q̃ mea cymba non confidat inueniã. Neq; eñ ſi tenuiora hæc ac p̃ſſiora græci melius, in eoq; uincimur ſolo, & ideo in comœdĩs non contẽdimus, prorſus tñ omittenda pars hæc oratoris, ſed exigẽda, ut optime poſſumus, poſſumus aũt reꝝ & mõ & iudicio eſſe ſimiles, uerboꝝ gratia quã in ipſis non habemus, extrinſecus condiẽda eſt. An nõ in priuatis, & acutus, & non aſp, & nõ indiſtinctus, & nõ ſupra modũ elat⁹ M. Tullius? nõ ĩ M. Callidio ĩſignis hæc uirtus? nõ Scipio, Lælius, Cato ĩ eloquẽdo uelut Attici Romanoꝝ fuerũt? Cui porro nõ ſatis eſt q̃ eſſe melius nihil põt? Adhuc qdam nullam eſſe naturalẽ putant eloquẽtiam, niſi quæ ſit quotidiano ſermoni ſimillima, quo cũ amicis, cõiugibus, liberis, ſeruis loquimur, contẽti ꝓmere animi uoluntatẽ, nihilq; accerſiti, & elaborati requirẽtes, quicquid huc ſit adiectum, id eſſe affectationis, & ambitioſæ in loquẽdo iactantiæ, remotum à ueritate, fictumq; ipſorũ gratia uerboꝝ, quibus ſolũ à natura ſit officiũ attributũ, ſeruire ſenſibus, ſicut athletarũ corpora etiam ſi ualidiora fiant exercitatiõe, & lege quadam ciboꝝ, non tñ eſſe naturalia, atq; ab illa ſpecie quæ ſit cõceſſa hoĩbus, abhorrere. Quid eñ inquiunt, attinet circuitu res oſtẽdere,

& translationibus,id est aut pluribus,aut alienis uerbis, cum sua cuiq; sint assignata noīa? Deniq; antiquissimū quenq; maxime scđm naturam dixisse contēdunt,mox poetis similiores extitisse,etiā si parcius,simili tñ rōne falsa & impropria uirtutes ducētes. Qua in disputatione nōnihil ueri est,ideoq; non tam ꝑcul, q̄ fit à quibusdā,recedendū à ꝓpriis atq; cōibus. Siquis tñ ut in illo loco dixi cōpositionis ad necessaria,qbus nihil minus est,aliqd melius adiecerit,nō erit hac calūnia reꝑhendendus. Nam mihi aliam quandā uidet habere naturā sermo uulgaris,aliam uiri eloquētis oro,cui si res indicare mō satis esset,nihil ultra uerboꝝ proprietatē elaboraret,sed cū debeat delectare,mouere,in plurimas aīm audientis species īpellere,utet iis quoq; adiutoriis,q̄ ab eadē sunt nobis concessa natura. Nam etiam lacertos exercitatiōe constringere,& augere uires,& colorem trahere naturale est. Ideoq; in oībus gentibus alius alio facūdior habet,& eloquēdo dulcis magis. Quod si nō eueniret,oēs pares essent,& idē oēs deceret. At loquuntur,& saluant personarū discrimē, ita quo quisq; plus efficit dicēdo, hoc magis scđm naturæ eloquentiā dicit. Quapropt ne illis quidē nimiū repugno,q̄ dandū putāt nōnihil esse tpibus atq; auribus nitidius aliqd atq; affectatius postulantib. Itaq; nō solū ad priores Catonē Gracchosq;,sed ne ad hos qdē oratorē alligandū puto. Atq; id fecisse M. Tulliū uideo,ut cū oīa utilitati,tū partē quandā delectationi daret,cū & ipsam se rē agere diceret (agebat aūt maxīe) litigatoris. Nā hoc ipo ꝑderat q̄ placebat. Ad cuius uoluptates nihil equidē qđ addi possit, īuenio, nisi ut sensus nos quidē dicamus plures. Neq; em̄ fieri pōt salua tractatiōe causæ,& dicēdi autoritate,si crebra hæc lumina,& continua fuerint,nō inuicē offecerint. Sed me hactenus cedentem nemo insequatur ultra, do tpi,ne crassa toga sit,non serica,ne intōsum caput,non in gradus atq; anulos totum comptum,cum in eo qui se non ad luxuriam,ac libidinem referat, eadem speciosiora quoq; sint,quæ honestiora. Cæterum hoc quod uulgo sententias uocamus,ueteribus præcipueq; græcis in usu non fuit,apud Ciceronē inuenio dum rem contineant,& copia non redundent,& ad uictoriam spectēt,quis utile neget? Feriunt animū, & uno ictu frequenter impellunt,& ipsa breuitate magis hærent, & dictione persuadēt. Ac sunt qui hæc excitatiora lumina etiam si dicere permittant,à componendis tamē orationibus excludenda arbitrētur. Quocirca mihi ne hic quidem locus intactus est omittēdus,q̄ plures eruditorum aliam esse dicēdi rationem,aliam scribendi putauerunt, ideoq; in agendo clarissimos quosdam nihil posteritati mansurisq; mox literis reliquisse,ut Pericl em & Demadem. Rursus alios ad componendū optimos,actionibus idoneos nō fuisse, ut Isocratem. Præterea in agendo plus impetus plerunq;, & petitas uel paulo licētius uoluptates. Commouendos em̄ esse,docēdosq; animos imperitorum. At qđ libris dedicat, & ī exēplum edit,tersum ac limatū,& ad legē ac regulā cōpositum esse oportere,quia ueniat in manus doctorum,& iudices artis habeat artifices. Quin illi subtiles, ut similes, ac multi psuaserunt magistri, παράδειγμα dicendo, ἐνθύμημα scribēdo esse altius tradiderunt. Mihi unum atq; idem uidetur bene dicere, ac bene scribere, neq; aliud esse oratio scripta, quā monimentum actionis habitæ. Itaq; nullas non (ut opinor) debet habere uirtutes,di co non uitia: nam imperitis placere aliquando quæ uitiosa sunt scio. Quo differentigitur? q̄ si mihi des consilium iudicum sapientū,perquā multa recidam ex orationibus,non Ciceronis modo,sed etiam eius q̄ est strictior multo, Demosthenis. Neq; enim affectus omīno mouendi erūt,nec aures delectatione mulcēdæ,cum etiam procœmia superuacua esse apud tales Aristoteles existimet. Non em̄ trahentur iis illi sapientes,proprie & significanter rem indicare, ꝓbatione colligere satis est. Cum uero iudex deē aut populus,aut ex populo,laturiq; sententiam indocti sæpius,atq; interim rustici, omnia quæ ad obtinendum quod intendimus,prodesse credimus,adhibēda sunt,eaq; etiam cum dicimus promenda, & cum scribimus,ut doceam? quomodo dici oporteat: An Demosthenē mallē sic egisse, ut scripsit,aut Ciceronem,aut eos præstātissimos oratores alio quā scriptis cognoscimus? Melius egerunt igitur an peius? Nam si peius,sic potius oportuit dici ut scripserūt: si melius,sic oportuit scribi ut dixerunt. Quid ergo,semper sic aget orator ut scribit? si licebit, semper: q̄ si impediant breuitatē tempora à iudice data, multum ex eo quod potuit dici,

recidet, editio habebit omnia. Quæ aũt ſcdm naturam iudicantium dicta ſunt, non ita po
ſteris tradentur, ne uideantur ꝓpoſiti fuiſſe non tpis. nam id quoq; plurimum refert, quo
modo iudex audire uelit, atq; ei uultus ſæpe ipſe rect⁹ eſt dicẽtis, ut Cicero præcepit. Ideó
que inſtandum ijs quæ placere intellexeris, reſiliendum ab ijs quæ non recipient. Sermo
ipſe qui facile iudicẽ doceat, optandus. Nec id miꝝ fit, cum etiam teſtium perſonis aliqua
mutentur: prudenter em̃, qui cum interrogaſſet ruſticum teſtem, an Amphiona noſſet, ne
gante eo, detraxit aſpirationẽ, breuiauitq; ſecũdam eius nominis ſyllabam, & ille eum ſic
optime norat. Huiuſmodi caſus efficiũt, ut aliquando dicat aliter quã ſcribatur, cum dice
re quomodo ſcribendum eſt, nõ licet. Altera eſt diuiſio, quæ in tres partes & ipſa diſcedit,
qua diſcerni poſſe etiam recte dicendi genera inter ſe uidentur. Nanq; unum ſubtile, qd
ἰσχνόν uocant, alterum grande atq; robuſtum, quod conſtituũt ἀδρόν, tertium alij medium
ex duobus, alij floridum, nanq; id ἀνθηρόν appellant, addiderunt, quorum tamen ea fere ra
tio eſt, ut primum docendi, ſecundum mouendi, tertium illud utrocũq; nomine delectan
di, ſiue aliud interconciliandi præſtare uidetur officium. In docendo autẽ acumen, in in
terconciliando lenitas, in mouendo grauitas uideatur. Itaq; illo ſubtili præcipue ratio nar
randi probandiq; conſiſtet, ſed quod etiam detractis cæteris uirtutibus ſuo genere plenũ.
Medius hic modus, & tranſlationibus crebrior, & figuris erit iucundior, egreſſionibus
amœnus, compoſitione aptus, ſentẽtijs dulcis, lenior tamen, ut amnis lucidus quidã eſt, &
uirentibus utrinq; ſyluis inumbratus. At ille qui ſaxa deuoluat, & pontem indignetur, &
ripas ſibi faciat, multus & torrens iudicem uel nitentem contra feret, cogetq; ire quã
rapit. Hic orator & defunctos excitabit, ut Appium Cæcum, apud hũc & patria ipſa ex
clamabit, aliquandoq; Ciceronem in oratione cõtra Catilinam in ſenatu alloquetur. Hic
& amplificationibus extollet orationem, & ui ſuperlationum quoq; eriget. Quæ chary
bdis tam uorax? & oceanus mediusfidi⁹ ipſe. Nota ſunt enim iam ſtudioſis hæc lumina.
Hic deos ipſos in cõgreſſum prope ſuum ſermonemq; deducet. Vos enim Albani tumu
li atq; luci: Vos, inquã, Albanorum obrutæ aræ ſacroꝝ populi Ro. ſociæ & æquales. Hic
iram, hic miſericordiam inſpirabit: Hic dicet, Te uidit, & fleuit, & appellauit, & per oẽs
affectus tractatur. Hic itaq; illuc ſequet, nec doceri deſiderabit. Quare ſi ex tribus his gñi
bus neceſſario ſit eligendum unum, quis dubitet hunc præferre omnibus, & ualidiſſimũ
alioqui, & maximis quibuſq; cauſis accommodatiſſimum? Nam & Homerus breuẽ qui
dem animi iucunditatem, & propriam (id enim eſt non errare uerbis) & carentem ſu
peruacuis eloquẽtiam Menelao dedit, quæ ſunt uirtutes gñis illius primi. Et ex ore Neſto
ris dixit dulciorẽ melle profluere ſermonem, qua certe delectatione nihil fingi maius põt.
Sed ſummam aggreſſus, ut in Vlyſſe, facũdiam, magnitudinem illi iunxit, cui orationem
niuibus hybernis, & copia uerboꝝ, atq; impetu parem tribuit. Cum hoc igit nemo mor
taliũ contendet, hunc ut deum hoſtes intuebuntur. Hanc uim & celeritatem in Pericle mi
ratur Eupolis, hãc fulminib. Ariſtophanes compat, hæc eſt uera dicẽdi facultas. Sed neq;
ijs trib⁹ quaſi formis incluſæ eloquẽtia eſt. Nam ut int gracile, ualidũq;, tertiũ aliquid cõ
ſtitutum eſt, ita hoꝝ interualla ſunt. Atq; inter hæc ipſa mixtũ quiddam ex duobus mediũ
eſt eoꝝ. Nam & ſubtili plenius aliquid atq; ſubtilius, & uehemẽti remiſſius atq; uehemẽ
tius inuenit, ut illud lene aut aſcẽdit ad fortiora, aut ad tenuiora ſummittit, ac ſi ꝓpe in
numerabiles ſpecies reperiunt, quæ utiq; aliq; momento int ſe differant, ſicut quatuor gña
liter uentos à totidẽ mundi cardinibus accepimus flare, cum interim plurimi medij eoꝝ,
uarietate regionum ac fluminũ proprie deꝓhenduntur. Eademq; muſicis rõ eſt, qui cum
in cithara quinq; conſtituerunt ſonos, plurima deinde uarietate cõplent ſpatia illa neruo
rũ, atq; ijs quos interpoſuerũt, inſerũt alios, ut pauci illi tranſitus multos gradus habeãt.
Plures igit etiam eloquẽtiæ facies, ſed ſtultiſſimũ quærere ad quã recturus ſe ſit orator, cũ
oĩs ſpecies, quæ mõ recta ẽ, habeat uſum, atq; id ipm oẽ ſit oratoris, qd uulgo genus dicẽ
di uocãt. Vtet em̃ ut res exiget oĩbus, nec ꝓ cauſæ mõ, ſed & ꝓ ptibus cauſæ. Nam ut non
eodem mõ pro reo capitis, & incertamine hæreditatis, & de interdictis ac ſponſionibus,
& de certa re credita dicet, ſententiarum in ſenatu & concionum, & priuatoꝝ conſiliorũ

seruabit discrimina, uitam ex differentia personarũ, locorũ, tẽporumq; mutabit, ita in eadẽ oratione aliter cõciliabit, nõ ex ĩsdẽ partib. iram & misericordiam petet, alias ad docẽdũ, alias ad mouendũ adhibebit artes. Nõ unus color proœmĩ, narrationis, argumẽtorũ, egressionis, perorationis seruabit. Dicet idẽ grauiter, seuere, acriter, uehemẽter, cõcitate, copiose, amare, comiter, remisse, subtiliter, blande, leniter, dulciter, breuiter, urbane, non ubiq; simul, sed ubicũq; par ibi sic fiet, tũ id ꝓpter qđ maxime repertus est usus oronis, ut dicat & utiliter, & ad efficiendũ qđ intendit, potenter, tũ laudẽ quoq; nec doctorũ mõ, sed etiam uulgi consequet. Falluntur em̃ plurimũ, q uitiosum & corruptũ dicendi gñs, quod aut uerborũ licẽtia resultat, aut puerilib. sentẽtiolis lasciuit, aut immodico tumore turgescit, aut inanibus locis bacchat̃, aut casuris, si leuiter excutiant̃, floscul is nitet, aut præcipitia pro sublimibus habet, aut specie libertatis insanit, magis existimãt populare atq; plausibile. Qđ quidẽ placere multis nec inficior, nec miror. Est em̃ iucundioris ac fauorabilis qualiscunq; eloquẽtiæ, & adducit aĩos naturali uoluptate uox oĩs, neq; aliunde illi per fora atq; aggerẽ circuli, qđ minus mĩ est, q; nulli non agentiũ parata uulgi corona est. Vbi uero qd exquisitius dictũ accidit auribus imperitorũ, qualecunq; id, quod mõ se ipsi posse desperent, habet admirationẽ, neq; immerito: nam ne illud quidẽ facile est. Sed euanescũt hæc atq; moriunt̃ cõparatione meliorũ, ut lana tincta succo citra purpuras placet: at si cõtuleris etiam lacernæ, conspectu melioris obruat̃, ut Ouid. ait. Si uero iudicium ĩs corruptis acrius adhibeas, ut succinis fulfura, iam illud qđ fefellerat, exuat mentitũ colorem, & quadam uix enarrabili fœditate pallescat. Luceat igit̃ hæc citra solẽ, & ut quædã exigua aĩalia igniculi uident̃ in tenebris. Deniq; mala multi ꝓbant, nemo improbat bona. Neq; uero oĩa ista de qbus locuti sumus, orator optime tm̃, sed etiam facillime faciet. Neq; em̃ uis summa dicẽdi esset admiratione digna, si infelix usq; ad ultimum solicitudo persequitur, ac oratorẽ macerat & coquit, ægre uerba uertentẽ, & perpendendis coagmẽtandisq; eis intabescentẽ. Nitidus ille, & sublimis & locuples, circũfluentib. undiq; eloquentiæ copĩs imperat. Definit em̃ in aduersa niti, qui peruenit in summum. Scandenti circa ima labor est, cæterũ quantũ processeris mollietur diues & lætius solũ. Et si hæc quoq; iã leuius suprema perseuerantib. studĩs euaserit, inde fructus illaborati offerunt sese, & oĩa sponte proueniunt, quæ tĩ quotidie nisi decerpant̃, arescunt. Sed et copia habet modũ, fine quo nihil nec laudabile, nec salutare est, & nitor ille cultũ uirilem, & inuentio iudicium. Sic erunt magna non nimia, sublimia non abrupta, fortia non temeraria, seuera nõ tristia, grauia non tarda, læta non luxuriosa, iucunda non luxu dissoluta, plena non tumida. Similis in cæteris ratio. Tutissima ferè per medium uia, quia utriusq; ultimum uitium est.

Quæ post finem studia. *Caput* .XI.

HIS dicendi uirtutibus usus orator in iudiciis, consilĩs, concionibus, senatu, in omni deniq; officio boni ciuis, finem quoq; dignum & optimo uiro, & opere sanctissimo faciet, non quia prodesse unquam satis sit, & illa mente atq; illa facultate prædito non conueniat operis pulcherrimi quamlongissimum tempus, sed quia decet hoc quoq; prospicere, ne quid peius quàm fecerit, facit. Neq; enim scientia modo cõstat orator, quæ augetur annis, sed uoce, latere, firmitate, quibus fractis, aut imminutis ætate seu ualetudine, cauendum est, ne quid in oratore summo desideretur, ne interfistat fatigatus, ne quæ dicet parum audiri sentiat, ne se quærat priorem. Vidi ego longe omnium, quos mihi cognoscere cõtigit, summum oratorem, Domitium Afrum, ualde senem, quotidie aliquid ex ea quam meruerat autoritate perdentem, cum agente illo, quem principem fuisse quondam fori non erat dubium, alĩ (quod indignum uidebatur) riderent, alĩ erubescerent, quæ occasio illis fuit dicendi, malle eum deficere quàm desinere. Neq; erant illa qualiacunq; mala, sed minora. Quare antequam in has ætatis ueniat insidias, receptui canet, & in portum integra naue perueniet: neq; enim minores eum cum id fecerit, studiorum fructus sequentur. Aut ille monimenta rerum posteris, ut L. Crassus in libris Ciceronis destinabat, quærentibus tradet, aut eloquentiæ componet artem, aut pulcherrimis uitæ præceptis dignum os dabit. Frequentabunt uero eius domum optimi iuuenes more

ueterum,& ueram dicẽdi uiam uelut ex oraculo petent. Hos ille formabit quasi eloquẽ tiæ parens,& ut uetus gubernator,littora & portus,& quæ tempestatũ signa,quid secun dis flatibus,quid aduersis ratis poscat,docebit, non humanitatis solum communi ductus officio, sed amore quodam operis. Nemo em̃ minui uelit id,in quo maximus fuit. Quid porro est honestius,q̃ docere quod optime scias? Sic ad se Cœlium deductũ à patre Cice ro profitet,sic Pansam,Hircium,Dolabellam in morẽ præceptoris exercuit, quotidie di cens audiensq;. Ac nescio an eũ tunc beatissimũ credi oporteat fore, cum iam secretus & consecratus,liber inuidia,procul à contentionibus,famam in tuto collocarit, & sentiat ui uus eam,quæ post fata præstari magis solet,uenerationem, & qd apud posteros futurus sit uidebit. Conscius sum mihi,quantum mediocritate ualui,quæq; antea scierim, quæq; operis huiusce gr̃a potuerim inquirere,candide me atq; simpliciter in notitiam eor̃,siqui forte cognoscere uoluissent,protulisse,atq; id uiro bono satis est docuisse,quod scierit. Ve reor tñ ne aut magna nimium uidear exigere,qui eundem uirum bonum esse,& dicendi peritum uelim,aut multa,q tot artibus in pueritia discendis mor̃ quoq; præcepta, & sci entiam iuris ciuilis,præter ea quæ de eloquentia tradebant,adiecerim,quiq; hæc opi nr̃o necessaria esse crediderim,uelut pondus rei perhorrescant,ac desperẽt ante experimentũ. Sed hi primũ renunciẽt sibi,quanta sit humani gñis uis,q̃ potens efficiendi quæ uelit, cũ maria trãsire,sider̃ cursus numerosq; cognoscere,mundũ ipsum pene dimetiri, minores sed difficiliores artes potuerint. Tũ cogitent quantam rẽ petant,quamq; nullus sit hoc p posito præmio labor recusandus. Quod si mente conceperint,huic quoq; parti facilius ac cedẽt,ut ipsum iter,neq; imperuium,neq; saltẽ dur̃ putent. Nam id quod prius,quodq; maius est,ut boni uiri simus,uoluntate maxime constat: quam qui uera fide induerit,faci le easdẽ quæ uirtutẽ docẽt,artes accipiet. Neq; em̃ aut tã perplexa, aut tã numerosa sunt, quæ premũt,ut non paucor̃ admodum annor̃ intentione discant,longam em̃ facit ope ram q̃ repugnamus. Breuis est institutio uitæ honestæ beatæq;, si credas. Natura em̃ nos ad mentẽ optimam genuit,adeoq; discere meliora uolentibus promptũ est, ut uere intuẽ ti mir̃ sit illud magis,malos esse tã multos. Nam ut aqua piscib. ut ficca terrenis,circũfu sus nobis,spũs uolucribus cõuenit,ita certe facilius esse oportebat scd̃m naturam, q̃ cõtra eam uiuere. Cætera uero etiam si ætatẽ nostram nõ spatio senectutis, sed tpe adolescẽtiæ metiamur,abunde multos ad discendũ annos habent. Omnia em̃ breuiora reddet ordo,& ratio,& modus. Sed culpa est in præceptorib. prima,libenter detinentibus puer̃,partim cupiditate diutius exigẽdi mercedulas,partim ambitione,quo difficilius fit qd pollicent̃, partim etiã inscitia tradẽdi uel negligẽtia: proxima in nobis, q morari in eo qd nouimus, q̃ discere quæ nondũ scimus,melius putamus. Nam ut de nostris potissimũ studiis dicã, quid attinet tam multis annis,quanq̃ in more est plurimor̃ (ut de his à quibus magna in hoc pars ætatis absumit̃,taceam) declamitare in schola,& tm̃ laboris in rebus falsis consu mere,cũ satis sit modico tpe imaginẽ ueri discriminis,& dicendi leges cõperisse? Qd nõ dico,quia fit unq̃ omittenda dicendi exercitatio,sed quia nõ fit una eius specie cõsenescen dũ. Cognoscere em̃ & præcepta uiuendi perdiscere,& in foro nos experiri potuimus,dũ scholastici sumus. Dicendi ratio talis, ut nõ multos annos poscat: quælibet em̃ ex iis arti bus,quar̃ prius habui mentionẽ,in paucos libros cõtrahi solet,adeo infinito spatio ac tra ditione opus nõ est. Reliqua est quæ uires cito facit cõsuetudo,rer̃ cognitio quotidie cre scit,& tñ multor̃ ad eas libror̃ necessaria lectio est,quibus aut rerum exempla ab histori cis,aut dicendi ab oratoribus petuntur. Philosophor̃ quoq; cõsultorumq; opiniones (si cuti alia) uelimus legere necessarium est. Quæ quidẽ possumus oĩa, sed breue nobis tem pus nos fecimus,quantulum em̃ studiis impertimur? Alias horas uanus salutandi labor, alias datum fabulis otium,alias spectacula,alias conuiuia trahunt. Adiice tot gña ludẽdi, & insanam corporis curã. Trahat inde peregrinatio, rura, calculor̃ anxiæ solicitudines, multæ causæ libidinum,& uinum,& flagitiosus omni gñe uoluptatũ animus,ne ea quidẽ tempora idonea,quæ supersunt. Quæ si oĩa studiis impẽderent̃,iam nobis longa ætas, & abunde satis ad discendum spatia uiderent̃,& diurna tm̃ cõputantibus tpa,& noctes, qua

rum bona pars omni somno longior est, adiuuarent. Nunc cõputamus annos, nõ quibus studuimus, sed quibus uiximus. Nec uero si geometræ, & grãmatici, cæteræq; artiũ professores oẽm suam uitam q̃libet longa fuerit, in singulis artibus consumpserunt, sequitur ut plures quasdã uitas, ad plura discenda desideremus. Neq; illi didicerunt hæc usq; in senectutẽ, sed ea sola didicisse cõtenti fuerunt, ac tot annos in utendo, non in percipiẽdo exhauserunt. Cæteræ ut de Homero taceam, in quo nullius non artis, aut perfecta, aut certe nõ dubia uestigia reperiunt, ut Eleũ Hippiam transeã, qui nõ liberalium mõ disciplinarũ præ se sciẽtiam tulit, sed uestẽ, & anulum, crepidasq;, quæ oĩa manu sua fecerat, in usu habuit, atq; ita se p̃parauit, ne cuius alterius ope egeret, neue ullius rei. Gorgias quoq; summæ senectutis, id quærere auditores, de quo quisq; uellet, iubebat. Quæ tandẽ ars digna literis Platoni defuit? Quot seculis Aristoteles didicit, ut nõ solum quæ ad philosophos atq; oratores pertinent sciẽtia cõplecteret, sed aĩalium satorumq; naturas oẽs perquireret? Illis em̃ hæc inuenienda fuerunt, nobis cognoscenda sunt. Tot nos præceptoribus, tot exẽplis instruxit antiquitas, ut possit uideri nulla forte nascendi ætas felicior q̃ nostra, cui docendæ priores elaborauerũt. M. Censorius Cato idẽ orator, idẽ historiæ cõditor, idem iuris, idem rerũ rusticarũ peritissimus fuit, inter tot operas militiæ, tantas domi contẽtiones, rudi seculo, literas græcas ætate iam declinata didicit, ut esset hoĩbus documento, ea quo q̃ percipi posse quæ senes cõcupissent. Quàm multa penè oĩa tradidit Varro? Qd instrumentum dicendi M. Tullio defuit? Quid plura? cum etiam Cor. Celsus mediocri uir ingenio, non solum de ĩs oĩbus conscripserit artibus, sed amplius rei militaris, & rusticæ etiã, & medicinæ p̃cepta reliquerit? dignus uel ipso proposito, ut eum scisse oĩa illa credamus. At perficere tm̃ opus arduum est, & nemo perfecit. Ante oĩa sufficit ad exhortationẽ studiorum, non cadere in rerũ naturam, ut quicquid nõ est factũ, ne fieri quidẽ possit, cũ oĩa quæ magna sunt atq; admirabilia, tp̃s aliquod, quo primũ efficerent, habuerint. Quantũ em̃ poesis ab Homero & Vergilio, tm̃ fastigiũ accipit eloquentia à Demosthene atq; Cicerone. Deniq; quicquid est optimum antè non fuerat. Verũetiam si quis summa desperet (qd̃ cur faciat, cui ingenium, ualetudo, facultas, præceptor nõ deerunt?) tñ est (ut Cicero ait) pulchrum in secundis tertĩsq; cõsistere. Neq; em̃ si quis Achillis gloriam in bellicis consequi nõ potest, Aiacis aut Diomedis laudẽ aspernabit: neq; qui Homeri nõ, Tyrtei. Quinimo si hãc cogitationẽ hoĩes habuissent, ut nemo se meliorẽ fore eo qui optimus fuisset, arbitraretur, ĩ ipsi qui sunt optimi, nõ fuissent. Neq; post Lucretium, ac Macrum Vergilius, nec post Crassum & Hortẽsium Cicero, sed nec alĩ postea uicerint. Verũ ut transeundi spes nõ sit magna, tñ est dignitas subsequẽdi. An Pollio & Messala, qui iam Cicerone arcem tenente eloquẽtiæ agere cœperunt, parũ in uita dignitatis habuerunt? paræ ad posteros gloriæ tradiderunt? Alioqui pessime de rebus humanis perductæ in summũ artes mererentur, si quod optimum fuisset, defuisset. Adde q̃ magnos modica quoq; eloquẽtia parit fructus: ac si quis hæc studia utilitate sola metiatur, penè illi perfectæ par est. Neq; erat difficile, uel ueteribus, uel nouis exemplis palam facere, nõ aliũde maiores honores, opes, amicitias, laudem præsentẽ, futuram hoĩbus cõtigisse, si tñ dignũ literis esset, ab opere pulcherrimo, cuius tractatus atq; ipsa possessio pleniss̃imam studĩs gratiam refert, hanc minorem exigere mercedem, more eorũ, quia se nõ uirtutes, sed uoluptatẽ quæ fit ex uirtutibus, peti dicũt. Ipsam igit̃ orandi maiestatẽ, qua nihil dĩ immortales melius homini dederũt, & qua remota muta sunt oĩa, & luce p̃senti, & memoria posteritatis carent, toto aĩo petamus, nitamurq; semper ad optima: quod faciẽtes, aut euademus in summũ, aut certe multos infra nos uidebimus. Habes hæc Marcelle Victori, quibus præcepta dicẽdi pro uirili parte adiuuari posse per nos uidebant̃, quorũ cognitio studiosis iuuenibus si non magnam utilitatẽ afferet, at certe, quod magis petimus, bonam uoluntatem,

M. Fabij Quintiliani oratoriarum institutionum, finis.

M. FABII QVINTILIANI DECLAMATORIS ELOQVENTISS. DECLAMATIONES. XIX.

ARGVMENTVM.

Quidam cui erat filius cæcus, quem hæredem instituerat, induxit illi nouercam, iuuenemq; in secreta domus parte seposuit. Is noctu, dum in cubiculo cum uxore iaceret, occisus est, inuentusq; postero die, habens gladium filij defixum in uulnere, pariete ab ipsius ad filij cubiculum uestigijs palmæ cruentato. Accusant se inuicem cæcus & nouerca.

Pro cæco contra nouercam.

Si iuuenis innocentissimus, iudices, uti uellet ambitu tristissimæ calamitatis, poterat allegare uobis amissam cum oculis cogitationū omnium temeritatem, sed cū ostendere innocentiam suam moribus malit, quam aduersis, neq; pietatis, neq; conscientiæ suæ grauem ferre cōtumeliam potest, ut parricidium nō feciſſe uideatur beneficio cæcitatis. Quare nō petit, ut illum miserum putetis, nisi & innocēs fuerit, nō petit ut afflictum alleuetis, nisi & probauerit sese infeliciorem q̄ patrem amisit, q̄quod oculos. Aestimate iuuenem ijs moribus, quibus uidentē æstimaretis, uita, pudore, pietate. Quæ si omnia sibi ut erunt promissa constiterint, nullo terrebitur crimine. Nec q̄ sceleratissima fœminarū calamitatē nostram cruentato pariete imitata est, expauescimus. Quo diligētior, quo solicitior fuit, ne deprehenderetur, hoc magis indicauit sibi oculos nō defuisse. Gratias agimus, q̄ nimium auidæ suspicionis in nostram transtulit partem, nō esse cæci scelus difficilius probaret, nisi omnia sic acta essent, ut feciſſe cæcus uideretur. Quare iudices non improbe sperauerim futurū, ut suspecta sint uobis, quæ tam inconsiderate ficta sunt contra miserā cæcitatem. Primum q̄ spatium illud ingens domus, quod in medio fuit, ita digesto cruore, satiatum est usq; ad cubiculū miserrimi iuuenis, tanq̄ plane timuerit parricida, ne non deprehenderetur. Deinde sceleri nox potissimum electa, quo ipe inueniri maritus sit ne uxore non posset. Tum in cæde, in qua nemo utitur ferro, nisi alieno, gladius adolescētis, ne argumentū deesset nouercæ, relictus est. Postremo peractū uulnere uno scelus, quod obijceretur manibus errantis. Et tñ contra tam multa incredibilia solum aduocat nouerca testamētum, uulticq; illud esse pretium parricidij, ut rerum intellectu in diuersum coacto, occisum eo probet patrem, quo meruerit non occidi. Nos uero istud (si crimen putatis) agnoscimus. Iuuenis hic patris sui hæres solus est. Hoc testamētum, si uiuente adhuc miserrimo sene notū esse in domo potuit, scitis quis illi debuerit irasci. Nam quod inuisum fuisse filium patri iactat, crimen nouercæ erat, si confiteremur. Idq; probari ex hoc putat, q̄ non secretum filius accipit a patre, sed cæcitas. Quo loco dissimulare satis callide conatur inuidiam suam: Pater qui filium cæcum in semota penatium parte seposuit, eripuit nouercæ oculis uoluptatem. Nanq; ista cum inuasisse uacuos penates uideretur, cū pater filium cæcum hoc esse crederet, quod orbitatem, excogitauit indulgentissimus senex, quemadmodum hic miser patri suo in eadem domo esset, nouercæ in alia, accepit secretum quod erat petiturus. Quo sit animo senis factū, potestis interrogare testamentum. Neq; ego grauissimum patrem suprema sua iuueni iactasse crediderim, ut hæredem filium scriberet, non est res quæ imputetur, istam magis oportet uel aliquo indicio, uel suspicione muliebri arcana mariti deprehendisse, & statim oīb̄us nuptiarum renuntiasse pignoribus. Nam cum propter pecuniam ames, idem amoris, & spei finis est. Habuerat adolescens gladium in cubiculo suo semper, siue anteq̄ in hanc fortunam incideret paratum, siue quia cæcitatis miseræ solatium est habere rem uidentium. Certe nunq̄ illum pater timuerat, nunq̄ nouerca obiecerat. Palam positū est sub oculis omnium, tota domo notissimum ferrum. Scitis quanto negligētius custodiat ferrum bona conscientia, quā etiam extra suspicionem sit res sine usu. Innocentia facit ut ferrum subtrahi possit etiam uidenti. Siue igitur aliquis ex seruulis corruptus est, præsertim etiam facili occasione, siue ipsi nouercæ non defuit audacia ad afferendum, quod facere poterat etiam præsente priuigno, uticq; (qđ dubitari non potest) q̄ facit certum scelerisautorem, mauult in cæde alieno uti q̄ suo gladio quisquis illū relicturus est. Reliqua iudices, si fieri possunt, facta æstimate. Dicitur cæcus sine rectore, sine duce, ex illa penatium parte secreta, & pene ex alia domo, per inane longum, per tot offensa limina, per excubantes seruulos erasse cum ferro, cubiculum patris deinde ingressum, in neutram deflexisse partem, sed recto gradu sicut ducere oculi solent, ad lectulum accessisse leuiter, non in thorum incidisse, non ante peruenisse q̄ crederet. Vos iudices criminum tumultum ex rerum fide ducite: dormiēs senex, quem cæcus percussor quæreret, excitatus ante esset q̄ inueniretur. Iungunt his multo incredibiliora, ut occiderit patrem, pepercerit nouercæ, parricidium aūt uno ictu explicuerit, quod fere uix etiam ijs contin

gere ſolet, qui oculos manu ſequuntur. Nulla ergo luminum uirtus, ſed homo ferrum miſſurus in caſum ſatis felix, ſi percuſſiſſet quancunq; partē corporis, in ipſam protinus animam incidit, & an morti ſatisfeciſſet intellexit. Officium iudices oculorum eſt renuntiare manibus quid actum ſit, cæci pcuſſoris una ſecuritas fuerat ſæpius ferire. Negat præterea quicq̄ ſe ex his nouerca ſenſiſſe, cum iuxta iaceret, nec explicat unde illud acciderit, maximæ ſignum trepidationis. Si & pater uno ictu perierat, neq; iſta uigilabat, nunq̄ gladium reliquit percuſſor ſecurus. Reliqua iudices nimiū ſuſpecta, improbe aſſimulata. Spatioſus paries, & longiſſimū domus latus habuit notas ſanguinis, quas reliqſſe uidereť manus reuertētis. O q̄ bñ quicqd uolunt imitanť oculi. Stupeo (ſiqua eſt fides) oīa priuignū illa nocte feciſſe. Dicit ad uotū nouercæ gladiū in uulnere reliquiſſe, quē ſuum negare nō poſſet. Deinde p totū parietē quid aliud inſcripſiſſe q̄ ſe parricidam, ſanguinē patris uſq; ad cubiculū ſuum pduxiſſe, & uiā ſequētibus reliquiſſe? Hoc fecit aliquis negaturus? Gratulor tibi adoleſcēs, ſi nō potuiſti parricidiū illud admittere, niſi ut relinqueres argumētum cæcitatis, habuiſti innocētiæ neceſſitatē. Cauſam igitur miſerrimi adoleſcētis ſic apud uos agere ꝓpoſui, ut primū ipm defendam quaſi reus tm ſit, deinde cū eſſe ſecurus de huius innocētia cœpero, tunc ingrediar nouercæ accuſationē. Spectabitis utrunq; ſuis moribus, ſuis cauſis, eritq; facilior uia ueſtræ religiōis. Quanq̄ duos iudicia complexa ſint, uos tm tan q̄ de ſingulis cognoueritis. Et primum ſic agam, tanq̄ iuuenis habeat oculos, tanq̄ impetus eius nulla corporis debilitate frangantur. Interrogabo quid ante perdite, quid flagitioſe, quid impie fecerit, per quæ ſe parricidam ſcelera promiſerit. Innocentia per gradus certos ab homine diſcedit, & ne in maximis trepidet audacia, diu uires in minoribus colligit. Nemo inde cœpit, quo incredibile eſt pueniſſe. Dicas neceſſe eſt quæ huic cum patre odia fuerint, q̄ uiolēta diſſenſio inter ſacrorum infinita noīm pignora. Crede mulier etiam tua cauſa. Nam ſi facile eſt filio occidere patrem, facilius uxori maritum. Loquar nunc de infirmitate cæcitatis, miſeræ cæcitatis. Temeritas omnis animoꝝ, calamitate corporum frangitur, & frigeſcunt impetus mētium, quos nō explicant miniſteria mēbroꝝ, ad ſolum ſe alligant deſtituta mœrorē. Vultus ille perpetua nocte coopertus ac timidus non concipit nefas, ad quod ducibus oculis peruenitur. Cogitat ſp errare & offendere, cogitat eundi redeundiq; difficultatē. Magna innocētiæ neceſſitas, neminē facilius poſſe deprehēdi. Semper ſe cuſtodiunt miſeri, ne eſſe miſerabiles deſinant, & quiſquis amiſit oculos, laborat ne merito perdiderit. Quid aliud cæcitas diſcit q̄ rogare, blandiri? Odium omne adiuuāt oculi, & hunc in pectoribus humanis furorē lumina accēdunt, nec leuis animis accedit inſania, quoties quē execreris aſpicias. Cæcus miſerior eſt q̄ ut inuiſus ſit, timidior eſt q̄ ut oderit. Præterea nocentibus liberis frequētiſſimas ad parricidium cauſas ſuggeſſit illud quod uidebant. Vitijs enim noſtris in animum per oculos uia eſt. Alijs tradidit in parētum ſanguinē luxuria ferrum, luxuria uidētium crimē. Alijs meretriculæ amor immodica poſcentis, amor cui renūtiant oculi. Cæcus infelix patrē occidit, deinde cui manum porriget ſecurior? Cuius humeris leuior incumbet? Quis contumelias ſeruorum caſtigabit ſeuerius? quis calamitatē tam obnoxiam maiore reuerētia proteget? Inter felices alius eſt ordo uotorum, cæcus filius optat ſuperſtitē patrē. Volo nunc ſcire quēadmodum dicat explicitum tam difficile facinus: cæcus parricidium cogitauit, cum quo? cuius ſe commiſit oculis, iturus per totam domum? quē ducē elegit ille qui erat in cubiculo ſuo ſolus? Secum (opinor) ſecum deliberat. Sufficit ſibi, cum homine expeditiſſimo loquitur. Cur em̄ ſocium conſciētiæ quærat? omnia poteſt ſcire. Primum nox quando ſit. Deinde proſpicere ſolicite, an omnis familia dormiat. Gradu ſuſpenſo ponere certa ueſtigia, & in omnē timoris ſui partē ſolicitum circumagere uultum. O q̄ parum eſt in metu ipſos etiam oculos habere? Ita non iſte ſibi dixit? Occidere quidē patrē uolo, ſed quem ſequētur hæ manus? Nocte ſolus egrediar, ſed quando perueniam? putas nos iunctis habitare liminibus? domus inter patrē filiumq; media. Quantum erroris, quantū moræ ſpatium ingēs, & uix metiēdum. Cæcitas incōſulta quid agis? nox ante deficiet. Quid ſi deinde uterq; uigilauerit? quid ſi nouerca? Age limen inueniam, cardinem ſine ſtrepitu mouebo, dormiētis cubiculū intrabo, quieſcētem feriam patrē, ſemel ſatis erit, nec nouerca uigilabit. Securus egrediar, ſciēte nullo reuertar. Vota ſunt iſta, ſed oculorum. Cæcus deſperaret etiam ſi tam multa nox polliceretur. Hoc loco quæram neceſſe eſt, quæ ratio fuerit ut iuuenis ad parricidium ſuo potiſſimum gladio uteretur. Nimirum illud in mētem uenit, quia erat relicturus. Nam ſi alienum & ignotum in uulnere patris gladium reliquiſſet, potuerat de percuſſore dubitari. Hic attulit ſuum, ut etiamſi euaſiſſet, tamen ferro ſuo teneretur. Cur ergo inquis, gladium in cubiculo tuo habebas? quia habueram ſemper, quia uſurus illo non eram. Ferrum ego parricidio meo tot ante annos præparaui, & ſcām illū quē minabar patri, tā diu innocēs fui. Ego eram ferro ac mēte paratus, & tot abiere noctes, ante gladium illum familiarem oculis tuis feci, ante omnibus ſeruulis notum. Pepēdit in cubiculo tanquam teſtis conſciētiæ meæ palam in medio negligēter, ſic ut ſubtrahi poſſet. Non illum conſcientia trepida uelauit, tam notus in cubiculo fuit, quam cæcitas domini. Quiſquis ferrum præparat ſceleri, ſic illud habet, ut poſſit ſuū negare. Ponite nunc ante oculos actum parricidij, deprehēdetis difficultatē. Dono illud, dum a ſuo limine egreditur, dum illos quos accepit a patre ſeruulos fallit, ecce cubiculū ſenis inuenit aliquando, ecce pariesille defecit, & pcuſſoris manus ſubito deſtituit, ceſſere fores ſine ſtrepitu. Quid poſtea agit? Vtrū ipſum cubiculi parietē circuit, an ſe cōmittit in medium? & per ſpatia tenebraꝝ armatā manū iactat? Ecce patris lectulum tenet, etiam dormientium anhelitus imminens audit, unde ſciet quo dirigat fer-

rum, quem potius ferîat ex duobus? Tentauit ergo uultus & pectus obiectum, breuissimam perituræ animæ uiam quærit, & quantus erit sopor qui ista non sentiat? Dices, neq; ego sensi. Ideo intelligis q̃ malam causam habeas, cuius & una et incredibilis defensio est. Ita ferît in sinu tuo maritus, & tu nihil sentis? Ad latus tuum fata hominis peraguntur, tu taces, tanq̃ priuignus te occiderit priorem? Ita nõ ille percussus est homo, quem cæcus occidit? Te uero (si nihil aliud) calens ille cruor denicq; suscitasset. Sed q̃ manifesta est conscientia quæ te compellit ad hanc necessitatẽ, ut cũ occisum a priuigno tuo patrem uideri uelis, cogaris dicere nihil sensisse? Sufficit, uicimus, innocentes sumus. Cum in eodẽ lectulo fueris, cum amplexa sis forsitan illum qui occisus est, tam incredibilem profiteris soporem? Cur ergo tu incolumis es? quæ tam iratis manibus sanguinem tuũ fortuna subtraxit? Certe dormiebas, certe nihil senseras. Ita priuignus te reliquit, qui deprehendi non timebat? Occidit ergo aliquis patrem, & nouercæ pepercit? Maximum oĩm nefas fortiter fecit, minori sceleri statim par non fuit? Omnia humana sacra confudit, uiolare non est ausus pectus odiorum? Incredibile est, sine fide est, nõ occidere nouercam, cui imputes q̃ patrem occiderit. Quid ais adolescens? tu ne circa illum sanguinem defecisti? illa te blandius rogauit animam? perdidisti ergo illud quod nihil senserat, quod nox, quod silentiũ, quod tempus superarat scelerîs alterius? Tu si facere parricidium posses, ideo patrem tm̃ occidisses, ut tibi & nouercam liceret occidere? Non uideo cur uideri uelint relictam mulierem. Ideo tantum ut uideretur illud nefas illa fecisse, callide satis. Sed hoc alio protinus argumento subuertereť. Non est eiusdem consilij, nouercæ parcere ut substituat ream, & gladium relinquere quo ipse deprehendať. Sæpius uti necesse habeo argumento cæcitatis, & hoc etiam loco quo de illo uulnere disputandum est. Me hercule si percussor intrasset, qui uideret, qui lumẽ præ se tulisset, non tm̃ tam feliciter librasset ictum, quem etiamsi nullæ fallerẽt tenebræ, metus & conscięntia incertum, magni sceleris tristem moræ fecisset. Raro contigit semel ferire carnifici, q̃is componat ipse ceruicẽ, & exercitata manus homicidiũ nouissime, uelut quoddã genus artis exerceat. Si ergo librauit manũ cæcus, ut ipsam protinus feriret animam, ego mehercule etiam illud admiror, q̃ cum patrẽ uellet, non nouercam percussit. Præter animum nihil uirium habet parricida. Primus ictus ille trepidat, ille cogitat, ille erubescit, ille est ab innocentia proximus, præstat hoc solum, ut sequẽs fortius ferîat. Interrogare nunc uolo, quæ iuueni causa fuerit, ut reliquerit gladium. Scilicet noluit nouercam suam infamari. Abstulit sibi omnem defensionẽ, & se parricidam confessus est, ferrum in uulnere reliquit. Si nondum occiderat, iterum feriret. Si iam perfectum nefas intelligebat, auferret indicium. Sed quid ego rẽ manifestissimam colligo? Si uultis iudices scire a quo sit relictus gladius, cogitate cui expedierit ut inueniretur. Sed paries usq; ad cubiculum priuigni uestigio manus cruentatus est. Cogitate iudices ante omnia non esse incallidum hominẽ, neq; consilij iacentis, qui cæcus explicare conetur facinus, & oculis difficile. Ille ergo non æstimat cum manum cruentam parieti applicat, uestigium a se parricidij sui relinquit? cum dextram, qua duce utebatur, ueste tergere, atq; ita abire sine uestigio posset, totum parietẽ cruentabat, & ubiq; aliquid de patre misero relinquebat. Quid futurę esset postero die, quantam expectaret inuidiam? Lucẽ non cogitabat, sed disponebat indicium certum, indubitatum, sine errore, quod nouerca sequeretur usq; ad cubiculum suum, usq; ad limẽ ipsum. O admirabilẽ casum, ne cruor ante defecit. Vtar hoc loco natura ipsius rei. Palmatus sanguine paries inuẽtus sic est, totam manum explicuit, omnes digitos diligẽter expressit. Totum ergo sanguinem consumeret inter prima uestigia. Pone eĩ manum cruẽtam, atq; adeo (ut istis etiam blandiar) madẽtem, pone mẽsuram itineris, spatium parietis: diu enim in secretam domus partẽ reuertendum est, debet proxima pars a cubiculo patris habere plurimum sanguinis, sequẽs minimum, ultima nihil. Nam cruor quoties admotus est, transit, aut in manu tarde reptantis aresćit. Hoc quid esse dicamus, q̃ circa cubiculum utrunq; sanguinis istius uestigium quasi incipit? hinc est paries palmatus, & illinc? Quomodo pertulit manus quod relinquebat? Nouerca istud, nouerca securis composuit oculis, illa miserum dextera sanguinẽ tulit, & manum subinde renouauit. Palmatus est paries, habet distantiam, uacat aliquid loci, integrum ubiq; uestigium est. cæcus manus traxisset: Quæro nunc, unde tantum sanguinis in manu? Tunc eĩm ex omni uulnere cruor profluit & effunditur, cum ferri recẽtem uiam sequitur. At quoties eodẽ quo factum est cluditur telo, latet tota mortis inuidia. Præterea cum manus ex parte qua palmare uestigium potest, plicetur in capulo, & se dum telum occupat, claudat, necesse est exteriore ut parte resperśa sit. Tuus aũt qui palmatus est paries, uestigium eius partis ostẽdit, ad quam cruor peruenire nõ potuit. Vestrum est nunc omnia ista cõparare, perpẽdere. cur prudẽtior sit iudex in deprehẽdendo scelere, q̃ reus admittẽdo, hoc esse in causa puto, q̃ alter tãtum pro se cogitat, alter pro parte utraq;. Tuitus sum adolescẽtis miserrimi causam, nunc inspicere uolo quanto certioribus argumẽtis nouerca teneatur. Transeo illum uulgarẽ & omnibus notum de comparatione personarum locum. Alius diceret maritum & uxorẽ, nisi liberis initiarẽtur, non fortissimis corporum uinculis inhærere. Ego illud potius dicam, decepta est mulier expectatio tua. Veneras quasi in uacuam domũ, & sine hærede. Expectaueras ut infelix iste iuuenis ab ipsis protinus nuptiarum tuarum expelleretur auspicijs, extorrẽ & inopẽ submoueret pater blando corruptus amplexu, & omnino summã calamitatẽ corporis occurrere delicatis uxoris oculis deuetaret. Inueniśti pium & deuotum unico senẽ, & de omnibus coniugis tui desperaśti ob id affectibus. Miserrimus est maritus, quisquis inducit filio nouercam, quod uxorẽ non uideť utrunq; posse amare. Quæro igitur ante omnia, ubi occisus est maritus? In cubiculo suo, hoc paulo ante priuigno defendendum

non fuit. Occisus est in cubiculo senex. Ita ille percussor nō timuit uxorē? Audeo secretum nuptiarū & matrimonialis lectuli solitudinem occisurus intrare. Quē quæram? ubi relinquitur maritus ab uxore innocens? Noctem aūt ad scelus quis elegit? Nox tuum tempus est, quid si accedit huic etiam sceleris occasio? Non uenire debes a secreta domus parte, nec tota tibi penatium sacra peragenda sunt, tu non cogitas quemadmodum suspensa manu sonantem blande cardinem flectas. Iaces secundum occasionem, & expeditum tibi in proximo facinus est. Non times ne quis deprehendat. Ipsi quoq; seruuli longius quiescunt, & præstatur grande secretum Genio loci. Tibi quoq; ferire cum uelis, scire an dormiat licet. Nox, & ferrum, & securus maritus, quidnam isto delicatius scelere? Occisum esse miserum senē cum tu uolueris scimus. Quomodo tū, inquit, gladius peruenit in meam potestatē, qui priuigni fuit? Hæremus, hic difficilis expugnandus est locus. Quis credet mihi, si dixero? gladium perdidit cæcus, ille perpetua nocte clausæ genæ non custodierunt. Fingere nimirum ad tēpus uidebor, & rē nimium manifestam impudēter cōplorare. Scilicet semper isti apposita capulo manus, & diebus ac noctibus curæ. Nolo tanq̄ callido glorieris ingenio, non decepisti trucē horridumq; latronē, nostri tibi occasionem præbuere mores. Nam q; uno ictu occisus est senex, ad te suspicio magis respicit. Tu præparare corpus illud ad ictus potes, dum uideris amplecti. Tu blanda manu prætentare pectus, ubi assi duo uiscerispulsu nō quiescat anima, ubi statim mors sit, ubi de spiritu sanguinis ictum explorare ante & cognoscere licet. Potest & uno ictu mulier occidere. Venio nūc ad uestigia parietis cruētati, quibus te satis abundeq; pressimus, dū adolescentē defendimus. Hæc sunt tū quæ cōtra te reseruata sunt: Cū maritus tuus in cubiculo occideret, sciebas nullum tibi relictū patrocinium, nisi aliquid simile cæcitati fecisses. Ideoq; sanguinē in illam partem induxisti, in quam quæri uolebas, ut postero die omnis inuidia sanguinis notas & uestigia præparata sequeretur. Infamas cæcū, cōsilium ex calamitate sumpsisti. Sciebas illū nō aliter si dux defecisset, ingredi posse, q̄ si uestigia parietis perpetuitate dirigeret. Simulasti itaq; cæcitatē, & ne quid sceleri impio deesset, mariti tui cruore lusisti. Omnia tibi composita atq; simulata sunt per otium & securitatē, tanq̄ scelus transferretur ingenio. Nunc em̄ nocens, quia priuigni gladius in uulnere, qa paries cruētatus, hoc sufficere utrūq; iudicio putabas? q̄ facili momēto causæ fata uertunt, quod fecisse etiā is scelus frequēter inuentus est, qui obijciebat. Sed causas inquit, parricidij iste habuit, quē iratus pater in secretam domus partē relegauerat. Mulier illa forsitan ignominia felicioris uideretur eē priuigni. Cæcitatis beneficium est cum illi secretum datur. O præclaram senis optimi singularemq; pietatem, q̄ blande ille sepositit miserum suum, q̄ diligenter uxoris gaudētis eluit oculos, q̄ multo cæcum pudore donauit. Si felicior, inquit, essem pater, ego tibi potius cederē domo tota. Nunc miser illam occupa partem, in qua nemo te uideat, in quam solus ego ueniam, sint circa te seruuli fideles, non gemitus tuos audiat quisquam, nō flebili mœrore pascatur. Nihil est quod te solicitet conuersatione nostri, secretum quod cæcitati præstatur, ideo præstatur, ut minus oculi desiderentur. Aliquis odit filium cæcum, & hac tantum ultione contentus est, ut illi assignet quietam, et sepositam, & meliorem partem domus. Ita ego sic intelligebam, quasi abdicaret, quasi expelleret. Iratus ergo senex tenet iuuenē suū uelut in interiore complexu, & a limine obstat. Rogo q; duos separet media domo, te integram, sanam, illū infelicem cæcū, contumeliq opportunū, iniuriæ facilē, utrum filio irascitur, an uxori? Nolo inquit, iuuenis utaris amœna domus parte, nec quæ nitidioribus tectis elaborata sunt pertineant ad oculos tuos. Quis tam stulte irascitur cæco, ut putet illius interesse, ubi habitare iubeatur? Te potius ille submouet. Tuis inuidiam facit oculis, tibi dicit, sufficiat, satis est, habeas maiorem domus partem, absentem putes, misero in paternis ædibus aliquem angulum relinque. Pater qui filio sub nouerca assignat secretam domus partem, confitet uxori se abdicare nō posse. Transit ad aliud genus defensionis: Sibi causam cædis non fuisse, cum hic hæres inuentus sit omnium bonorum. Quis enim alius esse debeat, ut huic properandum fuerit ad hæreditatē? Filius scriptus non timet pœnitentiam testamēti. Omnium bonorū hæres relictus est. Non ergo irascebatur pater cū daret secretam domus partē, non possunt tibi diuersa prodesse, eadē obijceres reo si exhæredatus esset. Elige utrū uoles. Si sciuit se esse hæredē, amare magis patrē debuit: si ignorauit, nō habuit quod speraret ex patris morte. Reliquū est ut intueamur, ille qui perijt ab utro magis uestrū desideretur. Te opinor hic grauius afficit dolor, impatientius hic luctus exanimat, tuq; obsoletam protinus nubē, & tēpori accōmodata lugubria flammeo reuertēte mutabis. Hic uero iuuenis, qui si fortunæ suæ mala cū præteritis cōparet, cæcus cœpit esse nunc primū, quid non miser in hoc sene perdidit? uiuebat illi magna pietas, aderant quocūq; iusserat de facie patris oculi, nō illudere infelicibus tenebris contumaces seruuli poterant, nec (quod extremū contumeliarū genus est) ut dūm ageret rogabat. Nunc quanta dij boni ludibria sunt ineunda? Iunxere se pariter cæcitas & solitudo. Quid tibi nūc miserrime adolescēs hereditas prodest, quā tm audis? qd em̄ circa te pecunia potest? quæ truēdi uoluptates? qd aliud q̄ spoliorū facilis occasio? Quam bene ista omnia paterni oculi custodiebant, quam facile decipi, q̄ facile denudari, quam sine labore falli potes, quam cito inops fieri. Morte patris exhæredatus es. Quid nunc tibi nisi perpetuus imminet mœror, & execratio uitæ? Miser post omia & lachrymas perdidit, nec dolentem adiuuant oculi. Incipit apud te gladius habere quod agat. Quærit ecce quærit miser ferrum. Nunc inquit, huc reddite illud, innocens donec habuit meas manus tantum. Si mori necesse est, illi potissimum incumbam. Hoc illa iam olim grauis & infelix anima querebatur, Vbi nunc meæ uires? ubi impetus? ubi dextera tam fortis? uno ictu puto ne me quidem ipsum mihi continget occidere.

x

Argumentum declamationis .II.

Ex incendio domus, adolescens patrem extulit. Dum matrem repetijt, & ipsam & oculos amisit. Induxit illi pater nouercam. Quæ acceßit quodam tempore ad maritum, dixitq; parari illi uenenum, quod iuuenis in sinu haberet, & sibi promissam dimidiam partem bonorum si illud marito porrexisset. Intrauit ad cæcum pater, interrogauitq;, an hæc uera essent. Ille negauit, exquisiuit, & inuenit in sinu uenenum. Interrogauit cui parasset, ille tacuit. Receßit pater, & mutato testamento nouercam fecit hæredem. Eadem nocte strepitus in domo fuit. Intrauit familia in cubiculum domini, inuenitq; ipsum occisum, & nouercam iuxta cadauer dormienti similem, cæcum in limine cubiculi sui stantem, gladium eius sub puluino cruentatum. Accusant se inuicem cæcus & nouerca.

Pro cæco contra nouercam.

SEntio iudices pudori iuuenis, pro quo minimum est q; parricida nō est, grauissimū uideri q; absoluendus est contra nouercam, & plurimum cæco de reuerentia deperire uirtutum, cum in patrocinio summæ pietatis aufertur quicquid aliū defenderet innocentē. Hæc primum itaq; publicis allegamus affectibus, q; pro se reus indignaī uti corporis probatione. Solus omniū non remittit sibi, ut incredibilior sit in parricidio cæcus, q̄ fuit cum uideret. Homo omnium quos unq; miseros fecere uirtutes, innocentissimus parricidium negauit anteq̄ pater occideretur: & ne quid hodiernæ solicitudini præstari putetis, fecit qđ est summum in reb⁹ humanis nefas, ne uel in alio crederetur. Ignoscite per fidem, q; indignatur se iuuenis in honorem tm̄ calamitatis absolui filium, qui patrē ex incendio sua cæcitate seruauit. Facinus est hoc tm̄ innocentē uideri, q; illū non potuerit occidere. Nam qđ ad mulierē iudices pertinet, quæ defēdi non pōt, si patrē cæcus occidit, tam impudentē delatoris necessitatem malo, quam si tm̄ negaret. Viderit qui fidutiam ueritatis putat, q; cæco facinus obiectum est. Deprehēsa mulieris audacia est, quæ non pōt nisi incredibilium cōparatione defendi, & quisquis cæcum inuicem accusat, solus est reus, aliæ iudices esse debuerunt aduersus hanc debilitatē probationes. Cæcus in parricidio non debet suspectus fieri, sed deprehēdi. Quæso itaq; iudices, ut hæc prima propter causam iuuenis putetis, quæ contra illū nimia sunt. Nihil magis debet esse pro cæco, q̄ q; aduersus illū sunt multa fingenda. Et constat de pietate, de innocētia hominis, qui expugnandus fuit parricidij similitudine. Congesta sunt aduersus miseram debilitatē ferrum, cruor, uenenū, & quicquid non pōt esse negligentiæ, nisi nescientis. Nemo iudices, nemo diligētior debet esse ad facinus, q̄ qui parricidiū potuit facere cæcus. Iuuenis iste, de quo summa in rebus humanis monstra finguntī, eius fuit erga parentes semper affectus, quē nefas est optare de liberis. Cum domus igniū septa uiolentia rapuisset miseris senibus oē præsidium, illa festinatione qua fugimus, erumpimus, in mediū cucurrit incendium. In quanto tūc periculo fuit rei; naturæ pietas. Dum diu multū q; attonitus hæret, dum ad utrunq; respicit, ad utrunq; discurrit, pene infelicissimos parentes perdidit pietatis æqualitas. Vt deinde miserrimos senes cluserat iam propior ignis (audiat licet inuita pietas) patrē iuuenis elegit, & de pariter ardētibus uices dispositi affectus. Vixdum posito sene, cum illum quoq; miraremur explicitum, iter; flammas aperuit, & undiq; coeuntis incēdij redditus globis arserat iuuenis, si tardius perdidisset oculos. Facinus est iudices, nō hoc quoq; maximis cōtigisse conatibus, ut seruaret & mater. Minus tm̄ in utroq; fecerat, nisi pdidisset oculos. Viderint qui filiū in eo magis parente mirant, in cuius salutem faciē uultusq; consumpsit. Patri præstitit cæcitatē, qui amisit oculos, dū repetit quam reliquerat matrē. Non expectatis, certum habeo iudices, ut excusem q; pater indūxit cæco nouercam. Factum est eo tēpore, quo cōstabat patrem filio senē soluendo non esse. Contenderim quinimo iuuenis fuisse consilium, ut pater cui matrimonium filiumq; abstulerat incendium, residua senectutis alia solaretur uxore, & ut domus quæ cæcum tm̄ habebat & senem, acciperet ex cōiugio ministeria custodita. Facinus est iudices quod bonos priuignos nouercæ facilius decipiunt, nec leuius oderunt. Quam multis insidijs, q̄ multis artibus patet cæcitas innocentis? Mulier cui spem inuadendæ hæreditatis præstabat debilitas priuigni, senectus mariti, intellexit hoc solum deesse sceleris occasioni, ut prius infamaretur parricidij cæcus. Viso igitur hoc, quod sibi iuuenis non uidebatur esse priuignus, uenenum quod in miseri sinu abdiderat deprehensura, nuntiauit patri, tanquā parricidium pararetur. Et quia mendacium poterat facile nudari, si quem conscium nominasset, totam delationem sic ordinauit, ut sibi crederetur promissam dimidiam partem bonorum, si uenenum seni uoluisset ipsa porrigere. Videtis iudices, qua præparatione nouerca ad testamentum patris accesserit. Mulierem quam credit maritus noluisse partem bonorum accipere pro scelere, necesse est sic remuneret, ut faciat hæredem. O quanto aliter probaretur parricidium, quod iam potest dep̄hendi. Mulier quæ se dicebat in cōscientiam sceleris admissam, non hoc primū exegit a patre, ut quæreret quis parasset cæco uenenum, quis dedisset, unde maximum sciebat posse fieri quæstionis errorē, instituit ut innocentissimus iuuenis interrogaretur repente, subito infamatura uelut deprehensi trepidationem, seu tacuisset cæcus, seu negasset. Adductus ad filium senex, dixit iuueni quicquid audierat. Nunq̄ iudices tam simplicis innocētiæ fuit facinus negare. Non esset ausus iuuenis coram ea muliere mentiri, quæ prodidit, & scīt ubi esset uenenū. Vt uero sensit infelix instantē nouercam, postulantēq; ut sinus iuuenis exquireret, tunc uero attonitus, hærēs, & tota maloꝝ suoꝝ cogitatione cōfusus, intellexit hoc argumentum eius esse, quæ parasset, ut posset deprehendi. Igitur propere, festinanter omnia membra pertractans, & mersis in sinum manibus, dum cuncta suspicionib, dum tactu iuuenis explorat, uenenum primus inuenit. Laudo iudices innocentiam silentij, laudo fidutiam, q; interrogatus cui

paraſſet, non putauit ſibi defendẽdum uenenum. Rem quinimo fecit eius qui ſciret patrẽ non creditu rum, & (quæ maxima eſt innocẽtiæ cõtumacia) ꝓſuaſionem ſenis nulla uoluit excuſatione corrũpere. Non fuit illud trepidatio, non tacita confeſſio. Quiſquis habet uenenũ, habet & quod reſpondeat de prehenſus. Fecit poſt hæc ſenex rem hominis quem non mouiſſet quicquid inuenerat, Non torſit mi niſteria cæci, & de ſcelere in quo ſolus nocẽs eſſe parricida non poterat, non explicuit ordinem quæſti onis, ſed quod plus eſt quam abſoluere, remiſit iuueni defenſionẽ. Vtrum deinde itellectis deterrimæ mulieris inſidijs filium pauliſper uoluerit exhæredatiõe protegere, & diligẽtius de patrimonio ſuo de liberaturus interim captauerit, ut uideret mulieris cupiditati iam non obſtare priuignus, an facillimũ fuerit, ut exhæredationẽ quoq; impetraret nouerca cæci ab hoĩe, cui tam multa perſuaſerat, cogitatio nibus ueſtris relinquo. Hoc tantũ dixiſſe contentus ſum, Teſtamentum continuo mutauit. Et ne quis miretur hanc feſtinationẽ, ſtatim ſubſecutũ eſt ut periret. An interfuerit iudices iuuenis huius ut uiue ret pater, qui iam alio moriebatur hærede, uos æſtimabitis, non interfuit ut occideretur. Facinus iudi ces quod illa nocte in cubiculo nouercæ, qđ in lectulo factũ eſt, domus tota ſenſit, nemo nõ ſibi uiſus eſt iuxta fuiſſe. Excitari ſola nouerca non potuit illo loco unde uenerat fragor. Cucurrit familia quo ſolicitos atq; trepidantes ducebat ſtrepitus, quẽ ſequebantur. Inuenerunt ſenem occiſum, nouercam iu xta cadauer ſic iacentem, ne ſtatim poſſent interrogare quis occidiſſet. Nuntiatũ eſt deinde facinus & cæco. Inuentus eſt (quod innocentiæ ſufficit) non a ſcelere rediens, ſtans in limine cubiculi ſui aĩo quo diſcurrebant uidentes. Vt deinde ferrum iuuenis inquireretur, exegit eadẽ utiq; quæ poſtulauerat de ueneno. Quod in lectulo gladius cruentatus inuentus eſt, non deprecor iudices quin contra cæcitatem non minus argumentum putetis, quam ꝙ inueniri potuit uenenum in parricidij ſuſpicione. Gladius cruentatus nouiſſima probatio debet eſſe, non ſola. Ignoſcite malorum periculorum metus, ignoſcite humana diſcrimina. Defenſionem iuuenis primum lachrymis gemituq; proſequimur. Perdidit infe lix patrem, perdidit & cæcitas illum ſenem, cuius oſcula, cuius amplexus imponebat uulneribus ocu lorum, cui præſtabat cæcus ut uiueret. Miſera innocentia, miſera debilitas, ꝙ te nouerca non ſic potius decipere maluit, ut biberes uenenum. Facinus eſt iudices comparationẽ fieri ut incredibile ſit parricidi um. Idem uos putatis efficere noctiũ merita, & affectus oſculis blanditijſq; quæſitos, quod nataliũ pi gnorumq; reuerentias. Nullas ego facilius perire crediderim, quam corpoꝝ charitates. Et licet matri monijs paulatim reuerentia grauitatis accedat, poſſunt tñ diſtrahi facilitate qua coeunt. Vxor eſt, quã iungit, quã diducit utilitas, cuius hæc ſola reuerentia eſt, ꝙ uideť inuenta cauſa librorꝝ. Aſpicimus ma trimoniorꝝ ſingula momenta rixantia, mutant quotidie domos, & ꝑ amplexus lectuloſq; diſcurrunt. Placet etiam poſt liberos alius maritus, & unde deꝑhendas omnium ſceleꝝ facilitatem, pñt non ama re uiuentes. Quid ſi huic uxoriæ utilitati nouercale nomẽ adiungas? Mulieri quæ poſt liberos induciť, matrimonij non contingit tota reuerẽtia. Quanto alios præſtat affectus diligere uitæ, lucis autorem? Liberi ac parentis non alius mihi uidetur affectus, quam quo rerum natura, quo mundus ipſe conſtri ctus eſt. Quiſquam ne mortaliũ confodiet illud ſacrũ, uenerandumq; corpus, quod põt ex ignibus ra pi, quo bñ conſumunť oculi? Non inuenio iudices quẽadmodum poſſet eſſe cõtra liberos ſalua reuerẽ tia. Non eſt difficile ut maritũ uxor occidat, ſi nõ eſt difficilius ut filius patrẽ. Non eſt iudices ꝙ putetis inter mulierẽ & uirꝝ de ſcelere quæri, neq; eſt ꝙ ſe nouerca ſexus occaſiõe tueať. Maior eſt cæcitatis in firmitas. Sũt & fœminis ad ſcelera uires, cũ habent cauſas uirorꝝ. Quinimo ſi interroges, faciliushæc pectora metus, odiũ, ira corrũpunt, & qm̃ non habent roboris tm̃, unde uitia mentiũ uincant, plerunq; facinus infirmitate fecerũt. Sane tñ illis ſceleribus ſufficere non poſſint, quæ diſcurſum, quæ exigunt laborem. Qđ uero tam muliebre poſſis inuenire facinus, q̃ occidere hominẽ iuxta te iacentẽ, aggredi ſe nem qui ſe tuis crediderit amplexibus, cuius ſomnos ipſa diſponas, ipſa cuſtodias? Omisalius ꝓcuſſor deꝑhendi põt anteq̃ feriat, uxor non ſentiť, niſi dũ occidit. Non eſt iudices incredibile ut occiderit mu lier hoĩem, quem diciť potuiſſe cæcus occidere. Facinus eſt iudices, ſi cæcos habere non credimus, niſi ne ceſſitatis innocentiam. Prima eſt infirmitas cæcitatis ut nolit. Falliť quiſquis hanc calamitatẽ non animoꝝ putat eſſe, ſed corpm. Totius hominis debilitas ẽ oculos ꝓdidiſſe. Et ſi diligẽter actus intueaˢ is hu manos, miniſteria luminũ ſumus. Cæcus nõ iraſciť, non odit, non cõcupiſcit. Et cũ corpa nr̃a uigorẽ de luminib, accipiant, pereũt cũ ſuis uitia cauſis. En ad qđ erũpant manus, quæ ꝓxima quæq; tãdiu quæ runt, manus quæ ſua quoq; miniſteria nõ explicant? Audebit quicq̃ corpus illud qđ ad ſingulos ſibi ui detur decidere motus, cui quicquid ante ſe eſt, donec exploreť, abruptum eſt? Facinus admittet in quo nihil ipſe facturus eſt? Facinus, qđ totũ credat alijs? Quid ſi cæcitas ſit quã fecerint ignes? nemo in incẽ dio ſolos ex homine perdit oculos. Tunc facies ſentit incendiũ cũ ambuſti defecere greſſus, cũ opponi nõ poſſunt ꝓ oculis manus, & ad lumina nr̃a flammas omnium membroꝝ uulneribus admittimus. Cæcum uel hoc faciet innocentẽ, ꝙ licet uiribus, licet ſufficiat audacia, non habet perſuaſionem homi nis, qui poſſit imponere. Nefas eſt iudices hunc iuuenẽ reliquarum debilitatum rõne defendi. Quam incredibile eſt ut ociderit patrem, qui pati non potuit ut perderet? Rogo quid opus gladio, quid uene no parricidæ? quantulum fuit potius ſeruare matrem? Rapiatur ex parentibus illa infirmior, illa peri tura, parricidium ſic facere potuiſti, ut optimus filius uidereris. Quantũ deinde impatientiſſimis affe ctibus putatis acceſſiſſe poſt cæcitatẽ? charior eſt pater cum in locum ſucceſſit oculoꝝ, & tunc eſt infi nita pietas, cum in illa debeas amare qđ feceris. Quid dicitis iudices? transferet in facinus hunc cæcita tis ſuæ iuuenis fauorem, ad quem quotidie laudatura ciuitas coit, cui aſſident omnes liberi, oẽs paren-

res? faciet se pietatis pariter & sceleris exemplum. Facilius est ut occidas patrem a quo sis seruatus. Nullius unquam iudices parricidij magis debuistis excutere causas. Cupiditas, inquit, iuuenem egit in facinus. Hoc si credibile, si uer? est, debet uideri, mulier hæres maritum, an patrem cæcus exhæredatus occiderit. Habeant sane iudices hanc nefariæ cupiditatis festinationē, quos uitior? ardor, quos quotidie luxuria præcipitat, quo cæco hæreditatem uel innocentē? oculi sunt, oculi per quos paupertatem ferre non possumus, oculi tota nostra luxuria. Hi nos in omnia quotidie uitia præcipitant, mirantur, adamant, concupiscunt. Facilius impleas animi satietatem. Quo per fidem diuitias iuueni apud quem omnium rer? diuersitas perit? Circundes licet hanc debilitatē fulgore, diuitijs, cæco tñ tunc magis cuncta desunt, cum contigerunt, nec inuenias debilitatem cui magis cum paupertate conueniat. Homo in honore parētum excæcatus, patrimonio sub patre melius utetur. Et quod per fidem parricidij genus iuuenis elegit? uenenum, inquit, iuuenis parauit. Cur per fidē, si sufficit ferro, facinus aggreditur, cui adhibere conscium, cui præstare debeat ministrum, cum maius habere possit in gladio parricida secretum? an postea iuueni succurrit quid possent facere manus, & si circa uenenum deprehensa debilitas collegit inde uires? Nemo iudices, nemo nescit quemadmodum possit occidere. Intellexit iudices nouerca quam incredibile esset, ut uideretur cæcus parasse uenenum. Igitur adiecit tētatam se, ut illud ipsa porrigeret. Date per fidem iudices operam, inuenite uerba, secreto priuignus & nouerca de parricidio loquuntur. Ita se non putat uterq; tentari? Quid dicitis iudices? Nullum ne in tota domo quod corrumperet, aliud parricida pectus inuenit? Difficilius hoc credas nouercæ, si te a nullo alio putes impetraturum. Non ergo iuuenis credit hæc omnes loqui cum patre? omnium blanditiarum primū esse sermonem? Nouercam timeas negantem. Non habet fidem ei credere parricidium, quem scias proditurum, nisi impetraueris. Per fidem iudices attendite criminis diuersitatem. Tentatam se in parricidij conscientia mulier affirmat. Quis uero dubitet nunquā hoc priuignum fuisse facturum, si habere cōscium potuisset alium? Atqui uenenum iam parauit, emit. Et cum hoc ipse facere non potuerit cæcus, quis est iste cui parricidij tm̄ instrumenta creduntur? cur non idem porrigit senex? uel si non potest decipi marītus nisi manibus uxoris, cur ante parricidium struitur, quā sciat an nouerca promittat? Nam quod uult uideri, promissam sibi partem bonorum, non est argumētum, nisi & ipsum probetur. Mulier quæ solicitatur ad facinus, quemadmodum sibi consulit ne illam parricida decipiat? Et probationes prospicere debuit, seu factura quod rogabatur, seu proditura. Adde q; neq; odit nouercam cæcus cui parricidium credit, neq; hæreditate corrumpitur, cuius contentus est parte dimidia. Nemo iudices parricidium faciet quo alius utatur. Exigo igitur ut istud parricidium cæci tu socia, tu conscia manifestius probes. Quid opus est ut iam uenenum iuuenis habeat? potius sermonibus nostris interpone testes, fac coram seruis loquatur, fac inter sint amici, fac audiat pater. Facillimum est cæci decipere secretum. Vtere mulier homine qui se commisit oculis tuis. Vtere uerbis quæ regis, manibus quæ moues. Volo uenenum ipse proferat, ipse porrigat. uolo te rursus in facinus hortetur, uolo plura promittat. Parricidium cæci deprehendi potest, dum tibi fatetur. Sed, inquit, inuentus est tenens uenenum. Exiguum argumentum nouerca de magna facilitate feciſti. Non accusas cæcum, sed ostendis. Homo expositus ad omnem occasionem, ad omne ludibrium, quem tactus, quem proxima quæq; decipiunt, quid refert, quid in sinu habeat ille quem deprehendere possis, qualem relinquas? A quo modo nouerca digressa est, cuius ordinauit uestes, tetigit sinus, membra composuit, uenenum potest habere sic ut nesciat, potest sic ut aliud putet. Si mehercule uolueris, tenebit palam, si iusseris, accipiat corā seruulis, coram amicis, & si uenenum non diceres, hauriet, bibet. Nullo magis iudices argumento potest innocentia cæcitatis intelligi, q̄ q; uidetur deprehensus iuuenis. Si parricida est, & exquiritur, hanc saltē sibi præstabit dissimulationem ne teneat uenenum. Neminē iudices credo mirari, q; iuuenis interrogatus cui parasset, uerba non habuit. Non fuit illud patris indignatio, non fuit dolor, uenenum iuuenis expauit. Auferunt nobis uocē quæ fieri posse non credimus, & silentium est admiratio subita miserorum. Nescit tacere deprehensor? scelerum trepidatio, & statim respondet illa cū suo sibi scelere parata defensio. Tacere facilius est deceptis, q̄ deprehensis. Quid per fidē facere uultis iuuenē, quē de parricidio consulit pater ille seruatus? miror hercule nō dixisse, uolui, sum uenefícus, sum parricida, & inuidiā putarem si confessus esset. Bene q; nescit iuuenis quēadmodum parricidiū neget, neq; habet illa deprehēsorum multa uerba. Venenum qđ tenet cæcus, ipsius est si illud excuset. Sed, inquit, exhæredatus a patre est. Poteram iudices secretū hoc senis profundumq; uocare consilium, contra iuuenem tñ esse non debet, etiam ut de parricidio crediderit nouercæ. Notum hoc iudices, ac uulgare facinus est, q; plerūq; contra liberos amant uxores, & sequentium matrimonior? non aliunde q̄ de damno pietatis affectus est. Genus infirmissimæ seruitutis est senex maritus, & uxoriæ charitatis ardorē flagrantius frigidis cōcipimus affectib. Quid q; necesse est impatiētius amet maritus uxorem, qui sibi uidetur filium iam perdidisse? Facillimum est de cæco parricidium credere, cum hucusq; erraueris, ut inquireres. Volo scire iudices quid fecerit homo senex, qui parricidam filium sciat. Non culeum parat, non illud porrigit uenenum, non saltem abdicatione dimittit, testamentum tantūmodo mutat, & parricida sola pupertate punitur. Rogo quis præcipitat, urget? adeo ne non potest fieri idē postero die? grauius hoc faciet pater si non præstiterit uxori. Quid q; hoc ipsum tā placide, tam quiete facit, quasi captet imponere? Quid dicitis miserorum parentum affectus? Exhæredaturus pater filium, non aduocat, ppinquos, non contrahit amicos, nullis lachrymis tabulæ, nulla uociferatione complentur, Nescis senex, quanta

tibi opus sit ratione tabularum, exhæredas miserabilem parricidã. Non est iudices quod putetis, ideo nullum adiectum ad exhæredationem iuuenis elogium, quia de scelere constaret. Nemo unquã ideo non obiecit filio parricidium, quia crederetur. Per fidem iudices duorum inter quos de scelere quæritur, æstimemus mutato testamento proximam noctem. Iuuenis, seu innocẽs, seu parricida est, adhuc in suo silentio stupet, nec facile dixerim unde maior trepidatio, si alienum tenuit, an suum uenenum. Nouerca rem inter manus habet anxiam, trepidam. Nihil est difficilius quã differre gaudium, quod scias te non mereri, & filio se esse prælatam non est longa persuasio. Expectat nunc ut iuuenis agat causam postero die, ut credulum senẽ propinqui, ut ciuitas uniuersa castiget, & se nouerca sensit unius tantum noctis hæredem, non creditur testamento hominis, qui eadem nocte qua filium exhæredauit occiditur. Tractemus nunc iudices ipsius sceleris comparationem. Cæcus ignorat ubi iaceat senex, an iã quiescat. Et quã difficile est ut credat illum qui modo de parricidio suspicatus est, dormire patrẽ? Tu sentis quando senem uicerit lassitudo curarum. Cæco quis renuntiat quod diei noctisue secretum? Scis pariter an una quiescentium fores uallauerit cura seruorum. Tu facere potes occasionem uxor & domina. Cæco fortassis ad aliud limen errandum est. Tibi hoc solũ restat ut ferias. Cæcus necesse est quietem patris ipsa corporum electione confundat. Tu iugulum, tu potes pertractare pectus, dum amplecteris. Nobis iterum limẽ casus, rursus reditus incerta tentanda sunt. Tibi restat ut statim membra cõponas, ut quiescas. Non sufficiunt facinus facturo solæ cogitationes, & uix tam multa pariter sciretis oculi. Per fidem iudices ab utro credibilius est occisum senem? a nouerca, quæ prospexit ut ãlius posset esse suspectus, an a iuuene, cuius inuidia periturus erat, etiam ut illum alius occidat? Intuemini per fidem iudices procedentem parricidam. Quos non ista uestigia frangant, rumpantq; somnos? Vestigia plura semper errantium, quæ non ualent suspensis prætentatisq; gressibus librare corpus, & quia diu incerta sunt nutantia, necesse est grauius premant solum cui crediderint. Quanto ex hoc plus acciat necesse est illa nocturni silentij quies, quod ambulantis cæci nec manus cessant, præmittuntur, explorant, & adesse se nuntiant? Illa per quæ complexus ueniunt, non sunt in potestate cæci, quibus totos se fateatur strepitu. Quicquid occurrit nequaquã potest euitare cæcitas nisi offensa, ut ambulare, ut ingredi nocte possimus, dies facit. Quammulta deinde supersunt postquã ad patrem peruentum est? Exploretur necesse est pariter iacentium prima diuersitas, uultus, ora tractentur, detrahantur uelamẽta corporibus, quæratur uulneri locus. Ita ex duobus neutrum excitat? Grauior semper dexteræ tractatus errantis. Paulatim deinde admouẽdus est pectori mucro, & nequa confundat ignorantia nimium liber ictus, præcedat oportet gladiũ manus. Vnde tm̃ uirium cæco, ut in uno statim ictu mors tota peragatur? Incertum uulnus sit necesse est, cuius impetũ non regitis oculi, nec possis custodire destinatum ferro locũ, dum ad colligẽdum uulneris pondus, dexteræ redire permittitur. Vtrum deinde iuuenis post uulnus unum continuo fugit? Et quemadmodũ scit, an facinus expleuerit? an potius expectat, ut de parricidio cadaueri credat? Ecce iterq; per eadem incerta redeundum est, omnia rursus periculose tentanda uenienti. Fidem uestrã iudices, ut nobis prosit argumentũ criminis nostri, cæcus si nec uenire, nec reuerti sine strepitu potest, neq; sic occidere potuit, ut deciperet nouercã. Te te hoc loco mulier interrogo, quæ tam grauis quies, ut te mors tam uicina non excitet? Paruulis noctium turbamur offensis. Excitant nos exigui plerunq; motus, uox incerta, longinqua, & aliquando ipsum silentium. Illorum sane iuxta te suprema non sentias, quos senectus lãguore sq; dissoluunt, hominis qui ferro occiditur tumultuatur exitus, & similis est repugnanti. Quid q; necesse est nulla mors inquietior sit, quã quæ statim tota est? Nam q; dormiens occisus est, non est q; sic æstimetis, tanquã per illam quietẽ transierit in mortem, sit aliquid necesse est inter soporẽ mortemq; medium, nec potest iungi tanta diuersitas, cum sit somnus ipse pars uitæ. Non multũ interest quietẽ nostram ratio uitæ rumpat, an mortis. Hominem qui dormiens occiditur ipsa mors excitat. Sane non habuerit supremam uocem, habet utiq; palpitationes, habet motus, & quicquid totus lectulus sciat. Et quando mulier seni tuo blandius implicita iacuisti? Siccine dormis, quæ modo turbasti totam domũ, cuius priuignus parricida, miser est maritus? Ecce uitalibus ruptis in amplexus tuos effunditur cruor, & fugiẽs per uulnus anima agit ante se anhelitus, agit crebra suspiria. En iterq; largus ille sanguis circa tuos duratur artus, stringeris deficientium rigore membrorum, non moueris, non expaueſcis, sed dormis per tot diuersitates? Non relinquitur quid aliud simulare possit mulier, cui necesse est iuxta eum inueniri quem occidit. Non est iudices q; incredibile putetis, ut quis perferat dormientis simulationem, nihil est quod facilius humana calliditas possit imitari. Sic quidam cadauerum expressere pallorẽ, & contra uerbera, experimenta telorum, mortiũ pertulere patientiam. Quanto facilius simulare possit mulier rẽ cuius imitationi sufficit clusisse lumina, laxasse membra, dedisse suspirijs modũ, & anhelitus negligenter egisse? Inter dormientem simulantemq; non est nisi conscientia. Nam q; ad tot uestigia, tot manus, tot pclamationes in eodem tenore durauit, nolite mirari, facilius excites dormientem. Et hæc est omnium natura rerum, ne quid diutius perferas, quã quod imitaris. Simulare somnũ habet & hanc facilitatẽ, q; uidetur similis excitato qui deprehensus est. Quid hoc esse uis mulier, q; te non excitet res qua domus tota turbat? Illam seruilis negligentiæ quietem, illos sine curis, sine affectibus somnos, illos qui non statim primo timore prosiliunt fragor noctis agitauit. Quantus deinde fremitus discurrentium tota domo? prima sunt euigilantium præsidia clamores, nec potest quieta res noctis esse auxilium. Minore strepitu commota es cum excitareris. Ecce cubiculi uestri fores trepide festinatoris effringuntur impulsu, en lumẽ

ſuper lectulum ingerũt multæ manus,& ad proſtratorum corporũ ſimilitudinem cubiculum gemitu,uociferatione completur. Tu iaces,& in cadaueris ſimilitudinem uſq; reſoluta es. Hoc tu quietem putas eſſe? Patientia eſt. Veſtræ iudices æſtimandum relinquo prudẽtiæ, ſtrepitũ quem in cubiculo ſenis fuiſſe confeſſi ſunt,qui illo potiſſimum concurrerunt,utrum putetis factum colluctatione morientis,an peracta cæde referẽtis gladium mulieris fuiſſe diſcurſum? An hoc quoq; inter artes nouercæ,ut omnibus ſceleris ſui partibus ſenſim quieteq; diſpoſitis, ipſa ad excitandam familiam fecerit ſtrepitũ, cui hoc ſolum ſupererat ut ſic inueniretur? Fragor quo familia excitata eſt,ſi redeũtis cæci fuit, deprehenſus iuuenis eſſet anteq; gladium referret,ut ſciatis iudices neminem fuiſſe in domo quem non fragor ille confuderit. Cæcus quoq; inuentus in limine eſt,ſicut ſolet ultro citroq; cõmeare. Iuuenis ſi intra ſuum patriſq; cubiculum facillime diſcurrit,quid adhuc in limine facit? Euaſit & fugit,gladiũ iam repoſuit. Et quanto facilius eſt cæco ſimulare ſomnos,uultum quietis imitari? Quod per fidem maius ſubitæ confuſionis argumentum eſt,q̃ q; cæcus exiliuit,& ſtetit? Grauius neceſſe eſt expaueſcant,quibus de ſolitudine ſua non renuntiant oculi, & concluſus animus non exit in uiſus, non habet unde timori ſuo par ſit. Deprehenſus eſt iuuenis ubi illũ deſtituerat impetus timoris, põt negligere cæcitas in cubiculo ſuo ducẽ, in quo oẽs dies,cunctaſq; noctes agit, iter qd' iã multis offenſis, multis edidicit erroribus. Extra limẽ cæcitas eſt, inde error, inde tenebræ. Nihil ẽ innocẽtius cæco, q̃ nec in ſcelere deprehẽſus eſt, nec in diſſimulatione. Proclamat hoc loco iuuenis,ut primũ,inq̃t,me pater fragor domus,& uelut tui cõfudere gemitus,iteq; tanq̃ te rapturus exilij. Tunc primũ miſer ſenſi facinus cæcitatis,ſteti donec mihi renuntiareris occiſus,& in illa diſcurrẽtiũ trepidatione tenui miſer otiũ timoris. O ſi numen aliqd' pauliſper accõmodaſſet oculos,primus in cubiculũ intraſſem patris,inueniſſem fortaſſis adhuc aliqua uerba moriẽtis loqui,interrogare potuiſſem. Tarda & trepida ſunt officia ſeruoꝝ. Ego te deprehendiſſem nouerca uigilantẽ. Sed,inquit,gladius cæci cruẽtatus inuẽtus eſt. Nõ eſt iudices cæcitatis audacia, de parricidio referre gladiũ,& hõ cuius paulo ante exquiſiti ſunt ſinus, non referret in cubiculũ ſuum ferrum quod non tegere poſſet, non abſcondere,& tñ cruentatum ſciat. Quis hanc iudices impudentiam ferat? Negat cæco ſurripi potuiſſe gladiũ mulier quæ ſe quiete defendit. Et quanto facilius eſt ſomnos decipere miſerorum? Grauior eſt quies, quibus exlaſſitudine calamitatum uenit. Cæco uero facile eſt etiam uigilanti ſurripere gladium. Quẽadmodum paratur argumentum, quædam facere nõ poteſt negligentia,& facilius eſt,ut cæcitatem imitentur oculi gladium cruentatum reponentes. Haſtantum cauſas habet qui occidit alieno. Sentio iudices iamdudum indignari miſerrimum iuuenem,q; argumentis,quod probatione defenditur, reddenda ſunt maximo uirorum patrocinia tam piæ cæcitatis,& agenda reliqua pars cauſæ admiratione. Intueri mihi iudices uideor expeditiõis illius incredibilem nouamq; faciem. Vadit rapto patre iuuenis per ardentes creſcenteſq; flammas,dicturum me putatis,ut euadat,ut fugiat? Properat miſer ut reuertatur. En membra contactu ſtringunt ignium. Patter tamen toto cooperitur amplexu,& ardentibus tunc quoq; pene luminibus, texerunt manus alteri us oculos. Hoc nũc me putatis ſtupere,mirari,q; huic iuuenis oneri per medios igniũ globos,& ruẽtia tecta ſuffecit? Illud eſt cui uix habere poſſit mortalitas fidẽ. Viſus eſt ſibi feciſſe rẽ facilem. Quanta dij deæque pietatis audacia eſt ire rurſus in flammas,illo ubi patrẽ pene perdideris? Iam non erat illud penates,iam non erat domus,ubique tñ iuueni uidebat ardere mater. Iam miſer undique flagrantib,mẽbris cum diſcurrentẽ clauſiſſet ignis,(qd' ſolum ſupererat uirium genus) matrẽ quærebat oculis. Non fuit illud primum ignium,perire lumina candentia, non protexerunt flagrãtem ſua membra faciem, & oculi quærentibus matrem manibus arſerunt. Rurſus infelix totum tactu perluſtrat incẽdium,& unde maximus eſt collabentium culminum fragor,illo debilitas tanq̃ inuẽtura reuocatur. Solus oĩm ſeruatus eſt bñficio cæcitatis. Protrahatur iudices ſi uidetur in medium reus, plurimũ probationibus adijcere debent truces uultus,terribilis, minaxque facies. Hic eſt iudices qui dicit tota nocte diſcurriſſe. Hic ille circumſpectus,hic ille felix parricida. Receſſerunt cuncta debilitatis officia, & hominis quiſe. Hic ille circa genua ueſtra ducendus eſt,non eſt qui dirigat greſſus, nõ ſeruuli ſuperſunt,non penates. Reſpondete per fidem,reſpondete mortales,utr; hic patrem occidit,an perdidit? Quid agis infeliciſſime iuuenis? rogandũ eſt, neque habes totas pces, perit ille ueſter ambitus,ueſtra miſeratio,ſed nefas eſt ut reatus iſte ſentiat debilitatis aduerſa. Nos agedũ iuuenis duc,immo noſtris humeris, noſtris manibus innitere, nos tibi preces, nos accommodamus oculos. Quid aduerſaris infelix? Quid repugnas? Scimus te non rogare pro uita,ſed dura miſer,dura ſaltem,uiue dum uincas, decet te hic quoque uirtutum tuarum cumulus,decet ut dígneris moriturus abſolui.

Argumentum declamationis. III.

Bello Cimbrico miles Marianus tribunum ſtuprum ſibi inferre conantem propinquum Marij occidit, reus eſt cædis apud imperatorem.

Pro milite contra tribunum.

SAtis dedecoris atque flagitij caſtra ceperunt, cum hæc furenti tribuno mens ſubiecta eſt, ut in medio belli Cimbrici ſtrepitu ante ſigna (tuus honos ſit habitus ſanctiſſimis auribus,) iuberet proſtare gladio cinctum,& uim turpiſſimam ac nefariam tentaret inferre (nequid aliud dicã) fortiori. Habet extrema labes uiam,& in exẽplum in quod facillime uitia proficiunt, noua culpa pernotuit,

& licet impunita sit reo uirtus sua, tamen in hoc ruentis in deteriora seculi cursu affirmo, plures erũt qui tribunum imitentur, q̃ qui militem. Etsi nihil minus conuenire uidetur partibus aduocati summe imperator, q̃ reo capite periclitanti subsidium miserationis auferre, memor tamen pro quo, & apud quem loquar, audacter atq; ut spero, tuto profiteor, militẽ tuum quicquid afferat casus hodie, sub ipso fortunæ minantis ictu stare securum. Aut enim absolues tanquam innocentem, aut punies tanq̃ uirũ. Fas est uita periclitari, qui natum se meminit lege pereundi. Neq; in militiam grauissimo asperrimoq; bello ita uenit, ut nesciret sibi mortem in procinctu habendam, neq; tam imbellis, ut non forti pectore aduersa, dum non inhonesta, toleret. Affirmo tibi C. Mari, non sic nuper repugnasset, si illum tribunus uoluisset occidere. Neq; ignorauit quæ manerẽt eum pericula, cum obscœnos furiosi corruptoris amplexus gladio diuelleret. Nec habeo sane quid in milite præsertim tuo laudem, si pudicus est tantum, quia expedit, nec si sit uitæ cupidissimus, pœnitere eũ facti sui põt. De interfectore corruptoris fortasse dubites, illud utiq; scio de impudico milite non deliberasses. Hunc uero C. Mari (defendatur enim tam fortiter miles tuus, q̃ iudicatus est) nec si damnaueris pœnitebit. Si forsita tulerit, ibit ad pœnam pleno gradu, tam paratus mori pro pudicitia, q̃ occidere, laudemq; perpetuam fortissimi pudoris secum feret. Omnis licet delatorum uis ingruat, nunq̃ tamen effici poterit ut miles tuus magis doleat q̃ accusatus, q̃ quod appellatus est. Sed neq; hoc Mars sparens, nec signa militaria aquileq; uictrices, nec tua summe imperator diuina uirtus sinat, ut tua quoq; sentẽtia quisquam uir & Romanus & miles nimiũ pudicus sit, apud quẽ ante principia gerendum est. Ecce cũ maxime hoc agit, ut inter Romanor̃ legionũ manipulos scorta deligere, & ad stuprũ trahere sacramẽto rogatos posthac liceat ex decreto tuo, nec pudet accusatorem apud C. Marium (quod exẽplum diuinitus nobis datum uidetur, quid in homine uirtus possit) assidentibus legatis præfectisq;, & istis illi prodigio dissimillimis tribunis, toto armator̃ iudicio, obr̃cere militi q̃ uir sit, tantumq; durũ ac rusticum, & parum meretricijs artibus queritur educatũ. At ego siqua est fides, pudicitiam in milite etiam laudare erubesco. Fœminarum est ista uirtus. Aliter mihi laudandus est uir fortis, idoneus bello, promptus ad pericula, præstantis animi, libere dicam, dignior q̃ tribunus esset. Hoc em̃ propinquo Mari nõ erubescerem. Pater huic emeritis bello stipendijs tũc cum tota subnixum Numidia fregimus Iugurtham, exautoratas armis manus agresti labore subegit. Prædura priscis moribus mater, frigoribus ac solibus perusta, & in pleriscq; ruris operibus marito particeps. Affirmo q̃ nemo appellasset impune. His ortus ipse procul ab omni cõtactu recesserat, pueriles quoq; annos aliquo semper opere durando, sequi pecora primo, arcere gregibus feras, aliquid sp̃ audere maius annis. Ludus fuit rotare saxa, uibrare iactu sudes, saltus agitare uenatu, mox uigẽtibus lacertis humũ scindere, segnẽ futuris noualib⁹ eruere syluã. Sic effectũ est, ut (quẽadmodũ aliqui putãt) posset cito militare. Interim ex ultimo littore oceani, & dirempta frigoribus plaga, gens a rer̃ natura bene relegata, stolida uiribus, indomita feritate, insolẽs successu, nec minus animorum immanitate quam corporum belluis suis proxima, Italiam inundauit, nec tamen tantum in sua, quantum luxuria socordiaque nostrorum ducum elata, dum nos in bello quoq; uitia pacis sequũtur, & delicati sumus etiam miseri, uastitatem agris, solitudinem iuuentuti, periculum imperio, ac prope exitium attulit, apparuitq; nunq̃ populo Ro. ad propulsandam perniciem magis uiris opus fuisse. Itaq; cum appareret soluta militiæ disciplina, & non minor nobis pugna cum moribus esset, q̃ cum hostibus, ad unicum Cai Mari cum uirtutis tuæ, tum sanctitatis seueritatisq; præsidium cõfugimus. Et mehercule festinarunt parentes ad nomen liberos mittere, quamuis asperrimo bello, uelut occasionẽ cõplexi, ut sub te ponere rudimenta militiæ cõtingeret, cernere quotidie diuinæ uirtutis exemplum, te hortatorẽ operum habere, te testẽ. Et cum hæc cõmunis totius exercitus esset felicitas dux Marius, tamẽ (o facinus indignum) plus reliquis consecuti uidebantur, quibus tribunus contigerat propinquus tuus. Quanta cura robora militum legeris imperator, ut hostibus prope humanas uires excedẽtibus opponeres parẽ delectum, uel ex eo manifestum est, q̃ cum scires non ex censu esse uirtutẽ, præterita facultatum contẽplatione, uires tantum animosq; spectasti. quid prodest ẽ quanta delectui tuo fit inuidia, diceris aduersus Cimbros puerum probasse. Sed neq; te militaris ætas fefellit, cuius certissima mẽsura est, posse fortiter facere, neq; illa libido fuit saltẽ uitijs usitata, quę ad obscœnos Veneris impetus formæ cupidine incẽditur, sed quidã perditus cõtumelię amor, ac summa flagitiorũ uoluptas inquinare honesta. Hoc ipsum q̃ primus ante signa procurrit, q̃ ueteranos tyro p̃cedit, q̃ redit puluere, et cruore cõcretus, istud istud q̃ tã uir est. Vulgaria sunt irritamẽta cupiditatis, forma, ætas, singularis res est fortis cõcubinus. Illas cicatrices, illa uulnera, illa tot eximiæ decora militiæ, quid exequar ultra? Imperator pudet me quod intelligis, transeo oblatam nolẽti munerũ uacationẽ, & blãdius q̃ militiæ disciplina postulat adulatum militi tribunum, imperatas asperrimas expeditiones, ut remitterẽtur, sæpe ordinis, sæpe affinitatis tuæ iactatam gratiam. Cõfitemur C. Mari, diutius uixit obscœnus corruptor, dum ista miles non intelligit. Non audeo dicere imperator, concipe animo temporis illum habitũ, reforma cogitationes tuas, in alijs forsitan causis permittitur indignitatẽ rei or̃one exaggerare, de iniuria nostra latine queri non possumus, parcẽdum uerbis est, inhibẽda magna ex parte ueritas, p̃uaricandum mihi est si pudorẽ habeo. Collatis cũ hoste grauissimo cõminus castris, cum totum bellum quodam genere ad pedem uenisset, & oĩm mẽtes imminẽtis pugnæ cogitatio implesset, circunfremente undiq; barbaro ululatu, Romano militi pro uallo excubanti meretriciam obscœnæ libidinis patiẽtiam aliquis imperat? Suũ q̃sq; habeat fortasse iudiciũ, mea sn̄ia non satis pudicus ẽ miles,

qui armatus tantum negat. Hoc expositionis loco imperator malo accusatoribus credas, Illi narrarũt, rem uiro & Romano & milite tuo dignam, tantumq; non ardorẽ luminum, horrorẽ capillorum, fremitum indignationis ante oculos dicendo posuerunt. Ad primum statim obscœnæ libidinis sermonẽ non aliter q̃ si in hostem classicum cecinisset, gladium illum quẽ a te pro pudicitia nostraq; coniugum acceperat, per pectus infandi corruptoris exegit, & in latus ultra pedem. Si oẽs milites tales habemus Mari, uicimus. Verebar equidẽ ne fugandi corruptoris causa ferq; strinxisset, & (quod accidere interim solet) dum alter recessuq; putat, alter pcussuq; nõ putat, tã honestũ opus casus fecisset. Neq; eñ (ut opinor) hoc quoq; exigẽdum fuit, ut cũ cæcus amẽtia corruptor per uulnera ipsa rueret ad prendẽdos amplexus, miles etiam gladiũ reduceret. Ego uero paq; uiriliter istum indignatũ puto, si in tanto dolore tribunũ potuit agnoscere. Ipse nihil excusat. Percussi, inquit, C. Mari, segniusq; occidi, hausi noxiũ ultrice dextera sanguinẽ, siue licuit, siue nõ licuit. Atq; utinam plures mortes cepisset, ut impuq; spm renascens pœna torqueret. Parum seuere militarẽ redeuntibus supplicijs disciplinam cõtinemus, si tribuno post hoc factum bñ cessit q; occisus est. Reum ergo cædis non inficiatione defendam, uiro forti præsertim & innocenti nihil facere conuenit, quod negandum sit. Non abnuo crimen, immo si accusatores tacerent, ipse narrassem. Obijcite igitur, sed ut delatores decet, totum. Verecundissimum enim militem apud sanctissimas imperatoris aures minus pudet confiteri q̃ queri. Parum ne dedecoris subimus, q; non de honoribus fortissimi uiri quæritur, & ut longissime uota procedant, rem honestissimã militi fecisse impune erit? Damnetur etiam, & pudicitiam supplicio pendat. Conuenite legiones, intẽdite animo sancto tracta undiq; auxilia. Lex dicitur castris, nec pauci sunt qui hoc nolint licere, illud uelint. Non mehercule possum tenere, quo minus in accusatorem dolor meus erumpat. Quid dicis? Tu si tribunus esses, hoc fecisses? Si miles esses, hoc tulisses? Date præcepta, componite disciplinam. Miles hac contumelia percussus est, indignis uero uocibus contaminatus nihil amplius quam renuet? Et quis non illum inter prostitutos habeat, si commiserit ut possit iterum appellari? Neget tamen, & ultionem iniuriæ suæ differat. Ita puto cum illuserit tribunus, queretur: Inijcitur manus, & ab assignata statione miles abducitur, ut stuprum patiatur: Vos interrogo accusatores, quid faciet? feret libidinosas manus uulnera sua tractantes? deponet arma, an reponet? Vir est enim, autorẽ habet, hoc primi ordines iubent, æquum est tribuno militem parere, in diẽ sperare etiam processus potest. Pro hoc merito accipiet fortasse uicem, ordines ducet, & sub illo alij militabunt. Si hæc conditio causæ est, si defensio sui non permittitur, indicate, prædicite, si corruptorem non licet feriri, feret. non eñ potest nuda manu repelli, memẽtote, corruptor armatus est. Implicitus tñ infando nexu, cogitate q̃d sibi fecisset, utrum sit si plura despiciat, immo si uidetur, quo iustius queri possit patiatur, istud uero flagitiũ in conatu pereat: nam si libido ad uotum obscœni corruptoris processerit, duo occidendi erunt. Libere itaque dixerim, C. Mari, quam de fortissimo milite sententiam feras, magis tua interest, huius quidem gloriæ nihil plus adijci potest, q̃ si pro re tam honesta moritur, hunc mirabitur sola uirtutum incorrupta testis uetustas, hoc factum patres liberis uel post pœnam præcipient. Tu cogita quid te sensisse homines sciant. Hoc exemplum in neutram partem potest taceri. Cogitare certum est id quenq; cum iudicat, probare quid in re simili ipse fecisset. Omnibus eñ ad uiríle robur per pueritiam iter est: & iam contra libidinẽ maturuisse non prodest. Recognosce incremẽta tua, & honestam tantæ magnitudini memoriam pristinæ tenuitatis. Sine dubio te ad tot consulatus, & actos aut destinatos triumphos diuina uirtus tua sustulit. Memento tamen, & tu sub tribuno militasti, nec ad hoc fastigium dignitatis tam breui tibi uenire contigisset si sero cœpisses. Dicam nunc ego præcipuam sp curam Romanis moribus pudicitiæ fuisse. Referam Lucretiam, quæ cõdito in uiscera sua ferro pœnam a se necessitatis exegit. & ut q̃primũ pudicus animus a polluto corpore separaret, se ipsa percussit, quia corruptorem non potuit occidere. Si nunc placet tibi miles, quid ego Verginium narrẽ, qui filiæ uirginitatẽ, qua sola poterat, morte defendit, raptumq; de proximo ferrum non recusanti puellæ immersit? Diuisit illi solum Appium, quẽ tamen populus Romanus secessione a patribus, & prope ciuili bello persecutus in uincula duci coegit, neq; ulla res tum magis indignationẽ plebis commouit, quam quod pudicitiam auferre tentauerat filiæ militis. Hæc sunt honesta, hæc narranda fœminarum exempla. Nam uirorum quæ pudicitia est, nisi non corrumpere? Non sit mihi forsitan querendum aduersis auribus, seculi in tantum uitia regnare, ut obscœnis cupiditatibus natura cesserit, ut pollutis infœminibus, seculi in tantum uitia regnare, ut obscœnis cupiditatibus natura cesserit, ut pollutis infœminibus uineam usque patientiam maribus, incurrat iam libido in sexum suum. Finem tamen aliquem sibi uitia ipsa exceperunt, ultimumq; ad hoc huius flagitij crimẽ fuit, corrupisse futurum uirum. Hoc uero cuius demẽtiæ est? in concubinatum iuniores leguntur, & in muliebrẽ patientiam uocatur fortasse iã maritus. Ego uero gratulor militari disciplinæ, gratulor opinioni castrorũ, si huius mẽtis tribunus in hũc primum incidit. Ita ne tandẽ (iuuat eñ uelut præsentis insequi furorẽ) scorta tua stipendiũ merẽtur, & sub signis exoletos trahis? Ideo meretrices ab exercitu submouentur, intrare castra fœminis non licet? Ita puto, non opus est, Militem, hoc est plusquam uirum, iamiamq; in acie staturum, cui pro uirili portione salutem suam patria commisit, appellas. Fortasse classico sonãre, ideo stationes circuis, ideo uigilias ambis. En quem tribunum faceres, cum prætextati militabant? Non hic profusus est furor? non manifesta dementia est? Vides munitum gladio latus, loricam ferro asperam, clausam galea faciem, & ad terrorẽ belli cristas minantes, inscriptũ in scuto C. Marij nomen, totum deniq; uiq; Martio habitu horrentẽ. Hic tibi cultus prostituti uidet? Appellabis de stupro? uim afferes? Quid deinde

expectas,ut ille te tribunum putet, cum tu illum non putes militem? Vacat enim uitijs nostris, & ad omne uotum fluente fortuna lasciuit otium,aut in eo saltem statu respublica est, ut ad restituēdam eā satis sit milites impudicos non esse. Non de prolatando tibi imperio res est, nec transmarinas (ut nuper)prouincias petimus,de Italiæ possessione certatur, pro aris focisq; constitimus, an hæc omia igniferroq; uastentur,an nobis caput barbarus hostis excidat,an cimbrice loquendum sit. Vita omnium nostrum & salus (pati nanque aliud ne sub hoste quidem uiri timemus)in ultimum discrimen adducitur. Influxit Italiæ inaudita multitudo,quam ne ea quidem potuit sustinere terra quæ genuit, inusitata corporum magnitudo,mores etiam Germanis feri. Strage nostrorum campi latent, iam fugatorum Carbonisatq; Syllani sub comparatione felix militia est. Iacet post amissum Scaurus exercitum, Seruilij Manlijq; bina cum tot legionibus castra perdidimus. Gens maiorem terrarum partē uictorijs peruagata,tantum in Mario stetit. Libenter te imperator interrogo, in hoc rerum statu tales milites habere malis,an tales tribunos? In tanto belli discursu, ne concessæ quidem ueneri dares ueniam. Nā quo ad altiorem quisq; honorum gradum extenditur,magis in exemplum spectantibus patet. Cum alij excubent armati,alij claustra portarum tueantur,alij uallum fossasq; scutis innixi cingant, cibum ipsum stantes capiant,tribunus inter scorta uolutabitur? & has solas uigilias aget? ac neideo quidem breuem saltem frugalitatisperferet simulationē,ne hoc ipsum facere milites sciant? Age porro si uideret tribunus, & hoc ad te factum imperator deferremus, circūstaret uniuersus exercitus, nec hanc militiscontumeliam,sed militiæ putaret,quid ageres? quid constitueres? Beneficium accepisti Mari, beneficium,non habes necesse propinquum tuum occidere. Nam si uere æstimemus,imperium Po. Ro.ad hanc diē militari disciplina stetit. Nō enim nobis aut multitudo maior est q̄ cæteris gentibus, aut uehemētiora corpora q̄uel his ecce Cimbris,aut maiores opes q̄ locupletissimis regnis,aut mortis cōtemptus facilior q̄ pleriscq; barbaris causam uitę nō habētibus. Principes nos facit seueritas institutorū,ordo militiæ,amor quidā laboris,& quotidiana exercitatione assidua belli meditatio. Itaq; plura pene moribus q̄ uiribus uicimus, cū captiui quoq; sancte habebant, & cōtumelia etiā hosti aberat. Quæ omnia longa superbæ nobilitatis inter missa luxuria tui nobis mores retulerūt. Dij ꝓfecto magnitudinē tuā curant imperator,ac dirigūt, qui tibi super cęteras laudes obtulerūt tā honestæ sentētiæ occasionē,ꝙ miles fortiter fecit,si absoluis, tuum exemplū est. Nisi forte hoc me pturbari putatis,ꝙ tribunus fuit. Ideo hercule turpior,ideo morte omni dignior. Hæc em̄ conditio superiorū est,ut quicquid faciūt præcipere uideantur,& pernicioſissimus est malæ rei maximus quisq; autor. Quis continebit militiam? Quis castrensis disciplinæ præcipiet seueritatē? Quis te imperator maioribus curis districto,delicta militū coercebit? Tribuni corpus & peccatū corriget? Ad quem confugiam? cui querar? Sic fit ut necesse habeamus ipsi nos uidicare. Tribunus fuit,& hic miles fuit. Tribunus,hoc dicis, cui parere caligatū lex iubet, qui non solū militibus,sed centurionibus prępositus, partē quandā imperatoriæ potestatis obtinet. Ita,opinor, contra iura castrorū fecerat miles,etiā si tātum negasset. Nescit quod istius honoris fastigium,quæ potestas ordinis, tyro est. Age si ad te C. Mari aliquis impudicum militem detulisset,ferres dicētem, Tribunus me iussit? Quod si par in utraq; parte delictum est, hoc tamen crimen militem saltem decet, Tribunus fuit. Videor mehercule imperator oblitus mediocritatis meæ,cum uix unius defensioni sufficiam,quædam ꝓ uniuerso dicturus exercitu. Omnes has quæ circūstetere legiones,florem Italiæ,ciuium socioꝝq; robora una uoce ꝓclamare apud tribunal existima. Non ignominiæ tribuni parere possumus, nemo nostrum recusat itinerū laborem, nec inuisum super arma fascem,non æstiui solis ardorē,nec sub pellibus actam hyemē,ferienda sit fatigato fossa,pro uallo portisq; uigilandū,fortiter ancipites inibimus pugnas,uulnera laude pēsabimus, mors erit ignominia potior. Quicquid in pugna patimur uirorū est, Imperet asperas tribunus expeditiones,si quo uertice montis hostis pellendus est,si interinfestos armatis saltus speculandū, fæuiat denicq; in terga uerberibus,exigat seruilē plagarū patientiā,leno etiā seruis excipiē,fortasse hac lege captiuos uendes. Si meretricia imperat necessitas,si aduersus obscœnā uim corruptoris arma tantū cōtumeliæ causa habemus, potius castra capiantur,& uim tribuni interpellet Cimber. Nihil tale nouere Germani,& sanctius uiuit ad oceanū. Quid futurū est imperator si ad pudicitiam militū pertinet uinci? An ignoramus imperator quanta quondā Po. Ro. exarserit seditio,cū ex domo fœneratoris addictus lacero uerberibus tergo prorupisset in publicū,& illas supplicioꝝ notas tulisse se quereret,ꝙ uim corruptoris pati noluisset? Et ille tamen quanq̄ hoc flagitium conatus in addicto ac pene uix libero,uidebat aliquatenus memor fuisse Romanæ sanctitatis,qui uim obscœnissimā nō tētauerat nisi aduersus alligatas manus. Eo tū usq; Po. Ro. uindicta ꝓcessit,ut ardentibus bello finibus ad delectū nemo responderet, nisi & pœna corruptoris & abrogatione legis satisfactū esset. Nolebāt militare,quāuis hanc iniuriā non miles acceperat. Quid de Fabio Eburno loquar,qui filium impudicū cognita domi causa necauit? Iam iā commilito quicunq; casus manet, etiā si imperator te damnaturus est,habes solatium, satius est quam a patre occidi. At propinquus C. Marij fuit. Corrumpitis iudicē,& animo alioqui leui graue pondus imponitis. Propinquus tuus fuit. O rē omnib⁹ narrandā,cū absolueris. Nā si quid tibi iudicādi fides tua causa facere permittit,cogites ꝓfecto,quantū tibi hoc ipsum apud æmulos,quos uirtutibus offendis, allatura sit inuidię,cū uideberis aut corruptorē militis iudicasse innocentē,aut ꝓpinquum tuū etiā uindicare nocentē. Olim iā imperator inter fulgētes uirtutes tuas liuor locū quærit,& natura quidē oībus nouitatis incremētis aduersa nobilitas, tuis tū laudibus pressa et obruta, rimat occasionē criminū, Qui

si bene inuidiam noui, hoc quoq; tibi obijcietur, q̄ saltem propinquus tuus peccauit. Quare abdicandus & eiurandus est non tuus sanguis. Certe nihil minus committēdum, q̄ ut ulciscaris hoc flagitium in eo præsertim, qui apud malignos poterit uideri te permittēte fecisse. An ille si unq̄ cogitasset se esse propinquum tuum, non has uirtutes tuas, inter quas fortuna tua minima est, cum ei uelut propius cō templari licuisset, toto pectore haurire debuerat? Non huic affinitatis suæ felicitati referre gratiam? Milites te melius imitantur. Quod si post hanc mentē uiueret tribunus, necessarium forsitan erat hac quoq; eum premi inuidia, q̄ ista fecisset Marij propinquus, q̄ ex ipsa stirpe uirtutum sustulisset se flagitij soboles. Nam cū bene sit liberata probro familia, quid attinet illud subinde Mario obijcere? Optimum fuerat nō habuisse talē proximum, aut libenter perdidisse. Perorata imperator, ut mediocritas ingenij mei tulit, causa, scio commēdationis partes esse reliquas, sed has supuacuas facit sanctitas tua. Quid em̄ uerear ne noceat reo humilitas apud te, cui uel gratior potest esse nuda uirtus, apud quē maximum est ex se cœpisse? Commendē tibi ordinem caligati militis, quem uelut incremētorē tuorum natalem libēter ab alto respicis? Adhuc fortasse patritium ualuerit genus, sed ductum tuis longa serie dignitatis ordinē ipsa uirtutum conditione meliorem fecisti. Nondum potuit altius procedere uir ad huc huius ætatis, tamē cum uirum fortem, cum dignum tuis castris, tuis auspicijs probarim, commēdo tibi quicquid melius miles fieri potest. Hoc quidem profecto non expectas, ut in extrema actione miserabili fletu, & humili obtestatione uitam genu nixus petat, nec tu rogari ab innocente exigis, nec uiro forti opus est precari absolutionem. Vnum rogat, ut si quid de causa illius dubitas, desdilationē usq; ad proximum prælium, pone in prima acie, pone ante signa (fortiter dixerim) non inter tyrones, ubi plus periculi, quo maximus hostium globus ingruet, specta pugnantem, affirmo tunc minus ignosces tribuno. Liceat ire in aciem, congredi cum hostibus. Si perire debet, rogat te imperator miles tuus, opera mortis suæ utaris feliciter.

Argumentum declamationis. IIII.

Vir fortis optet præmium quod uolet. Qui causas uoluntariæ mortis in senatu non reddiderit, insepultus abijciatur. Quidam de partu uxoris mathematicum consuluit. Is respondit uirum fortem futurum qui nasceretur, deinde parricidam. Cum adoleuisset, qui erat natus, bello patriæ fortiter fecit, reddit causas uoluntariæ mortis. Pater contradicit.

Pro filio contra patrem.

POsitus patres conscripti, in ea conditione tristissimæ sortis, ut nec morte dignus sim, nisi me parricidam putetis, nec præmio, nisi innocētem, adeoq; ludibrijs miseræ sim diuersitatis uel necessitatis implicitus, ut impetrandum a uobis habeam odij mei fauorem, quæso præter omnia, quæ ante hoc tempus circa nos ordo prędictæ ueritatis explicuit, attulisse me credatis urgentium malorū probationē. De parricidio uenit, q̄ occidere me possum: de fato, q̄ mihi non licet mori. Nō solū mathematicus seculo tēporibusq; prædixit has manus, sed & ego me parricidiū credo facturæ, plus q̄ responsum q̄ sacræ artis triste præsagium est, quod mihi sic minatur animus meus. Nō habeo infelix in cogitationibus meis unde nō timeam, & facinus, quod sibi pro me pietas patris, quod singulorū innocentia rogat sentio, patior, agnosco. Ne quis me tm̄ laborare putet miseræ persuasionis errore, accipite cur non possim dubitare de fato: Parricidiū credit, qui facturus est: non timet, qui periturus est. Ante oīa igit̄ a grauitate publica peto, ne pro tota innocētia mea contēri sitis hoc, q̄ uolo mori. Nec quia uideor contēdere cū mathematico, uincere necessitates, expugnare fatū, ideo mihi bn̄ credi putetis & uitam. Aliud est facinus, nō eē facturæ: aliud, mori uelle ne facias. Quinimo (si qua est fides) hoc quod uos constantiam putatis, infirmitas est, q̄ ad suprema confugio, aim̄ meū noui. Nouissima uictæ mētis integritas est in mea potestate, breui non habeo nec mortē. Fidē uestram P.C. ne quid amplius de misera pietate speretis. Qui mori uolo ne parricidiū admittam, non inuenio quēadmodū illud possim non facere uicturus. Nam quod ad patrē pertinet, qui me retinet uiuere nolentē, non miror, q̄ adhuc recēti gloriæ nostræ gaudio stupet, & in opera mea totus oculis aioq; cōuersus, parricidā non uidet p uirū fortē. Hic est animus, quo me q̄uis de nuntiatū prædictūq; seruauit, & cū incertis adhuc dubijsq; uirtutibus præstiterit ut uiuerē, præstat meritis actisq; ne moriar. Nūc ille, quod pietate, q̄ uideor istius perire reuerētia, uocat parricidium suū, & in orbitate quā sibi facere uidetur, non remedium meū, sed suū spectat affectū. Filius qui uult mori ne parricida sit, aliter sibi uideē remunerari non posse, q̄ ut ipse moriat. Merito prosus, merito miserę senē, tristes solicitudines, & prescij metus ad mathematicū & responsa miserunt. Debui uir fortis nuntiari, parricida prædici. Siue em̄ miseræ coniugis prodigio sa fœcunditas tumultuosis pulsibus maritales inquietauit amplexus, seu per anxias noctes diroq; somnos feralibus senex imaginibus agitatus dicitur ad notissimū sacræ artis antistitē, non spes, nō auida uota, sed suspiria, metus, & præsagiū magni nescio cuius incerti detulisse pallorē. Quid aliud hoc esse uultis P.C. q̄ primā fatalis instinctus necessitatē? De partu uxoris nō potuit nō interrogare, deinde nō credidit. Referā nunc P.C. cuius artis, cuius fuisse dicat autoritatis, quē putauit adeundū, qui sic timebat. Homo qui (quod certum habeo) plurimis meruerat experimentis, ut ad illum uelut ad oracula deorū, plenunq; sacro spū pectus, hoim̄ solicitudines metusq; confugerent, dicitur inspecta totius ratione cæli, digestis sideribus in nūeros, ad publici priuatiq; fati stupuisse conspectū, & tanta prosperorum tristiumq; congerie magis ipso consultore perterritus, diu non cōmisisse uerbis, quod uidebat. Sed o uirum grauitatis antiquæ, dignumq; cui se fatorū arcana nudarent. Cum partus de quo quęre

batur,multa præstaret propiora prospera,lætos incipientes annos,non fuit contentus meliora prædicere,sed(quæ certissima est uera proferentium fides)quicquid deprehenderat protulit in medium,& proclamauit futurꝰ uirꝰ fortē,deinde parricidam. Quis unquam P.C.fidutia maiore respondit? Cū summum facinus denuntiaret,ante se dixit probaturum. Fecerat profecto P.C. interrogando mathematicum pater,rem non educaturi,si quid tristius comperisset,nisi hoc primum de fato fuisset ut uiuerem. Sed nec mathematici fides circa momentum aliquem ve cessauit ordinem,nō numerus fefellit, non sexus in partu,non iuuenta,non robur. Illa quoq; quæ uelut extrinsecus consentiebant, affuere responso,bellum,hostis,acies,ad illam ipsam qua fortiter facere poteramus,ætatem. Pater uero periculi sui denuntiatione nō territus,arma mihi,proh tristis necessitas, arma ipse circundedit, & suis ad pugnam manibus aptauit,tanq̄ mathematico id iam credidisset. Quis miretur quod responsum non contempserit,dum sperabat ut fortiter facerem? Mori me non uult,& iam non superest nisi parricidium. O mors laudanda fortibus,expetenda miseris,non recusanda felicibus, quantū te quæsiuimus in bello. Tuli enim(deos testor)in aciem,tuli non uirium iactationem, non gloriæ cupiditatem,sed ut patriæ præstaret aliquid utilitas mei,ut hūc mihi deploratum spiritum, hoc destinatum damnatumq; corpus,publicæ utilitatum usus absumeret. Ibi miser primum didici q̄ multa nescientes,q̄ multa facere mus inuiti. In medios hostium globos perditus pugnator exilij,cessit acies. Densissima quæq; certamina solus inuasi,resistere nemo sustinuit. Obuijs ictibus membra nudaui,& ad incurrens ubiq; ferrum uitalia parata circumtuli,uacua circa me tela ceciderunt. Miserum me deceptæ cogitationis euentū,fortiter feci dum mereor occidi. Recedite gratulationes,abite laudantes,non circūeo templa,non reddo uota numinibus,ad parricidium ueni. Quem ego paulo ante passus sum miseræ conscientiæ pudorem,ad patrē arma non retuli. Timui quinimo ne mihi dum reuertor occurreret,ne in oscula mea plenasq; adhuc uictricibus telis manus incauto rueret amplexu. Quam tunc inter cæteras exclamationes deducentis exercitus uocem,quod circunstantis populi murmur excepi? Magnum felicemq; iuuenem si subito moreretur. Adiuuate diij pariter atq; homines, dum perire concupisco, dum uolo, miseremini,ne hunc ardorem fugientis animæ dilatione laxetis. Proclamo, testor, in nouissimo fatis stamus abrupto,prope est ut occidat patrē parricida prædictus, cum est mori paratus. Quid me pater adhuc detines? quid moraris abeuntem? Melius quidē fuerat hūc spiritum aut in ipsa maternoꝝ uiscerū sede cōprimere, aut ut primū cōtactu suo cælū terrasq; polluerat, festinata morte dimittere. Sane tñ charitas patriæ priuatos uicerit metus,& in honorē uirtutū scelera nutrita sint, quicqd est ,ppter qđ educari me tanti fuit,explicitū peractūq; est. Restat una pars fati,ultimū solumq; facinus. Frustra me consolaris æquanimitate patiētiaq; tua. Non idē utriusq; nostrꝝ discrimē agitur. Tu mori periclitaris, ego patrē inuitus occidere. Hoc primum itaq; excuso uobis P.C.q; prēmium peto,satis sit hactenus uiri fortis nomē agnoscere,hucusq; autoritatē sacræ legis attingere, ut illam in aduocationē sacrę mortis adducam. Relaturꝰ me putatis illa optionū uerba solēnia,non capere magnoꝝ pretia meritoꝝ solas æquitates,tanta remunerandū benignitate,q; fortiter fecit aliquis, quanta solicitaretis ut faceret? Nemini unq̄ minus soluēdo ciuitas fuit,præstiti post quod mori cōtinuo deberē. Sed securi estote de auiditate summæ potestatis,illud infinitū,illud immodicū,quod nobis uoluerūt licere leges, intra se consumit ille,qui meruit. Titulos,imagines,honores seruate uicturis,mihi præstate salutē patris,innocētiam meam,tēporum pudorē. Quæso ne mihi ideo præmium negetis, quia fortassis & hoc debeatis odisse,q; fortiter feci. Extra inuidiā est optio,cū id exigam qđ impetrare potuissem etiā anteq̄ fortiter facerē. Nā quod obiter optionis reddo rationē, quęso ne qs ideo me paꝝ aut p̄mio fidere credat, aut causis,qa utriusq; iuris miscui p̄ces. Ignoscite ardori perire cupiētis,q; pariter imploro,quæ singula sufficere potuissent. Fidē quinimo uestram,si qua adhuc lex est,quæ adiuuare possit mori uolētem, cōmodate,conferte,est utriusq; iuris & autoritas, qđ in mea morte tribuatis. Præstate causis ut moriar,prēmio ut sepeliar. Sentio P.C. hoc primū ab effectibus publicis petēdum, ne quis ideo mori me uelle non credat,quia potius ad causas acuerba cōfugi,quia a uobis malui petere,quicqd ab his potui manibus accipere. Merui fateor malignas interpretatiōes, uir fortis ut morerer a bello reuersus arma posui,populi fauorē,gaudia ciuitatis intraui. Sed siue hoc est sepulturæ suæ magna reuerētia, pessimeq; additæ pectoribus humanis infirmitates,ut eēt quod timeret,qui nō timet mortē,siue decuit innocētiæ amore pereuntē tranquillitas magna pereundi,ignoscite quæso cōtationi,patiētiæ,moræ. Si me continuo occidissem,tanq̄ parricida moriebar. Neq; est P.C.q; excludi prēmium putetis contradictione patris. Eximus per magnoꝝ operꝝ reuerentiā de necessitate parēdi,& aut interim nobis magna uenit contra noīs huius potētiam de uirtutum fauore libertas,aut obsequia peracta demum optione repetemus. Non est quod uos resistentis moueat autoritas, neminē inuenias mori uolentē,qui non habeat aliquē uetantem. Ille cui præsto non sunt pignora charitatis,lachrymis tamē audiētium,& consolationibus,& promptissima semper exhortatione retinetur. Parētibus uero circa liberos unus affectus est,fauere uitæ,timere mortē. Non habēt patientiam nec iuste orbitatis, & inter supplicia nemo pœnas q;,omnes tamē illis innocētes,omnes miseri sumus. Ego P.C. communē hanc impatiētiam senis accendo pietate,reuerentia,fieri nō potest ut se mori debere persuadeat patri filius,propter quē se uidetur occidere. Hactenus leges,hactenus merita uirtutū,ueniamus ad necessitates. Mori uolo,mori uolo ita,ut reddidi causas,ita nō ex hac destinatione sentitis quicquid dici nō potest? Viderit quid nos hucusq; protulerit,hinc incipit ratio,Quod uolo,fingite unū ex populo turbaq; petere,ius prēmioꝝ,

Non debet hoc uetari, quoties habet causas. non potest, quoties non habet. Scilicet ēm uerendum est, ne ad hoc inconsulte, ne temere leuitas humana prosiliat, & credibile est, ut quicquid apud hominem pro uita dici potest, ipsa sibi uita non dixerit. Abite gratulationes, silete blanditiæ, quoties iam putatis noluisse me mori? Primum hoc maximum, quod pro incolumitate hominis natura commenta est, ut periremus inuiti, & contra tot aduersos casus, patientiæ nobis æquanimitate succurreret. Inde est q̄ inter luctus & desperationes fœda uiuacitate duramus. An uos me moueri nō creditis q̄ iuuenis sum? q̄ modo uitæ uoluptates, modo gaudia lucis ingressus sum? Quantopere mihi blandit̄, q̄ publicis ex acie reportātus humeris lætitiam ciuitatis impleui? Quoties me hercule, hæc uulnera & rorantia hostili cruore arma complexus, animum supra necessitates erigo, supra fatum pono. Sed om̄ia mihi iam discussa, consumpta sunt, & honesta pereundi ratione uicta cesserunt. Quid mihi amplius cum corpore, quod oderunt oculi sui, cum quo quotidie properans anima rixatur? Non sunt mea membra, quæ possim (uelut hostis alicuius) lacerare, confodere. Homini qui semel renuntiauit rebus humanis, non redditur uita, sed tēpus, & ipsa cupiditas ratioq̄ pereundi hoc ipso quo uetamur, accrescit. Felicior me hercule qui moritur anteq̄ debeat, anteq̄ uelit. Pene sero renuntiat uitæ, quisquis sic ad exitum peruenit, ut hoc illum facere nemo miretur. Ei tm̄ debet mors negari, de quo non sufficit hoc pœnæ genus, ut ipse se potius occidat. Nam q̄ lex iussit, ut moriturus redderet causas, quod insepultū uoluit abijci, si sic properasset erumpere, ut non nuntiaret, hoc prius non fateretur, fallitur quisquis ideo factū pu tat, ut teneremur in uita. Illa uero non timet pereundi temeritatem, nec secretum doloris alieni libēter inquirit. Sciebat illos non aliter ausuros proferre causas, quos sceleris conscientia, quos maioris crucia tus metus in suprema compelleret. Igitur ne supplicia properato lucrarētur obitu, rursus in pœnam nocentis insepulti corporis reuocauit iniuria. Lex placida, mitis, causas mortis reddi uoluit, non æsti mari. Possum igitur P. C. publica quadam uoce generis humani respōdere quærētibus causas mortis interrogatus, at ego difficilius redderem uitæ. Quid iuuat o misera mortalitas animam per tot annos (etiam si natura patiatur) per infinita tempor̄ spatia tristissimo corporis retinere complexu? Si cūcta gaudia nostra, si uoluptates, & quæcūq̄ ex hac uniuersitate mundi uel solicitant aspectu, uel blandiun tur usu, diligēter excutias, tota uita hominis unus est dies. Humiles prorsus abiectæq̄ mentes, quas nō implent hæc eadem, semperq̄ redeūtia. Vt quis honestis operatus artibus sciat quis finis bonor̄, quæ uera felicitas, nunq̄ sibi uidebitur præmatura morte periturus, & lucis causas ad animum mentemq̄ referentium neminem quotidie uita non satiat. Relatur̄ me nūc putatis, quanto plura sint in hac æui breuitate fugienda, comparatur̄ gaudijs proprijs metus, calamitates? Illa illa æstimemus propter quæ fatigamus uotis deos, propter que breuē querimur ætatem. Nempe sunt uanitas, cupido, luxuria, li bido. Non pudet propter hæc ferre debilitatē, luctus, spatia morbor̄, & cū liceat euadere, malle pa ti? Finge tibi uelut ipsam proclamare naturam. Receptus es in hoc pulcherrimum mundi rerumq̄ cō sortium, & per succedentium uices in ordinē mortalitatis natus, bona nostra uidisti, admitte posteros, cede uenientibus. Nescis te quanto diutius uixeris, tanto magis impatientiam parere? Quantumlibet prorogentur tempora, iungantur ætates, quandoq̄ tamē non potest non exitu perire miseri, qui mo ritur inuitus. Miraris q̄ suprema mea ipse præcipitem. Nunquid ēm non hoc agūt singuli dies? Om̄is nos hora per tacitos fallentesq̄ cursus applicat fato, & in hac turpissima perpetuitatis cogitatione di stricti, per exigua festinantis æui momenta præmorimur. Faciamus potius de fine remediū, de necessi tate solatium, exeamus sponte, consilio, pleni securitatis, gratias agentes. Solus uixit quoad uoluit, qui mori mauult. Indulgete quæso sæuæ tristesq̄ causæ, indulgete uirtutes, ut mori tanq̄ magno animo uelim. Ita non sufficit ad maturandos exitus quod fortiter feci? Infirmæ prorsus terrenæq̄ mētis est, ut numeretis annos, ego (quæ felicissima uel lassitudo, uel satietas est) uirtute consenui. Quid adhuc in ter accidentia fragilesq̄ casus ago? Homo receptus in publicas gratulationes præsentiæ humilitate de cresco. Minores fiant necesse est diuturnitate, quorum initia confirmauere successus, cum iam nec ope ribus, nec felicitati possit accedere. Cum fortuna ruere demētia est, & ætatem trahere pereūtem. Nul los ego senes degere turpius puto, quā qui fortissimi fuerunt. Vultis expectem, ut putres artus fœdet pudenda canities, ut sanguine membra uacuata uix nitantur ad gressus, ut hæ laudatæ manus, nec ad quotidianæ uitæ ministeria sufficiant? Quam miserum, quam deforme est, meminisse quod fueris, re ferre cicatricum tuarum redundationes, & frigidam præteritorum memoriam, cum iam fidem mem bra non habeant, supra sua facta rideri? Festinato exire de seculo debeo, dum alacre corpus, dum spiri tus uiget, dum teneor, dum desideror, & hoc uolo deberi manibus meis, animo meo. Fauete dij pari ter atq̄ homines, mortem uir fortis inueni. Est hæc cōmunis mihi cum multis fortasse causa, sed ueni amus ad meam. Si mihi mathematicus denuntiasset damna membrorum, grauem corporis perpetu umq̄ languorē, ignoscerestanta mala uel incerta fugienti. Plus est quod expauesco, quod timeo. Mi natus est mihi manus meas, meos animos, nullumq̄ uoluit esse momentum, quo securus intrepiduscq̄ requiescerem. Iussus sum uitam per anhelitus, metuscq̄ consumere. Quis inter hæc spei, quis consolati onis est locus? Mori debeo tanq̄ nocens, si mathematicus uerum dixit: tanquam miser, si mentitus est. Quid, q̄ me futurum dixit, parricidam? En quem mittamus in experimentum, cui credamus. Placet post futurorum incertam tractare rationem, quid ad diuersas persuasiones, & ad loquacissima huma norum pectorū ingenia uariaris? Parricidium dictus sum facturus, si possum post hæc uiuere, nō sum innocens, etiam si non fecero. Interrogare mehercule hic libet uos omnes liberi, omnes parentes, quē

mihi post hanc denuntiationem assignetis animum. Homo sum cuius corpus iratũ fortasse seculo numen, uelut aptissimam facinori uidetur elegisse materiam, cui in primis continuo natalibus assignata est uirtus pariter & facinus, omniũ incredibilium diuersorumq; pariter capax, omnibus difficultatibus nouitatibusq; sufficiens, sceleribus miser, & sine morte sua nocens, in quo debeatis ipsas quoq; odisse uirtutes. Nescio quæ me prodigiosa feritas in patrem uelut telum aliqđ casurumq; pondus librat, impingit. Facinus me manet, quod contra fidẽ est, quod profuturum mihi negatur, & nolim, cuius non tẽpus, non locus, non causa prædicitur. An mori debeam uos æstimabitis, nõ debui nasci. Sentit pater quanta sit prædicti sceleris immanitas, & ideo tentat efficere, ut mathematicam artem non putetis, ac modo contendit non esse fatũ, & cuncta casu fortuitoq; decurrere, modo etiam ut ꝓuidentia reganť, non posse tñ humana scientia deprehendi. Dum utrũq; colligo, interim apud grauitatẽ uestram depono sensisse aliquid patrem, etiam cum metuit. Ego mathematicũ probaui dixisse uerũ, ille credit esse dicturum. Casu ne tibi pater hæc diuersitas uideť in corpus unum dissentientibus solidata primordijs, ut summo uertice locatus igneus uigor cuncta leuia calidi spiritus ardore suspẽderet, ꝓfundus humor ad ima demersus, unde quotidie superpositi caloris alimẽta traherenť, terrenum pondus in medio, quãto superne spiritu, tanta penitus inanitate subnixũ librata mole consideret, ut seculorũ infinita series, per assiduas temporũ uices sua lege festinet? Quid hæc fulgentium siderũ ueneranda facies? & quædã uelut infixa ac cohærentia ꝓpetua semelq; capta sede collucent, alia toto sparsa cælo uagos cursus certis emetiuntur erroribus? Ista credis passim fortuitoq; dispositа? Rogo quid melius ratio fecisset? Deus hæc, deus fabricator opis uniuersi ex illa rudi primaq; caligine ꝓtractum posuit in uultum, digessit in ptes. Postq; dederat uniuersitati parẽ dignamq; faciem, spm̃ desuper quo pariter animarẽtur immisit. Inde est q̃ quicquid nascit consociata numini proprietate signatur, & in totã æui sui breuitatẽ compositũ firmatũq; sic accipit futura, quasi uitã. Hæc credo pater terrori primis fuisse mortalibus, mox admirationẽ consumpta nouitate meruisse. Paulatim deinde hoc qđ stupemus, animus ausus diligenter attendere, in arcana naturæ sacrã misit ingenium, & ex assiduis obseruationib. notisq; redeuntibus latentium rõne collecta, peruenit ad causas. Miraris fatum hominis posse prædici. Defectiones siderũ laboresq; narrantur, nuntiat origo tẽpestatum, lassitudo uentorũ, quod sidus immodicos solis ardores, qđ se ueras minet hyemes, qđ significẽt sparsi longius crines, quid ardẽtius solito iubar, qđ excussa flãma siderib. Non inuenio quid possit esse certius ueræ artis ingenio, q̃ dicere quid futurũ sit, fieri deinde qđ dixerit. Qđ si esse artem mathematicam ꝓbant natura, ratio, experimenta, pater quoq;, q credidit consulendum, superest ut ostendamus uerũ dixisse de futuris, quẽ de præteritis non possumus ꝓbare mentitum. Accipite primã certissimæ scientiæ probationẽ. Homo q de partu consulebať, non confudit turbauitq; responsum, nec per uarias ambages ideprehensibilẽ sparsit errorem, nihil ita locutus est, ut illud audientiũ interpretatio traheret dirigeretq; quo mallet. Atqui in eo tota rõ fallẽdi est, non dare cõsulentibus quod deposcant, sed caligine magnaq; promissorũ uarietate suspensos sic dimittere, ut quicquid casus attulerit putent esse prædictum. An scilicet hæc fuerit ratio fingendi, q̃ dicebat usitata, cõmunia, quæ futurus pater facile crederet, libenter audiret? Fortiter, inquit, faciet filius tuus. rogo ubi magis desinit, qui mentit? Sed quibus ille, dijs deæq; signis, quibus impletus est notis, q̃ de parricida dissimulare non potuit, cum quæreret pater? Artem tñ mirari me pater putas? Ego miror animum, stupeo constantiã. Erit, inquit, uir fortis & parricida. Rogo quæ rõ fallendi est ea dicere propter quæ nec prioribus debeat credi? In parricidio, quod ꝓspiciebat mathematicus, hæc sola ratio fuit mendacij, ne prædiceret. Fero tñ, ut quis in alijs consultationibus decipi possit aut errare, de futuro parricida nõ magis mathematicus potest, quã pater interrogare. Omnes, sicuti apud sacræ artis antistites satis constat, animæ proprietates, & futuras mentium corporumq; formas ex illorũ siderũ qualitate, quibus in ortu suo cuncta gignuntur, accipiunt. Aliquis uagi numinis errore perstrictus est, uitã transigit ille discursibus. Placida conceptum stella signauit, erit modesta lenitate conspicuus. Ardens nascentis horã sidus accendit, uiribus pariter moribusq; flagrabit. Languido iam uergentis in procliue mũdi, hebescentib, tardior membris, similis senectæ iuuẽta pigrescit. Iam si cui principalium deorũ fulgor illuxerit, in populi consurget imperium. Credo mehercule in illum natalẽ monstri mei diem, iratorũ numinum conspiraſſe uiolentiam, sedemq; prodigiosi spiritus collato pariter igne pressisse. Si uerũ est post uetusta secula, & innumerabiles annos reddi rursus alijs corporibus animas, fortassis in me renatus sit aliquis ex illis, quorum scelere uiolatus dies mundum subito mutauit, quos maria terrasq; fugientes, furiales faces, & ultricum deaꝝ terror agitauit. Necesse est & maiores notas uentura ꝓmittant, quæ non temere nascunť. Sic futuras tẽpestates, pelagi fragor, & consciũ nemorũ murmur enuntiat, sic perituroꝝ fata populorũ ardẽtes cælo faces, & crinita siderũ flamma præcurrit. Prædicebar bello, monstrabar armis, agebat añ se uentura feritas publicas calamitates, & oĩm malorũ consummatione parricida ponebar. At si nuncista putet aliquis fortuito, non arte sentiri, possit fortasse casu euenire qđ futurũ sit, non põt casu fieri qđ prædictũ est. Et q̃ unq̃ pater explicuit manifestius illius fati necessitatẽ toto⁹ ? ordo respõsi: Vir, inquit, nascet. euenit. Educabitur, quamuis prædictũ sit, accidit. Perueniet ad iuuentæ robur, adoleui. Viribus erit conspicuus, & nimis. Aderunt bella, uenerũt. Ibit in aciem te uolente, missusq;. Fortiter faciet, feci. Erit parricida, si uixero. Si pater tam secretæ profundæq; artis ratio reddenda est, nonne habere tibi grande consortium prædicti uidetur ipsa diuersitas? Virum fortem dixit, & parricidam. Vicina sunt hæc, etiam ut dissimilia, paria uiribus, etiam ut mente dissentiant. Quid enim me

aliud notabilem fecit in bello, quam q̃ non parco cædibus, cruore non satior, exultans super stratorũ corpor̃ strages, palpitãtibus adhuc cadaueribus alacer insisto? Virtutis sunt ista cũ hostis contigit. Pax est quæ nos deprehẽdit, & cum iusta grassandi materia consumpta est, in facinus necesse est otiosus ardor erumpat. Ecce iam Reipu. præbita est quies, mihi tñ plurimum est cũ gladio meo, totis diebus tracto ferrum, ad arma respicio, tela mea laudo, admiror, alloquor. Crede pater, & parricidium tam facile est, q̃ fortiter facere, cũ utrunq; de fato est, sed quousque rõne colligã, qđ exitu iam probatũ est? qđ nullis mathematicus dixit ambagibus, nullis dissimulari artib. põt? Partem respõsi futurã in alio opere iã uidisti, & qđ præcipue torquet aĩm, fides sceleris uirtus fuit. Explicata est autoritas responsi, cum de duobus prædictis unũ factum est. Nec possis de ueritate dubitare, quoties cum incertis experimẽta consentiunt. In rñso cui cũcta cesserunt, fieri non põt ut hoc solũ falsum sit quod nouissimũ est. Non põt, inquit, fieri parricidium. Vis mirer pr̃, si non creditur futur̃, quod etiã cum factum est, uix credit? Falleris si aduersus prædictas necessitates sufficere credis, q̃ ego bonus filius sum, q̃ tu optimus pater. Tu non mereris scire. Credo, ego utiq; nollẽ me scire. Quid est ergo fatũ nisi qđ fit, & non habet causas? Quẽadmodum ergo, inquit, istud uitari põt si fieri necesse est? Scilicet hac sola rõne, ut mors inter facinus hominẽq; ponat. Vincitur pr̃ fatum si resistas, uincit si contẽpseris. Ago quinimo gr̃as hoc solo noĩe crudelissimis fatis, q̃ maximũ facinus nõ in prima æui mei parte posuerunt, q̃ p̃missæ sunt aĩ uirtutes, magnor̃q; oper̃ prior ordo defluxit. Põt puto caueri parricidium, qđ & prædicit, & nouissimum est. Fingamus pr̃ mathematicũ de hac sola uitæ meæ parte mentitũ, quid tanti est, ut credã ista et uiuã? Occidi pater non põt. Sed qd refert si difficultas ista non est salua aĩo meo? Excedit oẽm calamitatẽ, innocentiæ suæ non credere, diebus ac noctib. timere, suspectum habere animũ suum, calũniari manus, incusare uisus, & parricidalẽ agere cogitationẽ. Maior mihi rõ moriẽdi est, si parricidiũ fieri non potest, & ego me credo factur̃. Quẽ tu mihi pr̃ imperas laborẽ q̃ asperã exigis patientiã? Horreo oscula tua, ne seniles artus nimiũ grauis amplexus elidat. Non sustineo eosdẽ expetere conuictus, ne quos porrexerim cibos, uenena fiant. Timeo eiusdẽ peregrinationis adire comitatũ, oẽ fugio secretum, ne quid fortuna, ne qd afferat casus. Quousq; timebit animus? Mors mihi præstare põt, ne parricidiũ faciã, mors ut uidear nec fuisse facturus. Sed me infelicẽ, q̃ multa sunt quæ timere debeã, etiã contra animum meum. Vnde scio, an expulsum me repẽte sensib. meis aliqua magni discriminis imago raptura sit? Prosilibo fortasse tanq̃ sequar classici uocantis instinctũ, tanq̃ me ruẽtis patriæ fragor, & uocifer atio captæ ciuitatis exciuerint. Me sane custodire possum, sed unde scio quid afferat nox, casus, error? Mathematicus hoc non futurum dixit ut uellem, sed ut occiderem. Tu quoq; pater quanto grauiores passurus es ex ipsa dissimulatiõe cruciatus. Felicius prorsus est palã occidisse quẽ timeas. Cum bene in osculis meis amplexibusq; requiescas, subeat necesse est tacitas cogitationes prædicti piculi metus, & licet componat ad fortẽ superbamq; constantiam, naturalis tñ hominis infirmitas potest tam pcussorem timere q̃ mortẽ. Explica nos pater tã misero tristiq; complexu, & longissimas solicitudines breui recide patiẽtia. Minus indignum est ut moriar, si innocẽs futurus sum, quam ut uiuã, si parricida. Denuntio tibi pater, & de suprema necessitate cõfiteor. Iam non sunt meæ potestatis hæ manus, non regere dexterã, non retinere sufficio. Venit ille nescio quis ardor non sentio, non intuent oculi. Tunc oĩa incipio scire cum gesta sunt. Quid, tu me lacertor̃ uirtutiũq; beneficio strauisse nuper hostes putas? Quã tum dicuntur narrasse captiui, nescio quẽ in me monstrosi uultus horruere conspectum, non tela iaciebam, non iaculabar ictus, furialibus miser facibus ardebam, & pectus istud non lorica, non ferrum, sed diri serpentum clauserãt nexus. Non fuit illud pugna, non acies, in bello parricida uincebam, exceserunt opera mea humanarum uirium mediocritatem, quicquid factum est, rabies, insania fuit. Prædico, testor, non ego parricidium faciã, non ego fortiter feci. Qđ si ulla ratione casuue effici põt, ut prædicta non fiant, fidẽ uestram P. C. ut mihi potius innocẽtia, q̃ fato debeat, ego dicar expugnasse constitutionem, fregisse uincula necessitatis, mea pietas, mea laudetur integritas. Dij non sinant, ut inter me responsumq; decernat exitus. Mathematicum uincere malo, q̃ reprehendere. Quid nunc agam P. C. quemadmodum me uir fortis ad preces, quẽadmodum parricida componam? Dicam miseremini? dicam succurrite? Sic rogari contra mortẽ solet. Nouo mihi inaudito q; opus est ambitu malorum, nisi morior periclitor. Ideo uideor causas reddidisse ut contradiceret pater, & si bene noui malignas interpretationes, non exitum captasse dicar, sed excusationem. Explicate per fidẽ miseri pudoris æstum, nũ quam uidebitur mori uoluisse parricida, si uixerit. Ad tua nunc genua porrigo optime pater has si uis tñ fortes manus, per ego si fas est quicquid feci, per hanc ipsam mei charitatem, qua me nondum timere cœpisti, miserere, filium pietate pereuntem ne uelis exitum facere parricidæ. Præsta mihi patientiam qua me bello credidisti. Finge nos in ipso prosperi Martis cecidisse cõplexu, cõfectumq; magnis uulneribus cadauer efferri. Relinquo tibi pro me omes parentes, hunc quo nos retinere uoluisses, in suprema mea transfer affectum, tuis manibus compone corpus, extrue rogos, funeri iusta persolue. Deinde cum iam nouissimis osculis, supremoq; discedens satiatus fueris amplexu, tunc te fas est sublatis ad cælum manibus proclamare, Mathematice mentitus es. Reddidimus causas, peregimus preces, reliqua uos manus, uos adiuuate ciues, non ut liceat mihi mori, licet istud etiam ut negetis. Vir fortis cõmendo uobis exitũ meũ, si non continuo letale uulnus impressero, si non cum sanguine totam animã properans ictus egesserit, adiuuate dexteram, deprimite telum, & ante omnia detinete patrem. Nescio quam longe manum sparsurus sit fugientis animæ dolor, quo cadat extractus mucro uiscer ibus,

in quem se collabentis corporis ruina præcipitet. Vultis scire quantum debeam timere uicturus? Metuo ne patrem, dum morior, occidam.

Argumentum declamationis. V.

Liberi parentes in egestate aut alant, aut uinciantur. Quidam duos filios habebat, frugi, & luxuriosum. Peregre profecti sunt, capti à piratis, luxuriosus languere cœpit. Ambo de redemptione scripserunt. Pater uniuersis bonis in unum redactis profectus est. Dixerunt illi prædones, non attulisse illum nisi unius pretium, & eligeret utrum uellet, ægrum redemit. Qui dum reuertitur mortuus est. Alter ruptis uinculis fugit. Alimenta poscit pater, contradicit filius.

Pro patre contra filium.

QVamuis iudices in tanta malorũ continuatione iam poteram nihil ex accidẽtium meorũ nouitate mirari, nullũq; mihi reliquerint impatiẽtiæ genus aduersa, quæ de solatijs remedijsq; creuerũt, confiteor tñ hoc solum me prospicere, nullo metu, nulla tristiũ recordatione potuisse, ut post piratas, orbitatem, famẽ, hinc quoq; calamitatibus nostris pondus accederet, q̃ reuersus est filius meus. Viuebam miser, ut hunc uiderẽ, solaq; superstitis expectatione suspensus, auidissimam moriendi cupiditatẽ contẽtiosa mẽdicitate fallebã. Pudet p̃suasionis, rediisse se iuuenis affirmat, ut uindicaret̃ morte fratris, ut patris orbitate gauderet, nec intelligit maiorẽ se factis meis autoritatẽ hac indignatione conferre. Nunc magis sentio quantum facinus fuerit ægrũ non redimere, queritur se relictum, qui potuit euadere. Vtcunq; igit̃ iudices poteram redẽptionis illius reddere de p̃ti iuuenis impietate rationẽ, & mihi crudelitas ista præstabat, ut filium uiderer elegisse meliorẽ. Non utor tamẽ occasionis huius inuidia, nec quicquid miseræ pietatis impatientia feci, q̃rela malo defendere. Ego uero tunc nõ mores liberorum, mentesq; tractaui, nec mihi in illa tristissima conditione succurrit de comparatione consilium. Sola quid facerẽ necessitas, sola iuuenum meorũ aduersa suaserunt. Ex duobus liberis neutrum magis amat, qui redimit ægrum. Illud plane iudices ultra oẽm malorum meorum fateor esse tristitiã, q̃ hac asperitate iuuenis, hoc inopiæ squaloriscq; despectu famam optimi fratris incessit. Hominem q̃ pirati cum carcerẽ, q̃ prædonum uincula disculserat, decuerat ne uoluisset aliter reuerti, ex quo se nobis tanto uiriũ labore restituit, poterat quoq; eius admirationẽ mereri, q̃ p̃tio paulo añ cessisset. Dij immortales, q̃ laudem, quẽ gloriæ fauorẽ impleuerat, si pasceret patrẽ, redemerat frẽm. Relaturus uobis iudices ordine malorũ meorũ euentum, quẽ nemo tã crudelis, nemo tam sæuus audiet, ut me non pascat, hunc ante omnia, qui se queritur in fratris comparatione damnatum, secreti doloris indignatione cõuenio. Quid agis impotens superbe? Tu nescis utrum fuerim redẽpturus ex duobus sanis, ex duobus ægris. Habui eñ iudices, filios diuersissima mentium corporumq; qualitate compositos, & sicut mox probauit sæua captiuitas, in totam dissimilitudinem uitæ quoq; genere diductos. Hic nanq; robustus ac patiens, non molliri prosperis facile, non accidentibus frangi, & quem de uoluptatum gaudiorumq; contemptu scires parem, quicq; de fortunis traxerat ex firmitate mentis magnam protinus & in membra constantiam. Ille uero pariter in lætitiam metusq; resolutus, alienus a curis, solicitudinibus impar, delicatus, impatiens, & iam similis ægro. Sed apud patris affectus, hæc ipsa liberos dissimilitudo iungebat, & erat quædam in inæqualitate charitatis æqualitas, q̃ hunc serie laudatumq; semper illum iam quadam miseratione diligerem. Quid profuit indiuidua pietas? Erat etiam me nolente manifestũ utri us magis colloquijs, magis lætarer aspectu. Velit nolit iudices ipsa quoq; querela iuuenis, quid de patris fateatur animo, probat. Irasci q̃ non sit fratri prælatus ægro, impatientia est hominis, qui magis ametur. Accipite iudices maiorem pietatis æquæ probationẽ, filium nec peregre dimissurus elegi, iunxi fratrẽ, arctauiq; comitatum, & utroq; patris latere nudato, uisus sum mihi magis habiturus utrũq; mecum, si pariter essent. Hanc apud me iuuenum æqualitatẽ, etiam in calamitatib⁹ fortuna seruauit. Vterq; captus est, ambo de redẽptione scripserunt, dissimiles licet. Iterum tñ & inter aduersa persuasionem charioris inuenio. In captiuitate cõi puto minus sperauit ille de patre, qui lãguere cœpit. Tu mihi nunc impotẽtissime iuuenis, tu quæso responde, Quid aliud facere debuerit pater duos redẽpturus? Cunctas facultates in pretia collegi, rus, seruulos, penates, & oñia utiliora properanti festinatione perdentis addixi, & ultra quam non potest excogitare summus affectus, nihil senectuti meæ, nihil dubijs casibus (proh inconsulta pietas) nihil neq; illi reseruaui, quem redemissem. Quãtum iudices ad piratas tulerim scire potestis ex hac fame. Fuerit pretium licet exiguum paruũque dum totum, fingite quemlibet diuitem, quemlibet pauperem patrem, nemo unq̃ plus pro liberis dedit, quã qui sibi nihil reliquit. Vtrum ne igit̃ iudices nemo mortalium habet pretiũ plurium liberorũ? An piraticæ feritatis ingeniũ est, in captiuorũ taxatione solos æstimare redimentes? Dij immortales q̃ arrogans me pirata, quam superbus excepit, Parum, inquit, attulisti senex, Languet alter. Quid ego a dijs hominibusque merui, q̃ mihi non redditurus utrunque, non ipse potius elegit? Sæuus & humani doloris artifex negauit a me duos posse redimi. Deinde ut hoc tristius, ut difficilius esset, redditurũ se dixit utrum maluissem. Vides iuuenis quantum pietati meæ testimonium reddiderit ipsa crudelitas. Conditio non ponitur nisi duos redẽpturo. Expectatis, certum habeo iudices, ut in tristissimæ necessitatis positus abrupto, ad ægrũ continuo properauerim. Quis non putet audita conditione uincula me statim detraxisse languenti? Oderitis licet confessionem meam, deliberaui. Tenuit inter illos inexplicabiles doloris æstus, perquã longum pietas misera consilium, & quod nunq̃ satis manibus filij, nunquã satis excusabo conscientiæ

meæ, non statim mihi ille deficiens unicus fuit. Dissimules licet orbitas, ego mihi plurimū mortis, plurimum uideor adiecisse languoris cūctationis mora, & sensit infelix quid in electiōis huius necessitate fuerim neutro langūēte facturus. Tandē qđ solū habebat ambitus genus, de speratione prævaluit. Accepi fateor illum q solutus quoq; non sequebat, quem non gaudium redēptionis, non lætitia prælati, non hortantis erexit patris amplexus. Si esset in rebus humanis ulla clemētia, merueram etiam de piratis, ut mihi duo redderentur. Vtinam iudices iuuenis illius uita p̄staret ut uideret non periculi miseratione, sed charitate prælatus. Me infelicē, q; bonam habeo causam. Explicuit iustitiam comparationis q decessit etiam redēptus, & in perituro filio nihil aliud electum est in quo fui miser fame, piculo. Filius meus languore defunctus est, tamē pater occiderat ægrum si reliquisset. Videram continuo iudices in carcere illo quantū, pmitteret constantia hominis, quē non captiuitas, non expectatio patris, nō fratris fregisset infirmitas. Nec immerito de fortissimo iuuene cūcta speraui, si fuisset ad oēs conatus explicato langūēte liberior. Tandē miseros fortuna respexit, & puto contra prædonū cōmenta, ferita tem, ipsa consensit, ut nobis quē negauerant non abstulissent. Non quidē mihi iudices arrogo tēporis illius prouidentiam, nihil me fateor fecisse consilio, pōt tamē utriusq; iuuenis exitus necessitatib. meis assignare rationem. Perijt quē redemi, reuersus est quē reliqui. Inuenisse te putas iuuenis patrē cibos & alimenta poscentē? Quærebā pretium tuum, testor clemētiam mitissimæ ciuitatis, hæ preces, hic rogantis ambitus fuit: Miseremini, date stipes, indulgete, cōferte, repetendus est ille, q redimi maluit fratrem. Sed & hac te decebat reuersum proclamare uoce: Erige uultus pater, attolle tristitiā uindicati, de sæuissimis prædonibus unus duos redemisti. Alimēta posco, poterā non adire filium pater, sed mendicus hoiem, sed iuuenē senex. Quis em̄ magis ex ipsis rer̄ naturæ sacris uenerandisq; primordijs descendit affect⁹? Quid etiam inter liberos ac parētes tam cōe, tam publicum, q̄ alicui famē proximus quisq; depellat? Voluit nos ille mortalitatis artifex deus in cōe succurrere, & p̄ mutuas auxiliorum uices in alterum quenque quod pro se timeret asserere. Nondū hæc charitas est, nec personis impensa reuerētia, sed similium accidentium prouidi metus, & communiū fortuitorum religiosus horror. In aliena fame quisq; sui miseretur. Sic cibos obsidio partitur. Sic inopiam pariter nauigantium frequenter unius alimenta pauerunt. Hinc & ille uenit affectus, q; ignotis cadaueribus humum gerimus, & insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non quantulocunq; uenereturaggestu. Parentibus uero liberi non præstatis alimenta, sed redditis. Quanto, dij deæq;, breuiora, quāto minora pro tot infantiæ, tot pueritiæ sumptibus, tam uarijs uel abstinentissimæ iuuentutis impendijs. Si mehercule hoc quoq; officij genus natura permitteret, bene pro deficientibus aliquid & uita uestra deperderet, iterumque ex illa quam traxistis anima, portio breuis in suum rediret autorem. Vultis scire quantus nomini nostro debeatur affectus? quanta ueneratio? Non est beneficium quod pascitis, sed est facinus, q; negatis. Liberi parētes alant. Pudet sacrorum nominum, pudet religionis humanæ. Hæc ergo lex erit? quid imprecer homini qui primus fecit ut pietate iuuaremur? Liberi parētes alant. O crudele factum, O nunquā tristior fames, ita pascit ille qui cogitur? Non meruisti, inquit, accipere. Discede pietas, quiesce paulisper, infirmitas remunerāda sit. Primum lex seueriss̄ima est, ut fortius alimenta poscantur. Perdiderunt pulchritudinem sanctitatemq; naturæ, qui putant illis parentibus iura succurrere, quibus apud liberos saluanda est de mutua charitate reuerentia, collisis prospexere pignoribus, & inter tā uenerabiles affectus hoc quoq; dignū prouidentia fuit, ut aliquid ad odia præstarent. Quereris, irasceris, & ideo iuberis. Expectandū est uidelicet ut liberor̄ parentumq; concordiam perferant totius merita uitæ, & ut pietas, natura, sanguis, accipiant quotidie tanquam amicitiæ nexum, & nisi nos promeruerimus obsequijs, adulatione, patientia, natales, ortus, & pignora prima perierunt. Si uultis iudices, & huic nomini salua sit in omni personarum diuersitate ueneratio. Bonum patrem filius alat, lex malum. Non faciam hanc rerum naturæ, non faciam contumeliā legi, ut excusem uel pessimum patrem, ut sacro nomini tentem gratiam petere de uenia. Sim licet crudelis ac sæuus, filium tamen diutius amaui. Clauserim paternos penates, de testamento, de spe successionis expulerim, onerauerim uinculis manus, fœdauerim membra uerberibus, per solui gratia non potest nec malo patri. Arrogans, impotēs sum, nolo quotidie mereri quicquid mihi deberi cœpit primo die. Facilis, mitis, indulgens, uocabula sunt ista minoris affectus, propter hæc aleretur amicus, pasceretur extraneus. Nostrum quinimo crimen, q; interdum aliud sumus, & unde manifestum est diuersitatē nostram uenire de moribus liberorum, non inuenias asperum patrem nisi iam peccantis ætatis. Quid ais? rigidus, immitis sum, ideo pasce, tantum pasce, non ultra malo pro reuerentia nominis nostri. Quicquid præstatis inuiti, & cum alitur pater quem quereris indignum, accipere mihi uidentur omnes parentes. Si uis, affectum debes: sin minus, necessitate seruitutem, patientiam. Non tanquam pater alitur, qui tanquam bonus amatur. Sepone iuuenis, differ querelas, tunc irasceris, tūc obijcies mihi, cum prosperitatum, cū seculorum officia deposcam. Non talis ad tua genua prouoluor, ut extimendus sim. Nulli malus est pater cum esse cœpit infelix. Aspicis collapsum, & ex oīi calamitatum genere miserum, & ultra qđ accidentium mensura non exit, in orbitate mendicum. Riget squalidi capitis concreta canities, uigor pristini uultus uacuis luminibus intabuit, & per obstantium crinium illuuiem tenuis arentium iactus oculorum. Hæret astricta nudatis ossibus cutis, & in fame sua homine consumpto iam membra sine corpore. Iterum bonus sum, in pristinam religionē de calamitatum horrore restituor, adeo ne nō habent hæc ipsa supplicia pœnas, q; posco, q; rogo, q; mendicus sum filij mei? Et q̄ multa, dij deæq;, non

possunt pro nobis impetrare leges? Quanto plura sunt quæ neganť cum præstant inuiti? Non exigo ut tuis manibus porrigas cibos, ut consoleris, ut foueas, proijce quod rapiam, abijce quod colligã. Genus ultionis est pascere, nec misereri. Si tamen iudices fas est impietatis huius ullas accipere causas, & filium qui non alit, putatis reddere posse rationẽ. Aestimate per fidem, quod sit facinus illud, cuius ultionem debeat exigere aliquis de fame patris. Captum me, inquit, non redemisti. Quis non putet queri de filio patrem? Quenq; ne dicentem feras, nihil tibi debeo, quia mihi uitæ luciſque bñficium semel præstitisti, quia hunc ſpm̃, hoc corpus non ex indulgentia tua rursus accepi? Iniquissima magnoꝝ conditio meritorum est, si quicquid non fuerit adiectum, de prioribus perit, & pessimo exẽplo gratiã præteritis auferunt reliqua cessantia. Non redemi, non tñ ideo minus est, q̃ in hunc te diuinoꝝ humanorũ que conspectũ de nr̃a ꝓtulimus anima. Maria terrasque, & infatigabiles sideꝝ cursus, & cuncta sacro fulgore lucẽtia nos ut fruereris ostẽdimus. Has quas subtrahis manus, hæc uerba quæ negãt, de meo ſpiritu, de meis uiſceribus hausisti. Gaude potius, exulta q̃ tibi patris asperitas præstat boni filij iactationem. Solus habet qđ imputet patri, q̃ queritur & pascit. Quã multa iudices huic querelæ respondere poterã, propter quæ filium salua pietate non redemissem, Quis non acciperet excusationẽ, si dicerẽ? Impedijt quamuis ꝓperantem senectus, inopia, languor, p̃tium non tã festinanter inueni. Explicare non potui nauigationẽ, iuuenib. quoq; fratribusq; difficilẽ. Solus ac senex non illa qua sperauerã prosperitate direxi. Per quos metus, p̃ quæ peregrinationis incerta ꝓperaui? Remoue iuuenis indignationẽ, nihil plus p̃ filio factũ est quẽ recepi. Non fortunã tibi debeo, sed affectũ: non exitũ, sed uoluntatẽ. Pro duobus p̃tia contraxi, pro duobus maria conscẽdi, p̃ duobus genua tenui. Rogo uter magis amaret si mihi piratæ duos reddidissent? Age tu nunc iuuenis ad faciendam inopiæ patris inuidiam (si uidetur) exclama. Famem obtendis, ad quã luxuria, prodigarumq; uoluptatũ continuatione ueniſti, exhausisti senex cẽsus in p̃tia meretricum, quanq; & huic iubetur necessitati pietas uestra succurrere, & lex quæ inopem, quæ patrẽ nominare contenta est, filium non remisit ad causas. Quid uero si in educationẽ, in discursus, in pretia uacuatus sum? Excedit oẽm sceleꝝ comparationẽ patrem mendicũ facere, nec pascere, tentat iudices hoc, q̃ nõ est redẽptus, ampliare alia iuuenis inuidia. Fratrẽ inquit mihi prætulisti, fateamur paulisper hoc crimẽ, agnoscamus hoc nefas. Impudentissime gñis humani, tu nõ feres ut frater tuus uel magis ameť? Vides em̃, prælatus est tibi nescio quis affectus, possidẽt charitatis tuæ locũ pignora de minorib. sumpta noibus. Illum nẽpe cuius æque ſpũs de uiſceribus his trahebat ortum, qui patrẽ uel solus impleret. Pessimus est mortalium q̃ amari fratrem suum sine sui charitate putat. Tu custodies, utrum frequentius osculer, utꝝ stringam magis arctiore complexu? Non est hoc impatientia, nec circa patris affectus sacra de pietatis contẽtione rixa. Eum tm̃ fratrem putas amari magis, quẽ non ames? Falleris iuuenis, lõgeq; te ab intellectu reiꝝ naturæ sepoſuit praua persuasio, q̃ putas ex paternis affectibus filio perire, quicquid in altero de necessitate præponderat. Par est in oẽs liberos, eademq; pietas, sed habet in aliquo plerũq; ꝓprias indulgentiæ causas, & salua charitatis æqualitate est quiddam, per qđ tacito mentis instinctu ſingulos rursus tanq̃ unicos amemus. Hunc primus nascendi locus, illũ gratiorẽ prior fecit infantia, alium lætior uultus, & blandior osculis amplexibusq; facies, quosdam magis seueritas probitasq; cõmendat, in quibusdam diligunť impatientius calamitates, & damna corporꝝ debilitateq; membroꝝ notabilius miseratione complectimur. Salua est tñ uniuersitas, cum quicquid in alio cessare creditur, in altero restituit alter affectus. Securus ſis, non intercidũt iſta, non pereunt, sed inuicẽ uincunt, p̃ualent, cedunt. Filio non põt præferri nisi filius. Blandiar iudices paulisper calamitatibus meis, & sic agam tanq̃ apud piratas inuenerim utrũq; sanum. Attuli ſine dubio pretium duoꝝ, sed utrunq; prædo non reddit. Offert electionẽ, suadete quid faciã. Quid dicis? Iſta pietas est, abire, discedere, iraſci ſcilicet, queri, & inuidiã facere piratis? Vos interrogo liberi, uos parẽtes, nõ ergo facinus est, ideo neutꝝ redimere, quia utrunq; non possis. Egregia pietas æquare liberos iustitia desperationis, & ex hoc q̃ succurrere nõ contingit duob. orbitatem facere totã. Tu uero senectus accipe quicqđ dať, accipe quicquid offerť, dum hoc saltẽ feritati libet, anteq; in patientiam tã sæua decrescat immanitas. Interim multa põt afferre casus, sperare licet, repetere, ſperare pater, fortaſſis euadat. Quæcũq; explicari coaceruatiõe non põt, p̃ partes uiceſq; seruanť, & facilius est diuiſa subtrahere, quoꝝ magnitudo laborat in ſolido. Quantũ intelligo iudices, filius cui profuturꝝ nõ erat ut eligerẽ, hoc ſolũ ferre non põt, q̃ redẽptus est frater. Quis hanc iudices impudentiam ferat? Obijcit mihi q̃ ullum de liberis meis potuerim facere discrimen. Deinde queriť non se potius electũ, & cũ fratri præter eiusdẽ noꝝ par ac ſimile consortiũ, reuerẽtia quoq; lãguoris accesserit, indignať apud affectus patris nõ eam prævaluiſſe partẽ, in qua tm̃ filius erat. Non inuenio iudices quẽadmodum effugere potuerim criminis huius inuidiam, si hũc potius recepiſſem. Patri, cui utrũq; pirata reddere nolebat, redimẽdus fuit, aut æger, aut neuter. Quid q̃, inquit, etiã luxurioſum prætulisti? Parce iuuenis maledictis, parce cõuitijs. Reliquisti hæc nomina, domi erũt iſta uitia, domi erunt iſtæ uirtutes, sed cũ fueritis reuersi. Interim nihil aliud estis quã fratres. q̃ liberi mei, duo captiui, ambo miseri, & diuersitas uestra de calamitatũ societate consumpta est. Vides q̃ nefas ſit alteꝝ ex uobis mihi esse uiliorẽ? piratarꝝ non interest uter eligať. Dignũ hunc dereliquisti, luxurioſum redemisti. Comparatione uestra iuuenis circa patrimoniũ, honoreſue contenderes, & ego proclamabo uicisses. Sed uentum est illuc, ubi non probitas, non mores æstimanť, & de corporibus ſola taxatio est. Vnde triſtes toleraret casus, ferret sordes uinculoꝝ, piraticam famem iuuenis, quẽ torquere ſolebat nr̃a frugalitas? Vnde ut in illa ſolitudine carceris duret animus conuictib,

sem̄ comitatibusq; lætatus? Expecta tu, quē decet honesta patiētia, laudabilis labor, q̄ tibi difficultatē reddis ipse rōnem. Tu differris, luxuriosus redimit. Quid uis? Prætuli illum de q̄ soli tibi querebar, quē cū uellem castigare, reprehendere, te solebam laudare, mirari. Exaggera quantū uoles uitia fratris, luxuriosum, perditū uoca, dum scias: sic magis ꝓbare non animū fuisse patris, sed de calamitate rōnem, ille eligit, q̄ recipit ante meliorē. Sed parce quæso iuuenis aduersoꝝ interpretationi. Non est electio alterum recipere, cum pretium attuleris duoꝝ, discrimen illud non ego, sed pirata cōmentus est. Quicquid inter uos in alterutro fecero, affectus est, quo duos amo. Et hō apud quē filius sola prævaluit gratia calamitatis, non fratrē tibi prætuli, sed quod in te fratri prætulissem, consilium hoc putas fuisse patris? Fortunæ est qua capti pariter estis, qua decubuit alter, qua nō conualuit redēptus. Cum propter duos uenerim, q̄ in altero mihi pirata cessit, idē est ac si mihi neutrum reddidisset. Sed quousq; facti mei dissimulabo rationē? Aeger electus est, respondete nunc si uidetur. Luxuriosus perditus fuit. Parcamus quæso memoriæ, reuereamur suprema cineris, pœniteret me fortasse si uiueret. Iterum ac sæpius (qd̄ necesse est) ipsa criminis mei uoce defendar, ægrum redemi. Non habent profecto, non habent discrimen liberi, nisi de calamitate, & inter homines quos natura pietatis æquauit, differentiam nisi de dolore non explices. Non cum usu nunc uestro, non cum moribus loquor, ille anhelat, illius sunt lassa suspiria, ad illum serius ueni. Excogitasti rursus fortuna quod supercresceret charitati, qd̄ posset sacris nominibus accedere. Hic solus maior affectus est, q̄ filios amare, filij misereri. Me quidem iudices, siquis interroget, conditio illa non fuit uera, non simplex, habuitq; piraticæ feritatis ingeniū. Aegrum mihi non licuit relinquere, licuit eligere. An fas fuisse credis, ut iuxta moriturum tu reddereris, & homines eius immanitatis ut possent liberos cū patre partiri, paterētur eum sibi relinqui quem perituꝝ ex hoc probabant, q̄ illum pater non eligebat? Tentata est misera pietas, & placuit hoc quoq; addi calamitatibus nostris, ut onerarer pudore conditionis partes non habētis. Cum in comparatione sani æger offertur, ideo ponitur ut eligatur. Superest nisi fallor iudices, ut cum sibi prælatum fratrē queratur, æstimetis utri tunc magis debuerit pietas nostra succurrere. Est quidem iudices humanæ infirmitatis ista natura, ut ex omnibus accidentibus grauissimum putet quisq; quod patitur, & cum aliena cogitationibus, nostra dolore tractentur, necesse est apud impatientiam suam uel minora prævaleant. Languor est tamen, languor, cui merito cesserint cunctæ calamitates, in cuius comparatione cōsolari se potest genus oīe miserorum. Stringat licet manus sæua captiuitas, profunda carceris nocte membra claudantur, datur tamen colludere catenis, artus extrahere nexibus, & habet aliquid æquanimitatis, cū pœna sua posse rixari. Sæuiunt regna tormentis, bella uulneribus, sed leuius afficit quicquid uirib. feras, & cū in plenum adhuc sanguinem aduersa ceciderūt, repugnantis roboris colluctatione uincuntur. Quos cruciatus compares, quem dolorem, cū penitus uisceribus immissa tabes, quotidie aliquid ex homine præmittit in mortem, cum cibos, haustus, & omnia blandimenta uitæ fames fastidit, & poscit, desiderare assidentium officia, dehinc ferre non posse, grauari quos appetieris attactus, per totū cubile corpus uelut super ardentes exagitare flāmas? Lux fatigatis luminibus grauis, uox sola de gemitu. Cum ex duobus captiuis languet alter, una est inæqualitas patris eligere sanum. Retuli iudices usq; adhuc in penatibus suis iuxta parentes propinquosq; languentē. O carcer, o morbi, quem uos non facitis ægrum? Est non ille carcer quē seueritas legum, quē potestatum iustitia commēta est. Non possunt humani metus humanarum cogitationum ingenia satis abundeq; concipere quæ uidi, latet sub immensæ rupis abrupto tristis, & ultra naturalem profundæ caliginis noctem mersus piraticis artibus specus, quē tota circumfusi uastitas maris, & undiq; minantibus scopulis illisa tēpestas terrore ruituræ molis euerberat. Horrent cūcta crucibus, squalent circumiecta naufragijs, nullus nisi in supplicia mortesq; prospectus, & ad infelicium captiuoꝝ metum præmissus de simili exitu dolor. Spiritus solus intus quem uinctorum trahunt redduntq; gemitus, quē tot contulere languentes. Hoc erat ubi iacebat æger, illud tot annorum ex quo cœpit pirata grassari idem cubile. Corpus quod grauaret assidentium sedulas manus, iacet inter uincula, quibus instruxerat adhuc recentem pirata captiuum, & quamuis tenuata de nexibus membra labantur, rursus in modum stringentium tenent, quæ nullo suspensa nixu uelut uicto homine sederunt. Qualis erat ille sub ferro, cuius exangues manus uix leuia uelamenta transferrent? Quis inter complorationes gemitusq; somnus, quem uix silentia sollicita præstarent? Ad quæ colloquia tristitia respiraret? Vndiq; pares similesque miseri, & ueteribus captiuis adiectus quotidie nouus aliquis impatiens. Compara, si uidetur, huic ægro captiuitatem tantum tuam. Tu quereris quod cibos pirata non præstet, ille remittit oblatos. Te nuda humus, nudum cubile frangit, ille ad singulos arentis corporis motus in sua uincula uersatur, & quocunq; membra lassata dolore transtulerit, in supplicium redit renouata patientia. Breuiter sæuissimi languoris definienda mensura est. Non potest ex illo sanari, nec quem redemerit pater. Insta nunc, si uidet, ac subinde iuuenis interroga, cur ægroꝝ potius elegerim. Reddi a me posse rōnem cur hoc fecerim putas? Ego uero non possem nec si te redemissem. Quid em̄ si rndere iubeas orbitatē, cur in exequias totos egerat census? Quid sibi uelit ille funebrium longus ordo pompaꝝ? Cur super flagrantes iaceant rogos? Cur ardenti non diuellantur amplexu? Et ego dico, proclamo, fateor, erroris aut dementiæ furor est cum feceris. Hoc est ergo, inquit, quod de te præcipue queror, moriturꝝ mihi prætulisti. Quæso iuuenis, ne nobis putes tantū inesse feritatis, ut illū potuerimus æstimare moriturꝝ. Vis non sperē uicturꝝ filiū, quē tūc primū aspicio, cōplector ægroꝝ, quē pirata nō recusat sibi relinqui? Si persuasionē patris interroges, quicquid est qd̄ miser torquetur,

afficitur, non languorē credo, sed impatientiam, desiderium, dolorem. Homínis qui apud piratas languet, unum remedium putes, ut redimatur. Sed non est quæso iuuenis, quod hoc patrocinium de tam calamitosa pietate cōcipiam, ut dicam, uicturum putaui. Exaggero quinimo inuidiam criminis mei. Redemi fateor illum, qui dilationes, qui moras ferre non poterat, in quo mihi pirata uendebat breuia oscula paucos dies. Si mehercule uterq; fuisset æger, illum redemissem, qui prior languere cœpisset. Si duos pariter naufragia raperēt, illi porrigerē manum, quē iam mēbrorum contentione lassatum fluctus hauriret. Si uulneribus confectos remisisset acies, properantius ei clauderē plagas, per quem animā largior sanguis egereret. Ignoscite dij pariter atq; hoīes, non possum de liberis, possum eligere de miseris. Gratias quinimo fortunæ, gratias ago, q̄ adhuc æger sentit, intelligit. Alioquin cadauer acceperam, & pretia duorū pro funere tantum, supremisq; persolueram. Nescis quantū pudori, quantū adijciat affectibus meis inter tā impares æquata cōditio. Aeger qui tantundē est piratis, plus est patri. Velis tñ nolis infelix senectus fatēdū est qđ merito, qđ summa pietate factū est, q̄ difficile fecerimus. Quæ tunc mihi cogitationes, quis tēporis illius animus fuit, cū inter duos liberos incerta miser electio ne discurrerē? Hūc diutius osculabar, illū putabā desperatione morituꝝ, lachrymas ad languentē gemitusq; transtulerā, & tu mihi uidebaris futurus æger, quoties catenas tuas soluturus inuasi, sed mihi commēdabat relictū, q̄ te p̄tulissem. Quāfrequēter iam laxata misero uincula rursus imposui, dū mihi tua potius sanitas placet? Dissimulare non possum cōditionis illius secretas difficultates. Redimi debebat æger, ego te uolebā. Ponere uos iudices uelut in illa necessitatis meæ p̄sentia uolo. Ecce infelix ad primum aspectū patris conatus assurgere, illas pallētes sordibus manus paululum tanq̄ amplexus daturus erexit, necusq; in ceruices meas spū iam deficiēte perlatas, in suum miser iterꝝ cubile deiecit. Totus ille circa nos carceris populus obticuit, & ne colloquijs nostris terribilis catenarum stridor obstreperet, lassatos artus in sua tenuere patientia. Ego serius grauis hinc, si uideā, incipiā. Luxuriose meribus mentiq; maledicat. Abite uirtutes, ignoscē, p̄bitas, charior est exliberis ille qui moriē. Mihi ỹo fateor hinc aliqua languēte filio uenisse solatia, q̄ uixit infelix quēadmodū uoluit, q̄ fuit hilaris ac læta breuis ætas. Crede iuuenis, & pro te iā maluissem, ut luxuriosus esses. Cui tu tpi, cui dolori rigorē ultionis, frontē castigantis iniungis? Impatiētissima res est perdere filiū cui uidearis irasci. Corruptū me precibus putatis ambituq; lachrymarꝝ, hoc uicit æger q̄ non rogabat. Assidebam misero, demittebat oculos, interrogāti responsum de lachrymis tantū gemituq; reddebat, agebat me deliberante iam uictum, cū repēte miseras manus uelut recedētis amplexus posuit in sinu meo, & cū lassa suspiria p̄ardētes anhelitus egestis sæpe uiscerib⁹, cū diu collatis uterq; singultibus miscuissemus lassas sine uoce lachrymas, tandē spiritu uix in paucissima uerba collecto: Tibi quidē, inquit, gr̄as ago pater q̄ redēptu rus utrūq; uenisti. Non adeo tñ sensus meos languor hebetauit, ut exitū conditionis huius ignorē, ego luxuriosus, ego p̄ditus, nunc ỹo sup infamiā noīs huius immorior. Vtinā hoc saltē mihi sero fata p̄starēt, ut residuū laborantis aīæ in tuo poneremus amplexu. Sed si mora est longior p̄orātibus exspectare pereuntē, ite superstites, ite felices, has tm̄ reliquias commēdate piratis, ne mersus profundo, proiectus in fluctus, exitum faciā hominis ad quē non uenerit pater. Vnde em̄ sperare possum, ut reuertaris, ut facias? Tunc sup abrupta ỹba tota defectione cōticuit, strictisq; uitalibus circa dolorē suū mēbra riguerūt. Exclamaui fateor, qđ agis infelix? cur desperatione collaberis? Attolle paulisper oculos, cōfirma, dura, te frater elegit. Visa est post hanc uocē meam peracta conditio, continuo pirata detraxit catenas, uincula laxauit. Vultis elegisse me negē? uultis in lucē diēq; p̄ductus carceri suo reddat æger? Ego ỹo nō habui ỹba q̄bus me deliberare, q̄bus nolle contenderē. Vultis scire qđ pater, qđ pirata p̄stiterit? Ego duos redemi, sed alterꝝ accepi. Vt scias, inquit, ægrū redimi nō debuisse, defunctus est. Crudelissime gñis humani, qui nos putas pretium tuum perdidisse, audi q̄ multa nobis in morituro filio pirata reddiderit. Frater ille tuus inter uincula, catenasq; deficiens, respirauit aliquid in thoro, tandemq; liberas uinculis manus per totius lectuli spatia iactaui, post impias carceris sordes illum cum ferali ueste squalorem exuit, paulisper æger uidit propinquos, allocutus est amicos, mandauit, exegit, & quamuis suprema sorte collabens, prius tamē luce cæli libera satiatus est. Contulit mihi grande uelit nolit fortuna in orbitate solatium, filium qui relictus mea fuit moriturus inuidia, nō occidi, sed perdidi. Quid ais iuuenis? Ita si morituꝝ filium redimere non debui, non sufficit hæc tibi de me pœna, q̄ ille decessit? Irasci patri tantum fortasse fas esset, si uiueret frater, tunc alimenta quærenti respondere posses, posce prælatum. Quantum intelligo, qui de mendicitate patris uindicaris, ęgri es redempti iuuenis inimicus. Nescis quid sit inuidiā facere patri? Melior erat tua causa, si mei misereris. At quanto, dij deæq;, alius fuit ille infelicissimi iuuenis affectus. Nuntio enim, & audiente, & tota ciuitate teste proclamo, tibi gratias agebat ille dum moreretur. Crede mehercule hoc miserum dolore consumptū, quod sibi uidebatur pretium suum mihi perdidisse. Nō aliter igitur q̄ si te præsente deficeret, per illud inquit, frater optime natalium nostrorum sacrum uenerandumq; consortium, per socias peregrinationes, per aduersa cōmunia, per hoc q̄ & tu languere potuisti, si te uel tua quādoq; uirtus, uel satietas securа prædonum piratico carcere emiserit, commēdo tibi senem quem facimus uterq; mendicum. Testor immortalia numina & infernarum sedium deos, pascerē patrē si te redemisset. Ego tamē, inquit, mihi debeo quod reuersus sum. Non quidem quicquam uelim iuuenis de uirtutū tuarum admiratione detractum, audias tamē necesse est in hac pietate uerum, Euasisse te putas ingrate? Dimissus es, Mea

pietas istud, mea fecit electio. Vnde eē euenit quicquid ante captiuitas tua præstare non potuit? Iacta quantum uoles effractum carcerē, ruptas catenas, uis scire quid negligentes fecerit securosq; piratas? Acceperant pretium duorum. Intelligit iudices & ipse iuuenis, non esse se calamitatum nostrarum iu stitiæ parem, & sic agit tanquam alere nō debeat. Itaq; transfert in hoc defensionē, ut posse se neget. Quid dicitis iudices? Feretis hoc dicētem iuuenem corpore atq; ætate robustum? Non habes opes, sed membra, sed uires. Nam neq; ego laborem, nec difficiles posco conatus, contentus sum iuuenis ut uelis. Cibos me poscere putas? Humeros posco quibus incumbam, manus quas eliso pectori apponam, sinus in quos egeram exhaustarum reliquias lachrymarum, ut sepelias, ut hæc cum miseri illius membris ossa componas. Non alimēta quæro, sed filium. Quid, quod nec graue longumq; supremæ pietatis exigimus officium? Non diu uiuērē etiam si me duo pasceretis. Securus sis, breui te gemitus mei liberabunt, assiduis planctibus euerberata uitalia? Quid me remittis ad turbam? Quid facis rursus omnibus grauē? Consumpsi fletus, clemētiam ciuitatis exhausi. Non alit populus hominem quem pascere filius debet. Quid sibi uult hæc aliena calamitatibus nostris, aliena uirtutibus tuis, iuuenis asperitas? Abstulisti mihi malorum quoq; meorum uerecundiam. Quicquid faciebā mendicitas est, ex quo reuersus es. Durat in suscepto rigore iuuenis, & ad misericordiam, non memoria fratris, non patris contēplatione deflectitur. Exclamaret alius hoc loco, ex tua fide dignus quidem eras impotētissime generis humani, quem in tormenta mea doloremq; redeuntem uincula rursus ac pœna carceris exciperet, & insultes huic confessioni licet allegare nō possum. Quid mihi miseras ultiones, quid triste monstratis auxiliū? Faceret hoc pater qui redimere noluisset. Age nunc uiuacissima senectus redeamus ad preces, quod solum uis paternæ pietatis agnoscit, hic quoq; rogemus. Per ego te iuuenis illos meos de quibus nunc quereris, an nos, per expertos tibi notosq; humanorum accidentium casus, per infelicis illius manes, cui nec hoc saltē contigit, ut te reuerso, te præsente morereī, pasce nunc q; te redimere uolui, pasce q; fratrē tuum redemi. Non ego lassitudinem tuam posco. Nunq; otium meum, nec ut ipse securus quietusq; transigam diē, tuas operibus manus, tuū laboribus assigno sudorem. Iungamus mutuæ pietatis officia, par flebile, par omnibus ætatibus nominibusq; reuerendum est nobis negotium cum ciuitate mitissima. Quanto libentius dabunt, cum uiderint pariter unaq; miseros mutua sustētatione connexos? Et ego quidem rogabo qui soleo, sed in tuos sinus populus congerat stipes. Quicquid preces, quicquid impetrauerint lachrymæ meæ accipe, tuere, dispensa, pro tua fama, pro tua sum pietate solicitus. Ego mendicabo, tu pasces.

Argumentum declamationis. VI.

Qui in calamitate parentes deseruerit, insepultus abijciatur. Qui habebat uxorem & filium captus à piratis scripsit domū de redemptione. Vxor flendo oculos amisit, filius retinente matre, pfectus, uicarijs manibus redemit patrē. Idem in uinculis decessit. Abiectus in mare, & appulsus ad littus patriū, est eiectus, uult illum sepelire pater, mater prohibet.

Pro patre contra matrem.

ETIamsi iudices in hac asperrima conditione fragilitatis humanæ, in qua nemo prope mortalium impune uiuit, hæc omnibus natura est, ut sua cuiq; calamitas præcipue misera atq; intolerāda uideatur, inter omnes tamen hoc constet necesse est, infelicitatem meam tantum cæteras supergressam, ut prorsus hæc sit quæ fleri debeat usq; ad cæcitatem. Quid enim passus sum tam leue, ut non comparatio mei felices aliorum etiam miserias faciat? Graue est a piratis alligari, magis dicat hoc qui sciat q̄ cito capti moriantur. Alligatus sum, sed tñ miser magis queror q; solutus sum. Indigna est impietas in suos, quæ quanta uersetur in hoc iudicio uidetis. Sed mihi hoc quoq; querēdum est, q; me & uxor nimium dilexit & filius. Quid ergo putarē in rerum natura posse reperiri quod orbitate acerbius uideretur? Non contingit mihi, quod cæteris miserrimum est, filium efferre. Parum est q; iuueni singularis exēpli, causa mortis fui, & tā pretiosa redēptus anima, senex odiosus morte filij mei uiuo. Parum est q; mihi luctum meum fluctus nuntiarunt, & aliud agēti patri subito ad littus orbitas appulsa est, q; miserrimum iuuenē toto iactatum mari, etiam si nemo interpellasset, sero sepelirē, adhuc supremo prohibeor officio, & ne quid solatij contingat, perdo etiā matris misericordiam. Injecit errantē corpori manum mulier, & piratis, & tēpestate crudelior, atq; ut accedat dolori meo cumulus, quæ hoc facit, uxor mea est. Ne quis tamē erret ignotus, nō est filij mei nouerca, sed mater. O facinus, o clades nostris mutata natura. Materignē ultimum filio negat, & mulier, quæ maritū quoq; suum debilitata desiderat. Quis hoc de ista credat? Filium non flet, funditus euersa, fulmen hoc gladiumq; non sentit. Comparet dolorem, quanto minore causa excæcata est. Huius iudices pœnæ ab ipsa morte repetite crimē. Ego sum, ego & alligaui filium meum, & infamaui, & ne non accedat grauissimi doloris comes pœnitētia, in illum mortiferum carcerē mersi. Quo fato parentes miser sortitus est, ut illi uitam pater, sepulturam mater auferret? Nam ut pietatem filij mei semel indicem, patrē redemit. Si q̄ ego redierim, uxor irascitur, reddat rationem cur acceptis literis meis fleuerit. Atqui miserrimus iuuenis quomodo magis tēperare potuit officia? Lex parentibus in calamitate ferre opē iubebat, utercq; parens erat calamitate deuinctus, unus autem succurrere utrique non poterat, inuenit tamen ingeniosa pietas, & utriq; subuenit dispendio sui. Ipse uenit ad patrem, me remisit ad matrē. Hoc si defendēdum est, agnosco partes meas, causam plāctibus agā; flere enim certe per legē licet. Alioqui diu laudare non

expedit,diligẽter defendere contrarium est actioni nostræ,ut impetremus,funus moramur,dum nos litigamus,dum circa cadauer nostrum orbi rixamur, dum agitur causa defuncti, dum sepulchro lege præscribitur ,dum dantur legitima dicentibus tempora,putrescit interim corpus , nec totum in sicco iacet,Cadauer ab incursu auium ferarumq; tantum miserantium corona custodit. Conuenerunt etiam alieni parẽtes,totus in spectaculum populus effusus est,& ignoto quoq; corpori publica humanitas quasi quasdam fecit exequias.Deflẽt oẽs homines,dolẽt,plurimorum tamẽ illa uox est, iuuenis insepultus iacet. Miser,nec patrem habet fortasse nec matrẽ. Iam hominis figuram uetustas pene consumpsit. Iam lenta tabes in terrã defluxit. Iam soluta cute ossa nudantur. Quãlibet duraueris animo, non ferres tamẽ ista si uideres. Sed audire certe potes,ille est filius noster, cuius spes ipsas amauimus, quẽ apud omnia templa & surdos uotis deos superstitẽ precati sumus, a quo sepeliri optauimus. Ille amabilis infans,ille blandus puer,ille iuuenis etiam ante hoc crimẽ pijssimus,ille dum par fortuna parẽtum fuit,propẽsus in amorẽ tui. Mentior, nisi cum peregrinatio mea nos deduceret, maluit esse cũ matre. Me per oĩa maria uolitantẽ,ut plus filio relinquerẽ,circũuenit sæuius ipso mari latrocinium. Describam nunc ego pendentẽ fluctibus carcerẽ,& catenas macie mea laxatas,& detritam lateribus meis conscĩam malorum carinam, & obrutam perẽnibus tenebris feralis loci cruẽtam cæcitatẽ? Ista uero,si quid pudoris habeo,tacẽda sunt. Alioqui quis mihi ignoscet q̃ uicarium accepi? Etiã scripsi se pœnitet. O literæ fletibus tremulæ. O parum alligatæ manus. O delẽda uxoris oculis epistola. Cur indicaui,cur scripsi,qd uxor ac filius ultimum legerẽt? Vt incertum sit utrum me carius redimãt,an lugeant,cognita clade rarissimi uxor exẽpli,& prorsus talis filij mater,totos effleuit oculos,fontẽq; illum perennium lachrymarum tantum cæcitas clusit. Si non tenuisset,filium uicerat. Continuus inde planctus,incredibilis mœstitia,assidua lamentatio fuit. Iuuenem nescio in me magis,an in te futurum impium si non redemisset, quẽ tu sic desiderabas. Ergo profectionem apparat, ut quoniam reddere matri non poterat oculos,redderet uirum oculis chariorem. Sed uidelicet est quædam ultima calamitatum rabies,& nouissime in furorem uota ipsa uertuntur. Retinuit iuuenem,& epistolis meis legem opposuit. O uanæ figurationes, & pectora hominum alto errore confusa. Nemo illam non putabit timere de filio. Itaq; iuuenis quod ad solatium ptinere credidit, commẽdauit amicis custodiam matris, substituit uici curæ suæ propinquos. Neq; eñ aliter usq; ad reditum meũ cæca uixisset. Quicquid humana ratio ualet,contulit. Si potuisset redimere oculos matris,qua pietate fuit, uicarios suos dedisset. Ipse profectus est solo comitatus animo,nec se putauit ire sine pretio, quãuis ad piratas ferret inanes manus. Dicat aliquis,adeo domi nihil reliqueras,adeo longa ætate sic uixeras,ut ne pretium quidẽ tui parareris? Si hoc ita esset,testor deos,de redemptione literas nõ misissem,fuit unde redimi possem iudices,fuit,sed illud totum filius matri reliquit. Nauigat ergo per horridos fluctus & gementia littora & spumantes scopulos,& quacunq; miser relatus est,non auspicatum metiẽs iter,prorsus ominose retẽtus peruersis etiam uotis,qui optaret alligari a piratis, quos uitare quoq; miserum est. Quærit hæc omnia impius ille filius propter parẽtes,quod non præstitisset frater fratri,non uxor uiro. Quid differimus ultra? non pater filio. Dij immortales cæli,maris,inferorum præsides,uni mihi adhuc oẽs male experti,uos tamen solos habeo testes q̃ inuitus redemptus sum. Miserum me,perijt qui sciebat. Nam ut primum peruenit iuuenis ad piratas afferẽs redemptionis meæ se pretium, e ferali nauicula auidus exilijt,uicarias oblaturus manus,strauit se ad genua singulorum,& ut cupiditas fecerat blandum obsecrauit omnibus precibus,miserabili planctu,& lachrymis pene maternis,nemo unq̃ sic ut soluereñ, rogauit. Nec sane difficile fuit impetrare a piratis captiuitatẽ,maior illi pugna mecum fuit. Non dignũ illud spectaculũ latronibus erat,cũ pater filiusq; de uinculis contẽderẽt,& sibi quisq; carcerẽ uindicaret. Ego iam usu defendebam meum,& in his annis iam maturam mortẽ asserebam. At ille contra,ego te in calamitate deseram? Ego alligatum relinquam? Et quõ ad matrẽ redibo,quæ misera desiderio tui dies noctesq; fletibus iungit,quæ uiuere sine te nõ potest? Non dicebat tamẽ omnia, & cum assiduos planctus & irrequietas diceret lachrymas,adijciebat, iam pene cæca est, fortasse si redieris uidebit. In summa,non recedo. Fas est mihi etiam inuitis parẽtibus pie facere. Non recedo,si perseueras demus piratis lucrum. Aut uicarius ero,aut comes. Quantum inter hæc fleuit? quandiu cecidit oculos suos? Si perseuerassem,duos excæcaueram. Obstupuerunt pietate tanta etiam latrones, & per immobiles ante uultus fletus cucurrit. Non tenuissent fortasse iuuenẽ, nisi redẽpturos parentes talem filium credidissent. Ipse in se transtulit ferreos nexus,& hilarior alligatus est filius,q̃ solutus est pater. Supremum tamẽ & nefas in æternum,me iam catenatis manibus amplexus,postq̃ mei cura discesserat,matrẽ inquit,tibi per hæc merita commẽdo. Tu illam tuere,defende,ama,ne relinque,sic paria faciemus. Illic tu eris uicarius meus,si hæc feceris, nõ irascetur mihi fortasse mater q̃ ab illa recessi. Sic in nauẽ filij mei male permutatus uector imponor, & qua uisum oculi dederũt, ad piratas e puppe prospecto, curua littora,& immẽsum sideribus fretum & turritos urbium scopulos retrolego. Miserq; me quan diu a piratis etiam nauigatur. Mandata tamẽ tua fili,perago,assideo,sustẽto. Immo mehercule tu assides fili,tu sustines,propter quẽ mihi etiã huius propẽsior cura est. Dum recedere ab uxore nolo,filium non redemi. At illum interim quotidie situs carceris strangulat,insidunt ossibus catenæ, exẽplum seculi in myoparone moritur. Mater iam satis est,habes pœnas super legẽ, sepelissent talẽ uirum etiam ipsi piratæ nisi eos conscĩa scelerum,metusq; pœnarũ ab omni littore arceret. Qd unum poterant secũ dis proiecere uẽtis. Excepit mitior matre tẽpestas,et(si qua dici potest calamitatum felicitas)prospero

cursu cadauer tantum nõ ad ipsa maiorum sepulchra depositum est. Narretur res seculo nostro diuersa, & nescio utra parte mirabilior. Filij corpus matri maria retulerunt, mater mari. Magnam quidem partẽ agnosco culpæ meæ. Ego uxorẽ adduxi, & ne miseram dolore fraudarẽ, ipse meis humeris aduersariam meam usq; ad littora tuli. Et sane aduersus prima uerba orbitatis animo æstimantẽ fefellerunt. Quis aũt non dolẽtis affectum putasset, cum diceret defuncto filio mater, Quid enim nauigasti? quid maria ingressus es? quid piratas petisti? Nam illa quidẽ uulgatissima orbitatis uox est: Fili cui me reliquisti? Etiam cum tota supra corpus incubuit, amplexam putaui. Etiam cum iniecit tollẽtibus manum. Et hoc inquam solent facere matres, ut funus morentur. At ista legem recitat, & in cadauer filij perorat: Tace, tace misera, ita tu istud optasti? Sola scilicet calamitatibus nostris adhuc defuit culpa, ut cum sæuitia nimiæ quoq; felicitatis turpis sit, procedat inauditum antea monstrum, misera crudelis, si quid irati dij reliquerũt, si quid infelicitas oblita est, suis manibus perdere cupiat. Detracta est fortunæ inuidia, qñ suo quoq; iudicio mater post amissum filiũ para misera est. Lachrymas ipsas nouissime perdo, inanis domi libitina plangitur, derisus designator redit, refertur rogus. Inter hæc omnia non gemitus ullus matris, nõ lachrymæ, non questus. Putes appulsum ad littus aliquẽ esse piratam? Vnde hunc illi animum? Si mala sua ideo non sentit, quia non uidet, & hoc boni cæcitas habet, eruat aliquis oculos meos. Sed tenebræ corporis affectibus non obstant. Est ne hæc uxor mea? est ne ille filius noster? Liceat dubitare si fieri potest, & sane uix iam dinoscẽdam speciẽ uetustas reliquit, sed attritæ manus, & tumida uestigia uinculoꝝ, & testis longæ captiuitatis macies, infelicia argumẽta, consentiunt: Miserum me, certus luctus est. Filium agnosco, uxorẽ non agnosco. Ergo qm̃ de iure longior pugna est, & nobis festinandũ, sint primæ precũ partes. Adeste uniuersi utriusq; sexus parẽtes, dum matrẽ in exequias filij rogo. Per matrimonium te uetus, & per mutuam charitatẽ, quæ utriq; nostrum magno cõstat, adijcio, per commune pignus, per annos pariter actos, & beneficio filij plures, per meum in te obsequium, iam mei miserere cuius soles. Crede mihi, hoc quod patior carcere peius est, captiuitate crudelius. Mea ista pœna est. Quid tibi tantum mali feci? Quid offendi? certe ego te non reliqui. Iam si totum affectum in hunc consumpsisti uirum, & omnis per oculos misericordia effluxit, tulerit sane filius noster merito pœnas, dederit spiritum supplicio, nihil de præteritis loquamur, quod postulauit Cicero etiã ab illo crudelissimo Siciliæ tyranno, mors sit extrema malorꝝ. Quod quidẽ cum permissum non esset, pernoctabant ante ostium carceris, pretio redimẽtes sepeliẽdi potestatẽ. Quid tandẽ hoc M. Tullius patres matresq; promeruit? Tu uende saltẽ, quod sub Verre crudelissimum fuit. Certe ego filium redimam, nec mihi pretium diu quærendum est, habeo manus. Nihil mouer is nunc, & debilitatem tuam iactas. Singulare fœminis exẽplum ostẽdi, narrariq; desideras, sepulturam filij maritus a te impetrare non potuit. Vade hercule si libet, & corpus in fluctus repelle. Aut si parum celebri loco uidetur abiectum, injice manum, & ne minus te satiet alienum ministerium, ipsa potissimum trahe, alteram manum cadaueri impone, altera duc qua frequentissimum rotis iter est, & nigra limo uia. Protrahat miserum onustum uehiculum, & sanctissimum pectus ungulæ rumpant. Ipsa qm̃ defeceris oculis, elisum caput, & oppressa ponderibus præcordia manibus tuis pertracta, si quidẽ audeas, istis etiã lacerandentibus. Litigamus, consistimus, in diuersum abimus. Nẽpe cum uiceris, oia paria habebimus põter animum. Nõ sepelies? uide quæso, uide ne dum litigas, arenam fluctus aggeret, injiciat humũ misericors populus. Obstas? si cuius clementia tumulum fecerit, effode, & cum talis sis mater, aude indignari, & exclama, magis amauit patrem. Cruces succidunt, percussos sepeliri carnifex non uetat. Ipsi piratæ nihil amplius q̃ projiciunt. Mater (quanq̃ profanari hoc nomẽ nefas est) si perseuerat esse filij sui nouerca, ut hac crudelitate uideatur digna, quæ orbitatẽ suam non intelligit, si ultra hostium affectum, qui cæsos acie sæpe tumularunt, ultra tyrannos, ultra latrones parũ habet non sepelire, nisi alio rum quoq; officia præciderit, & tantum q̃ non petita ex fluctibus aqua restinguit ignẽ, si adeo nõ genuit filium, sed effudit, et ex illo infelici partu ingratum uteri pondus exposuit, licet imputet nobis ut uolet, quod tueri nõ potest, singulare mariti desiderium, dicam tñ quod sentio, excusatius odisset uirq̃ filium. Quanquam in hoc mutuæ charitatis affectu paria fecimus, illa oculos propter matrimonium neglexit, ego filium, uicem cæcitatis orbitate persolui. Tamen quod inter hæc quoq; mala priuatim doleam necesse est. Omnẽ illam quam contraxerat perdit opinionẽ. Iam inimici mei triumphãt, iam passim loquũtur, illa exẽpli mulier, illa seculi decus, uirum redimi noluit, nec filium sepeliri. Equidẽ iudices ut sentio, neminem non mortalium fauere hominis sepulturæ conuenit, quia hæc una res est, cuius exẽplum ad omnes pertineat. Ideoq; non nisi ab ultimo parricidio exigitur pœna transhominẽ. Etiam si qua sunt iura quæ obstent, si tamen angustus saltem detur accessus, per quem intrare humanitas possit, uera clemẽtia occasione contenta est. Siue omnis in defunctis sensus perit, & ad operiendam fœditatem subtrahendamq; dolori materiam, mortui uiuentium causa sepeliuntur, seu cum ad infernas sedes anima migrauit, unus hic luce uiduis honos, & suprema face (ut uates ferunt) petitam ulterioris ripæ stationem contingunt, quæ uera esse & credo miser, & opto, cito iturus ad filium. Certe rerum natura ut in generãdis alendisq; hominibus, quæ necessaria erant ex seipsa prospexit, ita cum rursus opus suũ resoluit, corpora nostra q̃primum reducere ad principia festinat, ut de iertis etiam locis circa cadauer tracta imbribus terra concrescit, aggerant puluerem uenti, & liquefacta multa die mẽbra paulatim humus bibit etiam si nullus operit. At ipsa longo tẽpore in terram ossa desidunt. Nobis uero aduersus exanimes genuit nõ solum miserationẽ, quæ cogitationi nostræ subit, sed etiã

religionem. Inde ignotis quoq; corporibus transeuntium uiatorum collatitia sepultura, inde iniecta ab alienis humus. Facinus indignum, cū hæc ita sint, sepultus esset filius meus, nisi incidisset in matrē. Et hæc iudices non ideo ego dico, ut affectu iura corrumpam, neq; uobis præcipio, sed aduersariæ ex probro. Legē quidē istam quid inhorream, cum id unum miserrimo iuueni sit obiectum, q̄ in calamitate non deseruerit patrē? Sed quatenus luctus nostri in ius uocantur, & flenti disputandū est, & orbitati suæ mater irascitur, superemus quam exorare non possumus. Et quando duor̄ hominū miseri ora uota uidistis, ut de his pater si uicerit filium suum, efferat, mater si uicerit abiiciat? Quæ tñ lex est? Qui parentes in calamitate deseruerit insepultus abiiciatur. Omnis nobis in hac prius causa iudices de scripto & intellectu legis contētio est, utrum uerborum ambiguitate, an uoluntatis fide staturum sit. Pars enim aduersa id nititur, parētem fuisse in calamitate eam, quæ deserta sit. Cuius rei pœna est ab iici insepultū. Quid tum fuerit in causa, quid sit postea consecutum, quomodo legē intelligere conueniat, subterfugit dicere, neq; a uestigio scripti recedit, sed nuda recitatione contēta est. Nos neq; omnibus personis, neq; omnibus cæcis scriptam esse legē, & iuueni iustas ac necessarias recedendi causas, & cui rei semper ius satis plenum est, bonum animum fuisse, postremo non hoc esse deserere contendimus, atq; eo causam dimittimus, ut non sit absoluendus adolescens, nisi etiam laudandus. Qui aūt dubitat an scripti uoluntatē sequi cōueniat, is mihi uidet quæstionē tentare incertus qua de re. Ideo pauciora adiiciam, q̄ nobis quoq; (si ita pergitis) afferet quandam cauillationē ista sermonis ambiguitas, ac uideri poterit omnē actionē partis aduersæ prima statim recitatione subuertere. Nam lex cum dicit, qui parentes in calamitate deseruerit, rursusq; cum dicit, insepultus abiiciatur, non utiq; id significat, ut non liceat eum sepeliri, postq̄ proiectus est. Quare aut mihi quoq; permittite sic agere quomodo uolo, aut quod magis uestram religionē decet, indignam sanctissimis auribus uerbor̄ captionem, ex utraq; parte præcidite, & cum filium singularis exempli probauero, fortiter sentite nullam unquam a maioribus nostris pœnam scriptam esse pietati. Atq; in eo quod primum posueram, non ad hanc rē pertinere legē, non diu uersabor, neq; dubitatione quam non habet, afferam moram. Neq; enim puto si ætas impediet infantiam, ualetudo ægrum R. P. legatum, dux militē, nihilominus obstricta crudelitas non accipiet rationē necessitatis: & cum semel apparuerit patere in eiusmodi causis defensionem, potero plane esse securus, nec timebone teneri uideatur filius meus, si non potuit omnibus succurrere, dum in ipsa lege occupatus est. Pater alligatus est, mater cæca est, unus utriq; filius, magna locor̄ distantia. Habet lex in medio debitorē. Duc ad utrum mauis, ad utrunq; nō potes, nisi hanc conditionē misero imponimus, ut quicquid fecerit proiiciēdus sit. Si exierit, mater sepeliri uetabit, si remanserit, pater. Non dubito fore dubium quin ius in hac lege fuerit & mihi, nisi forte (ut oīa inique iniusteq; cō quiritis) hic quoq; unius occasione ꝟbi aliud putatis iuuare parētes, aliud nō deserere: Id est de hoc dubitare uultis, utrū parētibus ubiq; ferri oporteat auxilia, ut ego æstimo, an ꝟo non mereatur adiutori um, nisi qui præsente filio miser est. Nā si deserere in calamitate, nil aliud putamus esse q̄ a misero discedere, duo simul scelera permittimus. Primū illud, ut etiam qui aderit possit impune nihil p̄stare, siq- dē absolutus est hac lege, qui secundum miserū stetit. Quo quidē modo non adiutores calamitosis parētibus filios damus, sed spectatores. Dehinc accidit illud uel grauius, q̄ cum rerum necessitas quotidie nos diuidat, si quædam fortuna parētes nos deprehēderit, quamuis exiguo diuiso spatio impune opē non ferret, nō succurreret, ut hac saltē se calumnia defendat. Non reliqui, nō abscessi, neque pede quod aiunt, uno a parēte discessi, solutus erit omni auxiliandi necessitate, qñ uestra interpretatione absentia impietatis occasio est. Hoc uoluisse legum latorem putamus, ut natus ex nobis metipsis in rebus aduersis præsidium parēti labore atque præstantia solueret, lucis usuram ubicunque, nisi forte nō sumus parentes nisi palam. Quid est ergo non deserere? Opem ferre, non deesse. Omnia hæc enim eo spectant, ut auxilio liberorum tuti sint parentes. Quod cum ita sit, tam ad me lex ista pertinuit q̄ ad matrem. Duo unum uocabamus, uideamus quo ire debuerit. Poteram quidem fortiter dicere, pater iussi. Hoc nomen omni lege maius est. Tribunos deducimus, candidatos ferimus. Ius nobis uitæ necisque concessum est. Si non fecerit quod iubeo, non deferam illum ad sepulturam. Necesse habuit parere, non deseruit, sed abductus est. Crede non contemptu tui uenit in carcerē. Si sint sane iura paria, sedeatque medius inter duos filios iudex, non comparabo personas apud omnes gentes plus iuris habeat pater, sit sane natura cōmunis, non imputabo q̄ nomē dedi, q̄ familiam, q̄ impēsas, q̄ dum illi ac quiro, captus sum. Non indulgentiæ discrimē excutiam, de qua iam lite concessum est. Fuerint quidē ista faciēda, sed ego ius meum reprimo, inter duos parētes cæcus affectus est. Exorabit qui prior rogauerit. Tēpore certe uinco, ante miser esse cœpi. Tu adhuc integra es, egō iam alligatus sum. Tu sana in domo, ego iam pene defunctus in carcere. Tibi adhuc non opus est filio, ego iam rogo, nempe calamitas tua nata est post epistolam meam, nisi te flentem consolari filius uoluisset, ante cæcitatem tuam exisset. Noli mirari si te gratia uinco, ante exoraui filium q̄ tu rogares. Si quisquam figuratione quadā in hac malorum conditione iudicē ponat, fortuna quæso absit, cuius tanta calamitas fuit. Abstulerat quidē tibi oculos nimius affectus, & de quinque rer̄ sensibus pars una cessabat, & tenebras etiā saluis luminibus alternas continua nox duxerat. Maius est tñ malum quod sic fletur. Nam ut merito queri possit ablatas uidendi uoluptates, impeditos rerum actus, tamen si non iniqui iudices sumus, necambitione miseri sunt qui mederi possint, referā, nō solū quia uincēda mihi, sed magis etiā q̄ cōsolanda est. Nam qñ omne tormentū corporis abest, dolorque mēbrorum, qui totam cogitationē in se rapit,

feliciter ceſſat, ſupereſt ut cruciet nimium otium & aſſidua quies, res ſi nõ ſint neceſſitate iucundæ. Nã uiſus, damnum ſarciũt reliquæ uoluptates, odor, guſtus, tactus, auditus, quibus tametſi deeſſe ſummã fatendum eſt, non eſt tamen maxime calamitatis loco numeranda parum plena felicitas. Domus certe propria, lectuſq; genialis, conuentus propinquorum, ſermo amicorum, ipſa (quod raro contingit) honeſta calamitas, & in quacunq; fortuna beata libertas, tot uoluptates obruere poſſunt unum dolorem. Nam lucis deſiderium ſi malis meis compares, etiam delicatum eſt. Non eñ aliquid rerum natura genitura eſt ſpectaculo noſtro nouũ, ac non quicqd ſpecioſiſſimũ pulcherrimũq; uiſuri ſumus, uidimus. Nẽpe quotidie nox oritur, & æquam temporũ portionẽ inuoluit obſcuritas, & ex parte ſui ipſa quodãmodo cæca natura eſt. Cui alienis oculis uti licet, audire, impetrare, cuius miniſterijs officia non deſunt (non enim defuerunt) niſi ſe erigit, & fortunæ ſuæ rationem reddit, & præſertim in tam bona cæcitatis conſcientia, animi uitio miſer eſt. Non debet dolere quippiam qui poteſt gloriari, quanq; cuiuſlibet & quacunq; cauſa hunc incurſum paſſæ, leuius eſt tamen malum fœminæ. Non enim nauigatis, non legationem obitis, non frequenti peregrinatione uariatis aſpectus, non militaris uos, nõ forenſis ratio deducit. Alioquin ſemper eſtis intra domum, uno plurimum in loco, leuibus officijs affixæ. Tuum quidem affectum ſi bene noui, nulla magis cauſa cæcitatem doluiſti, q̃ quod ad redimendũ maritum ire non poſſes. Hæc tua calamitas erat, æſtimemus meam. Nulli quidem grauior uiſa eſt q̃ tibi, audi tamen q̃ multa in illis epiſtolis non ſcripſerim. O fili, in quibus te malis reliqui. Iam illa principalis ac maxima deum dono conceſſa libertas, nec hominum ſolum, ſed ferarum uolucrumq; ſenſibus fixa & ingenita, primum ſpolium fuit. Me ipſe perdidi, teneor uenale mancipium, & ciuis Romanus merces fio, & libertatem ſenex dediſco, & natus ingenuus uenire opto. Minimum eſt, habitamus in fluctibus, hyberni nos feriunt uenti, nõ ſtatio, non ſedes, non quies, ſed quod malorũ meorum maxima portio eſt, tam miſeri ſunt etiam domini mei, cito prætereunda eſt memoria, propter me uxori grauius, mihi propter filium. Tranſeo hirſutos hoſtium uultus, & immanium barbarorum feros fremitus, tantumq; mihi quotidie eſſe metuendum, quantum pati captus, audere pirata potuiſſet. Nihil eſt deſiderio ſuorum grauius, timui ne quem ex meis uiderem. Nihil tempeſtate minacius, quotidie naufragium optaui, nam mortem, confitebor ſenili inertia una cauſa minus cupiebam, ne defunctũ nemo ſepeliret. Quam ueſtem relictam captiuo putas, niſi quæ præda nõ erat? quales epulas ciboſq; præbent, qui ipſi rapto uiuunt? Nam illa quidem ſatis digna quis dixerit, udum carcerem, & inundatam ſentina nauiculam, & impoſitum nuda trabe irrequietũ latus, reuinctas poſt tergum manus alligatos tanquam eſſet qua fugeremus pedes? Solæ in carcere tenebræ iuuabant. Sæpe de auribus queſtus ſum quæ ſonum flagellorum, gemitumq; cæſorum, quamuis impexis obrutæ comis, acciperẽt, dura metus ſui exempla. Miſerum me fili, nempe morbo periſti. Compara terram mari, domum nauí, lectulum carceri, libertatem ſeruituti, deſiderium oculorũ totius corporis damno. Quid nos longius ducit calamitatum noſtrarum miſera contentio? Cæci etiam litigare poſſunt, captiui ne uiuere. Verum hæc etiam ſi in æquo ponerentur, multum tamen in alteram partem debuiſſent habere momenti, quod plus mihi poterãt prodeſſe quam tibi. Et labori opportet incumbere, ubi effectus promittitur. Stulta cura eſt, quæ ſpem non habet. Ego redimi poteram, tu ſanari non poteras. Qualiſcũq; iſta calamitas inemẽdabilis cæcitas, non remedium accipere, non uicarium poteſt. Aſſediſſet ſcilicet lectulo inefficax ſedulitas, & acceptis epiſtolis meis iuuenis filius nihil aliud q̃ cum matre fleuiſſet. Quia profectus eſt, alterius tamen parentis calamitas emendata eſt. Si remanſiſſet, & matrem cæcam haberet, et patrem captiuum. Adijcio quod tibi non neceſſaria filij præſentia fuit. Aſſidere enim, cibos miniſtrare, manũ porrigere quilibet poterat. Mẽtior niſi factum eſt, me ab illis captum, tam dura conditione uenalem, quod utiq; in cõfeſſione eſt, nemo alius redemiſſet q̃ filius meus. Et ego ſic ago tanquam hęc tantum filius propter me fecerit, quanq̃ in hoc litigatu quodammodo tibi ipſa excidiſti, & quanq̃ id agas, ut merita tua iniuria uincas. Et quanq̃ nouum induiſti rigorem, non prohibeo tamen teſtimonium, ad redemptionẽ meam filium ipſa miſiſti, cum ſic plangeres, cum mortẽ precareris, cum te omĩ uiduatam uoluptate clamares, cum ſæpius gemeres captiuitatẽ meam q̃ cæcitatẽ tuam. Non erat illi ferreum pectus, nec cor ſilice concretum, ut hæc pati poſſet æquo animo. Tu filiũ prima docuiſti ſibi non parcere, potius q̃ plus flere, potius q̃ ipſam reſcindere cæcitatẽ. Profectus eſt, maritũ tibi reddidit. O crimẽ graue. Si hoc ante feciſſet uideres. At retinere nõ potuiſti. Nõ dicã tibi, habet pietas impetũ ſuũ, nec ullum dominum nouit affectus, nec ille te potuit retinere ne fleres. Audi quod eſt uerius, aliud putauit. Non erat credibile obſtare te redemptioni meæ, interpretatus eſt maternum metum, & maris domui noſtræ male experti periculũ credidit, timens ne ſi tibi non paruiſſet, nemo non uos putaſſet colludere. Cæterum me poterat non redimere, cum tu clamares, cæca ſum, oculos deſiderio uiri pdidi, ſolitudinem ferre non poſſum. Ita ille ad redemptionẽ meam excuſatius profectus eẽt, ſi me minus deſideraſſes? Dubitabitur an tua cauſa fecerit? & filium & uirum habere non poteras, reddidit tibi quem magis amabas. Siſte iam lachrymas, maritum reducem & incolumem accipe. Quid iraſceris? quæ tanta mutatio eſt? quis hoc crederet? Quereris diſceſſiſſe quem odiſti, cũ eum rediſſe nolis quẽ diligis. Atqui ſi (ut ſupra probauimus) is parentes in calamitate deſerit qui opem non fert, & (ut nũc oſtẽdemus) optimus filius corpore ſuo adiutoria matri redemit, profecto opem tulit, id eſt non deſeruit. Nam ſi, ut ante dixi, ne ueſtigio quidem abſiſſe a miſeris licet, ne ipſorum quidem cauſa qui adiuuantur, diſcedere fas erit, nec cibos ſaltem petere, aut alia uſibus neceſſaria parare continget. Si uero



FALTAN DOCUMENTOS
(paginas, cuadernillos...)
ISO 9878/1990

Perdidi infelix illum charior̄ pauperibus affectum. Succurrere mihi putas q̄ aliq̄n̄ diſſedimus? Falleris, deciperis. Hominis cuius occiſus eſt filius, unus inimicus eſt. Sane poſſit aliqs hanc doloris diſſimulationē mēdacio perferre uerbor̄, torqueri uolo. Nihil eſt tanti niſi uerum, uidelicet inter ignes ac flagella ſufficit mihi ſi dixero, hic eſt inimicus animæ, q̄ nobis ſubinde maledixit, hic ille contumelioſus, ille impotens. Ego neſcio an mihi poſſit in quæſtione ſufficere q̄d uidi, & q̄ inimicus me contēdit ideo uelle torqueri. Tormenta poſtulo. En ad q̄d confugiat hō, q̄ ſe ſciat poſſe mentiri. Nulla eſt rō quæſtio num relicta mortalibus, ſi adiuuant contra ueritatē, & ſublata eſt de rebus humanis neceſſitatis huius utilitas, ſi iam tuetur ultro, explicatq̄ fingentibus. Hucuſq̄ durant artis ingenia mortalium, & licet ſit aliquis ſecreti firmitate compoſitus, hominem tñ ultra non ſequitur animus. Non uacat aſſerere quæ finxeris, tunc cum uix prodeſt & uerum fateri. Et nemo non contra id torquetur, quod dixit ante tormenta. Non refert, cuius ad equuleum nominis perſuaſionē, quas ſilentij afferas cauſas. In quæſtionibus tm̄ corpora ſumus, & nemo non contra aliquem torquetur affectum, exigam quæſtionem, an recuſem? Quid interest tormentor̄ breui futurus ſimilis homini qui fateatur inuitus? Nouum iudices inauditumq̄ rebus humanis aperitur exemplum. Nemo unq̄ ideo torqueri non debuit, quia mentiretur. Sed ſi fas eſt iudices dubitare de fide quæſtionū, alius debet eſſe ſuſpectus, ille ſcilicet in quo ſeruiliū pectorum receſſus, in quo uerniles excutiuntur artus. Quoties tortori eſt rixa cum membris, tū cruciatus agnoſcit aſſiduis ſupplicijs durata patiētia, & homini non eſt noua res dolor corporis appliciti, q̄d ſciſſa laceratacq̄ ueſte primū ferre non poteſt pudorem, quod neſcit ad flagellorum uices membra cōponere, nec ullo uerbera frangit occurſu: Nos inquam ſumus quos leges ſuperuacuum putauere torqueri. Vnde nobis interiſta ſecretum? In tormentis libero homini opus eſt patientia, ut uerum dicat. Sed, inquit, ideo torqueri non debes, quia exigis ut torquearis. Aliud ſunt inimice tormenta, aliud uelle torqueri. Felices illos q̄ recuſare uoluerunt. Meretur clementiā & fauorem quiſquis ad illa tremēs exanimiſq̄ perducit, quem uix a genibus tortor abducit, cui iā ſciſſas quoq̄ difficile poſſis eripere ueſtes. Ego quemadmodū uultis deprecer, q̄ uideor prouocaſſe tortorem? Ille ille ſine ulla miſeratione laceratur, cui ad ſingulos ictus dicitur ipſe uoluiſti, quem non decet rogare, qui credit fingere proclamationes, ſimulare gemitus, de quo primum uident uindicanda tormenta. Non inuenio iudices quid ſperare poſſit qui mentitur, & exigit quæſtionem. Homini qui uult torqueri, diu non creditur, nec uerū dicenti. Nec eſt iudices q̄ putetis adeo mihi triſtiſſimam orbitatem omnes humanorum pector̄ rapuiſſe ſenſus, ut non intelligam petere me q̄ diues poſſit euadere, & pene magis pro percuſſore torqueri. Sed quid me facere uultis? Non debeo poſſe mentiri hō, qui cū filius meus occideretur interfui. Veritati tm̄ præſto patientiam, exigo quæſtionem, in qua quid dicturus ſim neſcio, quid debeam dicere uidi. Scio, uultis poſt hoc argumentis, ſuſpicionib. agam. Breuiora tormenta ſunt. Non inuenio iudices cur renuat tantopere diues quæſtionem, poſtq̄ ſuperſunt adhuc incerta ac dubia. Facinus eſt tamē me nō torqueri, ſi mihi torto utiq̄ credendum eſt. Quouſq̄ me crudeliſſime mortalium metus ſimulatione deludis? Ego magis qui poſtulo tormenta, timeo, ego qui nihil facere potui cū uiderem. Suſpecta tibi eſt noſtra patientia. Vides em̄, hortat nos contra dolorem primæ robur ætatis, ſolidum plenumq̄ corpus, q̄ facilis, q̄ expedita res eſt torqueri miſerum. Affero ad quæſtionem iam planctibus membra liuentia, quantū animæ, quantum ſanguinis orbitas traxit. Quanto imbecilliora ſunt hæc quotidianis lamentationib. euerberata uitalia. Quicq̄ ergo fingere poteſt hic pallor, hæc macies, & iā torto ſimilis infirmitas? Adijce q̄ nihil minus in quæſtione diu poſſis dicere ſi mētiaris, quā q̄ oculis ſcias, & breuiſſimum confeſſionis eſt genus dixiſſe q̄d uideris. Felices diues quos tortor interrogat, q̄ non hñt in ſua poteſtate credētes. Impatientiſſima res eſt poſſe cū uelis deſinere torqueri. Quin potius, inqt, ꝓbas fidutiam hominis, q̄ ſcias hoc me uidiſſe ſolū. Sine dubio diues multa te poterāt argumēta conuincere, ſi deferret alius, & eras manifeſtiſſimus reus, ſi mihi percuſſor querendus eſſet. Quis enim credibilior in cæde pauperis, quā diues inimicus? aut de quo facilius conſtare poſſet ſcelere, quod non habet niſi de ſola ultione? Non inuenit multa uerba uidiſſe. Nec mihi debet perire probatio iſta, quia poteras & accuſari, exigit ꝓbationes cum facinus ſic diſpoſuerit, ne poſſit probari. Quem mihi nox teſtē, quos præſtare potuit oculos nuda ſemp, incomitata paupertas? Tibi ſeruus a conſcientia ſceleris ſummouēdus fuit, & iſta ratione quis intereſſet, quem putares poſſe torqueri? Et totum facinus in has anguſtias redegiſti, ut illud ſoli ſcirent, qui faciebat, & cui non crederetur. Nunquid dubitaretis quærere ſi alius ſciret hoc ſcelus? Facinus eſt ideo filij mei perire uindictā, quia pater uidi. Ego uero iudices & ex hoc q̄ recuſat diues quæſtionem, partē probationis impleui. Accuſatoris tormenta nunq̄ timebit reus, niſi de quo credi poteſt & ante tormenta. Cur, inquit, ſi mihi cauſæ ſceleris ſimultates noſtræ erant, non te potius occidiſſem? Vere crudelis, ego te hoc maxime argumento percuſſorē probo, q̄d mihi pepercisti. Tuum fuit hoc inimice commētum, occiſo filio ſeruare patrem. Parcendi tm̄ mihi uel hæc fuit ratio, q̄d defendi non poteras, ſi duo periſſemus. Audire mehercle mihi uideor illas cogitationes, illa ſceler̄ ſecreta conſilia. Quid mihi cum uulneribus? quid cū cruore conſumptæ & iam pene abeuntis animæ? Occidatur potius ille iam iuuenis, iam inimicus, de ſene uindicabitis me patris oculi. Vis mirer q̄ me nolueris occidere? Queri mehercule te puto, q̄d in ſenectute magni doloris uita breuis eſt. Pepcisti mihi, quomodo excogitant artes detinere ſupplicia, & de pereuntibus magis ſæuitia eruitur dolore ſuſpēſo. Agnoſco noctis illius inimicæ clementiā, q̄d me torqueri non uis, ex hoc euenit, q̄ neq̄ occidiſti. Tentat iudices efficere diues, ut incredibile uideat q̄d occiſum ab eo contendo filium. Dicturum nunc

putatis, magis interesse securitatis, ut quis facinus sibi tantūmodo credat, & id tutius esse inimico patre, q̄ conscio. Pluseſt qđ affirmo, Filiū in cōspectu patris occidere, sic operæpretium est, si illud ipse facias. Perdit plurimum de sceleribus uoluptatē qui mandat, & minus gratiæ rebus ex nuntio uenit. Occidet alius te iubente, sed uulneribus illis non fruent oculi, sed plus est ut singultibus abeūtis animæ, ut cruore satieris, ut collapsum palpitantem q̄ uideas, ut me uidente. Cōuenit iudices q̄ ipse diues hoc fecit, & q̄ ego uidi, rō sæuitiæ est, ut aliquis corā me occidatur, propter quem occiditur. Fidem uestram iudices, ne me ideo non putetis uidisse quia nihil feci. Seruulorū iste libertorum q̄ dolor est, occiso homine statim scire quid facias, exclamare, procurrere, fidem deorum hominumq̄ testari, postea cū lachrymis uenire: Vultis percussorem inuadam? Vultis fugientem sequar? Interim deficientē quis excipiet? cui se morientis imponet infirmitas? Scis profecto percussor facinus ordinare, disponere, filium occidere coram patre secretum est. Miseremini iudices. Igitur ut hinc quoq; uelitis æstimare diuitis conscientiam, q̄ contentus est ne de scelere quærat, non habet fidutiam hominis, qui me sciat mentiri, & qđ non minus debetis attendere, q̄ si fateretur, non putat sibi saluum, ut iterum neget. Dissimules licet, non est innocentiæ metus cum timentur aliena tormenta. Quid ait diues? Orbitatem meā in tale genus usum q̄ conuertet, si paterni doloris autoritas facinus impingit alienum? Deinde non ipse affers equuleos, non ipse disponis ignes. Diceres me hercle te uelle torqueri, ego scindo uestes, tu intremiscis, ego ad flagella nudo corpus, te facit pallor exanimem, ego equuleos, ego posco flāmas, tu non habes in meo dolore patientiam. Rogo quid aliud faceret qui occidisset? Quid nunc agam miser? gratiam confessionis ante tormenta consumpsi. Scio quanto credibilius fuisset, si hoc statim inter ignes, inter flagella dixissem, & multum de autoritate primæ ꝓclamationis amisi. Non est tamē quod superuacua putetis esse tormenta, quan q̄ dixerim quicquid sciebam. Habeo adhuc ex illo multa referre secreto, quæ argumēta faciet dolor. Non refert an me uidisse dixerim, tormentis hoc probaturus sum, debuisse mihi credi ante tormenta. O quantopere nunc inimice torqueris, q̄ te coram iudicib. interrogo, q̄ hoc non potes mihi fateri. Sed si bene gaudij tui perspicio secretū, non putas te negare quia uidi. Arrogantissime percussorum euasisse te putabas, quod illud duo tm̄ sciebamus? Meis, meis hoc ignibus nega, & dum me p̄ singulos artus tortor interrogat, perfer saltem non credendi patientiā, cum ego me uidisse proclamem, tu nullam afferas innocentiæ probationem. Non potes aliter absolui, q̄ ut illud ego negem. Nec tamē iudices putetis solo me calamitatum ambitu petere quæstionē, dabo propter quod torqueatis irati. Filium meum illum singulis uobis uniuersisq; laudandum, iuxta quem felix, iuxta quem arrogans erā, occidit. Mea nimia libertas, ita ego te non equuleo efferam, non super ardentes exuam flāmas? Nunc me uindicas, nunc tueris. Modo modo coram me filiū meum diues occidit fidutia tui. Concurrite oēs liberi, omnes parentes, urite, lacerate hos primum patris oculos, distrahite has manus, quæ nihil p̄ per eunte fecerunt, hoc corpus, hæc mēbra, quæ de complexu latronis uulnera nulla retulerunt. Siue hoc pœnam, siue uultis esse clementiam, debeo tam miser esse dum probo, quam cum uiderem. Miserum me, si fas est in quæstione mentiri. Sine dubio diues hoc captauit recusando quæstionem, ne crederet. Sed dura parumper anime, uidisti. Nunc infelix ad nos misera pietas redi, quod fieri in ipsa orbitate non potuit, & uires quas improuisus abstulit dolor, probatio restituet. Cum flammis urentur nuda uitalia, nox illa occurrat, cum membra fidiculæ flagella laxauerint, rursus ante oculos sit morientis unici uultus, hæreant uerba percussoris, mandata pereuntis, filium spectasse morientem longa præsentia est. Nescis infelix senectus quanta tibi opus sit ueritatis contentione, ut pœniteat diuitem quod nō duos occidit. Iam nunc tamen uobis iudices infirmitatem meam allego, commendo. Si me forte fidiculæ flagella mutauerint, ego tamen uidi. Si uocem in equuleis, ignibusque perdidero, ego tamen uidi. Si totus undiq; dolor pariter ad motus occiderit, ego tamen uidi. Alioqui nisi hoc animo meo, nisi licuerit oculis, morerer hoc dolore, quo puto me posse torqueri.

Argumentum declamationis. VIII.

Gemini quibus erat pater & mater, ægrotare cœperunt. Consulti medici dixerunt eundem esse languorem. Desperantibus reliquis promisit unus se alterum sanaturum, si alterius uitalia inspexisset. Permittente patre execuit infantem, & uitalia inspexit. Sanato uno accusatur pater ab uxore malæ tractationis.

Pro matre contra patrem.

QVamuis iudices plurimum infelicissimæ matris aduersis miserationis abstulerit, qđ ex duobus liberis pari desperatione languentibus alter euasit, & plerisq; maximum dolorem prima fronte tractantibus uideatur auiditas gaudioꝝ, ut modo ad totius orbitatis redacta patientiā, iam non sit unius salute contenta, non possumus tñ affectibus uestris, non hac primā tristissimæ calamitatis allegare mensurā, quæ ex ipsa quoq; solatij sui conditione descendit. Minus misera quereret de marito, si sanari nec ille potuisset, pro quo est frater occisus. Nunc infelix par non est dolori, nunc non inuenit ulla solatia, ex quo sibi uidetur filium perdidisse uicturum. Super impatientiam tristissimæ orbitatis increscit, q̄ intelligit illū non sine sanitate fuisse languorē, nec persuaderi miseræ potest perituro laborasse fato, in quo inuentum est quod sanaret alium. Captet licet crudelissimus senex parricidij immanitatem metu maiore protegere, non inuenio unde colligi possit utrunque fuisse moriturum. Ex duobus ægris non periit, nisi qui occisus est. Ante omnia igitur illud a uobis infelicissima mater petit, ne

maximi sceleris ideo decrescat inuidia, quia pati uidetur & reus ex orbitate tantundem. Non perdidit filium quisquis occidit, explicat a dolore patrem, & sibi uidetur fecisse rem maximam, & in locum iuuenis amissi substituit de uanitate solatium. Alia est, alia conditio matris, quæ medico non credidit, apud quam sæuissimæ conditionis immanitas fidem non potuit impetrare tentandi. Pro utroq; timuit, pro utroq; sperauit. Facinus est eum maioris pietatis uideri, qui de morte filij putauit alterius uel certa salute transigere. Sic debetis odisse patrem, tanquam duos occiderit, cuius non interfuit uter occideretur. Est tamen sanctissimi iudices quod de crudelissimo parricida queri possit non sola mater. Adiecit humanis calamitatibus ipsam sanitatem, & morborum languoris q; uiolẽtiam medicinæ concessit. Filium occidit (si ipsi creditis) fortasse moriturum, & hominem cuius charitas debuerat ipsa desperatione creuisse, in hoc solum impendit, ut tantundem supereſſet incerti. Non exonerat iudices immanitatem sæuissimi patris, & hac ratione credidit de languẽte filio rem inauditã, rem facere crudelẽ. Vnam rationem habet, si ipse sanetur. O tristior indignior q; semper mensura calamitatum magna felicitas. Hunccine fecit exitum illa modo ciuitate tota conspicua mater? Ille indiscretus ab utroq; latere comitatus? ille gaudentium dulcis error oculorum? Quid mihi mortem nuntiatis uniusʒ Perdidit misera geminos. Passi sunt em̃ languorem miserrimi iuuenes, sine dubio pariter unaq;, non fraternitate, non animæ corporumq; consortio, sed conditione fragilitatis humanæ, qua sic extranei quoq; duo languere potuissent. Non negauerim terribilem, grauem, & parentibus utiq; metuendum, de cuius tm̃ adhuc, ut parcissime dixerim, remedio quæreretur. Quid refert an medici consenserint utrunq; periturum, cum eundem dixerint esse languorem? Manifestũ est de duobus non dixisse uerum, quos de altero constat esse mentitos. Iam tm̃ iudices de tam perdita pronuntiatione non querimur, & ægros quos sibi uidebantur explicare non posse, parentib. crediderunt. Innocentior est simplicitas desperare si remedia nõ noueris, & hanc ignorantiæ malo probitatem, ut languorem quem nescias, tm̃ neges posse sanari. Maximi tamẽ uirorum, & quibus artis suæ soluendo non sit humanitas, si sciebant hoc genus curationis, & illud non indicare uoluerunt. Vultis & illos mentitos breuiter probem? Desperauerunt de languore, cuius remedium (si patri creditis) alius inuenit. Siue enim iudices uanissimus nescientium uidit hanc patris in periculo liberorum rigidam nimiamq; patientiam, & hominem in filiorum languore solicitum de remedio generis humani, siue captauit ex hoc uultu quandam artis mutationem imitari, quãdo sanare non poterat, & ignorantiæ pudorem tegere magno tentauit incerto, siue ut aliud uideretur dixisse quam reliqui, uerba desperationis incredibili uanitate uariauit, magnaq; miseros parentes ambage suspendens tutissimum putauit promittere, quod deberet nemo experiri, causas quidem se dixit ignorare morborum, sed salutem spopondit unius, si licuisset alterum occidere, lacerare, perspicere. En cui pietas patris, cui credere solicitudo debuerit, dixit se scire remedium quod nesciebat. Vultis intelligere iudices nihil impatientia charitatis fecisse patrem? Non retulit ad matrem, adacta est a morte filij uel sanitate discedere. Non propinquos consuluit, non amicos, sed sua tantum persuasione medicicontentus, quod nocentius est, quam si ipse occidisset, alterutrum potuit eligere. Dicat nunc parricida, quid fecerit illud quod etiam de similibus tam paribus ægris in alterum desperatio illa prævaluit? Si medici non interfuit utrum occideret, constabit uiuere utrunque potuisse: si interfuit, constabit non eundem fuisse languorem. Qualis fuit illa curatio, quid passus sit iuuenis in morte qua medicus parabatur, omnium cogitationibus liquere crediderim. Ideoque parcimus auribus matris. Breuiter tamen longæ crudelitatis explicanda sæuitia est, ex omnibus quæ pertulit leuissimum fuit quod occisus est. Non est quod ueniam tristissimæ curationis paret, qđ uidetur in alio fratre explicata promissio. An alterum medicus sanauerit fortuna uiderit, quod negari non potest, alterũ medicus occidit. Erumpit hoc loco mulier infelix, & tota libertate proclamat: Redde mihi, inquit, marite filium quem tibi pariter medicoq; commisi. Hic est ille uester insanabilis, recipe quem mihi credidisti, ille moriturus, hic quem permiseras medico, si maluisset occidere. Vides quid profecerint anxia uota pietatis, solicitæ preces. Dum iam frigidi pectoris calorẽ superpositis reuocamus huberibus, dũ frigentia membra continuis osculis & spũ trepidæ matris animamus, dũ labentes oculi ad nostras exclamationes nostroſq; planctus admissa paulatim luce laxant, dum multa mentior, multa ꝓmitto, & fratrẽ dico sanatum, respexit ad uitam, conualuit, euasit. Non tm̃ iacto pietatem, non arrogo mihi prosperæ curationis euentũ. Quid hunc sanauerit, uis scire breuiter? qđ potuit utrunq; sanare. Pudeat uos o iura legesq;, & miserrimi sexus dolorẽ his cluſistis angustijs. Ira maritũ & occisus est filius, malæ tractationis uxor accusat. Perdiderunt legis huius autoritatẽ, quæ ad illas uxorias querelas matrimonioꝝ solẽt deferre delicias, ego illam datã miseris tm̃ matribus puto potestatẽ, ab iniquo cõiuge explicare diuortium, & contra maritales tuetur iniurias, ut nolis p̃stare patientiam. Illis succurrit quas nefas est abire, discedere, quas in pessimi coniugij duræ perpetuumq; complexum, cõmunium pignorum nexus arctauit, quæ malos maritos pariter & patres nec relinq̃re, nec ferre sufficiunt. Facinus est ideo euadere maritũ, quia damnaret si de illo minore dolore quereret. Itaq; impudẽter facit & pro detracto matrona cultu, negatoq; comitatu, fastiditis noctibus, pulsataq; facie, filiũ cõplorat occisum. Sileo adhuc illa per quæ parricidij creuit immanitas. Occisum filium obijcio, puta luxuriosum, ꝓditum, nocentem, fingite hoc patrẽ ira, indignatione fecisse. Quantum facinus sit filium occidere nemo magis fatetur, quam q uult uideri se illud fecisse ꝓ filio. Ecquid iudices, uel ex hoc totus animus mariti, tota tristissimæ cõiugis calamitas p̃spici põt, & se negat matri cõmunium liberoꝝ debere rõnem? Placet ergo mortales, ut

de hominibus in quos plus ex harū sanguine, ex harum transit anima, non habeant partem nisi tantū doloris? Solos ergo cōmunicabit misera planctus, & ab omnibus consilijs, quibus ordinatur iuuenta, uita disponitur, extranea utilitate seposita, circa mœrores tm̄ lachrymarumq; consortiū orbitate iungetur? Si mehercle fas est æstimare utri plus parenti debeat ex liberis, non improbe totam potestatē sibi uindicabit affectus, qui decē mēsibus ante uestram incipit diligere notitiam, & cum uos patres gaudium primum faciat oculorū, ante sunt conscientia matres. Facinus est ideo tm̄ illis minus licere, qa minus facere sufficiunt. Vos estis q crescētes adhuc in pegrinationes, q iam adultos in castra magnorum parētū uanitate dimittitis. Erubescitis desiderijs tanq; infirmitate, & unde uelocissimus trāsitus ē in rigorem, liberos uultis amare patientia. Quāmulta ideo tm̄ de filijs facitis, quia licet, & frequētius potestatis uestræ iactatiōe, tanq; aliquo grauitatis genere delinquitis. Non habet orbitas uestra lachrymas, super ardentes rogos tenetis inconcussam rigidamq; faciem, itis obuiam cōsolationibus, & quod oēm modum feritatis excedit, captatis in magna calamitate laudari. Quicq; ergo erit qđ de cōmunibus pignoribus, non pari mente, pari impatientia, uel si necessitas postulet, pari rigore faciatis? Mali tantū patris interest, ut matri minus liceat. Sane credat uobis circa regendas communiū pignorum mentes sexus infirmior, uos mores, uos uitæ genus, uos matrimonia, cæteroq; actus uestra psuasiōe firmetis, nunquid arrogans consortium, nunquid impotens societas est, liberos communes esse languentes? Si quis immo pudor est, cede nunc tota potestate matri, illius sit in ægri thoro, pximus locus, hæc adhibeat fomenta, porrigat cibos, si quid impatiētia, siquid flagrantiū uisceꝝ possit infirmitas, mater neget, mī indulgeat. Illas quas immodicus ardor discutit uestes, hæc sup̄ fatigatos reponat artus, illa iactatas toto lectulo manus sedulo contineat affectu. Frustra captas uideri ultionē magnæ charitatis, ab omni curæ ratione sepositus. Cum circa curationes liberorū non consentiunt parentes, curationis est culpa, non matris. Quid q filium occidit innocentē, cui nihil obijcere, nihil poterat irasci? Filium (si ipsi credatis) pro fratre mori paratū, cuius suprema ferre non poterat. Nouum iudices & incognitum rebus humanis audite facinus. Iam parricidiū pietas, charitas, & impatientia orbitatis admittit. Malo odiū, quæ relas, execratiōes, q̄ ut quis liberos affectu quo seruanē occidat. Quid refert an per hoc alterius filij anima redimatur? Si parricidium fas est ullas accipere causas, filius propter se tm̄ debet occidi. Adijcite iudices immanitati, q occidit ægrum. Oīmbus equidem mortalibus maiorē crediderim de languore uenire reuerentiam, & illorum quoq; quos inter supplicia pereuntes auido spectamus assensu, iuxta ualetudines tū morborumq; uiolentiā quodam innocentiæ fauore miseremur. In carceribus, & in illa profunda nocte pœnarum irreligiosius ille anheli pectoris pallor inspicitur, non sic confundunt obuios grauibus catenis colla stridentia, & diutino squalore concreta facies, ut ille quem ad singulos conatus, gressusq; labentē uix trahit impellitq; longus ordo uinctorum, & inter tot destinatos, totq; perituros, omnium tamē in se retorquet oculos unus æger. Quid ais? tu illum quem nunc nefas est castigare, reprehendere, cuius auribus parcere debuerunt sæuiora uerba, si quid negares, uidereris occidere, ferro, uulneribus aggrederis? Non potest hinc tibi uenire defensio, ut hoc sis p alterius salute commētus. Inter duos liberos pari desperatione languentes da bonum patrē, non præponderabit alterutrū, non eliget, sed ut incertum orbitatis euadat, ipse morieꝝ. Tentat hoc loco iudices crudelissimus senex excusationē temeritatis suæ de medicorū trahere consensu. Desperauerant, inquit, de duobus. Sed ut incertū orbitatis euadat, sepono paulisper immanitatē patris, qui credidit, & de arrogantissimæ persuasionis hominibus queri, de totius gñis humani nomine uolo. Quammultas artes misera mortaliū solicitudo fecisti. Fato uiuimus, languemus, conualescimus, morimur, medicina quid præstas, nisi ut iuxta te nemo desperet? Dicturū me putas, non credo renuntiantibus, non accedo cum deserunt, relinquuntq; languentes. Ego uero medicis non credo sperantib. Aspicite maiorē partem gñis humani, & si me interroges, illam robustiorē, illam adhuc in prima reꝝ naturæ ueritate uiuētem, nullos artis huius nouit antistites, nec minus tñ bellorum uulneribus, morborūq; medeꝝ incursibus, non disputationum uanitate solerti, sed experimentis, & inuicē p similes dissimilesq; casus obseruatione ducente, tradita ratione succurrit. Non medicina sanat, sed quicquid uidetur sanasse, medicina est. Quo uultis animo feram, q ars quantū dicitis inuenta pro uita, si dijs placet, autoritatē formamq; captat, ut longe uentura sup̄ma prospiciat, ut adesse fata denuntiet, quæ nec timenē, & maxima scientiæ pars esse cœpit sanare non posseꝝ. Quisquā ne ab homine, q adhuc loqtur, spirat, intelligit, sic recedit, quēadmodum relinquit exanime corpus, & ibi finē uitæ putabit, ubicūq; scientiæ substiterit infirmitas? Si fragilitatē mortalitatis, incertosq; uelimus æstimare casus, tantundē periculi habet oīs æger. Iniquissimū est desperationes uocari, quoties remediū medicina non inuenit, & angustias siue artis, siue mentis humanæ, ad inuidiā referre fatorū. Nihil magis intereſſe oīm puto, q̄ ut spes, p homine tā longa q̄ uita sit. Vnde putatis inuētos tardos funerū apparatus? Vnde q exeqas planctibus, plangore, magnoq; sp inquietamus ululatu, q̄ q facinus uideret credere tā facile uel mortī? Vidimus igit frequenter ad uitā post conclamata sup̄ma redeuntes. Plericq; conualuerūt negligentiæ bono, quosdam explicuit quicquid alios fortassis occideret. Hos indulgentiæ temeritas, illos adiuuit desperationis audacia. Datur fortassis huic arti pspicere morbos, profutura meditari, sed unde sciet quantum inter uiscera, latentesque pectoris sinus, unicuiq; animæ natura concesserit? quam proprietatem spūs, quā corpus acceperit? Non tam uariæ mortalib. formæ, nec in uultib. nr̄is sedet tanta diuersitas, quanta latet in ipsis dissimilitudo uitalibus. Inenarrabile, indep̄hensibile est, quicquid nos elementorū uaria compago formauit. Et prout in nos plura seu rario

ra de terrenis seminibus cælestibusq; coierunt, ita uel duramur tacita ratione uel soluimur. An desperantibus credi debuerit uos æstimabitis, qui negarunt ægros posse sanari, nec in hoc probauerunt qui euasit, nec in illo quē non languor occidit. Iustas mehercle haberet mulier causas querelarum, si noua incognitaq; ratione uel ut runcq; seruasses. Nunq̄ ex magno uenit affectu incredibilia uel profutura tētasse, & in re quæ plus de incerto habet, temeritas experimēti solam probat desperationis audaciam. Quid refert cuius sit conditionis æger, quātum adhuc spei, quantū uideat habere de uita? Sacrosancti sint parētum metus. Dij nō sināt, ut ex liberis uilior incipiat eē periturus. Medici desperauerūt. Quid istud ad patrē? Spera tu, iube sperare matrē, tuis potius affectibus, tuis crede uotis. Et hoc de parricidij facilitate est, circa filiorū languorē ad desperātes potius accedere. Fidē habes hoibus quos mētiri alius affirmat, contra quos iterū credis uni p̄sertim. Pessime hercle de tua feritate sentirē, si in quacunq; filij curatione non adhiberes ꝓpinquos, non interrogares amicos, nō respiceres ad matris aim, non hanc primam impatiētiam, non hunc cōsulis timorē. De nullo filio minus debet soli sibi permittere pater, q̄ qui uideat utiq; moriturus: Fratres, inquit, & gemini erant, ideoq; credibile est illis eundē fuisse lāguorē. Rogo quis in ullo mortalium ferat ignorantiā pariter & affirmationē? Quisquis nescit quod genꝰ languoris sit, non potest scire an idē sit. Nihil iudices in rebus humanis uoluit esse rerum natura tā simile, quod non aliqua proprietate secerneret. Quid refert an ex ijsdē prima illa duorū corporū animorūq; cōpago seminibus oriatur? Sibi quisq; firmatur, sibi quisq; cōponitur, & duo pluresue frēs nascunt fato singulorum. Hanc ipsam indifferētiam quam mirantur occursus, stupent ciuitatis oculi, parentū tamen agnitio dignoscit, separat notitia nutricū, & fallētibus notis, est rursus quod faciat ipsa similitudo dissimile. In pleriscq; quāuis sit indiscreta facies, inuenitur tamē alius oris sonus, habitus, incessus, sed ut ipsa consentiant, diuersa mens, contrarij mores, & uitæ genera rixantia. Quid q; non eandē esse naturam geminorū probat etiam fortuna dissimilis? Hunc pressit paupertate perpetua, illum inspera tis opibus excoluit. Illius per titulos honores, illius per ignobiles obscuras q; sordes totam duxit ætatē. Simile est quicquid accipiunt ex homine gemini, dissimile quicqd ex fato. Nec em̄ tam pariter in lucē de maternis exiluere uisceribus, ut illos eadem origo signauerit. Quantum putas interfuisse temporis, dum primum uteri pondus egeritur, dum parū per exonerata uitalia altero rursus homine laxantur? Breue fortassis exiguumq; uideatur mortalibus oculis, sed si terrena mente perspicere uelis orbis huius uastitatē, scies multum esse quod inter duas transcurrat animas. Voluitur super nos hæc cæli iderumq; compago, & præcipiti per procliue decursu, totius diei noctisq; breuitate emensus oriētis occidentisq; cursus, diuersi siderum in primo statim ortu rotato se rursus axe consequitur. Hoc tu parū credis esse spatiū, quod diuersis pariter rebus impletur? Quantū inter illa transcurrētis horæ momenta nascit, perit. Igitur quādo unq̄ peregrinati sunt una, militauere pariter? quid non diducti separatiq; fecerunt? quādo illos languor, quādo suprema iunxerunt? Et quandoq; sit necesse est aliter, ex geminis quod pariter languerunt, non sic accidit quomodo fratribus, sed quomodo duobus. Non eodē fato languere geminos, quēadmodum uultis, breuius probem, quam quod nec uterq; occisus est, nec uterq; sanatus. Sed fingamus hoc esse uerum, quod desperauerunt medici, relinque nobis pater innocētiam calamitatis, salua solatia sint de liberis, quos tibi uideris non perdidisse nisi fato. Quis ex parentibus nescit hac se mortalitatis ꝓcreare lege? Sed indigni exitus supra orbitatē sunt. Ideo magis flemus illos quos bella rapuerunt, hausit incendium, naufragia merserunt. Fortius ferasinter assidētium manus, inter suorū officia labentes, cum se inuicē oscula, cum se satiauere sermones, cū data suprema mandata sunt, & se scit pietas omnia fecisse pro uita. Igitur uerum dixerim, illos mori credimus hos perire. Nō inuenio quēadmodum excusationē pater de consensu possit accipere medicorū. Hoc est quod omnem comparationē feritatis excedit. Filium pater propter hominem quē non putauit posse sanari, occidit, quod tu monstri portentiq; genus es? habes parricidij patientiam, non habes orbitatis. Ita demū potes ferre filij mortem, si facinus adieceris. Tu occidis, quia desperauere medici. Quererer mehercle, si reliquisses, si quid de continuatione curæ solicitudo laxasset. Nihil ergo plus facies, q̄ illi qui nunc plures circūeunt fortassis ægros, quos detrahit, quos auocat alia curatio. Filios saltē cōmitte uel matri, de fortuna queratur, dijs faciat inuidiā, mulieri quæ ferre nō potest quod uideris desperasse, nunq̄ ex hoc rationes reddas q; occideris. Quis hanc iudices impudentiam ferat? tentat pater ut & huic rei credatis, q; desperauerunt omnes, & quod sperauit unus. Nostræ quidē querelæ sufficit non cōuenisse medicis, & cum inuentus sit qui contra sensum desperantium genus aliquod sanitatis afferret, faserat iudices ut adhuc inueniretur alius qui lætiora & utiliora promitteret. Hoc nunc me queri putatis, quod in re de qua credere nec omnibus debuisset, accessit uni. Non interest an supersit remedium quod tētare nō debeas, & ubi tantundem periculi speres quantum desperatio habet, melior exitus est, qui facit miseros innocētes. Quid inuidiam prioribus medicis paramus? Nemo magis desperat, q̄ qui se negat nosse languorē. Quid ais pater? Ita tecum quisquā sic audet agere de duobus filijs, tanq̄ de duobus ægris? Tu ex geminis alterū occidendū dabis? Nō ferrē si separare expositurus auderes, si cōtentus esses educaturus alterutrū, non ferrē a piratis captū filiū alterius uicaria seruitute redimentem. Tu de orbitate facies uices, & casum singulorū per utrunq; diffundes? Parricidiū uocarem si ꝓmittente medico q; sanaret unū, posses eligere periturū. Pene crudelius est geminos diuidere, q̄ perdere. En scientia cui debeat credi, negat se scire causas languoris, deinde ꝓmittit quicqd licere non deberet nec intelligentibus. Occidam, inquit, deinde sanabo. Memineris pater in hac conditione prius esse ut occidas. Nō est tanta

pietas seruare filium, quãtum facinus occidere. Tu nunc hoc putas profundæ artis esse secretũ? Verba tm̃ desperationis inuoluit, & hõ cautissimæ uanitatis captat illã nouissimã circumire breuitatẽ. Vides quanta promissum suũ experimentũq; caligine medicus inuoluerit? nunq̃ constabit an fuerit languore moriturus æger qui aliter occidit: Nõ noui, inquit, languoris gñs. Post hanc uocẽ mehercle nõ deberes cõmittere ægros, etiã si uellet experiri potionis hausſtus, ciborũ; fomentorũq; nouitates. Nescio, inquit, sed si permiseris alterius aperire uitalia, pectus effringere, remediũ fortassis inueniã. Iam excusatus es medice matri, speraſti ne tibi crederet. Differo paulisper, q; de fratribus, q; de geminis, q; pater hoc facit, nõ consentiẽte matre, publico potius mortalitatis contẽdo noie, non debere gñs istud curationis admitti. Actũ est uelut de gñe humano, si nobis pro salute ægri opus est morte hominis alterius, & pene ratio sanitatis intercidit, si consumit medicina tantundẽ. Ego quenq̃ dicentẽ ferã, ut inueniam ualetudinis causas, date mihi aliud corpus, alia uitalia, occidam, deinde salutaria quærã, profutura meditabor? Ita non facilius est nosse languorẽ? Quæ hęc est impudẽtia crudelissimę uilitatis? Aegrum placuit occidere, ut inuenirẽt cur nõ debuisset occidi. Nullũ sanctissimi iudices natura morborũ; gñs solis uisceribus abscondit, & quicquid causas ualetudinis de uitalibus trahit, in corpus emanat. in de pallor, inde macies, quod ad interiorem dolorem superposita consentiunt. Non inuenio cur hominem uulneribus exquiras, cur remedia quoq; uitalibus per corpus immittas, & in latentes meatus hęc quibus tegimur medicina descẽdat. Cur ergo non eadẽ ratione languor admittit intellectum sui, qua sanitatẽ prodit? Abditos profundosq; morbos aut citatior clausi sanguinis cursus, aut crebrior anhelitus laborantis animæ indicat. Crede de his ante oĩa sensibus, oculis tuis, & ipsos de quibus agitur, modo singulos, modo pariter interroga, cui potissimũ parti graue tacitæ pestis põdus insiderit, unde prorumpat in gemitus conscius dolor. Medicus qui per hæc non potest inuenire languorẽ, nõ inuenit nec remedium. Quid si aliquid sanato medicina potest præstare rationis? Sufficit q; aliquãdo iam facta ex unius hominis inspectione, ad totius intellectũ naturæ medicina profecit: Quid allaturus huic ægroto est, quod non tot seculorũ, tot languentium experimenta deprehenderint? Vis tu potius hac audacia, qua secreta languoris exquiris, remedia tentare? Breuior uia sanitatis humanæ, propior nostræ salutis utilitas est. Si uisceru nimius ardor stricta circa se mẽbra durauit, adhibe remedia laxantia. Si fluitat nimis æger humoribus, præsto sint per quæ pressis clusisq; uenis in nouas uires corpus arescat. Si parũ prodest abstinentia, rursus ciborũ qualitate foueatur. Si spũs receptis premit alimentis, ad puriores meatus ieiunio famecq; tenuet. Contigit tibi magna experimentorũ; materia medice, ægri duo, & languor idem. Non est opus ut expectes qñ super unius hominis patientiam explicet profuturorũ; magna diuersitas, potes experiri pariter eadẽ consentanea, diuersa, pugnantia. Nulla ratio est uulnerũ;, sanguinis, supremorum. Quemadmodum sanari debeat alius æger scire non possis, nisi ex homine sanato. Quid q; etiam ut idem sit ualetudinis genus, necesse est tamen duorũ; corporũ; diuersitate uarietur? Nunq̃ in alienis uisceribus inuenias totum quod de altero queras, & alius languor est, alius æger. Cur maximum nefas alterius filij salute defendis? Homo in quo sola quæritur causa languoris, propter medicum occiditur. Adijce q; nec deprehẽdi ex sanato potest ullius causa languoris, quicqd nos in uitia morborũ; a naturali sanitate cõmutat, facit aut nimij sanguinis pondus exæstuans, aut superfluẽs calor, aut ultra naturalẽ modũ humor exundans, aut spũs per tacitos meatus non solita laxitate discurrens. Quid horum si uitalia ferro uulneribusq; resecentur, saluũ potest esse languẽtibus, cũ compressi spũs laborẽ protinus ille reserati pectoris meatus emittat, sanguis ijsdem pariter deprehendatur egrediaturq; uulneribus? An fas putatis ut suam seruent uiscera nudata faciẽ? ut nihil perdat ex priore natura illud pectoris uitæq; secretum, cum admisit oculos? Plurimum in nobis etiam timore mutatur. Quantum affert solicitudo, gaudium, dolor, & aliquis subitus affectus? Quoties dum ad curationem præparatur æger, dum componitur ad sua remedia corpus, medentium manus anima destituit? Iam uero ad singulos ictus, & longissimas uulnerum moras, quantum ex toto homine conuertitur clamore, gemitu? Necesse est omneis perire quibus continet uita causas, quoties uita ipsa consumitur, & cũ homine qui propter intellectum languoris occiditur, ipse quoq; paulatim languor emoritur. Differ saltẽ pater hãc crudelitatẽ, quicquid ex filio facis, faciesex cadauere. Si potest deprehendi languor dũ occidit, facilius cum occiderit. Interrogare mehercle hoc loco libet, utrum ne periturum pater, an medicus elegerit? Negauit sua interesse quem occideret, hoc si & alter perisset, probauerat utrunq; fuisse periturum, cum conualuit, probat utrunq; uicturum. Ad sæuissimã curationẽ potuit ægrum facilius mehercle explicare, si esset unici pater. Sufficit ergo comparare, decernere, nũ iterũ; ille tibi pretiosior, ille melior incipiet esse uicturo. Vbi est impatiẽtia patris, qua uix dimittit cadauer in rogos? qua corpus exanime detinetur amplexu? Dij immortales, q̃ sæua, q̃ crudelis est ipsa cunctatio, dũ deliberas, dũ unũquenq; detractas, parricidium in utroq; consumis. Duorũ; uilitate fit ut ex fratribus possit alteruter occidi. Nũquam iudices res tam horribilis in auditæq; feritatis admissa est. Filium pater propter eum occidit, quem etiam ipsum poterat occidere. Transfert iudices reus in medicum electionis inuidiam: Ille, inquit, æstimauit, ille decreuit. Ergo manifestum est non parem fuisse languorem. Ex duobus ægris plus habuit spei, propter quem debuit alter occidi. Recede paulisper mulier infelix, filij tui nobis referenda curatio est. Felices ægri qui languore moriuntur, qui supremos anhelitus inter suorum amplexus, inter suorum alloquia posuerunt. Vt erat iuuenis primo ipso comparationis incerto, mox electione cruciatus, abacta est a perituro prima mater, & modo sedula ministeria seruorum repente

mutata sunt in mortis officia. Detrahuntur trementibus uelamenta membris, & ut grassaturas manus totum corpus admitteret, nudatur miserabilis ad deflenda macies. Toto deinde tenditur thoro, & ad immobilem rigidamq; patientiam per omnia lectuli spatia duraturus exponitur. Accipit carnifex ille telum, non quo dextra statim totum uulnus imprimeret, sed quod leuiter paulatimq; descendens, animam in confinio mortis ac uitæ librato dolore suspenderet. Hæc exhortatio, hoc fuit perituri iuuenis alloquium. Fortiter dura, patienter admitte, sanabitur frater. Non est quod exanimeris metu, dolore deficias. Caue uiscera exclamatione ne lasses, anhelitu gemituq; cõcutias, ne remedium pereat alienũ. Passus est miser discurrẽtem per omnia reserati pectoris improbum uagæ artis errorem. Contentum fuisse medicum toto homine discentem primo putatis aspectu? Egesta sæpe uitalia, pertractata, deducta sunt, fecerunt manus plura q̃ ferrum. Stat iuxta medicum pater apertis uisceribus inhians stillantẽ animæ sedem cruẽtis manibus agitantẽ, ne festinet hortatur, iubet altius diligentiusq; scrutari, interrogat, dubitat, contendit, affirmat, & accipit de filij morte rationem. At mulier infelix clusis aduoluta foribus, cruentumq; secretum toto corpore effringens, uelut super busta, tumulosq; clamabat: Audi miserrime iuuenis, siquis adhuc tibi superest sensus, exaudi, non permisit hoc mater, crede orbitati meæ, crede lacrhrymis, nec frater hac uellet ratione sanari. Inter hæc reficiebatur miser haustibus, detinebatur alloquijs, comprimebatur residuus cruor, cludebãtur aperta uitalia. Nemo unquã tam noua pertulit commẽta sæuitiæ, tanquam sanaretur, occisus est. Ite nunc, & quærite an potuerit medico sanante uiuere, qui tandiu uixit dum occiditur. Vos tunc putatis illius tantum languoris medicũ quęsisse causas? quæsiuit quicquid nesciebat, & usus occasione rarissima, in omnẽ uoluit proficere nouitatẽ. Dij immortales quantũ infelix iuuenis animæ, quãtum sanguinis, quãtum habuit ex uita, qui pertulit ordinem longissimæ curationis. Vix ægre miserolicuit mori, uix a cruciatibus suis anima dimissa est. Inuẽtum putatis esse languorẽ? Inuentum est illum potuisse sanari. Agedum commento tuo senex superbus exulta, habes quod liberis, quod parentibus, quod imputare seculo possis, fecisti medicũ parricida melioremẽ. Libet mehercle intueri par illud, ægrum uidetis hominẽ, qualẽ non salutares medẽtium manus, non ars inuenta pro uita, sed diri ferarũ rabidiq; morsus, & animalium fames satiata desiuit, hinc alium in nouas uires recensq; robur reddito uigore surgentẽ. Vultis scire iudices unde uenerit tanta diuersitas? Illum pater curauit, hunc mater: Quantum (inquit) misera pertuli laborem, dũ tã magnam foueo tristitiam. Non fuit mihi rixa cum morbis, nec cum repugnãtis ualetudinis rigore contentio, totus in lachrymas mœrorẽq; resolutus oderat lucẽ, respuebat cibos, fastidiebat haustus, et uitã parricidij pudore fugiebat. In omni proclamatione gemituq; frater, illediebus ac noctibus cogitationes, ille torquebat oculos. De quibus tu ægris impotẽtissima medicina mẽtita es? Non fuit, nõ fuit solo languore periturus, quẽ non potuit nec mors fratris occidere. Quid igitur, inquit, miserrima fœminarum, sæuissime senex ex hac recordatione tristissimæ orbitatis ad hos uultus, faciẽq; cõuerteris? Sine dubio filius est, & post grauissimas denuntiationes redditus uitæ. Sed ignoscat natura, pietas, nõ est solatium matri unus ex geminis. Felicior ille dolor est, qui transigi saltẽ cum oculis potest, renouatur, accenditur, & in his uultibus illum quotidie putat uidere pereuntẽ. Sed & ipse gaudio redditæ uitæ lætitiaq; non fruitur, nec se credere potest charitate prælatũ, quẽ medicus elegit. Sentit infelix cuius orbitatis unicus sit, quibus lachrymis perfundant oscula, q̃ magnis profundisq; suspirijs cõcutiant amplexus. Misera uerecundia sanitatis ingratæ, pretium sibi uidet fratris occisi. Conuertit hoc loco iudices mulier infelix, & uelut ad quandã præsentiã amissi iuuenis, siue inquit, tandẽ securitate mortis explicitus, in aliquo sedis æternæ pudore reqescis, siue exclusus ac uagus, & inter fabulosa supplicia metuendus adhuc laceratione, per stupentes horrentesq; manes umbra discurris, audi miserrimæ matris iniquissimam comploratione. Non quidem licuit mihi in illud cubiculũ conditorium tuę mortis irrũpere, nec supra charissima membra prostratæ meis uulnera tua tegere uisceribus, quod solum tñ potui, corpus quod medicus, quod reliquerat pater, hoc sinu misera collegi, ac uacuum pectus frigidis abiectisq; uisceribus rursus impleui, sparsos artus amplexibus iunxi, mẽbra diducta composui, & de tristi terribiliq; facie tandem ægri cadauer imitata sum. Hoc est tamen quod de tristissima orbitate præcipue ferre nõ possum, propter fratrẽ uideris occisus, nec tñ unq̃ cõstare poterit, an tu sanaueris fratrẽ.

Argumentum declamationis .IX.

Abdicare & recusare liceat. Pauperis & diuitis inimicorum filij iuuenes amici erant. Filius diuitis cum in piratas incidisset, scripsit patri de redemptione. Illo morante profectus pauperis filius, cum amicum apud piratas non inuenisset, quia laniſtæ uenierat, peruenit in ciuitatem in qua munus parabatur sub tempus ipsum, quo pugnaturus erat diuitis filius. Pactus est cum munerario pauper adolescens, ut uicarijs operis redimeret amicum. Petijtq; ut si egeret pauper pater, alimenta ei præstaret, ipse in pugna occisus est. Diuitis filius reuersus, egentem inuenit pauperem, palàm cœpit alere. Abdicatur.

Pro filio contra patrem.

NEminem unquam iudices intra tam breue ætatis suæ spatium plura terra mariq; perpessum, q̃ quæ proxima peregrinatione uel tuli, uel timui, uel uidi, facilis, ut opinor, fides est, cum ex omnibus quos nouimus mortalibus unus nominari me miserior possit, quem infelicẽ ego feci. Tñ in hac, quoq; oĩa excogitantis in me fortunæ uiolentia confiteor nunquã hunc me concepisse animo

metum,ne post redẽptum per alienas manus filium displiceret patri meo misericordia. Illas uerebar magis iam non tacitas uulgi opiniones, quibus crudelitatis atq; sæuitiæ reus peragor apud plerosque sanctos et graues homines. Nondum excusare potui quod redẽptus sum,obiecit mihi orbatus senex, & ille qui modo saluo filio etiam contra diuitẽ steterat,amissis in uno iuuene omnibus bonis inimicę domus supplex. Licet eñ totas aduocemus in odia fortunæ uires,& egentẽ unum senẽ uniuersa gratiæ mole calcemus,confitendum est tamẽ,plus amici nocuimus q̃ inimici. Quin ipsa prorogatæ quotidiana stipe infelicis animæ uidetur quodammodo maligna clementia. Quod eñ bñficium est efficere ut uiuat orbus? Vnum tamen uel grauius crimen infelix hæc abdicationis meæ fortuna defendit, q̃ uix ad sustinẽdum spiritum sufficientes cibos,prorsus tantum mortis impedimẽta, auara manu dederim. Puto iam ignoscetis omnes,si plus præstare non potui inuito patre. Quanquam iudices oborit ur animo meo nonnunquam & illa suspicio,q̃ patrẽ non alimẽta uni seni parce uiuere assueto,nec liberaliter data,nec diu danda,in offensam meam compulerint. Quantulum est enim facultatibus diuitis,quod sub patre sane tenaci filio familiæ superest? Acsi foret maius forte momẽtum,quis tamẽ parens tam durus est,ut propter aliquam impẽsam carere filio uelit,q̃ ipse cælatus sit,q̃ non suæ miseri cordię pauperẽ commiserim,non rogauerim præsertim,qui quicquid unquam petij,a patre exorauit? Sed neq; hæc ultimo fulmine castigari meruit in differẽdis precibus uerecunda cunctatio. Qui dum tempus opportunum, faciles aditus, hilariorẽ animum capto,interim uolui superesse cui ignoscerer. Neq; inficior tamẽ fuisse me lentiorẽ q̃ oportuit,tãetsi hoc præcipue habere uideor patris simile. Sed si ulla emẽdatio pœnitentia est,hic in publico uobis adhibitis rogabo. Non ego æs alienum luxuria cõtraxi, nec profusus in uitia fortuna nostra male usus sum. Redemptionis meæ pretium debeo. Si impetro,intelligam uerum esse quod quidam opinantur, ambitiosum patrẽ publicare uoluisse domus suæ misericordiam,ne uiderẽtur pauperes tantum uitam inimicis suis dedisse. Si perseuerat ut porrectos egenti cibos mea fame rependat,& expulsum omnibus bonis filium similem faciat inimico,uereor ne iniquis æstimatoribus inexpiabilis illius,& sæpe reprehẽsi odij culpa uideatur penes patrem, qui tam facile irascitur. Verum enim si placet fortunæ magis moribus dissidere,quã suis: nam & pauper tatis est proprium,quando alia deficiunt,exercere libertatem,& dum contemptus fama uitatur, potẽtiores uel ambitiose offendere,& nacta bonam conscientiam magna fortuna indignius imparẽ aduersarium patitur. Ergo conseruit ut solet casus duratura longius a paruis initijs odia, dum contumeliam humilitas facilius intelligit,dignitas grauius. Neq; ulla fuit æmulatio(quę enim esse inter impares potest?)sed fato quodam similis ex diuersis causis contẽtio. Hic irascẽdo pertinax erat,ille incẽdendo contumax,quanquam nisi ultimam exprimere confessionem uicti utiq; placuisset, multa iam pridẽ signa dederant ueniæ,finemq; pugnæ petẽtis. Nam quo pertinuisse credimus,quod pauper ado lescẽs relictis omnibus solum me quẽ coleret,quem amaret,elegerat? Sine dubio a primis ætatis annis iunxerat nos potẽtissimus amor ille puerilis, dũ aut nulla erant inter parẽtes odia,aut a nobis non intelligebantur. Post ductas tamen domos perseuerauit, immo impensius laborauit. Etsi quid mihi in eo satis perspectum est,nihil horum fecit inuito patre. Quantum intelligere potui, pauper sine dubio pudore cedendi ne damnasse causam suam uideretur,simul quod nulla ipsi dabatur gratię uia, stare uisus in suscepto circuitu,tamen quosdam molliores tẽtauit aditus: & dum firma tandem pax impetraretur,filium nobis obsidem dedit,ac ne meus quidẽ offendiuisus est pater, certe nunquam reprehendit,nunquam prohibuit,nec clam feci, nec contumacẽ aduersus patris imperia unquam fuisse me uel ipse rerum declarat ordo. Nam quãuis infestum latronibus mare iussus intraui, neq; dissimulauerim magnas fuisse causas patri,cur hoc mihi imperaret,quod ipẽ facere non potuerat,ego etsi nesciebã nõ interrogaui,satis plena ratio fuit patrẽ uelle. Felix nauigantium conditio, qui procellas modo & sæuos tẽpestatis incursus,& albẽtes fluctibus scopulos,aliaq; pericula tantũ maris pertulerunt,ego miser naufragis inuideo,captus barbaris manibus. nec tam nexu catenarum uinctus q̃ pondere, inundatum carcerẽ tuli,& uincula macie laxaui. Quis nõ ignosceret omnibus,qui posi hoc exẽplum nauigare timuissent? Ergo qua una spe misera trahebatur anima,literas de redẽptione scripsi patri (testor deos)soli. Quid enim sentire uiderer de parẽtis affectu,si hoc incolumi redẽptionem ab alio petiuissem? Nam quod unum mihi secundũ patrẽ fortuna uidebatur parasse p̃sidium,hoc sperare in illa sorte nõ poteram. Quid attinebat amico scribere, quẽ sciebam non habere unde redimeret? Nunquã ne mihi dabitur libeq; tẽpus conquerẽdi apud patrẽ de amicis suis,qui proficisci uolentẽ retinere tẽtarunt,qui piæ festinationi attulerunt moras? Profectus esset tũ uel inuitis omnibus (quis eñ non hoc præstaret filio pater?)nisi q̃ interim amicus antecessit. Illum non pericula maris,non infesti latronibus sinus,nõ uicinum meæ fortunæ documẽtum prohibuit. Minus hæc miror de amico, illud est quod pẽsari nullis bñficijs possit,proficiscentẽ non retinuit pater. Immo si quid in subsidia uitæ sepositum erat parca frugalitas,id omne in impensas itineris contraxit & cõtulit. Infelicissime senex,sic egere cœpisti. Dicam nunc ego per quos iuuenis præstantissimus nauigauerit fluctus,quos accesserit scopulos,quãtos lustrauerit sinus? Faciliora ista putant qui nunquã nauigauerunt. In omnia præceps,sine respectu sui,quẽ iã tum apparebat uitæ non parcere,adijt,explorauit,& tamen ille quoq; qui tantopere festinabat, sero peruenit. Audite,audite iudices nouam captiui querelam,iam miser apud piratas non eram. Alebat deuotum corpus grauior omni fame sagina,& inter debita noxæ mancipia contẽptissimus tyro gladiator,ut nouissime perderẽ calamitatis meæ innocẽtiam,discebã quotidie scelus. Hæc tamen omnia

fustinui, tuli, adeo difficile est etiã sua causa mori. Et iã dies aderat, iamq; ad spectaculum supplicij nostri populus conuenerat, iã ostẽtata per arenam periturorum corpora mortis suæ pompam duxerãt, sedebat sanguine nostro fauorabilis dominus, cum me, cuius, ut interiecto mari, non fortunam quisquã nosse, non natales, non patrẽ poterat, una tamen res faceret apud quosdam miserabilẽ q; uidebar inique comparatus, certa enim arenæ destinabar uictima, nemo munerario uilius steterat. Fremebãt ubiq; omnia apparatu mortis, hic ferrum acuebat, ille accẽdebat ignibus laminas, hinc uirgę, inde flagella afferebantur, omnes piratas putares. Sonabãt clangore feralitubę, illatisq; libitinæ thoris ducebatur funus ante mortẽ. Vbiq; uulnera, gemitus, cruor, totũ in oculis periculum. Si quid est in me abdicatione dignum iudices, unũ crimẽ agnosco, q; in hæc amicum meum misi. Est quidẽ felicibus difficilis miseriarũ uera æstimatio, figurare tamẽ potestis qui tunc animus mihi, quæ cogitatio fuerit. Nãq; & natura redit in extremis tristis prẽteritæ uoluptatis recordatio, & mihi cum generis conscientia cũ fortunæ conscius aliquando fulgor, cum liberales artes, cum omnia quondam honestiora munerario meo, domus, familia, amici, cæteraq; nunquam uidẽda in ultima mortis expectatione succurrerẽt tenenti seruilia arma, & ignominiosa morte perituro, tum (si ulla miseris fides est) quid horũ omnium ignari agerẽt propinqui, nihil peius de fortuna mea suspicantes, q̃ quod scripserã, illud tũ grauissimũ, q; patrẽ qui tandiu non ueniret, captum putabã. Ergo tota cogitatione intẽtus in mortem, expectabã cruentum illũ confectorem. Quis emi dubitet quid futurum fuerit si ego pugnassem? ille quoq; occisus est qui inter nos ut apparet, fortior fuit. His cogitationibus attonito, & in mortem iam pene demerso, inopinata subito amici mei species effulsit. Obstupui, totumq; corpus pcurrit frigidus pauor, neq; aliter q̃ si uana obijcereẽ oculis imago, mente captus steti. Vbi primũ lux redijt, laxatumq; est iter uoci: Quid tu inquã, quo casu pueniſti huc miser? Nunquid & te uendidere piratæ? At ille complexus ceruices meas, effusis in pectus meum lachrymis solutus, intercepto prope iam spiritu, sero, iam trepidante me, primam uocẽ, & diu solam edidit, satis uixi. Vt uero causas itineris reddidit, & uenisse se ad redimendũ indicauit, et unde inquã tibi pecunia? nisi redistis in gram, et te pater meus misit. Audite gẽtes, audite populi, nõ solita iudiciũ nostrũ corona circũstet, sed si patitur natura rei, totus ad cognitionẽ talis exẽpli orbis circũfluat. Tacete priora secula, in quibus tũa primordio gñis humani, paucissima amicitiæ paria admirabiliora fecerat longa tẽporibus nostris fides intercepta, quicquid historiæ tradiderunt, carmina finxerunt, fabulæ adiecerunt, sub hac comparatione taceant. Quis crederet (si dubitari posset) inter duos amicos, quorum alteri immunem malorum omnium fortuna fecerat, alterum piratis ac laniſtæ tradiderat, meliorẽ conditionẽ fuisse captiui? Si diues essem, inquit, pecuniã pro te attulissem. Quod unũ pauperibus præsidium est, manus habeo, has piratis daturus fui, has pro te in pugnã uicarias dabo. Ignosce pater, q; nimia contẽtione affectus, pene tibi orbitatis uulnus impresserim. Testor deos, nõ per me stetisse q; uiuo. Neq; emi ita me efferarat ludus, aut intantũ durauerat aim cædis longa meditatio, ut eũ amicũ uellẽ occidi, qui pro me mori poterat. Vindicabã mihi fortunã meã, & adhuc necessitatis gladiator depugnare etiã uolebã, neq; ullis precibus poterã euinci, quanq̃ se non superfuturũ alioqui minabat, idq; unũ affirmabat interesse, utrũ uicarium mallẽ habere mortis, an comitẽ. Non uici: Quid igitur actũ sit quæritis? Duxit me ad munerarium iudices. Quas ego illius preces q̃ pertinaces lachrymas, q̃ miserabilẽ obtestationẽ uidi? Nemo unq̃ sic rogauit missionẽ. Transferũtur in illũ detracta corpori meo arma, & male aptatis insignibus festinatũ par, pducitur. Quid me admonetis supremarũ amici mei precũ, quibus hæc alimẽta caro empta, inopi patris senectuti petitæ? ad iutorium hoc ad causam putatis? Me pudet q; rogatus sum. Per hãc, inquit, mihi hucẽ ultimam, per notissimã amoris nostri fidẽ, non finas mẽdicare parentẽ meũ. Sustineas, adiuues, præstes affectũ, si mereor, tu sis illi uicarius meus. Nec plura dicẽdi tps fuit, iamq; suprema per galeã dederã oscula, digressisq; in diuersum ministris permissus Mars erat. O q̃ solicitus spectaui, q̃ attonita mente, q̃ simili corporis motu. Quoties ad infestum mucronẽ quasi ipse peterer, me submisi. Quoties ad conatus erectus sum. O misera cogitatio, o crudelis natura metus, merito tu amice pugnare maluisti. Facinus indignũ, illũ animum, illũ ardorẽ non contigisse castris, non bellicis certaminibus, ubi uera uirtus nulla pugnandi lege præmium scribitur. Qua ui prælium inuaserat, iratus etiamnum tanq̃ aduersario meo, ad omnes impetus excipiebatur callide ueterani gladiatoris astu, omnes conatus contra se erãt. Nec difficilẽ tamen sub illo præsertim autoramento habuisset missionem, sed noluit gladiator uiuere. Igitur iam nudum corpus uulneribus offerens, ut totam prope mercedem semel solueret, stans perijt, cui licuit in patria, in domo, inter propinquos, securo consenescere æuo, cui tranquillam sine reprehensione agere uitam, iacet confectus uulneribus, & primo iuuentę flore fraudatus perijt miser fato meo. At ego qui debebar illi fortunæ, quem mors sibi destinauerat, emissus ludo nocentior, q̃ uenditus, etiam uiatico illius infelicis reuertor. Placeamus licet nobis fortuna nostra pater, pauperi soluendo non sumus. Si qua est fides iudices, pudet me contra indicare mea beneficia, nec uideor uobis rationem posse reddere, q; mihi tam parum obijciatur. Redemptoris mei patri in pretium meum orbo, egẽti quid præstiti? Quod pirata capto, quod laniſta gladiatori, exiguam stipẽ, & cibos semper petẽdos. Quantulum emi dari poterat, quod non sentiret dominus tam curiosus? De hac re consedistis, hoc concitauit istam iudicij scenam, panis datus mendico, & dilatata hac impotentiæ nostræ opinione uidebamur amicos ferro occidere, inimicos fame. Computemus totam istam meæ luxuriæ impensam, audite summam, & miramini si hos sumptus ne diuitiæ quidem sustinent. Tanti constat patri captiuitas mea, cum tã care

redēptus ſim. Quo tandē patereris animo, ſi delicatus adoleſcens præſertim ſplendidis opibus, uel ex ætate mores, uel ex fortuna traxiſſem, & tempeſtiua conuiuia, et peruigiles ludos aduocata ſodalium turba, ſolutus atq; affluens agerem, tantumq; impenderem quantum non poſſet te ignorante conſumi, quæ tamen ipſa boni patres libenter annis remiſerunt, cum abdicatione dignum putes, & ultimo patriæ poteſtatis fulmine coercēdum, quare mendico ſeni porrexerim, ut parciſſime dicam, quod illi filius miſit? Non redempta meretrix, non egeſtum conuiuijs fœnus, nō lenonum paraſitorumq; chara adulatio in crimen uenit, cibaria ſenis nempe unius ætate ac malis confecti. Hoc diuitias tuas cōcutit, hoc fundatā paternis auitiſq; opibus domū exhaurit. Si tā auarus es, cōputa, adhuc de alieno uixi. Ad hæc fortaſſe quæ circūſtat iudicium corona, & oīs ignara cauſæ turba, magnū neſcio qd & portēto ſimile crimē expectat. Abdicas me pater tam cito? Modo tibi ex illa funeſta peregrinatione inſperatus reuertor, unde ut uenirē uix optare potuiſti. Nulla adhuc pro reditu meo ſoluta ſunt uota, non percuſſæ dijs immortalibus hoſtiæ, redēptori certe gratiam non retulimus. At ego expectabā, ut deſiderio incēſus affectus uix poſſet expleri, ut poſt infauſtam profectionē uelut obiurgatus tanto periculo, nunquam me poſt hoc ſaltē peregre dimitteres. Vix ſalutatis laribus expellor, & apud pleroſq; dubitari poteſt, an admiſſus ſim. An hoc agis ne quid tibi præſtitiſſe uideatur, qui me redemit? Sæuus em̄ credo & impius, & (qđ maximum omnium uitioꝝ ſignū eſt) ingratus bn̄ficia patris non æſtimo. Fortaſſe cui uitā debeā neſcio, nulla eſt apud aīm meū memoria meritoꝝ. Miſerū me q̄ non poſſum tm̄ ſoluere, quantū accepi. Quanq̄ cauſas abdicationis pater altius repetit, & ultra peregrinationē meā inquirit, idq; ratione duplici. Primum ut reū, quia premere atrocitas criminū non poteſt, turba confundat, deinde ut grauius uideat iudicium patris, cū is damnet qui ſoleat ignoſcere: Cur, inquit, cū ego inimicum haberē pauperē, tu amicum filium eius habuiſti? Volo iudices omiſſa omni contētione ſcilicet ſic agere, peccaui, ueniam peto, & errare hoīs eſt, & ignoſcere patris. Duxit me ſimilis ætas, euicerunt officia, cepit fides, amantem odiſſe non potui. Nihilominus ſatis abundeq; pœnarum eſt, & ſi pietatē tuam bene noui, pluſquam uelles datum eſt. Quātumlibet peccauerim, quid amplius iratiſſimus dn̄s exigeret? Ludo tibi ſatiſſeci. Nullum ne cladibus meis finem dari placet? Parum eſt q̄ inſanos pertuli fluctus, & ſæuis tempeſtatibus commiſſus, arbitrio uentorum pependi. Parum eſt q̄ in nefarias latronum manus præda perueni, & (quæ ultima malorum etiā ſeruoꝝ conditio eſt) ſine exceptione uenalis. Inde me ſi uoluiſſet, emere potuit inimicus. Parum eſt q̄ me diu piratæ in carcere retentum, quia redemptorē illis diuitē promiſeram patrē, in ludum uēdiderunt tanq̄ decepti, q̄ quotidianę pugnæ meditatione tādiu mori didici, quod compoſitus, armatus, inductus perieram ſi melior amicus fuiſſem, niſi me noua uelut in portu adoptata tēpeſtas, paternis laribus extorrē, & neceſſarij quoq; uictus ſinopem, circum ad alienas mitteret domos. Pudet enumerare calamitatū mearum gradus, piratā, laniſtā, patrē. Atqui pars iſta criminis iudices mei non defendi meruit, ſed laudari. Neq; enim reperio quidin rebus humanis excogitarit natura præſtantius amicitia, quid concordia contra fortunam maius auxilium. Nā primū præter cætera animalia induit noſtris pectoribus quandā ſocietatē, quæ mutuo gaudere congreſſu, cōtrahere populos, cōdere urbes edocuit, & cū mētibus noſtris uarios impoſuerit motus, nullū profecto meliorē bn̄uolentia tribuit affectū. Quid em̄ foret humano gn̄e felicius, ſi oēs eſſe poſſent amici? Non bella, ſeditiones, latrocinia, lites, cęteraq; mala, quę hominibus ex ſeipſis nata ſunt, fortunæ acceſſiſſent. Id quia nimiū deo uiſum eſt, at certe honeſtis cōuenire mētibus, fidē colere, amoris gratiā referre, omnibus tēporibus, omnibus gētibus præcipuū & quodāmodo ſacrū fuit. Neq; em̄ niſi optimis mētibus cōtingit, ut aut ſic amare ſciant, aut ſic amari mereant. Hoc ego crimē expauēſcam? Scires quantope gloriarer pater, ſi cum amico meo ego rediſſem. Niſi forte ſimilitudine flagitiorum ductus, turpi me cōiunxerā iuueni, quæ uita ſine dubio nomē amicitiæ non accipit, ita tn̄ ad paria ducēte natura uitia conuenerant. Obijce mihi amicū, & habes maledicēdi materiā, gladiator fuit. Quare amicus illius fuiſti? Ita opinor, pœnitet. Effert te longius dolor, & nimia concitatus ira, quo progrediare non reſpicis. Non ſentis pater hoc te mihi obijcere qđ uiuam? Quiſquā de illa amicitia queri poteſt præter pauperem? At ego inimicum habebam illius patrē. Decuerat quidem ſimultates, quas maximi omnium mortalium eſſe uoluere ſapiētes, in his deſinere, in quibus naſcerētur. Nam ſic quoque immodicas ſerit diſcordiarum fortuna cauſas, etiamſi non hæreditaria ſubeamus odia, ac diutius inimicitiæ maneant q̄ inimici. Tamē ſi quid aduerſus te ipſe commiſit adoleſcēs, ſit hoſtis & meus. Si innoxius, & omni uacās culpa, charitatē mereri cupit, ſi nullius me amici filius ualidius amat, qui tandē uis pater reſpuā & iratas obijciā manus? Tu quoq; nō odiſſes pauperē, ſi te amaret. Inſerit ſe, & bn̄ficijs certat. Noras adoleſcentē oīa ultro prēſtantē, & ſic me amabat, q̄uis tu eſſes inimicus patri. Adijce, ſi tanta in adoleſcēte indoles fuit, quantā nulla unq̄ cognouere ſecula, ſi fides antiquiſſima, & cum deoꝝ cœtu permixtis inaudita tēporibus, ſi me ſp̄ habuit chariorē ſpiritu ſuo, etiam ne deſpiciēda mihi rariſſimi boni occaſio fuit? At ego perpetuā quandam mihi gloriam reor, quod ille cæleſtis animus me potiſſimū quē amaret elegerit, ego ſim probatus tanto iudice. Me quoq; igit̄ feret fama per gētes, & amici laudibus illuſtrior uiuam. Credet aliquis idē me pro illo fuiſſe factuꝝ. Cur cum inimici nos eſſemus, uos amici fuiſtis? Aliud hoc loco crimē agnoſco. Peccauimus em̄ fateor, peccauimus, quod cū amici eſſemus, uos inimici fuiſtis. Hæc iudices diutius exequerer, niſi abſoluta eſſent ipſo iudice patre. Longum iā iſtius criminis tempus eſt, nunq̄ obiecit, nunq̄ excanduit. Et quid hoc inter nos pater conuenit? niſi longiores repetis offenſas. Apud malignos u' dearis me iratus non redemiſſe. Sed ſi qd ante

commisissem odio tuo dignum, potuisti me redẽptum non recipere. Manifestum est ergo te patiente, id est te uolente amicũ mihi fuisse iuuenẽ. Et sane non solus in hac fuisti sentẽtia, idem filio permisit & pauper. Atqui si pars hæc causæ, quæ confessione lõgi silentij absoluta, hodie in accessionẽ criminis alterius deducit, põt apud uos impetrare ueniam, facilior certe sequentiũ ratio est. Ille em̃ sane fuerit inimici filius, hic iam est amici pater. Nec ignoro iudices q̃ male ista defensio de humano gñe mereatur, si adeo nihil est per se misericordia, ut nisi ulterior aliqua necessitas pudori uim fecerit, p̃ summo crimine damnãda sit minus necessaria humanitas. Ergo si alienum & ignotum, tñ (quæ publica omniũ mortalium, quippe sub uno parente naturæ, cognatio est) hominem cibo forte iuuissem, pœna dignum uideretur seruasse perituram animam, & ignouisse rebus humanis, & respectu cõis omnium sortis, uelut adorato numini, & stipem posuisse fortunæ? Si hoc crimen est, laudetur ergo crudelitas, nihil habeatur piratis lanistisq; prudentius. Ferantur sane profutura humano generi duo exempla intra tam breue tempus, propter misericordiam alter abdicatus, alter occisus est. Quod crimen si fatendũ sit, nõ aim mihi ipse finxi, aut mea potestate regit affectus, in arbitrio formãtis more oim naturæ cõpositus, cum crimine meo natus sum. Nam siue cælestis p̃uidẽtia, siue irrationabilis casus, siue assignata fideꝝ cursu nascentibus nobis necessitas multa uarietate pectora nostra distinxit, nec minus numerosas animorum q̃ corporꝝ dedit formas, sunt quorum mẽtes etiam nocentium supplicia confundant, qui ad omnium sanguinẽ pallescant, ignotorꝝ quoq; miserijs illachryment. Sunt cõtra q̃ ne suorꝝ quidem miserentur. Mihi mite pectus, & mollis affectus ad oẽm calamitatum conspectũ tremit. Noli me æstimare mea fortuna pater, non habeo gladiatoris animũ. Vtinam quidẽ mihi causa p̃mitteret sic gloriari, iuuenis conceptus splendidis parẽtibus, cũ solum tã specioſæ fortunæ crederem fructum posse p̃desse, & contra uarios mortaliũ casus quasi portũ benignitatis apire, cõcupiui quandã humanitatis ciuicam gloriã, perituꝝ hoiem, siue ille naufragio eiectus, seu spoliatus incẽdio, siue exutus latrocinio erat, naturæ patriæq; restitui. Paria tecũ facio R. P. quæ propter unũ ciuem perdideras. Hæc me magis decet impensa, q̃ uestis, q̃ argentum, q̃ ubi laus emit, ubi pecunia melius poni potest, q̃ ubi fœnus bonitatis extenditur? Magna conscientia est felicitatẽ meruisse. Ignotus sane sit & alienus, quid fuerit ante nõ quæro, post hæc erit amicus. Et hercle quo quisq; plus põt, quoq; latius patet ad fortunæ incursus, hoc magis cogitare debet atq; respicere, quantum in nos fortunæ regnum sit, quam instabili sede humana consistant. Non me aurata laquearia, nec radiantes marmore columnæ, nec graues crustæ fecerint immemorem fragilitatis, multa sæpe & locupletibus accidunt, sæpe in imum summa decidũt. Ego uidi pauperem auxilia diuiti ferentem. Sed sane superbius æstimet miserias longa felicitas, & alienum casum facile despiciat securus sui, ego quoties auxilia calamitatis petere aliquẽ uideo, nõ possum nõ moueri fortuna mea. Succurrit mihi continuo tẽpus illud quo ipse clemẽtiam optabam. Ignosce pater, si penitus animo meo hic insedit affectus, amare misẽdiam miser cœpi: Sed inimicus, inquit, meus est. Nam quis nos tantopere laudaret pater, si hoc amico præstaremus? Hæc est celebrãda uirtus, hæc animi suspicienda moderatio, uincere iram, & inter simultates quoq; meminisse hominis. Vt Fabio Maximo immortalem attulit laudẽ ereptus ex hostiũ manibus inimicus, ut Tiberium Gracchum admirata ciuitas est, Scipione in carcerẽ duci p̃hibito, te quoq; similis animi magnitudo memoriæ dabit. Tuis em̃ opibus uiuit inimicus. Quicquid est istud quod senex inops ex nostra domo accipit, si non iraſceris, tu præstitisti, tibi hoc pulchrum atq; magnificum est. Nam ego si quid in patrem seruatoris mei cõfero, non sum laudandus. Nec; expectaueris hoc loco pater, ut illa dicam, semp̃ odioꝝ honestus occasus est, & dum simultates nihil aliud habent, q̃ nocendi cupiditatem, specioſa in melius animi mutatio est cũ exempli honore, iunctæq; ex hostili pene concursu in affinitatem manus. Vnde tm̃ misero b̃oni ut inimicus sit? Aspice solum egentem senem omnibus præsidijs destitutum, nonne contumeliam fortunæ tuæ facis, si hunc odisti, & adhuc putas tua interesse, ne uiuat? Nulla tibi cõtingere maior ultio potest, q̃ si talis est, ut illius etiam nos misereamur. Magna mehercle iam de uetere æmulo pœna supereſt, panem eripere mendico, & grauissimæ per se fortunæ manu pondus imponere. age si perisset, cadauer calcasses? Feræ me hercle generosiores iacentes transeunt, & reseruati hostes, restitutæq; urbes maiora causæ exẽpla sint, qd̃ scio uictis etiam gladiatores parcunt. Post orbitatem, post egestatẽ, quid amplius potest pati, nisi qd̃ optat? Vlterior ne tibi aliqua ultio quærẽda est? aut aliqd reꝝ natura peius capit? Quis non te oim mortaliũ inhumanissimum putet, si hoc aduersus inimicũ tuum saltẽ optasti? Si me hercle inexpiabiles odioꝝ causæ & cõpositis quoq; fabulis ulteriores inimicitiæ fuissent ausim dicere, si propter illum liberos perdidisses, accipienda tñ erata fortuna talis satisfactio, certe ad uitandam insolẽtiæ opinionẽ, quæ fere immeritam quoq; potentiã carpit, ne uagareꝫ per urbem inuidiosus mẽdicus, & calamitatis autori criminis causas uulgus egereret odioꝝ. Nescio quomodo oĩs pro laborãte fauor est, nec ullam perpetuam gratiam seruat, nisi modesta uictoria. Nostra potissimum clementia sustineatur, ne illius alij misereantur. Facilis, ut animaduertere uos spero iudices, defensionis meæ cursus est, anteq̃ incipiã habere causam nimiũ bonã, hic iam conscientia trepidat, & ratio uelut inter binos deprehensa scopulos, cum aliud obijciat, aliud defendendũ sit, hæret in dubio, cũ b̃ficijs meis cõputare nõ audeo. Cognouistis expositionẽ causæ, quãta quanq; excedẽtia fidẽ adolescentis optimi merita narrauerim, hæc mihi oĩa sine dubio ille præstitit. Sed quid interest? debitor delicatus sum. Quid in hac parte defensionis agam iudices? Dicam, referre gratiam beneficijs uoluit? Ita ne tandem aliquis mendicare amici patrem æquo animo uisurus fuit? At ille me redemit, cui nihil debui, Dicam me moueri su

premis amici mei precibus? Egregia uero comparatio. At mihi ille præstitit, qđ non rogaui. Vtro me uertam? Tanꝙ honestum defendam factum, an tanꝙ necessarium? Alterum absolui facilius potest, alterꝝ laudari rectissimum opinor, ueritatis interest. Audi pater, alimenta ista quæ donata egenti putas, quanti illi constent. Si accepto captiuitatis meæ nuntio nullis precibus adductus, nullis epistolis uocatꝰ adolescens ad liberandum me uinculis piratarꝝ profectus esset, quibus tamen meritis pensarē, cum id mihi præstitisset quod ego tantum a patre sperauī? Intrare maria præsertim tam recenti documento timenda, & latrones ultro quærere, & cum præter uicarias manus nihil esset, nauigare uoto captiuitatis, quis posset alius, quā qui paratus esset pro amico mori? Magnum hoc per se, ac seculo nostro uix credibile iudices, illud uero omni prædicatione maius, ad redimendum me profectus est, cum mendicaturum patrem suum sciret. Atqui sperare poterat futurum, ut sine periculo suo redimeretur nihilo minus amicus, cum haberem diuitem patrem. Sed noluit ipsum itineris apparatum, & nequa periret redēptionis hora, præceps cucurrit. Proh fidē deum hominumꝙ, quēadmodum ad redēptionem amici festinat, etiā cuius pater lētus est. Terentiū, quē inter cæteros captiuos scđo Punico bello Scipio Africanus uinculis exoluerat memoriæ tradidere maiores insigne receptæ libertatis pileo testantem, in triumpho ducis esse conspectum. Et ille quidem maioris momenti accessio publicam senserat felicitatē, priuatim tñ debere se putauit uictoriæ beneficium. Quid me facere conuenit, q per maria latrocinijs infesta solus petitus sum, q lucem, libertatē, deniqꝙ quicquid patri debeo, nō ignarus, ut primo natalis horæ tēpore, sed uidens, sentiensqꝙ acceperim, nec solū donatus his bonis, sed summis periculis liberatus sum? Nonne me ex amici fide natū, & tenacioribꝫ beneficiorum uinculis fatear esse constrictum? Miserrime, amice fidelissime ingratum me moriendo feci. Et quantulum est quod adhuc loquor de mea infelicitate, de piratis? Leuis est ista fortuna, hæc etiā nūc recepit moram, solent expectare latrones redēptorem. In ludo fui, qua pœna nulla ulteriorem scelera nouerūt, cuius ad comparationē ergastulum leue est. Hoc si scisses pater, affirmo, promitto, cuius pietatis es, nemo te antecessisset. Illa certū habeo expectas ut dicam, morabar inter sacrilegos, incendiarios, & quæ gladiatoribus una laus est, homicidas inclusos turpiori custodia, & sordido cellarꝝ situ, iamqꝙ in eam ueneram fortunā, ut me uictū recipere non posses, uictorē nolles. Aderat hora supplicij mei, qua nusquā morandum iam præbēdus erat iugulus, & fundenda uita cum sanguine. Neqꝙ em̄ dubitare de euentu licet, exemplar fati mei uidi. Si me ab his imminentibus malis pecunia redemisset, beneficium tñ potius dicerem magis æstimandum esse q̄ pretium. Sed apud malignos interp̄tes posset uideri uel spem secutus aliquam uenturi temporis, uel præsentis uoluptatem. Hoc admirabile, & uni tm̄ pietati referendum est, dedit beneficium qđ nunq̄ reciperet, & cum amicum quē redimebat habiturus nō esset, nihil aliud emit quā honestam mortis conscientiā. Transtulit ergo in se fortunam meā, subijtqꝙ non solū fortiter, sed etiam libēter id, qđ mihi miserꝝ putabat. Res dictu incredibilis, gladiator dimissus, redēptor occisus ē. Recepit pectore aduerso ferꝝ, & quasi quā emittebat animam, in meū pectus transfunderet, & hoc uno tristis occidit, qꝙ amplius amicum uisurus non erat. Eant nunc antiquarꝝ conditores fabularꝝ poetæ, & se ad exhortandam amicitiæ fidem magna quædam composuisse carminibus putent, si dixerint aliquos per maria, terrasqꝙ asperiorem fortunam amicorꝝ tm̄ secutos, aut principem Græciæ uirum in ultionē interfecti amici inauspicata bella gessisse. Nam inter fratres quoqꝙ illa maxime admirabilis, tñ alterna mors est. Vna fingit cōiunx, quæ iam perituri uitā mariti uicaria morte sua redemit, adꝺiturqꝙ miraculo fabulæ, fecisse hoc eam qđ non præstitisset pater. En indubitabile seculi decus, & fictis maius ut moreretur, ꝙ me amicus, suum reliquit patrē, meum uicit. Et sane quid profuisset festinatio patris, etiā si ad redimendū me prior forte ueniisset? Hoc me p̄tio nemo alius redemisset. Neqꝙ uero plurimū fuit p̄stitisse mortē, nanqꝙ interim specioso titulo bñ uita pensat, illud uero existimo grauius, nomē gladiatoris accipere, subire dñm laniſtam. Minus te amice laudarē, si uicisses. An ille animus rediret in cellulā, ferret saginam, ministram, personam deniqꝙ sceleris? Mea depugnasti causa, tua peristi. Hæc tñ omnia ultima fortunæ nomina, ut mihi detraheret induit sibi. Venit in arenam homo, nec sceleratus, nec infelix, & qñ iudices hoc audistis? Bonitate sua gladiator factus est. Vtinam iudices hæc quæ illi speciosa sunt, tam honesta essent & mihi. Quoties ad infelicissimum respexi senem, cuius orbitate uiuo, cum cōfectum cladibus & tantum pœnæ suæ residuum considero, uerum fatendum est, pudet me pretij mei, uideo senem meliore sui parte præsepultum, omnis etiam spei superstitem, orbum, destitutum. Illud tamen solatium est, qꝙ nisi talem amicum habuissem, hæc de te dicerētur. Huic patri inuidiosa quædam, ut opinor, & quæ beneficij morte pensetur, criminosa liberalitas contigerit egenti. Alioqui duo egentes, & circa omnium uel ignotorꝝ domos stipem rogabimus pariter. Si quis grandis natu parēs est, miserebitur senis: si quis iuuenis filius, miserebit adolescentis. Fortasse proderit mendicaturo mihi, qꝙ ipse aliquando egentem pauperem alui. Accipe satisfactionem in quacunqꝙ parte rerum naturæ es amice charissime, non excidere mihi tua mandata, fortuna defecit, opes auferuntur. Quod unum mihi relictum est, en polliceor patri tuo uicarias manus. Quid uis porro faciam? Agrestia opera delicatior qꝙ a fortuna non didici, & quotidiani quæstus operis duobus egentibus non sufficit, miserum me, si exoluere fidem uoluero, fortasse mihi in ludum reuertendum est.

Argumentum declamationis . X.

Malæ tractationis sit actio. Quæ amissum filiū nocte uidebat in somnis, indicauit marito. Ille adhibito mago incantauit

ſepulchrum. Mater deſiit uidere filium. Accuſat maritum malæ tractationis.

Pro uxore contra maritum.

QVamuis iudices inter eos qui liberorum mortibus deſtituti, cuncta uota & præparatas ſpes in ſe nectutem ante ſe egerunt, id fere acerbiſſimum certamen conflictationis oriatur, ut unuſquiſq; luctibus ac lachrymis ſuis credat accedere quandam dignitatē, ſi miſerrimus eſſe uideaꝝ, hæc tñ fœmina neq; noto, neq; publico genere miſerabilis, non impudenter inter cæteras matres, quæ aut uni cos, aut iuuenes pios filios perdiderunt, eminere & occupare quendam mœrentium principatū differentia nouæ calamitatis affectat, quæ ſola omniū ſupra fidem infelix in uno filio iam alteram patiē orbitatem. Priorem quidē illam ut cōem cæteris, & fato accidentem, fortius utcunq; tolerabat. Nam & de filio nihil aliud perdiderat miſera niſi dies, nec iam timebat ne ille quo fruebaꝝ, mori poſſet. Planctibus lachrymiſq;, pene improbe dixerim, parcius utebatur, nec ſibi permittebat dolor lugere uenientem. Nunc deſtituta ſolatio, ꝓſuaſione fraudata eſt, dū non putabat periſſe quē poterat uidere, eripuit ingrata filio alterꝫ titulum. Miſer ille niſi teneretur, iam ad patrem ueniret. Tantum miſera petit, ne minus perdidiſſe uideatur, q̄ ipſa deſiderat. Non inani perſuaſione, nec cogitationib, ficta lugentis umbra ueniebat, nec agitabat incertos leuis imago ſomnos, ac ne confuſi quidē triſti cinere uultus, & infernum fauilla caput noctibus ſuis obibat, ſed filius erat qualis aliqñ & iuuenis, & pulcher habitu, nec aſpici tm̄ uideriq; contentus, uerꝫ ſi quid deſiderio creditis miſeræ, quæ ſola uidit, amplexus & oſcula dabat, & tota nocte uiuebat. Multum ꝓdidit mater ſi contingebat hoc illi, non minus ſi uideba. Nunc tenebras inanes, & longas oculis flentib, noctes, iuxta ſomnum mariti peruigil, & tantum deſerta metitur. Non deſiderio fictus, aut fucatus habitu, nec ut ſomniorum uanitate conſpiciē, ſed experta non totum mori hominem, illud qđ nec flammis uritur, nec cineribus extinguitur, nec urnis ſepulchriſq; ſatis premitur, expectat. Nunc iſta carcere obſeratam animam & repugnantem magico iuuenem cogitat ferro. Infeliciſſima omniū mater plus aliquid eſſe q̄ umbram filium putat, poſtq̄ potuit includi, nec ſua tantūmodo pœna proprioq; ſupplicio deſerta conſumiē reſciſſa orbitate uel magis cruciatur, q̄ non licet filio uenire cupienti. Nunc barbaro carmine grauem terram totis noctib, pulſat, & impoſitum ſibi ſepulchrum qđ nō poſſit euoluere, quæ ſolebat ipſos diſcutere inferos, umbra miratur. Miſer quem non tm̄ uerba clauſerunt (nam forſitan per illa pertranſiſſet) ſed uincula ferrea, ſolidiq; nexus ad mortem reduxerunt. Quomodo tenetur infelix, q̄ ne propter hoc quidē uenit, ut queratur? Miſere or fœminæ, cuius inuidiæ totū facinus aſcribitur. Maritus ſic filium incluſit, tanq̄ ſe inquietari mater iſta quereretur. Igitur iudices nemo miretur, ſi ad tam crudelē, ad tam immitē patrē umbra non uenit. Sciebat ubi lachrymas, ubi poſſet inuenire ſingultus, a quo magis deſideraretur. Nanq; iſti ferreū pectus, & dura p̄cordia, nec ſunt de orbitate ſenſus. Quid em̄ inhumanius patre, quid inueniri truculētius poteſt? Inuidit matri ne filio frueret, nec hoc ideo fecit, quia uidere ipſe malebat, ne uiuētem quidē adhuc & incolumem tam blāda, tanq; debita pietate, ꝓſequebatur, ut defuncto ſeruaturus affectū etiā ſepulti pater uideretur. Tanto magis effuſa mr̄, & ſuis ac paternis uicibus occurrens, hæc pallidior ad metus, ad uota pronior, non diebus ſecura, non noctibus. Et ille miſer intelligebat utri p̄optior ex parentib, & facilior eſſet affectus. Itaq; ab huius oſculis, ab huius fœminæ ceruice pendebat. Et quia longum eſt officia p̄terita debitæ pietatis agitare, illo ipſo languore quo filius caducum illud & fragile corpus amiſit, q̄ perdite mulier & uſq; in exemplum, mō ſuper ora pallentis infelices lacerabat oculos, nūc ſiccata fruſtra hubera querebatur, nūc ſuperſtitem cædebat uterꝫ. Notabat hæc ille deficiēs, mandabatq; morti ſuæ cui periret. Vbi ſunt q cito iubent ſtare lachrymas, quibus non placet longum agere mœrorē? Retulit umbra gratiā matri. Scio & intelligo, cum inter gemētes cadauer iacet medium, & cum om̄es uidetur remiſiſſe curas, tunc ſentit & intelligit, & inter ſuos iudicat. Moneo te orbitas, moneo effuſius fleas, effuſius efferas, nunq̄ periſſe credas. Filij ſui umbra cui nō apparet, iraſcitur. Iam gelidi piger cor poris ſanguis omnes in mortem ſtrinxerat uenas, & nutantium fulgor extremus uaneſcebat oculorꝫ, & iam deſperantibus medicis crediderat pater, adhuc tm̄ ſperare mater uidebatur, & quācunq; corporis partem oſculis miſera tepefecerat, illi uitæ calorem rediſſe clamabat, oderat ignes, oderat rogos, reponi corpus & ſeruari membra cupiebat. Et nunc infelicem magis matrem pœnitet q̄ ſepultus eſt, qui poterat reuerti. Scitis ipſi quo exequiarū die labore extracta ſit, quādiu filium tenuerit allambentibus flammis. Vnde em̄ ſperaret ut poſtea uidere contingeret, ut extra orbitatem haberet oculos? Iam magum miſera quærebat, ut umbra euocaretur. Reliqua mater infelix, tu ad iudices referre debebas, & niſi orbitate, niſi lachrymis uox mutaretur in gemitus, noctes tuas quāto melius tuo ore lugeres. Ego utcunque potero perferam, ſatiare miſera, ſatiare ſaltem memoria dici illius, quo exequias unici duximus. Iam planctus, inquit, lachrymaſq; conſumpſeram, & tenebras ueluti perpetuas uenire gaudebam, iam fatigata propinquorum officia defecerant, iam plangorem familiæ altus ſopor uicerat. Rogo ne quis tam contumelioſus ſit in matrem, ut per quietem contigiſſe filium dicat. Vnde miſeræ tūc, unde ſomnus? Nihil de te marite, nihil queror. Satis magnas dediſſes pœnas, ſi totis noctibus mecum flere uoluiſſes. Vidiſſes utiq;, non quemadmodum tenues rerum imagines ſolent cogitationibus accipere corpus, cum uanæ abſenti animo cogitationes fingūtur, ſed ipſum filium, qualis blandiſſimus erat, & ſi dimittaꝝ uidebo. Subito ante me deductis conſtitit tenebris, non ille pallens, nec acerbo lan-

guore consumptus, nec qualis sup rogos uidebatur & flammas, sed uiridis, & sane pulcher habitu. Nescio ubi totam reliquerat mortem, non igne torridæ comæ, nec fauilla funebri nigra facies, nec uix bene cinere composito umbræ recentis igneus squalor. Proclamaret mater infelix etiam si talem uidere desisset. Primo tantum stetit, & se permisit agnosci. Ego tunc plurimum stupui, non ausa oscula dare, non iungere amplexus, infelix primam perdidi noctẽ, dum timeo ne fugeret. Hanc tu marite persuasionem putas, & uanũ animi mei lugentis errorẽ? Quicquid est in filio, plus apud matrẽ fit cum desinit. Vis denicq; scire quid uxori tuæ detraxeris? ex defũcto filio nõ habet aliud quod speret. Iam nox altera aderat, & primis statim tenebris præsto filius erat, non ille ut pridie procul, & tm̃ uidẽdus, sed audacius & propius, & ad matris manus tanquam corpus accedens. Nec iam nisi cum luce certa, fugatisq; sideribus, inuitus ille uanescebat ex oculis, multum resistens, sæpe respiciens, & qui se promitteret etiam proxima nocte uenturum. Iam mœrori locus nõ erat, mulier filium nocte uidebat, die sperabat. Quid attinet singula referre? Nullis, inquit, destituta sum tenebris, donec scelerata tacui. Satiabar oscu lis, satiabar amplexibus, & colloquebar, & audiebam. Misera plus perdidi, si nemo credit. Iam cœperam tuam quoq; marite crudelis agere causam, rogabamq; iuuenem ut paternis oculis quoq; lætus occurreret, & tibi ingrate dimidia nocte cedebam. Iam miser & ille pollicebatur, hæc me fiducia perdidit, ut confiterer. Rogo quid tam muliebre, quid tam maternum fieri põt (Gaude, inquit, marite gaude, filium fortasse nocte proxima uidebis, illum quem crudelibus flammis exussisti, ex quo cineres & ossa supersunt, iuuenem uidebis, & forte etiam die speres. Ego certe totis noctibus mater sum, uideo, fruor, iam & narro. Exitum paterni affectus quæritis? Filium uidere timuit. Sic magum protinus nescia matre, cuius horrido murmure, imperiosisq; uerbis dij superi manesq; torquẽtur, excogitator iste mortis alterius aduocat, non ut exorati manes diducerẽtur, nec ut euocata nocturnis ululatibus unde cunq; umbra properaret, sed tanq̃ parum sepulchra premerent, & tumulorũ leue pondus esset, filius, inquit, meus non satis perijt, adhuc fulgore sider. fruitur & nocte nostra. Nam cum dies occidit, impo nit morti suæ finem, domũ repetit, & maternos territat somnos. Inueni aliqua, inueni uincla uerbor., sed arte tota, sed labore toto. Magna tua gloria est, si retines filium, q̃ redit etiam a morte ad matrem. Noxium sepulchro circũdatur carmen. Tunc horrentibus uerbis urna præcludit, tunc primum miser filius mors & umbra fit. Ite nunc, & putate uana fuisse matris solatia. Filium ista si cogitationibus & inani persuasione uidisset, adhuc uideret. At quæ supplicia sustinuit infelix illa statim nocte? Iam totã domum ac familiam quies prima sopiuerat, & tacentibus tenebris uenerat tempus dulcissimum matri, iacebat hæc insomnis, inquieta, cum diceret iam statim apparebit, iam statim ueniet, nunq̃ tm̃ tardi us uenit. Miseram me, fili, pxima nocte iam ueneras. Ecce iã medios sidera tenent cursus, indignor, ira scor, ita demum mihi satisfacies, si apud patrem fuisti. Miseram me, iam maligna mũdus luce clare scit. Quando uenies? iam redire debebas. At postq̃ alteram, tertiamq; noctem deserta uanis questibus duxit, tum tristiora lugubria, tum squalidæ magis placuere uestes, tum repetitis sanguinauere plãctibus iam conualescentes lacerti. Nihil est infelicius matre, quæ perdidit aliquid in filio postq̃ extulit. Cum uero cõperit noctes suas iuuenis necessitatib. magicis excantato perisse ferro, quantũ illa p̃fixum claustumq; tumulum nudis cecidit huberibus, quo fletu sepulchra pfudit, quo gemitu audiẽtem forsitan, & exire cupientem frustra uocauit animam. O natura crudelis, plus magum posse quã matrẽ? Vbi sunt qui acerbas mortium necessitates, & ferrea iura fator., & inuictas, nec ullo mœrore mutabiles inaniũ leges querebant umbrarum? Filium tuum mulier infelix non impositæ inferis clusere terræ, nec spissa perpetuæ noctis caligo compescuit, non fabulosa uatib. palus, multumq; celebrati curuato igne torrentes, hæc permeabat, hæc omnia nocte transibat, leuioremq; mortem suam fecerat, quã si peregrinaretur & abesset. Et nunc minus mali pateret, si non sentiret. Ille qui non uenit, in quẽdam carcerem trãslatus a tumulo, patitur uenefícia uitæ. Magnæ sunt ergo umbrar. catenæ, & quanq̃ uolatilem, uagamq; imaginẽ, morti stringunt, atq; alligant tanq̃ reum corpus animam. Ferro uero ac lapidibus arctare, & ut solent bellicæ robur accipere portæ, ipsam umbrã iam catenis alligare, iam claustris, non dico crudele est, portentosum, nefarium, utiq; si hæc faciat q̃ sensurum filium credat. Et nunc illos miser rima mater in corpus putat, & in mẽbra descendisse mucrones. O mage sæue, crudelis, o in lachrymas artifex nostras, uellem non dedisses tam magnum experimentum. Irascimur tibi, & blandiri necesse est. Dum cludis umbram, intelligimus solum te esse q̃ possis euocare. Videtur itaq; mulier infelix a dignitatis dolore secedere, q̃ tam uxorias in forum querelas, & tanquã delicata matronæ desideria pertulerit. Non enim uestes, nec aurum, nec ambitiosos quærit ornatus, contenta est orbitas sordibus suis. Ac ne pellicis quidem dolore compellitur, nec tacita gaudia mariti, impatientia & muliebri uanitate complorat. Sed nec relictum thorum desertumq; genialem uelut contempta uilitas uxoris ulciscitur, alia longe, alia de noctibus cura est. Ne timueris, quæcunq; dignitas est magni doloris, nihil queritur misera nisi par orbitati, nisi matre dignũ, quod publicos consumat oculos, quod ignotas quoq; exigat lachrymas. Quantam enim a marito acceperit iniuriam scire uultis? Sola mater filium perdidit, nec potest inuidiam facere morti. Ante itaq; q̃ sciatis iudices quis dolor, quisue mœror, quæ tanta impatientia eruperit, ut mulier aliquando dulcium oblita tenebrarum, clarum nitorem publicæ lucis, & diem etiam domi inuisum, in foro interque leges notabilis, & sepulchris abstracta pateretur, certum profecto habetis non audaciam, neque impudentiam, nec uanitatem unquã querelas habuisse miserorum. Quam uerum est quicquid exclamat calamitas, nec ab infelicibus ficti temere exeunt gemitus.

Mulier quæ sanguinãtes ad iudices porrigit lacertos, quæ scisso laniatoq; uultu, quæ liuidis profertur huberibus, magno dolore cogitur ut hoc potius agat, q̃ cineres osculetur, q̃ complectatur urnam. Grauis testis querelæ suæ orbitas est. Et ante q̃ ad genus illatæ inique iniuriæ uenio, cur marite, quæ ex te filium perdidit, quic q̃ potest queri? Crudelis orbitatem feris adhuc alio dolore, tanq̃ parum desideria cõficiant, quæ de unico gerit, non pateris animã uacare lachrymis suis tu, qui sinum debes, qui colloquia & amplexus, q̃ misera est quæ queri, & de solatio suo non cõsugis desiderijs large indulget, nihil aspere, nihil contra uoluntatem. Habet priuilegium suum mater infelix, molles manus, & mitia fomenta magnis uulneribus admoueas. Quæ se adhuc secari plaga pmittit in summo est. Viri forsitã q̃ modo fortior sexus sit, & cõtra dolorem q̃ imbecillis animus magis pugnat. Itaq; totum istud lugere fœmineum est, & simul orbitas imbelle pectus inuadit, animus ille qui luctus suos sequitur, incipit indul gẽtiam sentire lachrymarum. Fidem tuam marite, coniugi flere liceat, satiari gemitu, orbitati permit te quãdiu uelit flere, Odi patrem q cum filium & ipse perdiderit, putat nimis lugere matrem. Quid ergo queritur, inquit? Hoc primum, filiũ non quomodo debes scelerate desideras. Magno animo orbus es, loqueris fuisse mortalẽ, & interpretaris nihil supesse post flammas. Flet iuxta latus & plangit uxor, tu siccos oculos habes. Illa totis noctibus funebres exercet ululatus, tu graues somnos, ac placidam quietem. Pater crudelis, pater immemor, quid uis tibi amplius obijciamus? Ex quo perdidisti filium, nunquam sic desideraſti, ut uideres. Quid q̃ eripuisti matri solatium, puta uanum & superuacuum? Nolo iudices, nolo corripias, scires quantum esset hoc si tantundem doleres. Res indignior non est q̃ quod tibi de eo postulas credi, quod non uidisti. Indulge sane uanæ rei, ignosce, libenter se orbitas decipit. Magnas calamitates uana ratio sustentat, qd̃ indulgent mala persuasionibus suis. Quicquid ad miserospertinet, crudelius eripitur, quo minus est. Clamat itaq; clamat mater infelix, si mihi aliquam imaginem filij mei, uel paruuli, uel iam adulti, uel nouissimam iuuenis auferres, inijcerem tamen misera tanquam corpori manum, illam similitudinem flens tenerem, illos oculos, illam gratissimam faciẽ, & ritus oris expressos & adumbratos artificis manu uultus. Sed illum perdidi, unde imago, unde similitudo, unde solatium. Fili plus hodie amisi, q̃ cum elatus es. Post mortem te tuam uidi. Si mehercle notas in corpore unici ueſtes subtrahere tentares, dicerem succurre solatio meo. Hæc oĩa apud me filij mei membra sunt, ego osculabor, amplectar, flebo supra. Non est ratio fortasse. Ideo quicquid rationẽ uicit, affectus est. Nihil est sceleratius prudenti orbitate. Leuia, inquit, leuia loquor. Ego filium meum uidebam. Quænam istum fortuna, quæ indulserat conditio naturæ? Non excludebat orbitas oculos tuos. Eras iam consecuta mater, ut iuuenem die absentem putares, Maximam perdidit mors acerbitatem, si possis uidere quem amiseris. Videre ergo tibi contingebat o mulier uultum, habitũ, corpus, incessum. Non crederem nisi te perdidisse sentires. Tempora ergo cum morte diuiseras, & superstite filio fruebaris omnibus tenebris. Quantum perdideris hinc æstima, hoc tibi si non contigisset, nõ eras tam improba ut optares. Aliquis (o pietas) sepultus & conditus, cæteri corporis cinis & fauilla, tamen corpus sumebat in nocte, & ad solita uiuentis membra reuocatus præbebat se matris oculis, qualem non crederes recessurum. Nec queri de luce poteramus, quantum licebat aderat. Videbas ergo mulier, ac præsentia fruebaris. Videbã, inquit, & fruebar. Et ad quẽ pertinebat, rogo, etiam si decipiebar? Sed quid ego utor testimonio tuo? Mago credo & uidisse te filiũ, & nunc nõ uidere. At tu misera nihil crudelius ex marito timebas, q̃ ne tibi non crederet: Nemo, inqt, oculis meis fidẽ detrahat. Fili indulgentissime adolescẽs uidi te, nec semel uidi. Certũ est, fixũ est, cripi non põt. Quatenus impius pater & hoc tibi auferre conat̃, ut te uenisse nõ credãt? Nec illud garrula, nec uana uoce uulgaui, uenire te nulli indicaui, nisi q deberet optare ut hoc posses. Patri tm̃ tuo, patri. Ignosce deceptæ, cõfessa sum, dũ interrogo an te & ille uidisset. Itaq; das mulier infelix graues nimiũq; pœnas, effecit magus ne filiũ uideres, & solũ apud te reliquit, ut meminisses qd̃ uidebas. Totum tm̃ illud solatiũ tuũ refer misera, si potes, & primũ confitere simpliciter, an soporis põdus illud, & nesciæ quietis uanitas fuerit. Apud me quidẽ satis misera, satis eras mater infelix, etiam si tale somnium pdidisses. Miserere, inquit, melius de affectib. meis sentias, Non ego fatigata planctib. sensi uenisse noctẽ, uidere filium peruigiles meruistis oculi, sed primum dũ metuo, umbra processit, subito, dij boni, qd̃ ego gaudium, quã uidi felicitatem, cõstitit ante me filius meus discussis tenebris, ita dimittat̃ aliqñ. Prosilui ptinus, & accessi, uultus, comas, ora perspexi, meus erat. Quam lætum se, q̃ hilarẽ offerebat, quõ persuadebat mihi ne crederem morti. Scelera te nescis pater, q̃ similem uiuenti filiũ cluseris. Circumibant totum corpus oculi, non inueniebã quid ignis egisset. Subinde dicebam, hunc ego extuli, hunc rogo imposui, ex hoc ego cineres & ossa collegi? Si talis est, quid haheo qd̃ lugeam? Perisse filium meum hoc uno intelligebam, q̃ illum non poterã & patri ostendere. Confitebor, primæ tm̃ nec ego credidi nocti, & tanq̃ uictis irascebar oculis, & erubescebam misera, si quies fuisset. Ecce iterq; iuuenis, ecce iam quotidie uenit. Quid habeo quod interpreter? Verum est utiq; quod semper est. Nouissime non tanq̃ umbra ueniebat, sed assidebat, sed amplexus dabat. Ego sentiebam, & recipiebam. Quotiescunq; domus fuerat grato sopore ꝓstrata, aderat ille, quales humanis se offerunt oculis propitij dij, quale lætissimum numen est cum se patiũ uideri. Sicut omis religio templorũ, omnis religio locorum, cum tacuere mortalia, & ꝓfani procul errauere sedib. totis, solitudine frui, & de suis dicit exire simulacris, ita iuuenis meus noctibus totis agebat filium, & paterna domo, ac penatibus suis fruebatur placidus & mitis, & matri propitius, ut numen & deus delabi sideribus, & uenire de liquido puroq; aere uidebatur. Quid imprecer sceleratissimo patri? umbram

probare uoluit. Miseremini iudices, ut hoc facinus quibus debetis accipiatis animis, maius parricidio, maius q̃ si filij sepulchrum fundituseruisset, & sacratos morte lapides, etiam cineres & ossa religiose quiescentia fracta sparsisset urna. Aduocatur hõ, cuius ars est ire contra naturam. Qui simulore squalido barbarum murmur intonuit, fallere superos, audire inferos, tremere terras, ut experimẽtis loquẽtium fama est, constitit iuxta tumulũ miserrimi iuuenis morscertior. Nũc, opinor, inquit, arcana mea tenebræ adiuuate me digna, nunc oẽ per unum numen, & religio, quã isti irrogo, propius adeste, huc currite. Magis mihi laborandum est, q̃ cum sidera mũdo reuelluntur, cum iubentur hyberni fluuiorũ stare decursus, cum potentiore carminis ueneno uicti rumpunt in mea strumenta serpẽtes. Custodiendus est iuuenis, assignandus est inferis, & densiorib. transfuga claudendus est tenebris. Quanto facilius opus erat si reuocaret. Mox in ipsam dicitur incubuisse pronus urnã, & inter ossa, & inter cineres uerba clusisse. Hoc tñ subinde respiciẽs confitebat, repugnabat umbra. Itaq; carminibus non satis credo, præfigamus oẽ tumuli latus, & multo uinciamus saxa ferro. Iam bene habet, expirauit aliqñ, nõ uideri, non progredi põt. An mentiar scies proxima nocte. Oẽs mehercle parentes utiq; q liberos pdiderunt, ire in istos oculos, in ista ora debebãt. Tu sic filiũ tuũ clusisti, tanq̃ nocẽtes ad inferos reuocari soleant aiæ, quæ inter languẽtium familiã, & tristes penatiũ morbos uagæ errantesq; magica sanitate captantur? Laqueo ne uitã dãnatus eliserat? Noxiũ per sua uiscera exegerat ferr̃? An ex conscientia uenena p̃sumpserat, nec recipiebat se, nisi carmine inclusus? Qñ domum tuam funereus & squalidus, qñ te terruit? Crudelissime oĩm pr̃, de filio tuo malã umbram feci sti. Quas nunc putas uxoris miserrimæ esse cogitatiões? qua materna uiscera psuasione torqueri? Nunc filius meus illic unde uenire consueuerat, iacet strictus, alligatus, impatiens. Querit subito terram grauiorem, utiq; cum sentit uenisse noctẽ, qñ umbræ feliciores dimittunt ad matres. At uero siqua inter manes colloquia sunt, & esse credo, nõ deest q iuueni meo dicat, q̃ uilis tuis fuisti, q̃ libenter te perdiderunt. Quid illa mater, ad quam ire consueueras? has tibi catenas, hæc uincula, p merito reddidit? Ita infelicissima oĩm mulier, & si magus etiam recedat, hoc periclitat, ne filius se putet uenisse ad inuitam. Agit iam hoc loco nobiscum maritus grauius, altius, sapiẽtius, ut hõ sine dolore. Negat ullos esse manes, contendit oĩa perire cũ corpore, nec remeare uiuentes a cinere sensus, nec tam uideri imagines hoĩm, q̃ cogitari, & oculos luctibus credere. Qd si ita est, magũ ad quid aduocauit? Pessime parentũ, q liberos suos sepeliũt flere contenti, ut obiter ab rogo siccis oculis reuertant, negat ad manes, negat ad umbras puenire qd plangas, affirmat perire lachrymas, affirmat perire singultus. O sceleratũ hominẽ, quisqs luget, & timet ne hoc pdat. Vana ergo sapiẽtes persuasione frustrati, q constare homines & p̃fici corporis alimẽtis animæq; dixerunt, corpus caducũ, fragile, terrenum, ut sicca humidis, calida frigidis, resolutis astricta pugnarent, partim aut doloribus affici, aut nouissimis annis, aut senectute dissolui. Animã uero flãmei uigoris impetũ, perenni tatemq; non ex nr̃o igne sumentẽ, sed quo sidera uolant, & quo sacri torquent axes, inde uenire unde rer̃ omniũ autorẽ parẽtemq; spm̃ ducimus, nec interire, nec solui, nec ullo mortalitatis affici fato, sed quoties humani pectoris carcerẽ effregerit, & exonerata mẽbris mortalibus leui se igne lustrauerit, petere sedes in astra, donec in alia fata seculo pugnante trãsmigret, deinde prioris corpis meminisse, inde euocatos prodire manes, inde corpus & uultus & quicquid uidemus accipere, occurrere suis imagines charas, aliqñ & oracula fieri, & nocturnis admonere p̃ceptis, sentire quas mittamus inferias, & honorem percipere tumulor̃. Rogo cũ filius perit, nonne satius est hoc credere? Tuæ tñ, inquit, hoc quieti præstiti, ne attonitis agitata terroribus, solicitas semp ageres, suspensasq; duceres noctes. Ita parricida cõmune facinus feci sti, & imputas quod filium uidere desiimus? Somnum enim ante perebamus, & placidum soporem, crudelis, nunc inquieta, nunc attonita mater est, nunc perdidimus noctes. Vmbrã ne tu filij rem formidolosam, rem plenam puta sti esse terroris? Quid illa lætius facie? quid illo blãdius uultu? quid magis adulatur oculis? quid possunt uidere libentius lachrymæ? Non magis metuenda est umbra filij, q̃ cadauer. Necesse est ut mors horrida fiat aliena. Sed aliæ forsitan animum imagines territant, & tunc inferi uocant, cum ignoti sunt, itaq; prudenter si tm̃ ad suos ueniunt. Sceleratus ille, ille impius, quicunq; defunctum filium uidit, & meminit q̃ elatus est. Terrebaris, inquit, & solicitis noctibus laborabas. Ita ne es marite crudelis? Tu clusisses filiũ etiam si ad te ueniret? Nec magus, inquit, inclusit umbram, sed persuasioni tuæ succurrit, ideoq; putas non uenire illũ, quia nec ante ueniebat, quia nec factũ est aliquid in quo auocareris. Hoc ipso incipit mater sibi gratulari. Ita non tenet, inquit, ille, non premitur, nullo carmine, nullo inclusus est ferro. Remouete ergo oĩa & interrogabo. Ego aũt scelerata tam cito credidi, ita non ille ad me ueniret solutus & liber? nõ ad hos oculos, non ad hos properaret amplexus? Quando em̃ me iuuenis ipse nisi flentem, quãdo non liuidum pectus & sanguinantes uidit lacertos? qñ non erubuit matri feci sse terrorem? Arte cluditur miser, arte retinetur. Quid uis carmina amplius tibi præstent? Effecerunt qd repromiserant. Desinis erubescere iam q̃ filium nõ uides? At tu cuius in leges dij supi manesq; torquent, q nocturno terribilis ululatu p̃fundum specus, & ima terrarum moues, mõ seruientium reuocator animar̃, nunc idem crudelis & inexorabilis custos, aliqñ p̃ces & mr̃is admitte. Paciscere quãtilibet, totos lugẽtis posce census, nõ ut labores, nec ut horridũ carmẽ exerceas, sed ut ferr̃ tuũ refigas, ut uerba tua resoluas, ut nihil feceris, dimitte tm̃, & euocasti. Nihil ipse crudeliter, patri scio paruisti, sed & huius etiam lachrymis, planctibus huius indulge, consule famæ tuæ. Execrabilem te mage facies, & inuisum, si facilius de filio exoraris ut includas. Nec tu marite, nec tu timueris, ne ultricis umbræ uanis exagitere terroribus, ullis imaginibus, huic secura dabitur

quies, scit ad quam debeat uenire dimissus. Iuuenis pijssime, iuuenis indulgentissime, nunq̃ matri tuæ umbra, nec manes si modo ueneficum pondus, & terroribus omnibus uerba grauiora mago patiente discusseris, ad me, inquit mater infelix, ad meas noctes, ad meas lachrymas, ad illos uiuẽtes mihi sp̃ amplexus, miserere, propera. Scio quid mihi nocuerit, scio quid me torserit. Fruar, & tacebo.

Argumentum declamationis .XI.

Pauper & diues inimici, utriq; terni liberi. Bellum incidit ciuitati. Diues dux creatus, profectus est in castra. Rumor ortus est ab eo prodi rempu. Processit pauper in concionẽ, & accusauit diuitẽ proditiõis. Absente eo populus lapidibus liberos eius occidit. Reuersus diues est uictor à bello. Petit ad supplicium filios pauperis. Pater se offert. Contradicit diues. Erant enim leges, ut proditor morte puniretur, & calumniator idem pateretur quod reus, si conuictus esset.

Pro diuite contra pauperem.

EXpectaueram quidem ut de inimici mei supplicio non quereretur, nec me decipi posse crediderã in ultione, quã mihi debeat ciuitas tam liberi doloris. Sed quatenus eo malorũ nouitate peruenit, ut in uindicta primum mei consulere leges ac iura uelletis, quæso ne quis prodesse pauperi uelit, quod nec defendi potest sine gñe pœnæ. Plus meretur pati homo qui (si ipsi creditis) debet occidi. Hoc est quinimo iudices, quod super oẽs calamitates meas ferre non possum, uideẽ sibi satis uixisse pauper, postq̃ occidit liberos meos. Operæpretium putat corã impatientia mea felicẽ consummare patrẽ, & gaudiorũ suorũ satietati hoc quoq; adjcit, ut orbitatẽ meam liberis suis relinquat. Fidẽ uestrã iudices, ne pereat qđ ultioni meæ cõtingit, bonus pater. Actũ erat de solatijs meis, si liberos suos pauper mallet occidi. Illud plane iudices etiã in hac pauperis impudẽtia miror, liberos meos pudore decepte ciuitatis occidit, deinde me crudelẽ uocat. Paruulos suos ostendit, allegat, tanquam non ego potius querar hoc de quoquam patre fieri, nec intelligit quantum debeat ad impatientiam nostri doloris accedere, si passus sum quod & in ultione miserum est. Facinus est iudices quenquam calamitatum suarum inuidiam pati, sic ultionem meam debetis aspicere, tanq̃ & liberos suos pauper occiderit. Nec me fallit iudices plerosq; credere, callidissimum pauperẽ nec mori uelle, & hoc p̃ nudat iugulum, pectus opponit, artes esse pro uita. Sed ego illum non credo mentiri, ego qui scio quid maluissem. Nunq̃ hoc aduersus nos excogitasset, nisi impatientissimus pater, & hanc pœnę meæ suppliciorumq; nouitatem de sua pietate commentus est. Nihil magis de inimico efficere uelis, q̃ quod ipse ferre non possis. Habet hoc mali iudices principum innocẽtia, p̃ inimicos esse nobis, nisi postq̃ nocuerint, nescimus, & tunc oĩbus patemus insidijs, quoties nos odit inferior. Homo qui oẽm aduersus superiora rabiẽ de sui uilitate sumebat, qui genus libertatis putabat odisse maiores, nulli charitati, nullis implicitus affectibus, qđ humilis, p̃ esset abiectus, in furorẽ se magnæ colluctationis exercuit. Primus se meum dixit inimicũ. O dij deæq;, cuius ego monstri artes pertulĩ? in cuius feritatis colluctatione durauĩ? Inimicũ habui, ne p̃ occidere contentum, & mori paratum. Gratias ago ciuitati, p̃ in illis necessitatibus, in quibus nihil adulationi, nihil præstabatis obsequijs, laudatus sum testimonio periculorum. Bellũ mihi fatumq; publicæ solicitudinis credidistis. Sed neq; ego rẽ melioris ducis facere potui, q̃ quod sine liberis meis, profectus sum, nõ reliquisset illos dux proditurus. Nõ puto iudices adhuc quæri unde illæ falsæ solicitudinum fabulę repente proruperint, quis primus trepidæ ciuitatis aures rumore cõpleuerit, cum uideatis quis sic egerit, ut crederetis. Vidit hanc inter metus uestros occasionẽ: & quia sp̃ apud solicitos in deterius prona persuasio est, abusus est hoc quod poterat uideri timere uobiscum. Igitur homo qui nullũ cõscium meũ nullum mihi crimẽ obiecit, de mẽdacij magnitudine fidẽ ueritatis captauit. Ciuitas deinde cui accusator proditã se esse persuaserat, fecit quicquid hic de me facere potuit. Liberos meos q̃s inimicus tota sua concione monstrauerat, occidit gñe quo pereunt innocẽtes. Feretis me iudices liberius aliqua dicentem? Rem pessimi exempli passus eram, etiamsi prodidissem. Scio uos iudices hoc loco mirari innocentiam meam. Vt primum enim mihi calamitates meas nuntius in castra pertulit, non arma proieci, non stationes uallumq; deseruĩ, totam orbitatẽ meam in bella conuerti, tanq̃ liberos meos ibi perdidissem. Si unquã iudices in me fabuissent profanæ cogitationes locum, si patriã odisse uel pro liberis meis possem, proditorẽ me feceratis. Necesse est iudices hoc primum reuersus exclamẽ, ita pauper etiã nunc liberos habet? Adhuc inimici mei plena domus est? O miseræ cogitationes, o decepta solatia. Sic ego reuertebar quasi uindicatus? Quas ego legionũ uestrarũ indignationes, quẽ fortissimi exercitus compescui dolorem, dum omnibus promitto liberos suos, dum minus pro uindicta mea puto, quicquid ipse fecissem? Congerantur iam licet aduersus omnium mortaliũ nocẽtissimũ cuncta supplicia, ego tñ maximũ ultionis meæ solatium perdidi, p̃ pauperi uos potius debueratis irasci. Quoniam igitur adhuc cũ paupere legibus ac iure consisto, liberos eius in supplicium patris peto. Quid satis imprecer homini, qui fecit ut quisquam deberet sic uindicari? Calumniator, inquit, idem patiatur. Permittunt mihi iudices calamitates meæ queri de hac lege, tanq̃ parũ nobis in ultione prospexerit, cõtra nos inuentus est uindictæ modus, quo non debeamus esse contenti. Quisquã ne mortalium idẽ uocat facinus & pœnam? Tantum ne doloris uenire de supplicijs, quantum de calamitatibus putat? Nescit profecto, nescit quantã patiẽtiam paret mœrori, qnantũ animo membrisq; rigoris inducat, quod patiaris agnoscere. Innocentia opus est, ut miserum faciat dolor. Constet licet utrinq; mortium numerus, totidẽ nobis ultio cadauera assignet, plus tñ est de innocẽtibus. Et quicquid patiuntur deprehẽsi, licet solatio idem sit, æquitate minus est, ut idem sit supplicium nocẽtis & facinus, una rõne efficias ut

illud ferre non possit. Frustra æstimatis q̄ crudele, q̄ sæuum sit quod petimus, inquantum excesserint usitata genera pœnarū. Explicata est iudices, explicata legis inuidia, cū quis quod patitur & fecit. Quid ꝙ hoc solum est pœnæ genus in quo non debeat nocens nisi de se queri, & tanto minus debeat esse miserabilis, quāto maior est ꝙ patitur inuidia? Quid æquius excogitari, quid iustius potest? Grassatus ali quis est ferro, præbeat & ipse ceruices. Miscuit noxium uirus, refundatur in suū facinus autorē. Oculos rapuit, effodit, reddat de sua cæcitate solatium. In nullo mortalium perferre possum sceleris sui impatientiam. Breuissima est iustitia uindictæ, cum facinus mensura pœnæ est. Et in naturam ultionis inspicias, optime uindicat quisq̄, quō miser est. Fidem uestram iudices, ne ideo tātum putetis iustum qđ exigit reus, quia ego recuso. Non ferretis me pauperis mortem petentem, si liberos suos obtulisset. Ex omnibus tamen quicunq̄ incognita, inaudita passi sunt, nullos hac lege magis uindicandos puto, quā quorum liberos aliquis occidit. Quid mihi pro hoc redditis leges? ubi respiro, ubi claudo gemitus, unde sumo solatium? Bene, bene admones dolor, illos illos liceat inuadere, qui nunc magis amant, quos orbitas nostra commendat. Sic quoq̄ circūscribimur, nisi totidem sunt, nisi illis par est ac similis ætas, & ante oīa optimus pater. Deceperas me fortuna, deceperas, si mihi tā grande fecisset facinus hō, qui liberos non haberet. Quid ꝙ ex oīm sceler cōparatione nihil est detestabilius hoībus, qui leges ipsas faciunt nocētes? Vestro mehercle nomine calūniantibus debetis irasci, quor nefas non potest nisi per iudicū facinus imponere. Actū est de rebus humanis, si de criminibus nostris tantundē mendacijs licet, nec ullus innocēs hucusq̄ felix est, ut diligentiæ fingentiū par sit. Quen q̄ ne mortaliū in re quā finxerit, quā cōposuerit, inuenire aliquid qđ potest probationē uocare, & facinus explicare facilitate uerborū? Magis oderis mendaciū, cū simile ꝟo est. Quoties manifestū est aliquē perisse sine causa, calūniantibus irasci debeas, ut possis illis ignoscere qui crediderunt. Adijcite huic execrationi, ꝙ calūniatus est in bello, ꝙ de ꝓditione, ꝙ de duce, ꝙ hæc oīa fecit inimicus. Non est qđ se publico tueatur errore, nec in excusationem afferat, tanq̄ crediderit & ipse fingētibus. Nemo sic decipitur, ut de inimico suo mētiatur: Rumor, inquit, fuit te prodidisse. Bene admones. Hunc primum calumnię tuæ obijcio rumorē. Quis em̄ iudices nesciat hanc famæ esse naturam, ut sit primo unius hominis audacia? De nulla re locutus est continuo populus, nec quic q̄ adeo subito statimq̄ totū est, ut in illo pariter oīm sermo cōsentiat. Quā non possit mouere ciuitatē, quē non replere populū, si quid omnibus nobis narres, in nullo non cœtu loquaris, & de re quam tum maxime fingas, iā dicas esse rumorē? Quanta tibi deinde mēti endi materia de periculor nostror occasiōe succurrit? Nihil ē tā capax malignitatū sermonūq̄, q̄ bellum. Quid interest unde sumpserit rumor ortum? Qđ negari non potest, tu cōcionaris, accusas, tu crimen de fabula facis. In rumore, cuius probationes, cuius argumēta non habes, calumniæ genus est primum credere. Sed inquit mori debeo, quia lex qua te accusaui, hoc proditorē pati iubet. Poteram qui dē breuiter respondere, legē quæ calumniatorē idē pati iubet, eius pœnam exigere quod fecisset, nō qđ facere uoluisset. Fingamus tn̄ nō hoc pauperē captasse qđ accidit, cui debet imputari exitus, qui de calumniæ tuæ fluxit errore? Vultis scire iudices aliud quæsitū, q̄ ꝙ lex quæ mori iubebat? Accusauit me eo tpe quo non poteram damnatus occidi. Dic nunc, nō ego effeci ut occiderentur liberi tui, & aude ciuitatis illud uocare facinus. Non tn̄ ullis efficies artibus, ut non potius miserear reipub. meæ, non minus & illa facinus est passa q̄ pater. Coacta est liberos imperatoris uincētis occidere. Fallitur iudices q̄s quis sullum facinus in rebus humanis publicum putat. Persuadentium uires sunt, quicquid ciuitas facit, & quodcunq̄ facit populus, secundū quod exasperatur, irascitur. Sic corpora nostra motum nisi de mēte non sumunt, & otiosa sunt mēbra, donec illis animus utatur. Nihil est facilius q̄ in quēlibet affectū mouere populū, nulli cū coimus sua cogitatio, sua mens, ulla ratio præsto est, nec habet ulla turba prudentiā singulor, siue qđ minus publicos capimus affectus, siue negligentior est qui se nō putat solum debere rationem, & multi fiducia facimus omnium. Quā non possit rempub. turbare, confundere, si quis repēte proclamet, prodidit uos imperator uester, addixit, & nunc ille liberos habet? Si mehercle post hanc inimice uocē templa monstrasses, sacrilegum continuo flagrasset incēdium, si conuelli simulacra uoluisses, fecisset omne de numinibus suis factnus audacia. Vis scire tuū esse q̄q̄d ciuitas fecit? Gloriareris illo, si ꝓdidissem. Nō est iudices qđ uos a grauitate iustitię dolor ultionis abducat, qđ mortē suam inimicus offert. Non petit illud, nisi quisquis ipe non debet occidi. Sepositа igitur paulis per lege mei doloris, hoc tantū ab effectibus uestris omniū mortaliū nomine peto, ne cui nocēti pœnę præstetur arbitrium. Infinitā iudices sceleribus aperitis audaciā, si pœnā licet eligere condēnato, neciā ullā mortalium innocentiā trepidatione contineas, si patitur deprehensus quisq̄ quod maluit. Leuat oēs cruciatus, omnē dolorem, præparata mentē composuisse patientia. Fallitur quisquis humana tormenta sola nominum atrocitate metitur, nulla pœna est, nisi inuito. Nū habemus ullum nisi ab impatientia dolorē, & ut aliquid crudele, sæuum sit, metus faciunt. Supplicium quisquā uocat ad qđ prosilitur, qđ exposcitur, qđ circa se non habet moras? Illo per fidē, illo trahite damnatos, quo non sequantur. Tunc est pœna, cum periturus trepidat, hæret, cū restringit supremo uincula conatu. Volo perituri prius uidere pallorē, audire gemitus, uolo circūspiciat, uolo queratur. Fidem uestrā iudices, ne nocentibus supplicij sui contingat electio. Minus iniquum est ut euadat nocēs pœnā, q̄ ut contēnat. Mortē ꝟo dānatis quisq̄s p̄stat, indulget, nec sunt alia bn̄ficia pœnar. Fallitur quisq̄s illā uelut omniū supplicior summā putat. Occidi nō est pœna, sed exitus. Neq̄ em̄ habet impatientiā, aut dolorē, qđ possis aspicere quasi farū. Quid si liberos relinquas, immo si serues, q̄ felix exitus est plenusq̄ lætitiæ? Lucri

facit mortis atrocitatē, quisqs laudatus occiditur: Me, inquit, occidite. Non hābet liberos inimice, non habet, quisqs hoc te uelle mirat. Sæue, crudelis, ego tibi permittā mori? Vt qd iam mihi melius optē? Vides quantū feceris nefas? Idē ꝓliberis meis offerre non potui. Tu ꝙ paruulos tuos tene, ut in isto potius morianť amplexu. Tu nunc quoqꝫ non euades, nō effugies. Quacūqꝫ te duxerit orbitas, sequar, effundam si qđ parueris uenenū, subtrahā omne ferrū, incidā quoscunqꝫ strinxeris nexus, ab omi reuocabo p̄cipitio. Etiā occisis liberis tuis, nō idē patieris inimice, nisi uixeris. Nec uereor iudices, ne putetis utriusqꝫ nostrū orbitatē simili esse rōne tractaudā. Admouenť ecce contra lachrymas meas liberi, quos nemo nosset. Patris innocētis occisi sunt paruuli, quos nunc circa tēpla ferretis, circa quos se celebraret ura lætitia. Facinus est iudices minorē esse transactaꝝ mortiū miserationē. Nō inuenio quē admodū liberis ꝓdesse debeat odiū patris. Perierūt etiā illi, quoꝝ nec pater debebat occidi. Me miseꝝ ꝙ sic quoqꝫ multa habiturus es, q̄bus ego qui uindicabor, inuideā. Osculaberis ante perituros, alloqueris, accipies suprema mādata, & morituꝝ te cōtinuo ꝓmittes. Exonerabis gemitus tuos, cū eoꝝ sepulchra numerabis. Siccabit oculos ꝙ meā nunc q̄qꝫ respicies uacuā domum. Me miseꝝ, pauperis tm̄ solatium futuꝝ est, ꝙ pares sumus. Quid qđ in ipsa cōparatione mortis non idē patienť liberi tui? occidenť uno fortassis ictu, & erit ultio manibus contēta carnificis. Paruulos meos occidit quicqd fuit tota ciuitate teloꝝ, oīs sexus, oīs ætas, oīs infirmitas. Nihil est crudelius morte hoīm, quos populus occidit, & solus hic exitus est, a quo nō est nec cadaueribus salua reuerētia. Hoc me nunc cōplorare tm̄ putatis, ꝙ nō sum liberis meis ante satiatus? Miser ego nec ad cadauera accessi, nō in sepulchra maioꝝ meis manibus intuli, nec licuit sup ipsa corpora ꝓclamare, nō feci. Qualē ego illū patria perdidi diē, cū ducesab explicito bello reuertunť. Nō me lætę cinxere legiones, nō effusi obuiā ciues triūphali circa currus meos exultauere lætitia, sequebar captiuos meos tristior uictor, mœstꝰ undiqꝫ claudebat exercitꝰ, occurrētium lachrymę ꝓpinquoꝝ, & erubescētis circa me populi timida solatia. O successuū q̄qꝫ nr̄oꝝ misera cōditio. Ergo ego uictoriā meā non narrabo sine fletu, nemo amicoꝝ ꝓpinquorumqꝫ coram me de bello meo loquet? Nihil est crudelius calamitate, quā gaudia reducunt. Quoties redierit ille lætus uobis in supplicia mea dies, lugubres mihi ferte uestes, renouate seruuli planctus, parate solatia ꝓpinqui. Nulli liberi impatientius desideranť, q̄ qui propter patrem uidētur occisi. Sed uerū iudices fatendū est, timeo mehercle ne par solatijs meis nō sim, ne me iste q̄ pro liberis irascor affectus, in media ultione destituat. Sed adiuuate, miseremini propinqui, adiuuate amici, & si forte defecero, tu ultionē meam populе cōsumma. Timeo mehercle ne cum carnifex propius accesserit, subito proclamē, iam malo patrē. Sed siquis est pudor, oculi differte lachrymas, abite gemitus, horridum, trucē debeo prę parare & miserum. Deprehendam omnium mortalium callidissime hunc, quē simulas, quē nunc imitaris affectū, tunc sciemus quo animo rogaueris, ut potius ipse morereris. Sed si bene noui capax omniū malorum scelerumqꝫ pectus, inimice uiues & libenter, & fortiter, & quasi uindicatus.

Argumentum declamationis .XII.

Cum ciuitas fame laboraret, misit ad frumēta legatum, præstituta die intra quam rediret. Profectus ille emit, & ad aliam ciuitatem tempestate delatus duplo uendidit, & duplum frumenti modum comparauit. Illo cessante corporibus suorum pasti sunt. Reuersus ad præstitutam diem, reipublicæ læsæ accusatur.

Pro ciuibus contra legatum.

QVamuis iudices innumerabiles me indignandi causæ initio statim actionis strangulēt, quia nec dicere uniuersas semel possum, nec gregatim erumpētes differre gemitus (Leuior est enim dolor qui disponitur) primum tamen ille sibi asserit locum, qui est ex hoc iudicij tempore, & tam lentæ uindictæ dilatione ortus animi mei prope dixerim furor, quod hominē tam sceleratum, ut nos quoqꝫ fecerit nocentes, legibus, accersimus, quod defendi patimur, quod ut puniatur precamur, quod damnatus quoqꝫ uel morte defungetur, quam nos in illa funestissima fame, dum sepeliri licuit, optauimus, uel exilio, quod hic quātopere contemnat, apparet, qui tam lente in patriā reuertitur. Quanq̄ de quo exilio loquar? Quantalibet ignominia dimittite domo notatum, habet quo eat. Non publicis manibus exeuntē discerpsimus, non (qm̄ semel consueramus, & bona fide feraꝝ esse ciuitas cœperat) hic primus nobis ex tā tardo cōmeatu placuit cibus? Sic enim istū laniari, sic confici, consumi oportuit iure nostro. Quis credat? ego me ab hoc abstinere potui, cū & esurirem & irascerer? Sed frumēto occupati sumus, nec quicq̄ aliud uidemus. O quāta es fames, quæ tam grandem iram uicisti? At ego etiā si talis ultio contigisset, si me a nefario grassatore reipub. non lingua, sed dētibus uindicassem, nihil tamen iræ, nihil uindictæ p̄stiteram, hoc & meis feci. Aestuāt adhuc intra pectus sepulta uentribus nostris cognata uiscera, & tumescere intus atqꝫ indignari uidenť, & sera pœnitētia redūdant. Iam em̄ uacat nobis lugere, iā cibos nr̄os efferimus, uiscera cremamus, nā cætera nobiscū sepelienť. O fames inaudita, in qua leuius est ꝙ esurimus. Ignoscite trī uiolati manes meoꝝ, hic uos alloquor, ignoscite qđ ora temerauimus, qđ ab hoīe desciuimus. Non ut infelicē animā sustineremus, non ut inuisum spm̄ ꝓduceremus, fecimus. Vna causa mortē distulimus, qđ si expirassemus, idē timebamus. Et ego quidē me cōsumptis excuso, qui mihi ipsi irasci nō possum, at iste interim stat, ut uidetis, longa uia saginatus & satur, atqꝫ abundans publico commeatu, ad mentionē ciboꝝ nostroꝝ plenum fastidio uultū trahit, & exangues, ac pallidos ad calculum uocat, quasi ego non cōfitear illum etiā nimium multum attulisse. Tam pauci, rari per uias interlucent, & quāuis odio euersoris nostri euocatus e latebris suis populus,

subsellia non implet. Pauci sceleribus pasti, alienis mortibus salui, ꝙ uiuunt ipsi sibi rei graues, ægra & tabida mẽbra in publicum protulerũt. Hæ sunt ciuitatis reliquiæ, quas uidetis. Sic tabuimus, ut miseri nec uiuos habeamus, nec mortuos. Hic est populus, hæ uires, hæ spes, hæ opes. Nisi tandẽ ad uadimonium legate uenisses, nõ multos dies cõmeatum habeamus. Quo nunc tantũ frumẽti? quo classem cõmeatu grauẽt? Multum hercle negotiatione tua actũ est. Frumẽtum habeo, populũ non habeo, nusq̃ prodest, nusquã opus est, iam licet uẽdas. Dum tu salutis publicę nundinator proximũ quẽq; emptorẽ dimittis, dum aut funera nostra uendis, aut scelera, dum populo tuo fame moriente alienæ ciuitati legatus es factus, nos interim cibos ex malis inuenimus, & fames seipsa pauit, & miseriæ nostræ crudeles factæ sunt. Patiamur te defendi, si absolui saltẽ nos possumus. Hæc nunc iudices ego solus queror? ad me magis pertinent? aliquid proprie passus sum? non cõmunem dolorẽ accusator habeo cum iudicibus? Quisquã in hac uindicta alteri cedit? non publica inopia, non totius populi mẽdicitas una fuit? Nisi quia funestas epulas & nefarios inuenimus cibos, non putamus famem fuisse. In omnes gentes, in omnia uentura secula proscripti sumus, omnes hæc prodigia narrabunt, oẽs execrabunt, nisi qui nõ credent. Famem ipsam infamauimus, & (quod miseris ultimum est) miserationẽ quoq; perdidimus. Adhuc tamẽ una defensio fuit, ꝙ uidebamur in hæc omnia istius opera impulsi. Si hic innocẽs est, nostra culpa est. Etiam ne publica mala narrabo, & miserijs nostris conuitium faciam? Exibunt uerba? subsequetur sermo? non alligabitur lingua? Plane nihil non possumus. Exploramus ordinẽ cladis nostræ, & simpliciter omnia indicantur. Decet ista nostro ore narrari. Sed nouimus, & nimium meminimus, iudex doceri non debet, opinor, reo indicanda sunt, qui a malis publicis abfuit, qui hoc certe maximum debet patriæ suæ beneficium, quod a fame solus dimissus est. Audi itaq; audi frumentum istud quod lucrifecisti, quãti nobis constet. Aliquis fortasse iudices miratur, etiam si huius feralis anni fructus cessauit, quod tamẽ illa superior longi tẽporis beata fœcũditas tabuerit, & secum iste dubitat, quid sit in causa cur ciuitas opulenta quondam, nihil frumenti nisi in spe habuerit. Sic fit ubi uicinis ciuitatibus uendimus, & undecunq; offulsit lucrum, sine respectu salus publica addicitur, in uacuã possessionem fames uenit. Etiam si quid residuierat, ut carius quidam uenderẽt, ad annonæ incendium suppressum est. Testor tamẽ conscientiam uestram, non sumus questi q̃diu duplo emebamus. Non enim uulgaris illa labes frumẽti fuit, qualis nec audita, abominanda lues, quę nihil homini reliquit pręter hominẽ. Aut astricta citra conatum fata sub ipsis tabuere sulcis, aut leui rore euocata radix in puluerem incurrit, aut perustis torrido sole herbis moribunda seges palluit. Nullus imber sitiẽtis soli puluerẽ tersit, nulla super arentes campos saltem umbra nubium pependit. Callidi spirauere uenti, maturitatem præcepit æstus, etiam sicubi forte ieiunæ herbæ solum uicerant, uanis tantum aristis spem fefellerunt, & inanes culmos tristis agricola iactauit uentis nihil relicturis. Leuia queror, prata exaruerunt, perierunt frondes, germina nõ exierunt, nuda terra, & rudes glebæ, & aridi fontes erant. Nisi hæc oĩa inter sciẽtes dicerẽ, poteram uideri falso questus de hoc anno, quo tãtum frumẽti uendidimus. Vtinam saltẽ nobis rudem uictum syluæ ministrassent, te carpere arbusta, concutere quærcum, legere fragalicuissent, & quæcunq; primi mortales ante traditos diuinitus mitiores cibos contra famẽ obiecerunt, pestifer annus reliquisset. Non erã delicatus, sed o tristis recordatio, funesta necessitas, nihil habuimus quo uiueremus, præter famẽ. Nec tĩ in totum queri de numinibus possumus, maria certe secunda experti. Si uoluisset seruare legatus diẽ, quẽ illi felicitas tẽporis dederat, potuit nobis frumentũ bis afferre. Vt primum tanti mali sensus in ciuitatẽ percrebuit, cũ iam urgẽte inopia quotidie malum arctius premeret, & præsente fortuna peior tĩ esset futuri metus, apparuit nullũ ex ꝓpinquo esse prę sidium, cũ finitimas quoq; ciuitates incẽdium nostrũ aduolasset. Erat quidẽ aliquid in uicino adhuc frumenti, sed iã nemo uendebat. Ergo ut uidimus salutẽ publicam trans mare petẽdam, se in curiã quisq; cogunt. Vt arma bello, ut aqua incẽdio inclamari publice solẽt, ita uno quodã consensu nõ ætatibus spectatis, non honoribus, pariter retulimus, ꝓbauimus, decreuimus, pedibus, manibus iuimus in sententiam necessitatis, nec ordo nos officio; moratus est. Legationẽ multi pollicebant, nec innocẽtię iste beneficio uel autoritatis meritorũq; respectu electus est, una causa nos mouit, ꝙ se cito rediturũ pollicebat. Pecuniã sine numero infudimus, frumẽtum sine mõ mandauimus, quantũ potuisset afferret, festinaret mõ. Hoc una uoce supplices acclamabamus, ac ne moraremur, ne hoc quidẽ diu rogauimus, una tm̃ uox fuit, quam iste pro quodã ꝓiudicio amplexus est. Nihil agis afferendo frumẽtum, si post illum diẽ ueneris. Nostris manibus legatũ in nauẽ tulimus, ac ne quid moræ esset, ꝓ sua qsq; portione etiã cõmeatum dedimus, retinacula incidimus, & Ittus ingressi classem publicis manibus impulimus. Inde fugiẽtia uela longo uisu prosecuti, facilẽ emptionẽ, secundos uentos, placidũ mare, non secus ac si ipsi nauigaremus, ꝑcati sumus. Quis credat hoc de tã miseris? Oĩa a dijs impetrauimus. S. unũ supest, ut pro aliena ciuitate uota soluenda sint. Cito peruenit, cito emit, cito redijt quo uoluit. Quid prodest expectare? Alia ciuitas prior est, & sane religiosius legatus diẽ expectat. Nos interim coacta primo exagris pecora diripuimus: & ne uẽturo saltẽ anno ꝓspici posset, nõ reliquimus q ararẽt boues. Iã seruis fugas imperauimus, iã procũbentes ante limina principũ pauperes in ipsis ꝑcibus expirãt. Plorãtibus liberis legatũ promittimus. Iam tm̃ sibi quisq; cura est. Nihil tm̃ hoc etiã nũc in inuidiã legati queror, adhuc prior cursus est. Hactenus nr̃a mala tulimus, in reliqua legatus nos uicarios dedit. Si quicq̃ tibi humani sanguinis supereſt (nisi nimia saturitate alienæ fortunæ cogitatio excidit) respice patriæ casum, respice necessitatem grauissimã. Miseri te misimus, expectant pallidi exãguesq; ciues tui, & qcqd

extremi ſpiritus adhuc ſupereſt, ſpe tui trahitur. Figura tibi exeſos uultus, decreſcentē populum, iam præmortuas uires, nec quicq̄ horum potes ignorare, ſi quid tibi credimus, fame laborantē ciuitatem uidiſti. Feſtina dū ſuperſunt quibus legationē renunties. Feſtina dū mori ultimū eſt, frumento digni ſumus. Quid in nos conuertis etiam alienæ ciuitatis famē? Quatenus nobis computandū eſt, propter te duplū mali tulimus, tu ſupra frumentū publicum ſtertis, & oēs maris circūuectus oras, littora portuſque cognoſcis. Tu inter duas ciuitates fatorum arbiter, alienę conditor, tuę euerſor, ſalutē noſtram peregrinis admetiris, & ſecunda tē peſtate in patriā ferentes habens, contrarios uentos exoptas. Nos per arētes effuſi campos morientium herbaꝝ radices uellimus, eo quidē fortius, ut ſi fieri poſſit in uenenū incidamus, ſubeūtes inſolidis cibis, & ſicubi forte huberius paulo pabulū cōtigit de paſcuis rixa eſt. Amaros fruticū cortices, & ramoꝝ male arentium pallidas frondes decerpimus, morbida quicqd fames coegit, corpus admiſit. Iam paſſim moriunt̄, & peſtilentiū more pecudū ſubinde aliquis ex populo in ipſis paſcuis procumbit. Crebrior quotidie interitus, & latior ſtrages, & me miſeꝝ iam fames deſinit. Quos teſter deos? ſuperos ne, quos per tantū nefas fugauimus? An inferos, quos nobis permiſcuimus? An noſtrā malam conſciam, oīa nos ante feciſſe, quę nemo p̄ter nos fecit? Pecora cecidimus, campos euulſimus, ſyluas deſtruximus, nouiſſime nihil relictū eſt, præter eſuriētes & mortuos. Siqua eſt fides, libenter hanc partem accuſationis ſubinde differo, adeo ubi tm̄ nefas narrandū eſt, etiam exigua tempoꝝ lucra ſectari libet, & neceſſe eſt reo indicare, qui a malis publicis abfuit, q̄ multis non ad diem uenerit. Ignoſcite dij̄ homineſq; ſceleri quidem ultimo, ſed tm̄ quod feciſſe miſerrimum eſt. Non habitant una pudor & fames, & cum ſemel intrarit impotens domina, feras etiam & ingentes beluas ſubigit Terram morientes momorderunt. Memetipſum, ſi nihil fuiſſet aliud, comediſſem, ſed confitēdum eſt, legati beneficio non defuit. Poſtq̄ omnem patientiam uicerat ignea fames, poſtquā ſpes quoq; quæ miſeris ultima eſt, omnis abierat, & frumētum toties ſibi fruſtra promiſſum animus iam ne cupere quidē audebat, ſubijt furor, & alienatio mētis, & tota ſui arbitrij fames facta eſt. Animus malis diriguerat, os inſolitis cibis ſtupebat, feris inuidere cœpimus. Primo tamē furtim, & intra ſuas quiſq; latebras admiſit hoc monſtrum, & ſi paulo citius ueniſſes, potuiſſet hoc negari. Si quis ex ſtrage corporū defuerat, ſepultum putabamus, nec tamē indicauit quiſquā, nec deprehēdit aliquis. Nemo ut hoc faceret, exemplo impulſus eſt, ſe quiſq; docuit, omnes ſcire cœpimus. poſtquā omnes fecimus. Quoties tamen antequam inciperem, in portum cucurri, quamdiu in altum intentus, ſi quę eſſent in conſpectu naues, oculos fatigaui. Tibi legate tempus differre facile eſt, qui tuam tantum partē non uēdidiſti. Tu quē habeas diem uideris, ego ſeptimum expectare non poſſum. Ergo rabidi ſupra cadauera incubuimus, & clauſis oculis, quaſi uiſus conſciētia acerbior eſſet, tota corpora morſibus conſumpſimus. Subit interim horror ex facto, & tędium, ac deteſtatio ſui, & planctus. Sed cum ab infauſtis fugimus cibis, urit iterum fames, & quod modo ex ore proiecimus colligēdum eſt. Nūc mihi illa fœda uidenť, nunc abominanda, laceri artus, & nudata oſſa, & abrepta cute intus cauum pectus. Nunc occurrunt effuſa præcordia, & liuidæ carnes, & expreſſum dētibus tabum, & exhauſtæ oſſibus medullæ. Quantulū em̄ corporis fames relinquebat? Nunc illud horreo tp̄s, ſiqñ aut manus incidit, aut facies, aut aliquid deniq; qđ hominē ꝓpria nota ſignat. Nunc cibi ſuccurrunt, quos imponere in mēſam nō auſus ſum. Confitēdum eſt em̄, deuorauimus hoīes, & quidē auide, qui diu nihil edera mus, & tm̄ cœpiſſe diffi cillimū fuit. Poſtq̄ ius factū eſt, poſtq̄ nemo erat in ciuitate quē cōfiteri puderet, tum ỹo iā in poſteꝝ proſpicimus, & funera horreis condimus. Retro aguntur exequiæ, aut citra, aut ad rogos pugna eſt. Hæres cadauer cernit. Nouum & incredibile, niſi noſſemus, monſtrum habuimus, ſine rogis peſtilēti am. Mortui ratio non conſtitit. Periſſe ciues ſcio tantum, quia inter uiuētes non uideo. Aegri aſſidentes timebant, & labentē animam ſupremis domeſticoꝝ oculis reducebant. Primo tm̄ nihil rogabāt ſuos, niſi totā ſepulturam. Vt maior urgere neceſſitas cœpit, beneficium factum eſt expectare dum moritur. Nemo adeo affinis fuit, nemo tā coniūctus, quo pietas abſtineret, noſtros comedimus, noſtros. Nā ſi alienos uellemus, nemo audebat, cedebat. Nihil eſt tm̄ ꝙ indignari uelitis, narraui uobis lucrū ueſtrum. Frumētum duplo uēdidimus, & callidiſſimus legatus uicinæ ciuitati impoſuit. Plena nunc horrea, bonæ rationes, onuſtæ naues ſunt, & quo magis gaudeamus tāto bono, pauci ſumus. Nam quod ad tpis excuſationē pertinet, nihil eſt opinor ꝙ æſtuet, in deſertum nō incidit populū, nec ſane fuit cur feſtinaret, etiā nūc expectare poteramus. Sola eſt noſtra ciuitas quę fame perire nō poſſit. Diſſimulatuꝝ me putatis iſtius patrocinia? Cōfiteor, uenit ad ultimū diē, attulit frumentū, gratulemur ꝙ iā nulla ciuitas fame laborat. O ſi uires ſufficerēt, latera durarēt, aliqđ ex aridis diu faucib, reſiduę uocis exiret, quāta indignatiōe opus erat, ubi ꝓ oībus dolendū eſt. Qđ cū ſit, uniuerſi q aſſumus, pclamemus, hæc tota concio in unam uocē conſentiat, nō eſſet tm̄ futura par crimini inuidia, ut oēs accuſemus, quota pars quęritur? Secum quiſq; reputet quæ tulerit, quid admiſerit. Plane immanis bellua eſt & nō tantum neceſſitatis cauſa per nefas paſtus, qui ꝙ comederit hominē non iraſcitur. Succurrite dolor & ferri uomitus, & ultrix pœnitētia. Ades longi ieiunij̄ imperioſa neceſſitas, & uos intus implicitę, ſi qđ poteſtis, admonere aīæ, & a ferali uētre ꝓrumpite, dū cōmiſſum nefas deuoto capite expiamus, & quaſi luſtrata urbe feralē uictimā uiolatis manibus mittimus. Decēt nos tales hoſtiæ, in iudiciū perduxi publicum ſcelus, & infamatæ ciuitati quæro uelamentum. Nemo non commiſit aliquid, habetis tamē ſi uultis unum, & pro oībus nocentē reipub. læſæ accuſo. Mirari uos certum habeo hanc uerbi ſegnitiē, cū ciuitas tota conſumpta ſit, cum populus in ſe tabuerit, quo perſtricta tm̄modo patria, & leuiter (qđ

aiunt) manu offensa intelligi possit. Sed ferenda est, ut in cæteris, hæc quoq; rerũ naturæ iniuria, quod non tam immanibus factis paria uerba accommodauit, & fames nostra, fames dicit, & cibi nostri, cibi uocant, & Resp. nunc læsa. Nec scilicet nisi peracto legitimo ordine reus punietur. Omnia rogo scrupulose agantur. Videte ut iure irascamur, qui contra ius uiximus. Immo etiã si libet defensionem audiamus, & iã nunc nos moretur. Neget læsam Remp. quia plusq̃ læsa est. Non em̃ discussos alicuius operis angulos, nec recisas lucorũ frondes, nec publicarũ ædiũ dispersos parietes obiicimus: acsi uidebitur, adiiciet forsitan nõ esse Remp. quæ perierit. Id em̃ supereſt, ut iã hoc nomẽ extinctũ audiamus. Procedet eousq; fortasse, ut esurisse nos neget. Nõ inficior aũt parũ pprie hoc legis uerbo nefas istius signari nõ posse. Maiores em̃ ne lędi quidẽ rẽp. impune uoluerũt, ideoq; existimo etiã hoc esse comprehensum. Nemo aũt uerebat, ne absolui posset crimẽ lege maius. Quid cũ actionẽ Reip. lęsę tẽtat in legẽ male gestæ legatiõis deflecteret? Eligit reus crimẽ, hoc est noxius crucẽ optat. Nõ sustineo iudices in tãto animi motu argumẽta cõquirere, nec ipetus irę meæ in digitos descẽdit, hoc tñ scio, nõ cadit in formulã publicus dolor, nec si adeo iudicibus qd passi sunt exciderit, ut has ferãt cauillationes nõ diluẽtes crimen, sed differẽtes, populus quoq; impunitũ nefas sine lapidibus prẽteribit, nõ prẽscribes. Te accusare male gestæ legationis possum. Age porro, si occisos obiecero hoĩes, nõ tu es causa mortiũ? si uiolata sepulchra, nõ propter te rogos fraudauimus? Sed legatus fuisti, quod tñ ipsum quid est aliud, q̃ rẽ tractare? Rem aũt qui male agit, ut arbitror lædit. An existimas hãc legatis dari peccãdi licentiã, ut quæcũq; scelera in eo officio cõmiserunt, cũ his omnibus hac una lege decidãt? O nimiũ inuidendã huius legationis conditionẽ, si tibi & famẽ remisit, & legẽ. Sed errauerim sane, & quia nullũ in foro nostro iudiciũ fuit, desuetudine ipsa iura exciderint, quomodo legem meã effugis? Nam nisi malis stupeo, duo sunt omnino quæ in eiusmodi crimine quæri soleant, An læsa sit Resp. an ab eo qui arguitur læsa. In quibus si quid tibi fiduciæ fuisset, non a criminibus crimina appellares, nec ad alteram pœnam transfugeres, sed te ab hac quæ intenditur, tuereris. Dico læsam esse Remp. Oratione hic opus est, aut reliquorũ more ac cusatorũ hoc nunc mihi quærendũ, quomodo res uerbis aggraueť. Adeo infirmata est calamitatũ memoria, quæ si posset excidere, nõ tamẽ narranda nobis, sed ostendenda erat ruina publica. Agedũ, si uidet, extra portas, pspicite squalida arua, & spinis obsitas segetes, & semesos arborũ truncos, uiduis cultore agris. Errant a fame nr̃a innocẽtes feræ, inanes uillæ sunt, & deserta horrea in ruinã procũbunt. Nullus inuersis aratro glebis cãpus nitet, nullũ solum ope renouat. Iam & in sequentẽ annum famẽ timeo. Redite in domos uestras, uidebitis noxios focos, & ignes tabo cadauerũ extinctos, & tecta mortibus grauia, cũ maxime inferimus in tumulos ossa insepulta, ducimus opertas exequias, & ad sepulturã residua conferunt, & tandẽ cadauera igni permittimus. Vbi ỹo uniuersas familias fames extinxit (quæ pars maxia est) inanes domus situ ducũt, iacẽt relictæ sine hærede sarcinę. Inuenit interim clusa domo conditus dñs, si cuius mors famẽ euasit, quẽ rimantes nõ inuenere proximi, qui inter suos ultimus decessit. Quo uos mitto? Ipsam intuemini concionẽ, unius deficiẽtis spẽm tota ciuitas habet, cauum macie caput, & cõditos penitus oculos, & laxã cutẽ, nudos labris tremẽtibus dẽtes, rigentẽ uultũ, & destitutas genas, & inanes fauciũ sinus, pna ceruix, tergũ ossibus inæquale, infernis imaginibus similes, fœda etiã cadauera. Aut siquis talis non est, confiteat se usq; ad saturitatẽ comedisse. Sua quisq; consulat misera pcordia, suũ uentrẽ conscia grauẽ. Dic nunc legate, innocẽs sum, cũ ad illum diẽ ueni. At ego propter te nocẽs sum, cũ ad illum diẽ uixi. Quæ cõparata nobis mala non delicatas lachrymas habẽt? Aliquẽ populum hostilis exercitus intra portas cogit, solet uenire ultima obsessis inopia, sed euerti certe licet. Victor captiuum aut occidet, aut pascet. Tormẽta quidam piratarum tulerũt, felices quibus contigit innocẽtia. Mors certe finis est, nec sæuitia ultra fata pcedit. Aut etiam siquis adeo hominẽ exuit, ut ibi pœnam quærat, ubi sensus doloris non inueniat, nẽpe tamẽ cadauera feris obiiciet. Circundati sunt quidã flammis, ipsa tñ pœna habuit sepulturã. Nos incẽdĩ cinerẽ perdidimus, nostra etiã ruina tabuit, nr̃a mala non latẽt, non ignis defunctos cremauit, non feræ lacerauerũt, nõ aues attigerunt, & tamẽ cadauera mortibus annũerare possumus. Citra spem conualescẽdi afflicti sumus, immo etiã citra uotũ. Grauior indies facti pœnitẽtia est, pudet uitæ, lucẽ ac sidera intueri nõ audeo, quotidie felices mortuos clamo, & malæ conscięntię facibus agitatus, nihil fortunatius in æterna sede utcũ cõpositis puto. Adeo mors placet, iã etiam cibis nostris inuideo. Prẽterita differo, ipsa ex nimia cupiditate nocet abundãtia, desideratos diu cibos auide haurimus, & lassam famẽ saturitate strangulamus. Morimur adhuc etiã frumẽto tuo. Atqui cæteræ reipu. partes quæ sunt ad usum populi cõparatæ, & leuiore cũ damni sensu pereunt, & facile remediũ accipiũt, cũ reparari possit amissum. Opera restituã, erariũ replebo, naues, arma reficiã, hic uulnus altissime penetrat, hic ipa uitalia feriunt, ubi populus ruit, ubi cõtinuis funeribus omnis sexus atq; ætas semel sternitur. Exhausta ẽ ciuitas, & desolatę domus, triste florẽtis quondã fortunæ indiciũ, laxi muri. Quã multi in ciuitate nostra perierint quęritis? Minima quidẽ portio est, sed etiã ex hoc intelligi potest, esuriẽti populo satis fuerũt. Plurimũ tñ inter est quõ perierint. Felix pestilẽtia, felix prælior̃ strages, denicq; omnis mors facilis, fames aspera uitalia haurit, pcordia carpit, animi tormẽtum, corporis tabes, magistra peccãdi, durissima necessitatũ, deformissima malorũ, hæc ad humile opus nobiles manus mittit, hęc alienis pedibus mẽdicantes prosternit, hæc sæpe sociorum fidem fregit, hæc uenena populis publice dedit, hæc in parricidium pios egit. Adhuc tamen unum uidebatur remedium, non expectare mortis diem, & tabescentem quotidie spiritum superuenientibus malis subducere; nam in fame nemo quidem mortis immunis est. At non tua

culpa fames cœpit. Sed uulneratum iugulasti, titubantem strauisti, fumantẽ incẽdisti. Ne quid inique faciam, diuisa sunt mala. Primam famem fortunæ imputo, ultimam tibi. Moram tuã itineribus sepa ro. Denicꝙ ex eo inopiam tibi obijcio, ex quo propter te tuli. Itaꝙ caritas annonæ, rarum frumentum, cædes ac direptio pecorum, fuerint fortunæ, fuerint anni, fuerint temporum, aliam conditionem ha-bent ciuiũ mortes, & cadauerum dira laceratio, & peiores inopia cibi. Hæc fames iam tua est. Puta me in præsenti nihil adijcere nisi hoc unum, tardius q̃ potuerasueniſti, nondum tibi obijcio duplicata tẽpo ra, nec remensum toties mare, nec graues ancoras, nondũ tantã moram, quanta legationi satis esset. Si innocẽtes essemus, populũ septẽ diebus pdidisses. Angustos humani spiritus terminos fames fecit, mo rimur, deficimus, festina misericors, omnes excipe auras, etiam si tota secundis flatibus tetenderint ue la uenti, tũ remis adiuua, salutem publicam uehis, spm̃ populi tui reportas, omniũ nostrꝝ in ista classe nauigant animæ. Iuramus per tuum reditum, effusi per gradus tẽplorum, uota suscipimus, tendimus manus, nam quas feriamus hostias non habemus. Quid spem publicam ad ancoras alligas? non stat in terim dies, & plenis uelis mors uenit. Festina, merita tua non conditores æquauerint, non ipsi dij plus præstiterint. Tibi nos, tibi liberos nr̃os, tibi quicquid homini iucundum est, tibi debemus quicquid ui cinæ ciuitati præstitisti. Non dico illa quæ poterã, puta cærulus imber in naues ruit, classis inter fluctus latet, nec inter canentes collisarum aquarꝝ spumas uela dignoscimus, egerit ex fundo arenas mare, mi cant ignes, intonat cælum, scissis rudẽtibus tempestas sibilat, denicꝙ sidus hybernum conditur, tu tamẽ perseuera, frumẽtum uehis, nihil horum necesse est feliciter nauiganti, festina. Quererer si naues com meatu tardasses, dum uelocitatis ratio haberet, mallem accipere dimidium. Non delicati sumus, nõ lu xuriæ quæritur abundantia, unde spm̃ sustineamus, unde mortẽ differamus in præsentia quantulum cunꝙ. Si plus opus fuerit, redibis. Siccæ fauces sunt, æger anhelitus os tendit. Iam frustra in sinu paren tium liberi plorant, & nondum editi conceptus intra uterum famem sentiũt. Iam nemo diues est. Au ras captamus, & rore uescimur, & iam sperare tormentum est, quotidie uires deficiunt. Iam nõ imus in littus, sed redimus, in editis scopulis populus sedet, dum naues expectat, in pascua non redit. Aquas ingredimur, & unus ad te spectantium rictus est, & cum defecerunt omia, expirant. Te, te expectãtes intentis oculis morimur, in mare mortui cadunt. Quoties sole pcussa nubes refulsit, nauem putamus, quoties fractus uento fluctus incanuit, uela interpretamur. O mobiles miserorꝝ spes, ad unaquæꝙ sola tia, ab unoquoꝙ quõ nutant. Hæc certe nauis est, ecce uela pandunt, propius appellitur, & accedendo cresçit, nostra est, suos in utranꝙ partem uentos habuit, nr̃is uotis gubernati flatus sunt. Hæc dicimus, at illa interim transuolat. Fletus inde, & desperatio, & lucis odium. Nihil em̃ grauius q̃ destitutæ spes torquent. Ne interrogare quidẽ licuit, aut quærere, nemo applicabat. Ergo incerti omniũ rerum pepẽ dimus, nihil quisquã cognouit. Saltem si scire licuisset ubi frumentũ uendidisses, ipsi petissemus. Iam quõ ad singula momenta tempꝝ mutabãtur animi, bene est, serenus sol occidit, purus se dies tollit, ad nos uẽti ferunt, iã ueniet. Pendet interim fames, & illud qd̃ iamdiu cogitat, differt, ita tñ ut subinde cõ putet, quot dies ad mortẽ supersint. Nam quid ꝓfecit meminisse, cũ contrarij uenti flare cœpissent, & in altum fluctus a terra uolarent, quanta cõploratio, quanti planctus fuerint, retinebitur, stabit, labora bit. At, si dijs placet, legatus nr̃ tum maxime bene nauigabat. Nos in hac fortuna, in tam graui casu, in eiusmodi cogitationibus sumus. Tu sinus maris circuis, & per oẽs curuatorum littorum ambitus ter-ram legis. Sic fit ut te iuuet diu nauigare. Nullus amœnus prætermittitur portus, nulla celebris ciuitas inuisitata transitur. Mentior, etiam ad esurientes applicas. Dein siquam timoris iniuriam quereris, nõ feram te morantem. Quõ satis accusabo uendentem? spũs nr̃os transcribis, salutem nostram exponis. Quæ diu inæstimabilis fuit, innocentiam publicam uendis. Frumentum non naufragio perdidimus, non latrocinio, lucro perimus. Tempestas quoꝙ aliquã nauẽ in medium littus impingeret, & ex classe numerosa oẽs fluctus exhausisset. Perit frumẽtum, quia classis uenit in portum. Ita nos alienæ ciuitati legatum misimus, & uilia ac deuota capita uicinorꝝ delitijs morimur. Nobis nihil iam residui spũs su-peresset, nos in conspectu mortis stamus, nos legatum frumẽtumꝙ nostrꝝ ore aperto expectamus, clas-sis nostra uecturam facit, & uicinarum ciuitatum copias reconducit. Pene a conspectu nostro uela con uersa sunt, quantulo minus q̃ congesti frumenti puluerem uidimus, tm̃ iam temporis transiuit ex quo pecuniam contulimus, legatum creauimus. Iam dinumeratis temporibus quæ secundi uenti breuiora fecerunt, quotidie spero, & sane prope est. At legatus meus ad emendũ modo proficiscitur. Tibi ergo tot ciuium mortes imputo, tibi stragem populi, tibi liberorꝝ parentumꝙ miserrimas pœnas, tibi quic-quid passi sumus, tibi, qd̃ grauius est, quicquid fecimus. Et scilicet speras, ut tantam sceleris inuidiam ab animis nostris duplæ pecuniæ strepitus auertat? Nescis q̃ multa uendideris. Duplo uẽdidi. Ita ne in felicitas mea negotianti tibi lenocinata est, ꝙ fame perire ciues meos patior, ꝙ ut uestram ciuitatẽ ser-uem, meam euerto, ꝙ a tam uicinis littoribus classem torqueo, ꝙ ad diẽ redire non possum, ꝙ ptium cõ stituitis, ꝙ occultum datis duplum, patrocinio meo quantulũ lucror? At nos inepti ac uesani de fame querebamur, grauis nobis inopia, intolerabilis, & misera accersita mors uidebat. Non agimus grati-as industriæ legati? Respub. nostra locupletior perit. Sacrosanctus mercator opportunum, opinor, in-uenit mercis exactum. Miror hercle, si tam bene negotium gesseras, quõ nobis pecuniam non retule-ris. Duplo uendidi. Decepisti uicinam ciuitatem, circumscripsisti, itaꝙ queriẽ. Duplo uendidi. Hoc em̃ unum superat, ut deuectum tantidem uenderes. Habita est itineris ratio, habita usuraꝝ. Ego uero ma lo qd̃ tam magno uendidisti. Apparet em̃ te nihil coactũ. Sed si semel ponis hastam salutis, si redẽptó-

res uitæ admittis,& nos admone,melius uendis. Nos quicquid in domibus habemus,quicquid in templis,quicquid ciuitas suum uocat,congerere parati sumus. Frumentum pecunia remetiamur,libertatē nostram addicimus,fines publicos tradimus,omnia licet eadem uicina ciuitas polliceatur,plus non poterit. Prosit mihi qđ apud negociatores solet,in antecessus dedi. Triplum,quadruplum,quātum poposceris accipe,& illa pecunia frumentum licet uicinis afferas,si nobis nihil de cōmeatu nostro partiris, nos uicinæ ciuitati uendemus. Liceat seruire ubi frumentum est. Non exigua res est,p uita,pro sepultura,pro innocentia licemur. Non potest hic cōmeatus tam care emi,q̄ expectari. Sed nisi uēdidissem, inquit,fame laboranti ciuitati,timui ne raperet. Et ita utiq; occupare uoluisti,ut nobis iniuriā tu potissimum faceres. Multum mehercle uos fallit opinio iudices,si ullā causam ita euidentē deferri posse in forum putatis,cui nulla ne mendacij quidem uelamenta contingant. Opinione sua defenditur,& quæ res minime coargui pōt,utitur se teste,Ne nos periremus non timuisti,ne repetiti cōmeatus post diem nostræ mortis applicarētur non timuisti. Nostris certe malis quanq̄ nihil poterat accidere inopinatū, tñ inter metus tempestatum & ancipites incerti maris casus,confiteor,ne frumentum salua classe perderemus,nō timuimus. Non dico ut maxima uis parata sit,ut more immanis latrocinij turba raptoꝝ littus premat,uel repugna,uel fuge,uel roga. Incēsurum naues depressurumq; minitare potius,q̄ totū frumentum utiq; populo pereat. Partire uel gratis,dū nobis aliquid quo respiremus afferas,illud quo certe nihil asperius accideret,rapi patere. Faciet fortuna qđ uoluerit,legatus a p̄cepto non recedat. Refer nobis saltē iniuriam nostrā,mitte nuntios,ira famem differemus,rapiemus furentes arma,& se in obsidionem ciuitatis inimicæ sine delectu populus effundet,uastabo interim fines, hoc est p aliena prata pascar. Si qua in uillis deprehendero pecora,diripiam,bellum me alet. Citius ad frumentū p̄ueniemus,q̄ tu cum frumento redibis. Adiuuabunt pugnantē iusta sacramēta. Si contigerit æquū fortunæ iudicium,non meos tñ commeatus recipiā: Si minus,certe dabitur bene mori. Liceat & manum cōserere,in acie confligere,condant se postea licet muris,longius obsidio eat,interim certe hostiū potius cadaueribus uiuemus. Sed nulla uis fuit, nulla exterior iniuria,tuum certe commeatū nemo rapuit, iure miseri sumus,& ex stipulatu legati nostri perimus. Vendidit quantū uoluit,quāti uoluit,& ut hoc ad nr̄as accederet moras,fortasse diu concionatus est. Omnis cū fide p̄soluta pecunia est. Hoc qui colligo? Qui quanti uoluit uendit iudices pōt non uendere. Nam per fidem,si rapere alienū,frumentū,& possunt,& uolunt,quid ita duplā pecuniam soluunt? Nam quō in magna inopia quicquid emi pōt,uile est,ita cum possis habere gratuitum,duplo carꝝ est. Sed mihi credite,color iste patrocinij est,& diu in saturo otio cogitata defensio. Non pōt similis usquā fames fuisse. Nos graue huius anni sidus afflauit, nostꝝ hoc fatum fuit,quos non tantū fata,sed etiam empta fallunt,q̄ nostra pecunia,nostra classe,nostro legato,nostro uento,felicissimo cursu,cōmeatum tñ perdidimus. Nos a frumento longius sumus, ad illam ciuitatem potuit frequēter accedere negotiator, sæpius applicari onusta classis, itaq; non misere legatos,nullus illis commeatus longius petendus fuit,qđ felicissima annona,affluentibus copijs,fortunatis opibus contigit,nihil emerunt,nisi deuectū. Quare nulla causa istius quem fingis metus fuit, nulla utiq; uis. Forum legisti,& quia adhuc superaret tempus,obiter negotiatus es. Rapturos putauit. Quid dicis scelerate? Et cum hoc timeres,applicabas? Onustus uiator apud latrones hospitaris? Cōmeatum publicum in scopulos annonæ impingis,& plenæ frumēto classis ancoras ad famem ducis? non præcidis mediū mare? non uelut in hospitales Syrtes,aut uoracē Charybdim præterueheris? Tota in fugam uela torquebis,nusquā est piculosius legatiōis tuæ naufragiū. Tu ut cogi posses,tu ut auferri frumentum posset,effecisti. Tantum habituri sumus quantum reliquerit pudor esurientium. Quid te duplo frumentum iactas uendidisse? Potuerunt nihil soluere,q̄ refers,alienum beneficiū est,alterum cō fingit hoc loco mendacium. Tempestate,inquit,appulsus sum, Ita plane infelix nauigator es,& cuius uotis auræ non respondeāt. Nescimus te duplo melius nauigasse,q̄ speraueramus? Nescimus singulis commeatibus bina itinera confecta? Nescimus in una legatione uentos quater secundos? Saterat uerbo negare,qđ uerbo ponitur,Remoue hanc spem eludendæ mēdacio ciuitatis. Quo dāno probas tempestatem? Quid amisisti? Frumētum certe totum uenit in portū. Nec laborasti,tanq̄ nimium onustas naues simulaueris,duplum afferre poterāt,non uexata armamēta,turbato scꝝ funes,aut scissos uelorū sinus quereris,classis statim exijt,& qđ magnū integræ signum est,cito redit. Porro tempestas in unū agebat angulum,nihil potuerūt obliquata uela deflectere. Non potes ultra procedere,citra applica. Effuge raptores,effuge non dimissuros. Si aliud fieri non pōt cum tempestate decide,naufragio in desertum littus impinge. Quid deuitata procella ꝓdesti? quid subducta nubibus nimis classis? In portu naufragium fecimus,& frumentū ad ancoras perdidimus. Ego uero,inquit,attuli,& quidem duplum. O nos felices,rumpamus saturitate p̄cordia,pascamur in præteritū,& famē cruditate pēsemus. Frumentum attulisti. Quid ꝙ medicina mortuoꝝ sera est? Quid ꝙ nemo aquas infundet in cinerē? Quid ꝙ extincto populo etiā nouendialis tarde uenit? quid ꝙ iam ego frumentum nō desidero? Naufrago tabulam abstulisti,mortuo applicas nauē. Duplum est,infūde in sepulchra,& admetire tumulis,ibi sunt q̄ mandauerunt,Quid aliud effecisti afferendo frumētum,q̄ ut nos qđ adhuc fecimus,pœniteret? Nunc me magis pudet,nunc cibos meos obiurgo,potui heri non comedisse,O nefas,in quo me scelere cōmeatus deprehendit. Siccine paria fecimus? Adhuc nihil habuimus,sed nunc licet reponamus. Quis aūt unq̄ pensabit necessaria superuacuis? Duplum attulisti,sed illis qui perierunt nihil,sed non possumus iam non fecisse qđ fecimus,plerunq; sera pro nullis sunt,sed & temporum ista momentis aut pretiosa

fiunt, aut uilia. Vis scire quantum inter hoc tempus & illud interſit? Tenta igitur forum tuum, totum hoc non potes dimidio uēdere. Supereſt adhuc unum patrocinium, in quo ſpes omnis profligatæ cauſæ conſiſtat. Ad diem ueni. State hic certe iudices, nam ferri non pōt, exundat altius. Pudorem publicum quāuis proiectum & iam olim ſepultum hucuſq; protrahis? Cur nō expectauimus? Cur famē non ad conſtitutum diſtulimus? Cur ad tantū nefas acceſſimus? In hac lance publica cauſa iudices pēdet. Aut iſte tarde fecit, aut nos cito, hoc uidelicet expectaſti, & ne captioſum eſſet officio tuo maturius redīſſe, ex induſtria tps triuiſti. Non tēpeſtas in cauſa fuit, non uis ulla uicinæ ciuitatis. Vna ratione moratus es, nondum erat tps. Adeo ne nobis miſeriæ publicæ exciderunt? Adeo inſperato frumento obſtupuimus, ut hæc audienda ſint? Vltimum omnis memoriæ reum una uox innocentem facit? Populatorē euerſoremq; ciuitatis niſi ad ſupremū damnabo? Abſoluatur publicus reus redijt, illum reſpondet diē dedimus. Tu tamē ſi interpellatus tempeſtatib. ſerius ueniſſes, excuſares mare & ambiguos flatus, & tibi bonam cauſam habere uidereris, cū diceres, ante nō potui. Et nos hæc cogitauimus, his caſibus ampliauimus tempus. Nos illum tibi diē dedimus, ſed quia illud citius emiſti q̄ ſperauimus, ſupra uotum nr̄m nauigaſti, ad proximū littus mature claſſis applicata eſt. Egō tibi poſſum ſatisfaſcit? Felicitatem noſtram perdidiſti. Ergo quantū in te, tēpus conſumptum eſt, dies exceſſit, peius pati nihil poſſumus, ſed peſſima diu patimur. Imputa nobis ꝓpitios uentos, & ſecūdum mare, & ciuitatis opulentæ liberalitatem, quæ tantum frumenti uendidit, quantum duobus populis ſatis eſſet. Quantūlibet uelocitate tua glorieris, computa ſi placet qñ primum conterminos portus onuſta claſſe cōprehenderis, q̄ tarde a uicina ciuitate ueniſti. At etiā ſi dīs placet animo defendīt, & quā cauſam uexandæ ciuitatis habuerit quærit. Iſtud ego interrogare debuerā, non ubiq; iudices morandū eſt. Alioqui ſi quid reqrere uellē, multa occurriſſent. Solēt hi negotiatores, præter hæc apta pretia, priuatū aliquid ac ꝓprium ſtipulari utiq; cū alienā rem uendunt. Poteſt fieri ut primo lucrari uoluerit pretiū, ſerius deinde ſubuenerit reddendæ rōnis, dicēdæq; cauſæ cogitatio. Venīt fortaſſe frumentū lucro, redēptum eſt patrocinio. Pōt fieri ut aliquā gratiam ſperauerit a ciuitate ſeruata, occulta quædā in ciuitate ſua odia, quæ plerūq; ex inanib. cauſis oboriunt̄, habuerit. Multa ſuccurrūt, ſed (ſiqua eſt iudices dicēti fides) egō nihil inuidioſius reputo, q̄ ꝙ ciuitatē ſuā ſine cauſa ꝓdidit. Quæcūq; rō, quodcūq; ꝓpoſitum fuit, audi q̄ paſſi ſumus, poſtq̄ redire potuiſti. Tranſeo tormenta noſtræ inopiæ, macīē corporis, uulſos terra deſtricto ſq; ramis cibos, ꝙ aris altaria non impoſuimus, ꝙ populus corporib. ſuis uias ſtrauit, ꝙ mendicus quem rogaret non habuit. Non obīciam tibi famem. O triſtis recordatio, o tormētis oīb̄us cōſcientia grauior, rumpe ferreum pectus, & ardentia ſcelera uiuentesq; intus epulas excute. Luctantur intra uiſcera animæ, & uterum funeribus grauidum in os agunt. Credibiles fabulas fecimus, felices miſerias, ſcelera innocētia. Omnes quaſcunq; clades fama uulgauit, ſolatia hinc petant, hinc audient occiſos ſine ſanguine, ſepultos ſine ignibus cibos. Si quis mentitus eſt Cyclopas Læſtrygonas, ſphingas, aut inguinibus uirginis latratum Siciliæ littus, & quæcunq; miſer didici domi, comites quæro, hinc argumētum, hinc fidē accipiant. Quædam plane falſa ſunt. Sol in ortu ſuo non occidit, nec ad humanor̄ uiſcer̄ epulas diem uertit. Vidit nos uulneribus paſtos, & ad euiſcerata corpora illuxit. Publice monſtra cōmiſſa ſunt, & inexpiabile nefas uno ore ciuitas fecit. Pœnis noſtris iam ne fames quidē ſatis eſt. Hoc non omnes feræ faciunt, & quāuis ſenſu careant muta animalia, pleraq; tñ innocentibus cibis ueſcuntur, uti quæq; conſuerūt: inter homines etiam, ſiqua alienis mēbris imprimūt dentē, mutuo tñ laniatu abſtinent, nec eſt ulla ſupra terras adeo rabioſa belua, cui nō imago ſua ſcta ſit. Nos quib. diuina ꝓuidentia mitiores cibos conceſſit, quibus ſociare populos, mutuo gaudere comitatu, ſidera oculis animiſq; cernere datū eſt, uiſa non annos fecimus, nigros fame dentes pallidis cadaueribus impreſſimus, & inter horrorē ac famem reſtrictis labris morſus abrupimus. Cadauera rogis deuoluta ſunt, & ad funera tanq̄ ad naues concurrimus. Deficit aliquis extremo iam ſpiritu pendens, tñ durat, quia prius moriturum alterū putat, inuicem expectant, & ſi ſpei figuratiōe tardius cadit, morſibus pugnat. Non in oīb̄us mortes expectantur, pater liberos eſurit, & oppreſſa decimo menſe mater ſibi parit, redit in uterum laceratus infans. Cludūt domos, ne quis funus eripiat. Solæ ſunt diuitiæ mortium, uelut infauſtæ aues ſupra expirātes ſtamus. Secreta miſeri petūt, in ſolitudinē fugiūt, & ubi nulla ſpes uitæ ſupeſt, mortes ſuas abſcōdunt, iam morituri ad feras confugiūt. Dehiſce terra, & hanc noxiam ciuitatē (ſi hoc ſaltē fas eſt) hauſtu aliquo ad inferos conde. Cæleſtes auras cōtaminato ſpiritu polluimus, & ſideribus ac dici graues & inuidiam ſeculo facimus. Nullas iam ſpero fruges, propitios deos non mereor. Quomodo me a ſcelere meo diuellerem? in quas ultimas terras, quæ inhoſpitalia maria conderem? Meum ſane conſcientia urunt animum intus ſceler̄ faces, & quoties facta reputaui, flagella mētis ſonant, ultrices uideo furias, & in quācunq; me partem conuerti, occurrunt umbræ meorum. Habitat neſcio quæ in pectore meo pœna, & ne morte ſaltem hos metus effugiam, occupant grauia apud inferos ſupplicia, uolucris rota, & fugacibus cibis eluſus ſenex. Adeo ne apud inferos quidē ulla pœna eſt fame maior, & ille hæc patitur q̄ hominem appoſuit epulandū. Nobis imminet ſaxum, nobis ſtridunt ferreæ turres, noſtris cauſis urna iam ſtetit, nobis uiuax ipſum creſcit iecur, quia illic quoq; uiſcera tm̄ aues laniant. Excipiunt nos in proximo littore inhumatæ noſtrorum animæ. Miſerum me, uera ne hæc ſunt, an mēs aſpicit? Laceros uideo manes, & truncas partibus ſuis umbras. Quid hoc eſt? Non de ſepulchris inſurgunt, non aliquo terrarum hauſtu procedunt umbræ noſtrorum, de populo exeunt. Illuc ite, illi tedas interdite, illum anguibus petite, & tam longæ moræ exigite rationem. Vobis dicat, duplum attuli, uobis

dicat, ad diem ueni. Ego si huius pœnam uidero, possum reddere rationem quod uixi.

Argumentum declamationis. XIII.

Damni per iniuriam dati sit actio. Pauper & diues in agro uicini erant iunctis hortulis. Habebat diues in horto flores, pauper apes. Questus est diues flores suos decerpi ab apibus pauperis. Denuntiauit ut transferret. Illo non transferente, flores suos ueneno sparsit. Apes pauperis omnes perierunt. Reus est diues damni iniuria dati.

Pro paupere contra diuitem.

CRedo ego iudices plerosq; mirari, q̄ homo tenuis, etiam anteq̄ q̄d habebam perdidi, pauper, ausus sim iudicio lacessere diuitem utiq; uicinum, eumq; notæ impotentiæ, expertæ crudelitatis, in tantis fortunæ uiribus pnicioſum inimicum, etiam si uenena non habeat. Neq; ipse hoc periculū ignoro, expertus non leui documento, quanti steterit mihi q̄ semel imperata nō feci. Sed neq; illudiudices damnum tolerabile est pauperi, cū tam paruis etiam diuites moueant, & mihi, quāq̄ prope nihil iam relictum est q̄d perderem, si tū ista impune sustinenda sint, solatium erit iram potius q̄ contemptū pati. Nec sane uitæ causa iam supereſt, si ad cæteras humilitatis nostræ cōtumelias hoc quoq; accedat, ut si habemus aliquid, migrandū sit, si perdidimus tacendū. Vnum oro, ne cui minor dignitate uestra uideat causa litis meæ. Ante omnia em nō debetis expectare ubi pauper magna perdiderim, sed quātulum est q̄d abstulerit mihi diues, minus est quod reliquit. Et tū quis indignat apes formula uindicari, cum Veneris etiā flosculi uindicent? Quod tū iudices (quāq̄ euersus, & ab omni spe tuēdæ paupertatis exclusus) æquiore animo tolerarē, si cuius culpæ, etiā si iniustam pœnam, meritam tamē iram tulissem. Sed circumspiciēti omnia nihil mihi obiici potest a diuite nisi q̄ uicinus sum. Est mihi paternus iudices agellus, sane angustus & pauper, non uitibus consitus, nō frumētis ferax, non pascuis lætus, ie iunæ mō glebæ atq; humiles thymi, & non latæ pauperi casæ circūiecta possessio. Vetus mihi uel hoc fuit gratissima, q̄ non fuit digna quā diues concupiscceret. In hoc ego uitæ meæ secreto remotus a tumultu ciuitatis ignobile æuum agere procul ab ambitu, & omni maioris fortunæ cupiditate constitui, & dum molesta lege naturæ transit et ætas, uitam fallere. Hoc mihi paruulū terræ & humilis tugurij rusticum culmen æquitas animi regna fecerat, satisq; diuitiarū erat nihil amplius uelle. Quid prodest? Sic quoq; me latentē inuenit inuidia. Nec ab initio iudices uicinus diuitis fui, pares circa me habitauere domini, & frequētibus uillis concors uicinia paruos limites coluit. Quod ciues pascebat, nūc diuitis unus hortus est. Postq̄ proximos quosq; reuellendo terminos ager locupletis latius inundauit, æquatæ solo uillæ, & excisa patria sacra, & cū coniugib. partu isq; liberis respectantes patrium larem migrauerunt ueteres coloni, & latæ solitudinis indiscreta unitas facta est, postq̄ ad apes meas diuitis fundus accessit. Nanq; ego iudices dum fortius opus permisit ætas, terram manibus subegi, & difficultatē labore perdomui, & inuito solo nonnihil tamen fœcunditatis expressi, cito labitur dies, & procliuis in pronum fertur ætas, abiere uires, sensus meus, defectaq; labore senectus, magna pars mortis nihil mihi reliquit nisi diligentiam. Circumspicienti quod conueniret opus inualidæ senectutis curæ, succurrebat sequi pecora, fœtuq; placidi gregis paupertatē tueri, sed ex omni parte circumiectus diuitis ager uix tenuē ad gressus meos semitam dabat. Quid agimus? inquam. Vndiq; uallo diuitiarū cluſi sumus. Hinc hortuli locupletis, hinc arua, inde uineta, hinc saltus, nullus terræ datur exitus. Quæramus animal quod uolet. Nam quid apibus inuenit natura præstantius? Parcæ, fideles, laboriosæ, o animal simile pauperibus. Et sane dabat occasionem mihi opportunitas hortuli mei. Est nāq; positus ad ortus solis hyberni, apricus, omnibus uentis medius. Fusus ex proximo fonte riuus, crepitantibus inter radiātes calculos aquis, utrinq; ripa uirente præterfluit. Satis consiti flores, & uiridis quamuis paucarum arborum coma nascentibus populis prima sedes, unde ego frequenter consertū nouæ iuuentutis agmen ramo graueſcēte susceperi. Nec me tanta capiebat uoluptas, q̄ fluētia ceris mella conderē, q̄ ad sustinēdas paupertatis impensas deferrē in urbē, q̄ diuites emerēt, q̄q̄ q̄ aduersus oia lassæ tædia ætatis habebā senex q̄d agerē. Iuuabat aut lēta uimina uernis fœtibus texere, & ne æstiuus ardor aut hyberna uis grauidā penetraret aluum, hiantes rimas tenaci linire fimo, aut fessis apibus ultro præbere mella, aut fugiens examen ære terrere, aut bella sedare puluerisiactu, tum ne quid periculi saltem singulis esset, auidas lōge fugare uolucres, & arcere parua dictu animalia, recluſas interim scrutari apiū domos, ne per uacuas aluos fœda pestis insidiosas texeret plagas. Dederā laboribus meis iustā senex missionē, habebam quæ pro me opus facerēt. Quo nō penetras liuor improbe? Quid ue scabræ malignitati clausum est? Inuidit pauperi diues. Cum euocasset me subito trepidum, totoq; fortunæ suæ strepitu circūstetisset, quid tu, inquit, non potes imperare apibus tuis intra priuatum uolēt, ne hortorum meorum floribus insidant, ne in meo rorē legant? Remoue, transfer. Impotētissime tyrāne quo? nunquid tā latū possideo agellum, ut illū apes transuolare non possint? Neq; tū tantum inerat pectori meo robur, ut non perturbarer denuntiatione notæ impotētiæ. Voluí relinquere auitos lares, & conscios natalū parietes, & ipsam nutriculā casam, iamq; pauperē focū, & fumosa tecta, & cōsitas meis manibus arbusculas trāsferre destinatus exul decre uerā. Voluí iudices decedere, uolui, sed nullū potui inuenire agellū in quo non mihi uicinus diues esset, nec tū licuit diu quærere. Forte serenus pura luce fulserat dies, & hilaris matutini solis tepor ad quotidiana opera lætius solito agmen effuderat. Quin ipse spectator operis (præcipua nanq; hæc mihi uoluptas erat) processeram, sperans fore ut uiderem quemadmodū

aliæ libratæ pennis onera conferrẽt, aliæ depoſita ſarcina in nouas ꝓrumperẽt prædas: & quãq; anguſto feſtinaretur aditu, turba tamẽ exeuntium non obſtaret intrantibus, aliæ militaribus caſtris pellerent uulgus signauũ, aliæ longum permenſæ iter fatigatæ anhelitum traherent, hæc ad æſtiuum ſolẽ porrectas panderet pennas. Miſerum me, ignoſcite modo gemitibus meis. Non floſculos perdidi, nec caduca folia proximo lapſura uẽto. Apes cum uolarẽt, ſuffugium tenuitatis meæ, ſolatium ſenectutis amiſi. Nunq; me alias pauperẽ putaui, triſte me excepit, expectatq; ſilentiũ, & inanis aluei inchoata tm̃ opera, & rudes ceræ. Vos iudices æſtimate quatenus recipiatis hunc affectũ meum. Libenter bibiſſem ſi inueniſſem uenenum. Hoc mihi damnũ non brumæ glacialis penetrabilis rigor, non ſuppreſſi lõga ſiti flores induxerunt, ieiunam miſeris famẽ non auiditas iniuſta domini nihil mellis reſeruantis, non æqualis feſſas morbus inuaſit, non damnatis ſedibus ſuis auias fuga petiere ſyluas. Apes pauper miſer in opere perdidi. Parauit homo nefarius ante omnia tm̃ ueneni, quod poſſet & diuitis hortis ſatis eſſe, & liniuit flores maleficis ſuccis, & in uenenũ mella conuertit. Sparſit omnibus florib, mortem, & quã to plura interim corrupit, q̃ quæ apes abſtuliſſent. Illæ ſtudio quotidiani operis excitatæ, ut primum aurora lucem uocauit, in aſſueta miſeræ paſcua uolant, ut anteq; noctis humorem radij ſolis ebiberẽt, matutinos legerent rores, & cæleſtes aquas ad horreum ferre poſſent, nec ſibi, ſed operi biberent. Hic triſte ſpectaculum, & tm̃ non ipſi qui fecerat miſerandum. Illa ad primum feralis ſucci hauſtum inſolito conſternata guſtu fugit, ſed fugiſſe nihil ꝓdeſt. Illa longiores expetitura paſtus in altum tollitur, uitamq; in aura relinquit. Hæc primo ſtatim floſculo immoritur. Illa rigeſcentibus morte pedibus exanimis, ſicut hæſerat, pendet. Alia defecta niſu uolandi adhuc per terram languide repit. Si quas tamen uſq; ad ſedẽ ſuam diſtulit mors lentior, ſicut ægræ ſolent, ſub ipſis pendere portis, in globum nexas & mutuo amplexas mors ſola diuiſit. Quis figurare poſſit, quis dicere, q̃ multas mali formas, q̃ uaria leti genera fecerint tot mortes? Semel ut ipſe triſtem finiam expoſitionem, dicẽdum eſt, omnes perdidi. Celebre illud aluearium, & domino ſuo notius, ad nihilum recidit. Audete nũc laceſſere diuitem quibus uitæ cauſa ſupereſt, exerite libertatẽ fortibus uerbis ſi quid offenderit, & quod difficillimum fuit, iam expertus eſt uenenũ. Quod ſi mihi fortuna uel ingenij uires, uel ſuas dediſſet, crimen iſtud non priuatam taxationem formulæ merebatur. Venenum leges habere, emere, noſſe denicq; uetant, ineuitabilem peſtem occulta fraude graſſantẽ. Male hæret ibi innocentia, ubi in poteſtate eſt ſecretum ſcelus, ue lut uenenum, & quidẽ præſentaneum, inuentum, cõpoſitum, datum eſt. Quantulum intereſt quis biberit? Homo dedit, & homini dari põt. Non adeo deſunt odiorum cauſæ, ut iam rara ſimultas ſit, & ut uideat aliquis nihil magis q̃ malos odiſſe, libebit aliq̃ longius manũ porrigere, & indulgere animis. Credite mihi iudices, difficilius eſt uenenum inuenire, q̃ inimicũ. Sed me conſcia mediocritatis infirmitas intra meas tantũmodo cõtinet querelas, nam damnum idem iudices grauiſſimum. Pauper uulnus accepi, quod mihi diutius deflendum apud uos, q̃ probandum eſt. Nam coarguendis quidem criminibus quis labor eſt aduerſus confitentem? Habent diuites hoc quoq; contra nos cõtumelioſum, ꝙ non tanti uidemur ut negent. Porro qui confeſſum defendit, non abſolutionem ſceleris petit, ſed licẽtiam. Longius iſta q̃ timui quæſtio peruenit, non de præterito tm̃ litigamus, hoc agitur ut etiam ſi quid forte reparauero, iterum diuiti liceat occidere. In duas em̃ quantũ animaduertere potui quæſtiões diuidit cauſam, an damnũ ſit, & an iniuria datum. Negat eſſe damnũ ꝙ animal liberum, & uolucre, & uagũ, & extra imperia poſitum perdiderit. Negat iniuria datum, ꝙ in priuato ſuo, ꝙ eas quæ ſibi nocerẽt extinxerit, poſtremo ꝙ ſparſo tm̃ per flores uenenõ ipſæ apes ultrò ad mortẽ uenerint. ut nihil eſſet qđ his poſſem reſpondere, æquum erat inter uicinos ſic agi? Sed excutiam ſingula, nec priùs meis argumẽtis nitar, q̃ diuerſa repulero, quoniam quidẽ quæriť an damnum ſit perdere, qđ lucrum eſt habere. Liberum eſt animal puta, non dico fœtus meis manibus exceptos, & in tutam conditos ſedem, & reſeruatis ad ſupplementa generis fauis examen uernaculum. Quoniam quidẽ tyrannoꝝ iura defendis, natos in priuato meo, puta me uel inanis arboris trunco, uel cauis inuẽtos petris, domum fauos retuliſſe, multa nihilominus quæ libera fuerãt tranſeunt in ius occupantiũ, ſicut uenatio & aucupatio. Nam ut cætera animalia hoim cauſa finxerit prouidẽtia, qđ omnibus naſcitur, induſtriæ præmium eſt. Quid aũt non liberum natura genuit? Taceo de ſeruis, quos bellorꝝ iniquitas in p̃dam uictoribus dedit, ijſdẽ legibus, eadem fortuna, eadem neceſſitate natos. Ex eodem cælo ſpiritũ trahunt, nec natura uilis, ſed fortuna dñm dedit. Cur infrenatis equis uictor inſidet? Cur iniuſto quotidie iugo boum colla deterimus? Cur in uſum ueſtium ſæpe pecori lanæ detrahunť? Taceo de ſanguine & epulis per mortẽ paratis. Si omnia quæ libera generantur, naturæ demus, deſinitis diuites eſſe. Si uero hæc conditio eſt, ut quicquid ex his animalibus in uſum hominis ceſſit, proprium ſit habentis, ꝓfecto quicquid iure poſſidetur, iniuria auferť, ut uolucres mites, & aliæ quæ per ruſticas uillas, quæq; ditibus cellis ſaginantur, in quibus tm̃ domini ambigua poſſeſſio eſt, & uaccæ, & armenta, & omne pecudum genus. Sed illa impoſitus cohibet magiſter. Peius ne domino in ijs ius eſt, quibus cuſtode non opus eſt? Nam ſi hoc dicitis, nihil eſſe noſtrum qđ perire poſſit, ex nullius animalis damno hęc edi formula poteſt. Nam & errare pecudes ſolent, & fugere mancipia. Si hoc in cęteris non obſtat, uagari tu nolles, in opus exire, & ad quotidianum cenſum laboris aſſidui non detractare militiam. An non ipſę domum ſua ſponte reuolant, finemq; laboris ſui ſole metiuntur, & omnis intra ſolitas domos turba condiť, noctemq; modeſto ſilentio trahunt? Age porro, ut non ſit earum certa poſſeſſio dũ uolant, nẽpe cum remearunt, cõcludi, tranſferri, donari, uenire poſſunt, in poteſtate ſunt. Quomodo autem poteſt ſine damno meo peri

re, quod quotidie meum est? At extra imperia positum est. Mirum hercle, si negato cõmercio sermonis humani, sunt in cæterorũ animalium forma, tamen quã dñs dedit incolunt sedem, lasciuientem luxuria fugam tinnitu compescimus: etiam si diuersis regibus coorta seditio ad bellum inflammauit iras, exiguo puluere, uel unius pœna ducis resedit omnis tumor. Illa uero admiranda sedulitas, & operi totus insumitur dies, in dominorũ redditus ablata supplentur. Age si obsequi possent, quid amplius imperares? Intelligo his uanis ultra necessitatem esse responsum. Si non sunt apes meæ, ne id quidem qđ his efficitur meum est. Atqui nulla unq̃ inuenire potuit impudentia, quæ fructus mellis in dubiũ uocaret. Hoc ergo fieri põt, ut quod nascit meum sit, quod generat alienũ? Age si mihi aluei furto abessent, utrũ nulla daret actio? An uiminis mõ uiliq; texti pretium formula taxassem, & proinde agerem quasi in anes perdidissem? Nisi fallor esset æstimatio & apum. An tandẽ quas surripere nõ liceret, liceat occidere? Non est damnum & exutus sum, quod redditus pdidi, qđ annuos fructus põsidia paupertatis amisi? Non est damnum id perdidisse, qđ (ut proximo utar argumento) si habere uoluero emendũ est? Quid ergo tibi opus est maleficis succis, cum liceret palam trucidare, & plenas uel cremare igni, uel aquis immergere alnos? An est aliquod animal qđ nõ liceat nisi uenenis occidere? Vt damnum sit, inquit, iure tñ feci in priuato meo. Per fidem uestram iudices succurrite exemplo, nõ sufficit his partibus unus rusticus pauper, obuiam publice eundũ est, & obijciendæ aduersus nascentẽ licentiam consensu manus. Credite mihi, maior lite quæstio est. Hoc uobis hodie iudicandum est, ubi scelus facere non liceat. Nam cur non hoc idem de homicidio respondeat? cur non de latrocinio? Non em̃ iure ista, sed mõ differũt. Aperitur ingẽs funeri uia, & obluctantia diu legum uelut claustris scelera libera porta prumpunt. Si in priuatũ iura non ueniunt, & in manifestissima quaq; noxa non de facto quæritẽ, sed de loco, nõ æqua portione cum sceleratis terras diuisimus. Vbi em̃ non iam diuitum priuatũ est? Parum est proximos æquare terminos, & possessiones suas uelut quasdã gentes fluminib. montibusq; distinguere. Iam etiã deuios saltus, & syluas uasta solitudine horridas occupant, tot aquæ intra paucorũ umbram latent, e finibus suis populus excluditur, nec ullus procedẽtis finis est, nisi cum & in alterum diuitẽ inciderit. Ad huc tñ spolia transeuntium, & abacti pecorũ greges sub hoc titulo defendebantur, iam priuati ueneni transcriptio est. Iterum ac sæpius iudices admoneo, cõsiderate, discite, aut nihil usquã contra ius licet, aut in priuato omnia. At em̃ aduersus inferentem damnũ iusta ultio fuit. Dicam nunc q̃ iniqua sit inuicem iniuriæ cõpẽsatio, quanq; non solum legi aduersa, sed paci? Barbarorum mos est populorum, quos procul omnis iuris humani societate summotos, pxima beluis natura efferauit. Nos ideo magistratus legesq; a maioribus nostris accepimus, ne sui quisq; doloris iudex sit, & assiduæ scelerũ causæ se refellant, si ultio crimen imitabitur. Damnũ accepisti. Erat lex, forũ, iudex, nisi si uos iure uindicari pudet. At mehercle iam ad arma mittimur, & instituitur pnicioſa nocendi contẽtio, & in uicem legis ira succedit. Premetur quidẽ obnoxia infirmitas, & paucorũ dominio subiecta plebes triste seruitium perferet. Est tñ & pauperibus interim dolori, & ut facilius nobis noceri põt, ita uobis latius. Postremo placeas licet tibi opum tuarũ fiducia diues, si mihi uiuere non expedit, pares sumus. Quid ergo? Si quid tibi damni attulissent apes meæ, non mihi auferret ratio, sed forsitan aliqua daretur & tibi. Nunc uero quid quereris? Credo de populatos agros, euersosq; redditus. Non em̃ debet leue esse damnum quod diues ferre nõ possit. Decerpebant, inquit, flores meos. Et quid intelligitis iudices quanto dolore dignũ sit quod ego perdidi, si etiam hoc damnum est, flores auferre? Ita plane. Alioqui tu illos in uetustatem reseruabas, & durarent adhuc nisi ad hortũ tuum apes uenissent. Cuius rei inueniri põt breuior ætas? Nanq; dum immaturos exterior alligat cortex, nõdum dixeris florẽ, paulatim deinde uiuidiore succo tumescit uterus, & albẽtes accipit rimas, nec dum tamẽ flos est. At cum se ruptis iam tunicis in patulũ capita fuderunt, & uelut fissa in orbem, iamq; eorũ uidetur maturitas, & ignotus occasus est. Etiam sine uẽtis quoq; soluta natura, labit gra, nec quisquã est flos nisi nouus. Quare si dicerẽ, abstulere peritura, & quæ protinus humi iacuissent, in usus hoim conuersa, inauditus tñ liuor uideretur etiam apibus inuidere. Nunc uero differendũ mihi est, q̃ momẽtosa sit huius animalis rapina. Nescimus qua pernicitate plerunq; uix contactis floribus reuolet, discurratq; p singulos uelox experimẽto, q̃ etiã ubi immorabantur, libratis pendeant alis. Quis unq̃ quod ferentẽ apem uiderat, ubi deesset, inuenit? Quãtulum uero est, quod ex his manu consitis florib. legant? Prata syluæq;, uel maturæ fructibus uites, & fragrãtes thymo colles (quantũ coniectura suspicari põt) pabulum ministrant. Non ex omnibus floribus carpunt utilia operi suo, sed in omnibus quærunt. Præsens & quidẽ protinus illa redditur merces, & omnibus quibus insedere, odorẽ mellis inspirant, & breui contactu uim sui relinquũt. Hoc tu dãnum intelligis, hoc ueneno uindicas, qđ mehercle inhumane etiã fumo phibuisses. An nõ te solus uicinus coluit? Non frugũ mearum primitias omni uere misit? Non si quis ceris nouis candidior incidit fauus, tuis reseruatus est mensis? Cum paruis mediocritate munusculis illa sp adijceret commẽdatio, hoc tibi mittũt apes meæ. Puto relata est mihi gra. Admonui, inqt, & ut trãsferres denũtiaui. Idcirco contumacẽ merito punisti. Non em̃ uideo qd aliud patrocinio tuo cõferat hæc denũtiatio superuacua, si non licuit tibi facere quod queror, iniusta: si licuit, iusta, aut si ne ista, aut ne cum ista quidẽ ualeat? Pudoris uero qđ uelamẽtum est, male audere, culpã defendi superbia? Aut tandẽ tuas pecudes quãuis diffusa stabula nõ capient, tibi omne armentis mugiet nemus, tu gregibus arua sulcabis, & ad excolẽdos agros procedet ignota etiam uillicis familia, tuis horreis populi annona pẽdebit, nec tñ inuidebimus, nec quisquã tam graue putabit sibi istud fortunæ tuæ põdus, nos si paucas apes intra angustias pauperis horti cõposui-

mus,quæ tamē uobis mella faciūt, id prorsus indignum ferēdum est, & quod nunq̄ fando cognitum est,uicinus diuitis pauper molestus est? Adeo parum est plurimum possidere, ut cum seruis quoq; uestris habere peculium liceat,inuidiosum nobis putetis,quicqd egestatis nomē excesserit? Tanto ne his in hac ut putamus æquissima libertate,legibus uiuimus,ut nobis habere medelam non liceat, uobis liceat habere uenena? Postremo quidē diuitis patrocinio nō putaui iudices respondēdum, nisi rideri uestram maiestatē contumelioſa defensione non ferrē. Vltro em̄,inquit,ad mortē uenerūt apes tuæ. Ita plane. Alioquin tu uenenū floribus dederas. Impudentiæ ne iudices eius assignē,si hoc mihi apud uos obtinuerit,an stultitię si sperauit? Si uenenum homini dedisset,diceret ipsum labijs admouisse pocula. Si percussorē posuisset in saltu,ipsum in insidias ultro uenisse clamaret. Si telū abiectasset in tenebris, illatum sua culpa contēderet. Ego iudices quid dico? Duo esse sola quę omni in crimine spectāda sint, aīm & euentū. Quis animus diuitis fuit,cū uenenū sparsit? Vt apes perirēt. Quis euētus? perierūt. In summa iudices,quis dubitet quin damnū ei sit imputandū,sine quo non accidisset? Intelligo neq; prudentiam uestrā desiderare plura de causa,neq; uestrā fidē ac religionē egere exhortatione uere iudicā di. Quid moror igit? Tenet me dolor,& assuetę uoluptatis desideriū. Sunt quædā in hac causa,q̄ sarcire pœna nō possit. Maior fōrsitan materia uideat affectus. Si pauperes amare nisi paria nō possumus, & necessario nobis pretiosa quæ sola sunt,aīm meum extinctæ unius horæ momēto tot aiæ mouēt, quot perierunt de me bene meritæ. Quin ipsum leti gñs addit indignationē, ueneno perierunt. Quis hoc ulla satis prosequi possit inuidia? Apes ueneno. Hæc illis gratia refertur,q̄ fructibus nostris inuigilant,q̄ quotidiana statione laboris assidui ne damno quidem submouent. Nam & cętera animalia uidetur mihi natura usibus nostris genuisse, hæc etiam delicijs, cū eo q̄ in illis quæ uel scindēdo solo,uel maturādo itineri cōparamus, mult⁹ ante reddit⁹ insumit labor, & cū pdomanda, cū alenda sint, nihil tñ possunt sine homine,& tantū coacta prosunt. Apes faciūt iniussæ fauos, sine ullo rationis humanę ministerio totus fructus ultro uenit. Adijce q̄ cætera animalia, aut satis incurrunt, aut uitibus nocēt, primaq̄,ut fama est,hostiæ causa pecudi fuit læsa fruges. Hanc ita innoxius per prata syluasq̄ discurrit labor,ut tantum factū opus appareat. Qua satis digna prosequar laude? Dicam animal quodāmodo paruū hominis exēplar? Hoc humana excogitare non potuit solertia. Etiam ratio nostra, quæ sub terris lucrum inuenit,quæ maria inquisitione sua sideribus immiscuit,hoc tñ efficere,consequi, imitari non potuit. Venena potius inuenimus iam primum futuræ laudabilis uitæ digna principia. Non illas libido,pgenerat,domitrixq̄ oīm aīalium Venus,utq̄ homines in excusationē sui fabulis tradiderunt,etiā deor̄ posteritas has regnis suis excepit. Abest inimica uirtutū uoluptas castis sine labe corporibus. Solæ oīm non edunt fœtus,sed faciunt. Ipsę paulatim sicut stipatæ sunt per mella uiuiscunt, & ut oportet aīal laborioſum,ex ope nascit. Inde ut adoleuit iuuētus,& ad similes labores ętas roborata cōualuit, relinquit liber parētibus locus. Et ne coacta in angustū multitudo noua turba laboret, quasi habita uerecūdiæ ratione,cedit populus minor, suspensumq̄ proximis ramis examē humanas man⁹ expectat. Acceptas cū fide colit sedes. Et cum ingenia nostra, quæ nos scilicet ambitioſi nostri æstimatores ,pxima diuinis credim⁹,ad pcipiēdas disciplinas multo labore desudēt, nulla apis nisi artifex nascit. Quid credas aliud q̄ diuinæ partē mentis his animis inesse? Quid p̄cipuū referas? Nō ut cętera aīalia per pastus uaga incertū quieti capiunt cubile, noctis arbitrio sp̄ habitatura, sed tutas sedes continēt, urbes tectis, turba populos imitant. Non ut feræ uolucres, nō ut pręsentis modo cibi memores in diē uiuunt, duraturus hyemi reponit uictus, & repletis uere cellis tutus annus est. Etiam cū ad humanos usus opa subducta sunt, reparare amissa contēdunt, et labor damno incēditur, et nunq̄ deficit animus anteq̄ locus. Quid q̄ inter animalia quæ non ẏba coniungunt, non ẏba rōnis inuicē negant, tantus operis consensus est, tanta difficillimæ rei, laboris concordia? Nō humano uitio in ,pprios quæq; usus lucrū ducit, in publicū uiuitur, & cōes opes congeruntur in medium, nec fas est delibare gustu, priusq̄ plena horrea securos spondeāt mēses. Quis porro tantus ardor operis, quæue officior̄ partitio, ut alię congerant onera, aliæ accipiant, aliæ liniant? Quæ seueritas in castiganda inertia? Multa dictu uisuq; miranda, p̄uidere tēpestates, nec dubio se cęlo tradere, nec ultra uicinia nubilo tēdere. Nā si leues iniqor aura rapuit, ad dirigēdos in destinata cursus modico lapilli pondere librare pennas. Illas maior̄ pectorū totis pro rege castris ,pcurrere,& inire bella, mortēq; honestā pro duce oppetere. Adijce, qđ si quas aut ætas longior, aut morbus oppressit, efferunt prius corpora, posterior̄q; oper̄ q̄ funerum cura est. Quid illigare cruribus flores? quid ore succos in publicū ferre? Me tñ ipsius operis præcipua admiratio subit, non est temere, nec fortuitam figuram,& sedes modo reponendis cibis quęsisse credas, rudis cera componitur, accedit usibus inenarrabilis decor. Nam primum tenacibus uinculis fundamenta suspēdunt, tum ab exordio in omnem partem opus æqualiter crescit, nec quicquam ex inchoatis parum est, quod non sua portione perfectum sit, iam nec alia parte opus esset. Gemina fronsceris imponitur, & cū foraminibus tantū spatium det, quantū ad gñanda examina purā spem capiat (ipsi em̄ sibi inuicē anguli hærēt, & ita mutuo uinciuntur atq; alligantur, ut qđ uoles id mediū sit) his textis ne uniuersi mellis effluat pondus, interspecta onera cludunt. Quis non stupeat hoc fieri posse sine manibus? nulla interueniente doctrina hanc artē nascit? Quid non diuinum habēt, nisi qđ moriunt? An ẏo autorē uini Liberū colimus, primitiæ frugū Cereri referuntur, inuentrix oleæ Minerua narrat, mella genuisse minus est,& interponēda gustus uoluptate tm̄ effecisse, quantū ne ipsa quidē rer̄ natura per se potuit? Ad plurimar̄ incursus ualetudinum remedium est,& præsentissima medicina. Nam quod

ad cibos quidem pertinet, diuites uiderint. His animalibus aliquis insidiari potuit, & insidiari quare mella facerent. Hæc pestiferis succis exquisita per fraudem morte confecit, & quod sit indignissimū quo facilius deciperet, fortasse uenenum melle permiscuit. Quæ tam inhumana crudelitas? Quis tam inauditus liuor? Nihil enim est quod utaris patrocinio tuo diues, paucorū damno foliorum doluisse te simulas. Dum meas apes occidere uis, flores tuos inutiles fecisti.

Argumentum declamationis. XIIII.

Meretrix amatori suo pauperi dedit odij potionem. Adolescens desiit amare. Accusat illam ueneficij.

Pro iuuene contra meretricem.

SEntio iudices hanc quoq; calamitatibus meis accessisse nouitatem, ut uobis nōdum uidear odisse. Nec me præterit plurimum perire de nocentissimæ potionis inuidia, dum me putatis adhuc impatientia priore miserum. Quæso tamen uel hinc totam delati sceleris probationem grauitas uestra prospiciat, q; dolori meo querelæq; nō creditur, nec amo qui accusare possum, nec odi qui amare mallem. Quid est aliud quod bibi q̄ uenenum? Licet igitur nocētissima fœminarum rideat q; accuso, & in manifestissimi sceleris confessione per ludibrium malorum euadere tētet meorum, non hoc est quod hodie me torquet ac lacerat, q; a deterrimæ mulieris charitate discessi, sed q; remedij mei patior dolorem. Fidē iustitiæ, fidē seueritatis humanæ, ne meretrici prosit, uel q; prēuaricatione uideor explicatus. Pro me forsitan fuerit, ut amare desinerē, contra me inuentum est, ut inuitus odissem. Hoc primū itaq; iudices a clemētia publica peto, ne q; uidetis tristē habitu, dirumq; cōspectu, uerbis asperum, contērione terribilē, mores putetis. Hæc est illa sanitas mea, hic oīm in hac corporis mentisq; dierum noctiumq; feritate, ille modo lætus, ille (si creditis) nimium remissus amator excandui. Misereremini iudices, ne uobis uenefica sic imponat, tanquam hoc mei charitate commenta sit. Suum animum, suū tantum secuta fastidium est. Odij potionē contra se nemo dabit homini, nisi quē oderit. Quæso itaq; obtestorq; uos sanctissimi uiri, ut calamitatis meæ penitus uelitis æstimare mēsuram. Perdidi infelix q; quandoq; potui amare desinere, patior necessitatē rei, quā breuiter utiq; noluissem, excogitatur cōtra aīm futurāq; rationē, ne qd relinqueret meus eēt affectus. Iterq; cū meretrice cōpositus sum, rursus in se cogitationes meas, rursus retorsit oculos, & hominē quē ab incōmoda charitate uel satietas, uel ætas, uel fortunę suę fuit dimissura cōditio, ad perpetuā impatiētiam uiribus nimię diuersitatis implicuit. Hoc solum insanabile mortis gēnis est, ut odisse cogaris. Festina ad complorationē præsentis doloris animæ, festina, sed te a prioribus malis recēs abducit indignitas, altius gemitus, altius querela repetenda est. Cum meretricis sit q; amator odi, cuius putatis esse qd paup adamauit? Non quidē ego iudices ex illis unq̄ fui, quibus nobiles opes, affluentes indulsit fortuna diuitias, quorū felicitas capere posset in amore luxuriam. Habui tamen unde ad uitæ necessitates, concessa gaudia, parca mediocritate sufficerēt. Ideoq; meretrice tantum, & quæ certissima est in uoluntate frugalitas, una fui semper eadē que contentus. At ista seria, grauis, quæ nunc amari recusat, o q̄ uoluit amari, quibus artibus, qua calliditate miseram simplicitatē meam solicitauit primum, deinde tenuit, donec quantulācunq; substantiam in huius sinus credulus, iamiāq; securus amator egererem. Iam frustra captauit uideri miserari conditionē in quam nos ipsa detraxit. Breuiter totū nocētissimæ mulieris accipite facinus, pauperē me fecit, deinde ferre non potuit. Siue em̄ iudices cōmunium, quæ ad corrūpendas expugnandasq; mentes excogitant ingenia, meretricū placuit experimētum, & in me tētatum est, quantū quis amare, quantū qs posset odisse, seu mulier oīmbus exposita mortalibus, uanitatē fastidio mei despectuq; captauit, ei fama inde quęsita est, ut a solis uideretur amari debere diuitibus. Non erat profecto quod pauloante patiebar, iam tunc noster affectus, quod scortor foribus hęrebam, qd (si istis creditis) paupertatem in lupanarium obsequia transtuleram, pallor & deformis macies inde ueniebant, unde nunc qd excā desco, qd fremo. Nunq̄ hoc tantum meretrix sit, quēadmodum non ametur. Qd negari igitur iudices non potest, uirus homine firmius, mēte constantius, quod immodico ardoris æstu, & exudante impatientia possit etiam recusantis animi dolorem compescere, dirisutiq; carminibus & feralium prę cantationū terrore permixtum, lenitate uultus, & blanda porrigētis dissimulatione protectum, iam pustis, iam laborantibus uisceribus infudit, & hominē solatijs potius ac mollium remediorum ratione tractandum exasperauit ira, dolore concluſit, magnaq; miserum cōmutatione renouauit. An fecerit iudices ut amare desinerē, uos æstimabitis, fecit ut amare mallē. Explicitū me putatis, & ab incommodo hilariorē dimissum? Nunc nūc me fateor debere sanari. Habet aliquod solatium quisqs in amore miser est. Leuior est calamitas cui blanditur aliqd de uoluptate lætitia. Nunc infelix uror ac laceror, nunc me retinere, nūc regere non possum. Crudelius est odisse meretricē. Veneficij ago. Sepositā paulisper iudices noxiæ potionis inuidia, nonne uobis uidetur implere sceleris fidē, qd abstulit fidē condition personæ? Veneficiū iudices tota uita meretricis est. Par se lenocinijs, par putant agere mēdacijs, & cum omnis ad expugnandas mentes cura collata sit, non sufficit tamē ut de sui charitate corpori credant, in hoc noctium dierumq; solicitudo cōsumitur, quemadmodum de libidinibus fiat affectus, qua ratione transcurrentia quotidie desideria teneantur, ne cui prosit offensa, ne quem explicet pudor, ne quē satietas aliquādo dimittat. En quam putetis ignorare quibus uincatur oculis, quæ per incommoda desideria flagrantes mentes corrumpat primum, deinde consumat, cum sciat quibus oscula, quibus arctissimi rumpantur amplexus, quę pro lætitia dolorem, pro blanditijs gaudijsq; tristitiam præcipiti

uelocitate ſubſtituūt. Infinitum eſt quantum ex hoc medicamento deprehēdi poſſit notitia peiorum, nemo ſcit tātum remedium. Tentat iudices mulier impudētiſſima ſceleris inuidiam nomine potionis effugere, & uenenum negat eſſe tantum, niſi quod occidit. Facinus eſt iudices euadere nocentes, quia iam facinus plura deuitat. Quid refert animo noceat aliquis, an mēbris? Eōdē ſcelere porrigitur oīe quod non licet. Vnumquodq; ex his quod datur uenenū eſt. Excuſatio mehercle adhuc pro ſexu tuo, pro conditione mulieris, ſed ut illa noſſes gratia tui, deſideriumq; poſſet ingerere nolentibus, excogita iſti per quod maritos a cōiugum charitate diducas, per quod iuuenum mētes abiungas ab aliis fortaſſe meretricibus, odiq; medicamētum nunquam ideo tantum meretrix habuit, ut illo cōtra ſe uteret. Me quidem iudices ſi quis interroget, in comparatione ueneficij de quo queror, minus odiſſe debeat, quod occidit. Et ſiqua ex ipſis quoq; mortiferis mitiora ſunt, quæ ſtatim tota uelocitate graſſant, & dolorē inter exitum uitamq; non detinēt, ita crudelius q̄d ſic ordinat, ut corporis parcat inuidiæ, & ſit tantū animi uenenum. Quid ais? non eſt noxium uirus niſi quod occidit? Quid ergo uocaremus illud quo lumina ſola raperentur? Quo pars aliqua membroꝝ debilitate langueſceret? Tu te uenefícam negas, quæ potes potione facere, quantū offenſæ, quantum ira, quantum dolor? Amabit cui permiſeris, execrabitur ille quē iuſſeris, accipiēt a te deſideria noſtra ortum, finem, modum. Sane & amor & odium naturalis uideatur affectus, uenefícium ſunt cum iubētur. Quid quod non poteſt non habere uim ueneni, quod contra uoluntatē homini datur? Video cur ſibi medicina permittat corporum uitia membrorumq; morbos infuſis medicaminibus expellere, & ſine animæ ſpirituſq; cōtagione, quæcunq; extrinſecus accidunt potione uincuntur. Non poteſt ullus affectus ſedib. ſuis per uirus expelli, niſi totorum cōcuſſione uitaliū, & cum anima conſtet ex ſenſibus, quæcūq; auferre tētaueris, illa ſtatim prima noſtri parte prioribus retēto confectoq; quod petebatur, reliquia quoq; uiribus uicinæ tabis exp.rant. Quædam formæ medicamina poſſunt aliud uocari q̄ uenenū, dare q̄d non licet, non eſt aliud q̄ uenefícium. Quantum nefanda de pœnis humanis excogitare potuiſti? Innocentius mehercule fuerat ut amaret aliquis inuitus. Potionē excogitaſti qua bella committere, qua ſe totum humanum genus poſſet odiſſe. Pōt efficere ut non ament liberos parētes, ut propinquitates, ut fraternitas, ut amicitia ſe collidat. Odij potionē nemo accipit, niſi contra hominē, quē non debet odiſſe. Tentat hoc loco nocentiſſima fœminarum de ſcelere ſuo facere bñficium. Meretricem, inquit, amaueras. Differo pauliſper iudices affectus huius excuſationē. Dij deæq;, quantum in hoc cōtumeliæ eſt, q̄ ſibi meretrix uidetur adamata. Tu tibi cuiuſquā affectus cēſoria grauitate p̄ſtabis? Tu tibi æſtimare p̄mittis, q̄ frequenter aliquis lupanar intret? Tu cui non licet excludere debilitates, faſtidire ſordes, expoſita ebrietatibus, addicta petulantiæ, & quæ nouiſſima uilitas eſt, noctibus populeq; conceſſa, mores iuuētutis emēdas? Aequiore animo feras, ut meretrix uelit adamari. Eras, inquit, amator, & pauper. Volo iudices ſic apud uos pauliſper agere, tanquā in hoc me affectu propinqui amiciq; caſtigēt. Non ego alicuius matrimonij corruptor inuigilo, nec efferas cupiditates per illicitos duco complexus. Inuētas credo meretrices, ut eſſet aliquid quod liceret amare paupibus. Nullam ego circa corpora iſta conſiſtere impatientiam puto. Diliguntur immodice ſola quæ non licēt. Vt in furorē charitas aliqua conualeſcat, opus eſt difficultatibus. Breuis de cōceſſis, ſed ſtatim ſatietati uicinus affectus eſt. Non fouet, non nutrit ardorē cōcupiſcendi, ubi frui licet. Et quæcunq; in mētibus circa p̄miſſa coaleſcunt, non ſunt deſiderij, ſed uoluntatis. Hoc ipſum tibi mulier obijcio, q̄ nos i fabulas ſermoneſq; miſiſti. Solus debet amare meretricē, quē meretrix oderit. Paupi dedit odij potionē. Quid illam putaris dediſſe diuitibus? Si mehercle repēte nobis contingerēt opes, iterum nos in ſui charitatē alia potione reuocaret, & iſta nunc ſeria, grauis uellet impatiētia priore retinere. Meretrix pauperē amatorē propter ſe tantum non pōt pati. Amanti, inquit, dedi. Hoc ſi remedium eſt, detur ſciēti. Prima pars ſanitatis eſt, ut libēter accipiat. Quinimmo cur non potius datur amaturo? Quanto melius, quanto prouidentius, & minore bibentis dolore conſtabit, ut adhuc labētem aggrediaris animum, ut tum adoleſcētis ardoris impetus in paruis extinguatur elementis. Eo tempore das potionem quo pariter duos patiar affectus. Aliam impatiētiam paras, & accipio odium, quia iam amorem ferre non poſſum. Non deſino, ſed eſſe aliud incipio, nec emēdor in amore, ſed tranſferor. Illa uero ſunt remedia quæ fugatis morbis cauſiſq; languoris poſtea non ſentiuntur, & ea tantum innocenter dabuntur, quæ potentiæ ſuæ qualitate conſumpta deſinunt, cum profuerunt, tu mihi dediſti quod ſemper exaſperaret. Perpetua res eſt odiſſe ſine cauſa. Ducam licet uxorem, te tamē odero, in pegrinas expeditiones patria dimittat, te tñ cogitationes ſermoneſq; reſpiciēt. Quid intereſt quēadmodum poſſederis animū meum, quēadmodum mihi a te non liceat abire, diſcedere? Feciſti ut te ubiq; p̄ſequar, ut meis fortaſſis manib. inuadam, uelim dare uenenum. Qui meretricē odiſſe nō deſinit, amator eſt. Sed infelix miſereris mei. Quid ergo ſanitate tā rigida? Paulatim potius rōne compeſce, miſceant conſilia, blanditijs ueritas tēperetur. Alioq; non eſt q̄ abigas, q̄d expellas. Exaſperant neceſſitates, & in amore contētio ſemper accendit. Adiuuabit te interim libertas ipſa quafruar, tēpus, ſatietas, & fortaſſe amator alius admonens conditionis. Sed inter oſcula, inter amplexus, paupertatem non tanq̄ exploraris, ſed tanq̄ miſererís allega, quanq̄ quid opus fide, ſi ne curer ut deſinam, ſi quantū affirmas inuitū miſerarís ac diligis? Amatori unū remedium eſt, amari. Si tñ neceſſariā putas emendationē, q̄ multa ſunt amantiū remedia citra uenenum? exclude, dimitte, faſtidium poſſet quantū non poſſet præſtare pauptas. Fac ut me potius ipſe caſtigem, ut erubeſcam, ut aliquando deſperem. Is tm̄ in amore ſanat, qui quod deſinit ſibi debet. Homo igitur qui merito indignarer, ſi hoc

tantum feciſſet aliquis, ut diligi deſinerē, quanto iuſtius queror, factus cum iam ſum alius infelix, alia patiens? Decipiunt uos rerum falluntq; nomina, & ille qui odit, de amore miſer eſt. Non refert animi quid nimium uelis, & inter ſanitatē languoremq; nihil intereſt, ſi utrunq; ferre non poſſis. Fruſtra mihi quiſquam blanditur remedio, cuius patior tormenta, cruciatus. Aliud eſt ut amare deſinas, aliud ut oderis. Receſſiſſe nunc me tantum putatis ab amore meretricis? Ablatus eſt mihi ille hominis melior affectus, perdidi miſer quicquid eſt, unde gaudium, unde uenit uitæ tota lætitia. Amor ille per quē rerum naturæ ſacra primordia totiuſq; mundi elementa creuerunt, qui tenet nunc figitq; rixantia, & de contrarijs depugnantibuſq; ſeminibus molē perpetuæ ſocietatis animauit, fugatus eiectuſq;. Non habeo infelix affectū, quo qñq; poſſim ducere uxorē, amare liberos, appetere amicitias, ſperare cōuictus. Quiſq; odij medicamentū biberit, unū fortaſſis oderit, ſed amare neminē poteſt. Dij immortales qd ego hauſi? quale uiſceribus uirus ingeſtū eſt? Non fuit illud unum uenenū, bibi miſer execrationis q̄q̄d totius mortalitatis ira contulerat, quod erat oīm furorū, omniū ſerpentiū congeſta rabies. Odij medicamētum qd aliud eſt, q̄ aſſiduus animi labor, perpetua triſtitia, & homo ab omnibus gaudijs in contuberniū doloris adductus? Fieri nō poteſt ut uirus tā impotēs ſemel in uiſcera receptum ſit, & in unum tantūmodo ſenſum, mandeturq; quouſq; dominetur. Ecce iam mulier odi, quid tamē adhuc facere illud in uitalibus putas? Paulatim ſe neceſſe eſt per totū diffundat aīm, & q̄uis primo ſtatim hauſtu illud expugnet in quod datur, breui tēpore in nominis ſui potētiam omnes reliquos ſtringit affectus. Medicamenti cui tantum contra aīm primum licet, prima fortaſſis uiſerit odiū, exitus iſte, ut uenenum ſit. Reſpondere iudices illis libet, qui me pauloante dicunt in amore fuiſſe miſerabilē. Quanto crudeliora, quanto grauiora patior, qui dicor explicitus. Modeſtior cum amarem, & quietior fuerat ſane pallor in facie, ſed ipſa quoq; comis, optanda triſtitia. Inueniebam colloquia, merebarq; ſermones, nunc me omnes fugiunt, auerſantur, oderunt. Tum frequētera lupanari diducebat pudor, abijcie bat occurſus, nunc publica detinent, conqueror, aſſiſto, conuicior. Proh miſeranda cōditio, rideor ubiq;, narror, oñdor. ego ſum tota ciuitate meretricis inimic⁹. Si patior miſer illas lupanariū inſultatiōes, illa corriualium maledicta conuicia, non poſſum ſatis tormētorum exprimere mēſuram. Odi, nec unquam uiſus ſum magis amaſſe. Intelligitis puto iudices hominē qui tantum ad uos detulit animi mentiſq; cruciatus, & pro uita queri. Sed potio infelix, quicquid eſt per quod paulatim proficitur ad mortem, aſſidue mecum rixatur affectus, & breui neceſſe eſt conſumar. Quotidie uincor. Quæ putatis eſſe tormenta, quē dolorē, cum mēs uetat oculos ſequi, cū a luminibus ſuis animus abducitur? Quod non proficit, hoc ſupereſt ut occidat. Me infelicē, ſi uenenū iſtud nō habet mortē, ſi mihi inter hos dolores longior uita ducenda eſt, cur ego poſt hoc animi uices commentaq; proſpicio? Si meretricis impatientiæ omnia licent, hoc erit remedium, ut amare rurſus incipiam.

Ex ſuperiore argumento declamatio .XV.

Pro meretrice contra iuuenem.

ETſi iudices ita a natura comparatum eſt, ne ſit ullus iuſtior dolor, quā beneficij ſui perdidiſſe rationem, nihilq; grauius afficiat conſciētiam bonorum, quam quotieſcūq; nulla merita ceciderūt, non efficiet tamē nefandum præſentis reatus indignumq; diſcrimē, ut miſera puella non gratuletur ſibi, q̄ illam pauper accuſare iā poteſt. Timuerat infelix ne remedio ſuo ſic repugnaret pauper, ut magis amaret, ne iuuenis in oīm gñe animi contētioſus ac pertinax, potionem illam dolore coactæ ſanitatis expelleret. Bene q̄ & terribilis & minax eſt pauper, quod pœnam noſtram, q̄ ſanguinē petit, non expectes ut ſtatim gratias agat qui ſanatur inuitus. Nobis tamē iudices hodiernam pauperis mētem non prima fronte tractantibus miſerrimus iuuenis nondum uidetur explicitus, & ſi bene prioris ardoris impatientiam noui, quod maxime facit, ira, non odium eſt. Alioqui ſi profeciſſet remediū, & a priſtino furore iam liber animo intellectum ſanitatis admitteret, omnem adhuc puellæ uitaret occurſum, non ſibi crederet ultionem, & ipſum quoq; iudicij timeret adire complexū. Deprehēſa eſt puto nouiſſime potionis ſuperuacua perſuaſio. Amat iudices, amat, qui queritur q̄ non ameť. Quid agā iudices hoc loco? ſub quo temperamēto defenſionem periclitantis aggrediar? timeo ne ſi cœpero ſim pliciſſimæ puellæ laudare mores, referre probitatem, amare rurſus pauper incipiat. Siue enim iudices malignitas eſt perſuaſionis humanæ formam uacantē uocare meretricem, ſeu miſere nomē id impoſuit aliquis amator: cui cum corporis bonis fortuna nō dederat, unde ſeueri matrimonij caſtitati ſufficeret, laborauit neceſſitatum ſuarū cuſtodire probitatē. Nullius unquam per hāc matrimonij turbata concordia eſt. Nemo queſtus eſt pro filio pater. Nemo exhauſtas facultates in auidiſſimos ſinus pœnitentiæ dolore defleuit. Tentet licet ingratiſſimus iuuenis inuidiam miſerę facere prioris affectus, nō poterit obijcere meretrici, & quod amarit, & q̄ amare deſierit. Ne quē igiť accuſator hac prima fortunæ ſuæ comploratione decipiat, tanq̄ meretricis charitate conſumptus ſit, ſecurie ſtote pro innocētia noſtra, talis incidit, talis adamauit, nec habuit qđ perderet in tā immodico ardore, niſi mentē. Vidiſtis em̄ notiſſimū tota ciuitate miſerum. Cum lupanari noctibus diebuſq; deſeruiens, & q̄uis indulgentiſſimæ puellæ ſimplicitate frueretur, modo tñ maledictis opprobrijſq; uulgi, modo crebra riualiū contērione pulſatus, abigi tamen compeſciq; non poſſet, mouit mitiſſimam puellam hic infelicis affectus. Laboranti prima ſui uoluit facultate ſuccurrere, ſed quicquid indulſerat, fouebat ardorē, quæq; in hac impatientia, prona perſuaſio eſt, quia nihil præſtanti meretrix tam ſæpe contingeret, amator

sibi uidebat. Postq̃ nihil miseratio, nihil proficiebat humanitas, tẽtauit asperitate discutere. Popposcit, excluſit. Non defuerunt misero preces, adhibita sunt ex ipsa iuuenis conditione consilia. Sed ista uincebat, & uires amoris impedimenta perdebant, donec intelligeret hominem qui explicari ratione non poterat, necessitate seruãdum. Puto iudices frustra male audit in immodico pauper ardore. Meretrix magis amauit hominem, a quo noluit amari. Consumptis igitur optima fœminarum cũctis indulgẽtiæ seueritatisq; consilijs, dum apud omnes de pauperis sui amore cõqueritur, incidit remedium, quo iam dicebatur alius amator explicitus. Quæ prima igitur medicamenti pariter ac dantis integritas est, non negatura porrexit, adiuuit deinde quod dederat, imperauit sibi ne quas admitteret amplius preces, ne querelis assistentis, ne lachrymis moueretur, excluſit. Vultis scire iudices ubi sit medicamẽti qđ objcitur totus affectus? Quisquis odium dedit, omnia post hoc facit, ut debeat amari. Quãdo iuuenis hoc melius in forum aliquando uenisti? Incipis agere serium, grauem, iam leges, iam iura loqueris, cõuitiaris, maledicisq; meretricibus. Hũc tu animum modo inter libidines ac scorta perdebas, macie notabilis, pallore deformis, solaque impatientiæ tuæ fabula notus. Perieras infelix nisi bibisses uenenũ. Veneficij agit. Credam mehercle iudices ad subscriptionem huius immanitatis expectasse publicæ ſe ueritatis aures, quod nam seculo nefas nuntiaret hic gemitus, quæ prosiliret orbitas de nouercalibus quæsitura commissis, quẽ pestiferis hæredẽ medicaminibus enectum tristis cõploraret affinitas. Non pudet ergo q̃uacatis lupanarium querelis, & ad uos deferuntur amantium rixæ? Videtis hunc accusatoria fronte tetribilẽ? oscula poscit, destitutos queritur amplexus. Vultis uos abire potius in uestra secreta, ibiq; gaudia querelasq; mutata conuersatione consumere? Nõ agnoscunt leges ac iura miseros. Hic audiuntur seriæ calamitates. Non est ultione dignus, de quo potest efficere meretrix ut queratur. Et quãdo unquam iudices audistis de ueneficio uiuum querentẽ? Facinus hoc sp̃ ex mortibus accepit inuidiã. Si latrocinium probes, cruore, uulneribus, si sacrilegiũ, spolijs numinũ, prædaq; tẽplorum, ita ueneficium si arguas, oportet ostẽdas putre liuoribus cadauer, inter efferẽtium manus fluens tabe corpus. Vt iam istud objcere possit & uita, debet aliquid esse passa, qđ inuidiã mortis imitẽt. Veneficiũ uoca qđ cæcitate grassat, qđ in aliqua deprehẽdit debilitate mẽbroꝝ. Profer agedũ corporis notas, in quas se noxię potionis uagus feruor effuderit, ubi depasta senectus uisceribus sequitura cõsederit. Aspicio par laboribus corpus retinere sua ministeria, sufficientẽ aim seriis actibus, accusatoria firmitate robustũ. Crede iuuenis oĩbus, qui te modo noueramus, nunc acrior erectiorq; resedit in sensus uigor, in mẽbra sanguis, uiribus uelut nouę iuuentutis exultans. Bibisse te medicamẽtum ꝓbare non posses, ni si meretrix fatereť. Qđ si permittitis iudices, ut quicqd extra consuetudinẽ datur, ad huius uulgi referatur infamiã, bñficium male audiẽdo uitet sanitatis, statimq; merebit sceleris inuidiã, quicqd profuerit inuito. Illud tm̃ noxiũ uirus uocauere leges, qđ nõ admitteret interpretationis incertũ. Iniquissimũ est uenenũ uideri, quod in potestate bibẽtis est an sit remedium. Sentit iudices iuuenis crimẽ quod detulit, nec nomine, nec affectu scriptionẽ legis implere, itaq; ex uocabulo mulieris quærit inuidiam. Meretricem, inquit, accuso. Nescis, mihi crede, iuuenis sceleris quod detulisti qualẽ mihi debeas probationem. Rem expecto mehercle, ut sit ante omnia minax uultus, feralis habitus, horreant squalore crines, rigeat super nefandas cogitationes efferata tristitia. Facinus quod dicitur inquietare superos, sidera dirisagitare carminibus, tumulos, busta scrutari, & amputatis cadaueribus ipsas in scelus armare manus, fieri non potest ut autorem suum non statim primo prodat aspectu. Vides ueneficę non horridos uultus, placidamq; faciem. Si cogitationes, si consilia pertractes, sola cura de forma est, omnis in hoc collata meditatio, ut solicitet aspectu, sermone detineat. Audio subinde exactas mero noctes, tua mulier conuiuia, perditas amantium rixas. Meretricis unum ueneficium est, ne desinat amari. Nunquid inique iudices in tanti sceleris subscriptione deposco, ne nominibus reos uelitis æstimare, sed moribus? Venefica tua quid prius unquã, quid simile cõmisit? Cuius per hanc expugnatus animus? Quis queritur iuuenis, quis senex, quis diues, quis pauper alius? In te ergo sola uenefica, in te tantum aliud ista q̃ meretrix. Vultis integritatem puellæ breuiter probem? Hanc quam nunc detestat, accusat, amare maller. Omnia iudices facinora (nisi fallor) causas uel de cupiditate, uel de simultatibus trahũt. Qđ odium de amatore meretricis? Quæ præda de paupere? Odium (inquit) accepi. Et quid iudices? Satis me contra infamiam ueneni uel solum medicamenti nomẽ absolueret. Nec inuenio cur debeat idem uideri, quod nõ potest idem uocari. Agedum iuuenis potionis imple huius immanitatem, dic odium accepi contra coniugem, contra liberos meos, ut a sacris auocarer affectibus, ut pignora sancta despicerẽ. Illud odium in meretrice facinus est, quo utitur in sui charitatẽ. Ita uel hoc solum sufficit excusatio ni, ꝓ illa cõtra se tantum dedit. Odium (inquit) accepi. Nunc te hic reposco iuuenis inuidiã, quam fortunæ nostræ pauloante faciebas, dic, meretrix dedit, prostituta porrexit. O q̃ timuerã, ne diceres, amatorium sibi. Consurge agedum iuuenis, & totis corporis animiq; uiribus imple susceptæ accusationis horrorem. Est quod audiente tota ciuitate proclames, misetemini mei, adiuuate, succurrite, bibi medicamentũ crudele, sæuũ, desij pauper amare meretricẽ, famiam non inquietis noctibus uagus uilissimi cuiusq; perditos patior ictus, nec excluſus ante lupanariũ fores posterum diem peruigil amator expecto. Possum nauigare, colere terras, sufficio militiæ, redditus est mihi animus quo fierem maritus, quo senectuti liberisq; prospicerem. Quantum dijs deæq; remedium conditioni bibentis ualuit, fecerat te potio ista felicem, si diuitem puella. Ita uel hoc nõ solũ iudices innocentissimę puellæ pro defensione sufficeret, quod nihil fecit sua causa? Amatorem dimisit, explicuit illa quę captare dicitur ut ametur

quæ solicitat, quæ corrumpit affectus. Ingrate quanta de te potuerit gratia frui. Non quidem confers pretia, non stipes, sed assides, sequeris, hæres, præstas comitatum, fauorē, laudas, ubiq; miraris. Hinc ergo iam meretricibus, qđ illas etiam pauperes ament, ꝙ facile contingant, qđ laboribus exorentur ad cuntium facies, hinc amator ut diuites ament, in crimen maximū captas transferre beneficium. Vt aliquis amare desinat, non nisi ab amante præstatur. Quid ais iuuenis? Ita bibisti potionē, quæ finem cupiditatibus daret, premeret ardorem, desideria restingueret? Abi, recede, dum puellæ publico generis humani nomine gratias agimus, ꝙ hoc fieri posse monstrauit. Furor ille qui (si credimus) numina quoq; detracta sideribus misit in terras, qui de sacris uenerandisq; pignoribus monstra cōmentus est, ardor qui miscuit hominum feraq; concubitus, ferrū, ignes, claustra laxabat, per interiecta late maria fugiebat, uetaꝫ, perit. Accipite quod magis debeatis stupere, mirari, remedium amoris mulier inuenit. Desinite nunc incestum timere mortales, nulla pietas horreat nefandæ cupiditatis instinctū, quicquid non parentiū miræ castigationes, non serij propinqui, nō paupertas, non necessitas poterat efficere, haustus breuis, facilis, unus extorquet. O si quis odiū posset oim bibere uitioq;. Felix profecto mortalitas, si reliquos lapsus incōmodosq; mentis errores fas esset infusa potione cōpescere. Facinus est, ꝙ maximū remedium gr̃am sui, autoris uocabulo perdit. Miraremur hominē, qui illud contra meretri cē dedisset. Tibi tn̄ ultra oēs immodica cupiditate flagranti, tibi præcipue succurrendū iuuenis. Cuius homo conditionis adamaueras? Diuitijs opus est, ne simus in amore miseri, & impotētissimi mali difficultates illi fortasse non sentiant, quos contra fastidia cæterosq; contēptus explicat felicitas magna pereundi. Felix profecto qui non nisi facultates in lupanari effudit. Tu perdis animū, ille æs, tu bibis uxoria, tu lachrymis rogas, pallore blandiris, & qđ ad pessimū spectat euentū, miserabilis sis oportet, ut amator esse uidearis. Finge te nullū huius affectus sentire cruciatū, id amare te pauper saltē non putet? hō cui non uacaret agere longa languoris otia, ægrūq; nō deceret totaq; noctiū quies, excusare nō possis, si tn̄ pdideris dies, cuius cēsus ex manibus, ex laboribus substantia, quē q̄tidie poscit ultra rōnē, indies demersus amētiam pateris, feliciū oscula tn̄ amplexusq; meditaris, & unde tibi calamitatis huius non potest nec uenia contingere, de uoluptate miser es. Expectandū uidelicet quando te fames, inopia castiget, sed inter ista cœpisti. quid iam facere potest ratio, consiliū? Odio sanādus est, quē non explicat quod pauper adamauit. Non tamē intelligere possumus te, non solam fuisse paupertatē, iteq;, non opes tn̄ tibi, non facultates defuerunt, non erant, quantum uideo, propinqui, non amici, alioqui illi te potius nostra potione sanassent, uel si ignorassent huius graminis uires, uinculis nexibusq; tenuissent. Quid blandis affectibus impotētissimum eludis affectum? Datum est remedium dolori, qui sæpe egit in laqueos, in præcipitia compulit, qui cruciatus laborantis animæ uulneribus emisit. Quantū amori in hominē liceat, illi magis sciunt, qui amant. Iunge nunc cum fortuna tua conditionē mulieris adamatæ. Incideras quidē miser in puellam minime superbam, minimeq; difficilem. Quasdam tamē non possumus circumire meretrices. Quam multa pro illis exigit sexus, ætas poscit, semper necessitas petit corporum, cultus poscit, tristissimæ stationis impatiētia. Totos infelix dies lupanarium foribus impendis, ut quando prostituta pauperi uacet. Contētione munerantium dilatus, exclusus otium meretricis expectas. Negatur tibi complexus, indignatione persequeris. Contingit, uerum felicitate corrumperis, spem gaudia parant, aduersa contritionem. Ex utraq; fortuna desideria coalescunt. Nobis crede q uidimus quis tibi uni fuit corporis habitus, quis pallor, q̄ miserabilis, q̄ pudēda tristitia. Quoties tu uenenū bibere uoluisti. Non est igitur iuuenis, ꝙ tibi queraris illam mitissimam partē humanę mentis ablatam, non charitatē, sed impatientiam, non uoluptatē, sed tormenta, non amorē, sed quod adamaueras perdidisti. Amoris (si sapiētiæ sequamur autores) antiquissimum numē, & cui se naturæ debet æternitas. Sed ille mitis & serius honestis cupiditatibus, & uiribus sacræ charitatis exultās, ut q cuncta priscæ noctis operta caligine diduxerit primum, deinde miscuerit. Hic uero quo perditis uisceribus adhæremus inquieti, lasciuiētis adhuc ætatis instinctu tumultuosus ac petulans, telis funereis sacibusq; armatus. Præstat igitur ille mortalibus liberos hac usitata cōiugij pietate, hic incesta, libidines, adulteria, meretrices. Referam non fabulosas immodici furoris prodigiosasq; nouitates, conceptum nesciētibus oculis ignoti hominis aspectum, formam suis in se luminibus ardentē, uirgines patrum senectute flagrantes, mortalium ferarūq; uultus usq; ad monstrosa fœcūditatis onera perlatos. Ex oībus tamē quæ nobis patiētibus extorquet affectus, hoc sæuissimū patimur, ꝙ nemo uult in amore sanari. Ego tamē, inquit, amare mallē. Hoc est ergo propter quod opus odio fuit. Nihil agebant castigationes, nec preces, consilia perdebantur. Odio debet amator explicari, quē sanat adamata. Interrogare te hoc loco libet, nunquid accusare posses, si quod fecit medicamēto puella, fecisset animo? Licuit te rescire quantum numerare non poteras, fastidire, contemnere. Iam indignaris quod te maluit remedio, quam dolore sanari. Mulier cui ad dimittendum amorē sufficiebat ut odisset, ipsa pro te commēta est, ut illam tu potius odisses. Finge tamen aliqua remedij tui sentire tormenta, arrogantissime mi serorum, tu aūt sperabas ardoris immodici felicē statim sanitatē. Quid si queratur æger abstinētię dolore sanatus? Excussa sunt plerunq; languētium ỹberibus redēptaq; debilitate uitia, ignibus, uulneribus interdum profutura grassata sunt, & quæ fuissent mala sanitatis, in gratiā remedioq; de maioris p iculi comparatione redierunt. Vix mehercle contingere potest, ut hilares ab hac impatiētia lætiq; discedant, quos pudor, quos satietas, quos pœnitētiæ ratio dimittit. Nec sine aliquo morsu resilitur a malis, quæ uoluptate tenuerunt, Iterum materia amoris est desinere, nec queri. Opus fuit paridiuersitate,

uiribus quãtis adamasti, ne resipiscere, ne frequẽter in media sanitate subsisteres. Quale tibi remediũ debuerit adhiberi, uel ex hodierno senti iuuenis affectu. Pro hoĩe q̃ post odiũ querit q̃ non amet, parũ fuit si amare desineret. Audi igitur ingratissime, quatenus ad publicas aures secreta nostra p̃ferre uoluisti. Dedi, quid eĩ, inquit, facerẽ, quæ remedia tua multa perdideram? Ferre misera non poterã, q̃ iam te cœperunt oẽs ridere meretrices. Repete agedum illar̃ colloquia noctium, quib. te frequẽter alterius, & fortasse diuitis amatoris iniuria receptũ inter oscula amplexusq̃ monui. Quid miser cũ fortuna, quid cũ mea conditione rixaris? Parce necessitatib. meis, duo pauperes sumus. Sed & tu quoties in sinus meos lachrymis fletuq̃ resolutus exclamasti? Sẽtio furorẽ, sed imperare oculis, sed aĩm regere nõ possum, q̃ libenter te mulier odissem. Non est igit̃ ingratissime mortalium, q̃ beneficium nostr̃ nomine potionis infames. Remediũ bibisti, sed illud odiũ tuũ est. Quid? q̃ furis, cõuiciaris, exclamas, non est haustus illius affectus, sed amor. Talis fuisti. Aliud sunt, aliud illi, quos in uoluptates superfluentiũ facultatium mittit secura felicitas. Improbius paupes amant. Sic tumultuabaris admissus, sic moras, sic impedimẽta ferre nõ poteras, Maledicebas populo, conuiciabaris intrantibus. Cuius un̄ felicius commutata fortuna est, si tunc oẽs oderas, nũc unam paup̃ odisti? Quin potius iuuenis admittis consiliũ rõnem? Quid agis infelix? Cur redditã mõ sanitatẽ rigore nimiæ contẽtionis exasperas? Prædico, testor, cõsumis odiũ, nondum totã mentẽ uisperfusa possedit, adhuc circa te duo maximi rixanť affectus, adiuua potius, adiuua potionẽ. Contra dic agedum quicqd est aliud q̃ tumultuať, exæstuat, totumq̃ sanitas cõponat hoĩem. Tunc te sciemus amare desisse, cũ desieris odisse. Et innocẽtiam quidẽ puellæ satis (ut spero) defendimus, magnitudo piculi uocet p̃ces. Consurge agedũ miserrima fœminar̃, reliquã defensionis tuæ partẽ tuere lachrymis. Accusator q̃d speras? quid expectas? Ad genua tua non mitti museam. Toto licet infelicẽ terrore conuenias, non exosculabit̃ manus. Mortẽ, suprema denunties, te non rogabit. Frustra tibi aliquid de periculo nostro metuq̃ promittis. Nescis, puella non habet odiũ remedium. Sane tĩ uiribus potionis effectum sit ut accusaueris innocentẽ, sufficit ultioni uidisse pallentẽ, satis est audisse gemitus, memineris hanc esse quã tu non iuuenis odisti. Quid agis? etiam ne perferes illud pronuntiationis anceps, illud humanæ salutis incertũ? Numerabis ergo sententias, & si damnaueris, exultabis nefande, gaudebis? Puto non adamasti. An & sequeris dum carnifex trahit? Intereris dũ hos oculos occisura cõtingit manus, dum hæc campl̃ibus tuis nota ceruix ad sup̃mos nudatur ictus? Non exilies, non pectus oppones, non fidem hominum deorumq̃ clamabis? Accipies percussam superpalpitantia membra consistens? Potes hoc uidere? potes hoc ferre? Sanatus es. Quod si quid tristius iudiciũ huius attulerit euentus, diũ rapide pereuntium beneficiorum semper ultores, diũ quos iste crudelis in amplexibus puellæ frequenter mœrore, lachrymis, aut finem amoris rogauit, aut mortem date nobis iustam de ingrato iuuene uindictam. Non imprecamur debilitates, naufragia, morbos. Pauper sit, & amet quamcunq̃ meretricem, & amare non desinat.

Argumentum declamationis. XVI.

Duo amici, ex quibus uni mater erat, peregre profecti, ad tyrannũ appliciti sunt. Mater cognito q̃ filius haberetur a tyranno, flendo oculos amisit. Oblata est à iuuenibus tyrano conditio, ut dimitteret alterum ad uisendam matrem, ad diem præstitutam reuersurum, ita ut nisi occurrisset ad diem, de eo qui restiterat, pœna sumeretur. Et iureiurando astrictus est. Venit iuuenis in ciuitatem. Mater detinet ex lege, qua parentes in calamitate deserere non licebat.

Pro iuuene contra matrem.

ETsi sanctissimi uiri olim oẽs uideor humanorum pector̃ affectus in solam amicitiã contulisse, et patior inuidiã hoĩs, q̃ sibi nõ reliquerit ut amaret & matrẽ, quoties tũ uniuersam pietatis meæ cõscientiam intueor, in qua minimũ est q̃ uideor bonus amicus, nõ possum nõ hanc primã electiõis nostræ cõplorare fortunã, q̃ mihi necesse est, aut amicũ relinquere, aut matrẽ. Facinus seuerissimi uiri, facinus fit impatiẽtissimis affectib. meis, q̃ succurri non põt duobus. Excedit oẽm querelæ meæ cõplorationem, q̃ tã diuersis meor̃ conatib. aduersa cõueniunt, ut uidear eligere q̃d non darem miser, p̃luce matris, q̃ ut illam uiderem amicũ dedi. Fidem uestrã iudices, ne inter maximas necessitates pereat usus hoĩs, q̃ paratus est duobus impẽdi. Iam hic est tota ratio clemẽtiæ, ne ibi me detineatis, ubi non p̃sum. Nec dissimulo sanctissimi uiri, p̃ferre me cũ maximi, tũ incredibilis exẽpli fidẽ, ut non immerito possim uideri cum matre colludere. Ego uideor excogitasse istũ colorẽ, & hoc q̃ detineor amicitiæ uocať infirmitas. Miseremini iudices, tẽtate me & dimittite. An uoluerim reuerti, scire nõ potestis nisi reuertor. Illud sanctissimi iudices, illud affectus meos torquet ac lacerat, q̃ sim ingẽti expectatiõe deceptus. Speraueram futur̃ ut hoc loco rẽ magnã faceret & mater. Paraueram apud tyrannũ hanc iactationẽ, ut me crederet remissum, & genus ostentationis adamaueram, ut mirarentur hominis fidẽ etiã in orbitate. Quo uultis hoc animo feram, q̃d etiam ut reuertar, amico meo mĩ imposuit? Et quantum ad hanc p̃tinet, maximũ iuuenẽ decepit, illum q̃ meos crediderit affectus. Non possum iudices litis huius dissimulare facinus, innocentius fuerat ut ego nollẽ reuerti. Viderint sanctissimi uiri, q̃ receptas noĩm persuasiones uelut aliquã seruitutẽ charitatis attendunt. Me si quis interroget, nullos affectus tm̃ nasci puto. Et siquis omnia uera ratione respiciat, quicquid liberos, fratres, propinquos inuicem tenet, amicitia est. Homines igitur, quoscum maxime incredibiliũ rer̃ loquitur inuidia, sumus sine dubio non eiusdẽ pars animæ, non eiusdem pondus uteri, & quanto minus in causis, tanto plus in affectu est. Ad mirabilior charitas in quam coimus uiribus nostris. Non pudet iudices hãc fateri persuasionẽ, minus

debetur homini qui aliquē ideo tm̄ amat, quia necesse est, Ita est iudices, ita est, a primis statim ætatib; in eādem coire uitam, habet aliquem fraternitatis affectū. Sic effectum est, ut nos statim fama cōmitte ret, & tali certamine coimus, ut si qd accidisset uni, deberet alteri exemplū. Inde est q̄ & pariter reuer ti cōtempsimus, & quasi facilius esset inter fidos, placuit sub incerto pelagi cohærere. Nec tm̄ uanitate, nec discursu putetis extractos, magnas & inexplicabiles naui gandi fuisse causas, uel hinc potestis æsti mare, q̄ nos nō detinuit hic mater. Vtrum ne igit̄ iudices sumere de nobis etiam nūc uoluit experimē tum ipsa amicitia, & par fortuna credit hominibus adhuc tm̄ feliciter amantibus? An hæc est magnæ semp opinionis inuidia, nec ulli unq̄ tam plena confessione laudant̄, ut illos non ipsa quoq; amicitia tē tare uelit? Littoribus appulsi sumus, hoīes, quor omnia casus, fama custodiebat, cōsumimur terrore, q parētibus statim cæcitas est. Hinc illud euenit, q̄ sumus pariter alligati. Sic magis aduersus solutum carcer inuentus est. Pudet iudices fateri, iā in hoc uictus, iā inferior recessi, ex duobus magis amat̄, quē tyrannus paratus est alligare. Quantū tibi amice debeo. Non potuit nos diuidere nisi mater. Tibi pri mū cæcitas nuntiata est, tuus hic affectus fuit, q̄ hoc credidit tyrannus, quid ille non fecit, ut rex de side rauerit uicarium corpus? Amplexus est catenas, sponderi sibi uoluit hominē reditur per maria, p̄ ma trē, repromisit de incertis tanq̄ de animo suo. Quis hominū pro se tā multa fecisset? Præstitit inq̄ ami cus, præstitit rem, quā uidebat ideo tyrannus indulsisse, ne fieret, & hominē qui in rebus humanis hūc esse nolebat affectum, decipimus dum tētamur. Ego nō inuenio cur horreat mī carcerē, quid sibi uelit quasi destinatas operire ceruices. Non odit me tyrannus, cuius nō interest an aliū occidat. Miserere ma ter (si quis est magnor meritor pudor) querere q̄ unū de cæcitate impatientius ex nobis amaris ſp ab sentem. cui tu fortunas, quibus necessitatib. inijcis manum? Me ad amicum meū admitteret alterius catena, & tyrannus nunc mihi portas aperiret, subsidio nauigium pirata p̄staret. Si mehercle añ more rer, ire deberes mī ad diē. Misera nō intelligis quanto te magis plus obligauerit amicus? plus debes ho mini, q me tibi remisit, ex q̄ pati nō potes ut reuertar. Libet mehercle iudices, libet misereri hominum, q me laudant reuertentē. Amicus mihi credidit ut redirē. Ita nūc ego facio rem magnam, ego sum ille bonus amicus, ille mirabilis, ille narrādus. Siqua dicētis fides est, facinus mihi uideī, q̄ scio me nō esse peritur. Sentit iudices & ipsa mater rē se facere turpissimā, si necessitate detinear. Itaq; mulier, q̄ adhuc de affectu cūcta fecerat, ad legē subito cōuertit. Optima iudices causa mr̄is est, in qua plurimū lex pōt. Liberi parētes in calamitate ne deserant. Facinus est iudices hoc dici homini reuerso. Ita nūc ego contē no matrē, ego despicio cæcitatis obsequia, hō q omniū calamitatū mear ambitū in hoc consumpsi ut redirē, q inter sup̄mas solicitudines nō p̄ me rogauit? Mihi quisquā contumaciū supplicia liberor, mi hi neglectæ pietatis minat̄ inuidiā? Bone Iupiter, quāti mihi constitit ne malus filius uiderer. Imputem tibi necesse est mater q̄ meū amicum ꝓpter te reliqui, ad quē facinus est nō reuerti. Nondū iudices ne cessitates meas, nondū amici refero, interim contēdo tunc esse tm̄ legis huius usum, cū in calamitate so li sunt parentes. Magnam partē mortalium fortuna dimisit a legibus, nec ulla iura tam tristia sunt ut ea in aduersis patiātur homines. Ego cum me necessitas rapit, sic habeo queri quasi relinquar. Excusa tæ sunt parētibus liberor calamitates, & si quē lex ista dep̄henderit, in alterius fatū transeat necesse ē tanq̄ orbitatē. Quid em̄ si me detinente matre alter e latere reuocaret, & si bella militē poscerent, si le gatū patria dimitteret, ueluti ad propriā descendam necessitatis meæ cōploratione? Si me damnatū pœna constringeret, uidelicet effringerescarcerē mater, inijceres carnifici manū, & perituri filij iugu lū autoritate iuris operires? Dij deæq; q̄, q̄ longe ē lex q̄ retinet hominē, q pœnæ non uenit? Nescis quan tum intelligo mī, quantā inuidiam debeāt facere liberis parētes, a quib. relinquunt̄. Mater quæ se dese ri querit̄, illud exclamet: Filium meū ciuitas pegrina solicitat, ut amœnos nescio cuius recessus orbis pe tat, debilitati meæ subtrahit humeros. Iuuenis meus abducit̄ amore meretricis, & ab officijs ciuitatis uitijs abstrahit̄ oculorū. Eiusmodi gemitu filiū necesse est p̄sequaris, ut q̄ detineor obiter & pœna sit. Non facit ista lex ad liberos, qui misericordia detinentur. Vt turpe sit q̄ recedo, in eo tantū est ad quē reuertor, & ut facinus sit relicta mater, non faciunt nisi causæ relinquendi. Homo qui ad tyrannū re uertor, si malo animo relinquo matrem, dignus sum q detinear. Non est itaq; q̄ subinde nominis ue stri beneficia mater opponas, non est quod utilitati tuæ fieri potest, si credimus esse in rebus humanis & alter affectum amicitiæ, si quam mihi uideī natura excogitasse, ut coire inuicē possit totū hominū genus, quæ ideo nōdum circa se tenet oēs admirationes, quia tota nō contingit, quæ tm̄ peruenerat ad incredibiliū fidē, nisi illā uos impediretis. Amicitia plurimor corporū, unus animus, uicariæ manus, fortior q̄ matris affectus. Rogo qd refert, quid uoceī ille qui sic amat? Quid interest ex q̄bus magna merita descendāt? Vultis scire quid de hoc affectu sentiat mater? Et amicū meū putat malle ne reuer tar. Finge me positis pauliſper meritis, quibus obligatus sum, hoc tm̄ dicere: Amicus alligatus est, ire uolo mater ut redeat, ut consoler, ut dominum rogem, ut si tyrannus exegerit, uicarium corpus op ponam. Quid detines? quid moraris? Hoc est tempus propter quod coimus. Nescias an diligat, cuius non habet experimēta nisi sola felicitas: & si uitæ præstes omnia secunda, amicus otiosa res est. Dictu rū me putas, hoc expectat alligatus, expectat totū immo gn̄s hoīm, & nos in hanc fidē persuasionis re ceperunt, ut si hoc faciam, nemo miret. Vis scire mater quē affectum, quam reuerētiam in calamitati bus amico præstare debeamus? Nullam legē timuit ne relinquereī. Differo interim causam amicitiæ, agere pauliſper omniū libet, & tyrannus mihi credidit, uolo reuerti. Nulli unq̄ mī plus cōmisit fides, neminē magis obligauerūt expectationes. Credidit mihi hō, cui res fauorabilis cōtingit, si decipit̄, qui

sibi excogitasse contra oēs amicos uidetur, ut illi imponeremus. Non est q̄ mihi supplicia, q̄ oēm mortis apparatū mater opponas. Facinus est, id tm̄ hominibus bñ credere qđ expedit, & actū est de rebus humanis, si sola seruatur utilitatiū fides. Infinitum est quantū mihi crediderit tyrānus, si me occiderit reuersum. Intelligit iudices & ipsa mater, quantæ reuerētiæ locum amicus obtineat, quæ incipit contendere affectu. Nisi fallor igitur, cū ego sim materia litis, hoc primū æstimare debetis, uter in ea calamitate plus fecerit. Ante omnia permitte mihi de hoc affectus tui genere mater queri. Quid tibi tam rabido, tam præcipiti dolore uoluisti? Quid aduersus tuis præstare faciē, & in oculos tuos accipere nunc tium? Non reliquisti tibi ut redimeres, sine dubio adiecisti ad matris affectus, oculos in media orbitate fudisti, sed illud non laxat catenas, non explicat corpus. Quid mihi prodest iste q̄ se citra filium consumpsit affectus? Plus fecisset mater quæ isset ad tyrannum. Alligatus sum, tu nunc sic flebis, tanq̄ soluar in lectulo, tanq̄ in tuis manibus expirem. In quibusdam calamitatib. desperatio nō est summus affectus, & quisquis orbitatem statim credit, festinat ad impatiētiæ securitatem. Dissimules licet mē tantæ p me impatientiæ, tam incredibilis affectus, amicus rem difficiliorē fecit, q̄ seruauit oculos suos, ut alligaretur. Dijs deæq; quantum ille præstitit q̄ mihi inuidit pœnam meam, nec recessit. Ille ille terribilem carcerem facit, q̄ inde procedit. Iam non corporis nexus hærebat, nec aliud q̄ resederant pondere catenæ, consumpti longo squalore uultus, concretæ noctib. diebusq; super ora lachrymæ. Miseremini iudices, ne perdat autoritatē meritum, qđ ultra expectationem est. Ponite sub oculis alligatos, quorū alterius amicus redemerit, alterius mater. Rogo uter plus fecerit. Bone Iupiter q̄ auide, q̄ fortiter uincula nra tractauit, quibus ille precibus exegit, ut sibi crederet. Accipe, inquit, has manus, hæc mēbra, si fieri pōt ut amicum matri remittamus. In totū explebo, si uideatur, uicaria pœna locum recedētis. Vel si uis utiq; tibi dimissa mēbra restitui, spondeo quēcunq; iusseris aperto iugulo diē. Fidē deorū hominūq; quid non factum est, ut amicū pœniteret? Ingestum est misero illud carceris tenebrarumq; secretum, grauioribus uinculis opus esse carnifex dixit ad bonū amicū. Accedere ad illud cubile iussi sunt hoies nocētes, & subinde dictum est: Vide tm̄ amice, si tāti est. Vna uox, unus miseri gemitus, urite, lacerate, distrahite, ille tm̄ reuertet. Miserere mī, magna res agitur, amicū meū reliqui contendentē cū tyranno. Excuso me uobis humani gñis affectus, & tibi añ oia mī excuso, q̄ hoc fieri passus sum. Vlla ergo in rebus hūanis necessitas tanti fuit, ut illū amicū meū in carcerē ipse deducerē, ut squalorē meum, meas catenas in mēbra festinātis exuerē, ut tam abrupti cōmeatus diē cōtra tot incerta promitterē? Testor te misera cōsciētia, & si qđ nos in illa necessitate numē aspexit, quantū simus rixati circa catenas, q̄ oia fecerim, ut ille potius ueniret ad matrē. Fateor iudices, unius cogitationis pudore uictus sum, q̄ tā magni bñficij difficultatē ab amico nō accipere, affectus uidebat hois, q̄ nō credidisset. Miserere mī, ne me solutū putes, amicū alligaui. Hæ sunt catenæ quæ tegunt membra, quæ p maria, quæ p infinita terrarū spacia restringūt. Sic non pōt carcer effringi. Inuideo tyranno, scit alligare amicos, scit tenere dimissum. Iterum ac subinde p clamem necesse est, ego amicum meum alligaui, & ut te uiderem, pœnā meam altero homine impleui. Scio quo hoc amicus præstiterit animo, sed ego rem feci hominis non reuersuri. Interrogo hoc loco impatientiam tuam mater, interrogo quid faceres, si nos ad te uidendam deduxisset alligatos aliquis satelles, si barbarus aliquis? Fruereris oculis, fruereris amplexibus? Nō est, q̄ te ista tanquam leuior, tanquā expeditior conditio decipiat. Quid putas esse, quod me dimisit solutum ire quo uellem? Crudelis artifex non reliquit nobis ut imponeremus. Superuacuo igitur hoc uos in matris causa mouet qđ cæca est, hoc quod nobis inuidiam facit uulneribus oculorum. Nolite detinendi putare causas, idem uidens faceret. Nec plus est quod non potest cæcitas ferre, quā mater, ut alia filio carere non possit, nonnunquam calamitas facit. Quod si iudices in persona mea, nec affectu, nec meritis inferior est amicus, quid aliud iustitia uestra debet attendere, quā uter plus patiatur? Iam satiauit dolorem mater, egessit æstus, effudit impetum, iam non desiderant oculi, cum cadunt. Adijce, quod hanc qualemcunq; fortunam inter amicos tenet, inter propinquos, habet omnia ministeria sua debilitas, suas comparationes. Vis scire quanto intolerabilius sit quod patitur amicus? Excæcauit te quod ego sic tenebar, accipit cibos, quos carnifex, quos tortor apponit.

Argumentum declamationis. XVII.

Filium ter abdicare uoluit pater, iactus. Inuenit quodam tempore in secreta domus parte medicamentum terentem. Interrogauit quid esset, cui parasset. Ille dixit uenenum, & se mori uelle. Iussit pater bibere. Ille effudit medicamentum. Accusatur à patre parricidij.

Pro filio contra patrem.

LAssatus per diuersos miseræ mentis æstus, & eundem dolorem, dum me ab utroq; animi genere semper quod impulerit abducat, & in pertinaciam desperationemq; neutra mihi liceat pferre patientiam, hoc primū a notissima clemētia uestra peto, ne miremini, qđ inter tam uaria, tristissimaq; facta, consilio diductus sum, nec pro malis meis quicquā melius inuenire potui, q̄ ut morerer, nec pro innocentia, q̄ ut uiuerem. Nouo igitur iudices inauditoq; genere discriminis, utriusq; animi reus, qua satis calamitates meas comploratione, quo deflebo gemitu? Filium mori uolentem pene occidit, quod interuenerat pater. Videtis adhuc illa secreti nostri contentione rixantem. Quicquid citra supremа, citra exitium est, contumaciam uocat, quantum absolutionem aspicit, uitam. Quis post hoc quærat ac dubitet, quo me affectu iusserit uirus haurire, q̄ parricidiū uocat qđ non biberim? Permissurus

fuit, si bibere uoluissem. Quæso itaq; iudices, delationis hodiernæ penitus uelitis perspicere causas. Ob iicere putatis parricidium patrē, p sē? Necatur, uritur, sine dubio torquetur. Vita ex hoc tñ non pōt ferre, q̄ mori filiū iussit, nec coegit, & scit facinus fuisse in imperio, si innocētia est q̄? recusaui. Suæ quod crudelitatis est, uel ab inuidia sē criminibus meis defendit, excusat, & ne uocē illam tanq̄ peractum facinus oderitis, subbstituit p malo patre miserę. Hic est iudices deprehensæ impietatis æstus. Nemo unq̄ uolet innocentē filium uideri, quē uoluerit occidere. Illud quoq; iudices a grauitate publica peto, ne q̄s me mori uoluisse nō credat contumaciter. Adhuc prioris constantiæ meæ more defendor, alia est mihi rō cum uici, & fortior sum reus, q̄ absolutus. Sed tunc tm̄ par esse nō possum calamitatib. meis, cū me constare cœpit nihil aliud esse, quā miserę. Bene q̄? rursus uocauit in forū, iussit integritatis agere causam, fecit ut mihi uidear p̄didisse mortē. Si pœnitet patrē, q̄? me bibere iussit uenenum, ego ferre possum quod effudi. Licet igit̄ immitissimus senex cōfundere publicos conetur affectus, querelaq; fronte mutata, non sumus noui uobis accusator & reus, nec nos mō pietatis euersæ recēs asseruit immanitas. Parricidam me olim uocat, ita est em̄ iudices, ita est, iampridē hoīm nefandoq; solis nominibus accusatur. Sic mihi illa prima patris maledixit asperitas. Hic est ille, quē desinere iam iusseratis, q̄ semper adiuos recurrit, & uincit. Fallitur quisquis illā de morib. senis lassitudinē, uel patiētiam sperat. Patri q̄ abdicare non potuit, minus est filius nocēs, q̄ absolutus. O pertinacissimum accusatorum genus, uicti parētes. Dum autoritatem nominis uestri fortius imperiosis asseritis affectibus, & ne pudorem pœnitentiamq; fateamini, cōtumacia uindicatis errorem, calamitatibus meis accessit, ut ter absoluerer. Nanq; ut erat in superuacuo odio mei senex prima luce deprehensus, ferre non potuit q̄? reddebar inuito: & quia a iudicibus non impetrauerat ut abdicaret, apud se tenuit, ne desineret hoc uelle. Credidit tamen aliquid profecturum, querelaq; errore repetito, & sperauit iuxta contentionem suam, ut lassesceret aliquando pro me iusta miseratio. Quid facerē igitur? quo uerterem iam fatigatam innocentiam? Nec exire me decebat ex domo, ne uiderer, quicquid uos nō credideratis, agnoscere, nec expectare poterā, cum mihi rursus aliam seriem malorum minaretur, q̄ me iam cœperat pater, contētione qua uobis irascebatur, odisse. Tandem infelix misertus mei, misertus patris, cum de præteritis prospicerē iurgia tam longa, q̄ uitam, captaui fateor omnem occursum, quem mihi uidebar exasperare præsentia, exorare dum morior, & tanquam nouissimi ambitus genus excogitaui, ut me in honorem sui, reuerentiamq; pereuntem, sic odisse desineret, quomodo parcere solet ira cedenti. Non habet alium quā mortis exitū filius, qui nec reconciliari potest, nec abdicari. Erat in domo nostra locus, in quem secedebam semper reus, in quem reuertebar absolutus, querelis meis lachrymisq; iam conscius, in quem se ferant. In hūc non tanquam custodiæ patris imponerem, (nam quid possit inueniri, quo nō me captantis aliquid deprehendere cura sequeretur?) sed sicut solent qui immori uolunt, pudore non ira ab omnibus, quæ uidebantur auocatura, secessi. Nam nec placuerat exitus genus querulum, tumultuosum, aut quod faceret inuidiam. Sed quid mihi tecum est integritatis nimia simplicitas? Non putat se posse deprehendi quisquis uenenum parat, ipse poturus. Totus oculis, animoq; conuersus, hærebam miser in opere moriendi, nec dissimulo, cum quadam cunctatione, cum mora, sicuti bonæ conscientiæ lenta mors est, nec præcipiti per suprema trepidatione festinant, quos hoc solum, quod sui miserentur, occidit. Abijt per tacitas conquestiones mens, in obitus cōtemplatione posita, & hausturus potionem qua renunciarem rebus humanis, totam apud se repetebat animus innocentiam suam, cum pater secretum, quod per impatientiam pereuntis impleueram, quantum credo, lachrymis meis, gemituque perductus, intrauit. Non potest uideri, iudices, suspicatus aliquid de parricidio, quid tererem, cui pararem, nesciebat qui interrogauit. Nuntio uobis sanctissimi uiri, nihil a morientibus fingi, nihil uita laborante simplicius. Ad subitum interuentum patris, non tanq̄ deprehensus obstupui, facinus me tacente, non pallor, non est confessa trepidatio, nec sicut accidere nocentibus solet, illa obuia semper errantium patrocinia orum uerba uariaui, cum me repēte interrogatione subita auocauit, abduxit, quæsuit quid tererem, cui pararem. Sed ego sine cunctatione, sine tarditate respondi, & me mori uelle eadē ueritate, & confessus sum uenenum esse quod terebatur. Date iudices patrē, qui filium mori nolit & credit. Quis habeat iudices dicenti fidem? Venenum filij quod inuenerat pater, non ille potius effudit, stetit quin imo intrepidus, arrogās iuxta orbitatē quam uidebat, & mihi mortē quam promiseram, quam minabar, ingessit. Bibe, inquit. Quis post hoc iudices expectat, ut continuo paream iubēti? Ita demum mihi nō est aliud relictum, si patri parui. Audite nūc dij pariter atq; homines, quid post tres abdicatiōes, & querelas, toties iudicum grauitate pcussas, uelut attonitus, amēs nuntiet seculo pater parricida sæuus, parricida crudelis. Non bibi uenenum. Hoc est totum facinus meum, uiuo, respondeo, non fugio iudicē, non cedo criminibus. Iam non miror quid sit, circa quod impatientia deceptæ crudelitatis exæstuet, plusquā orbitatis gaudium, quod modo p̄didit senex, sperauerat ut occidere me posset meo ueneno. Sed quatenus inuenisse se putat quod crederetis, ut contentionibus subinde damnatis, autoritatem de nouo dolore circundaret, inusitata commētus est. Quæ sola mihi superest ratio uiuēdi, facinus ea simplicitate, ea fide denego, qua confessus sum de ueneno. Parricidij agis. Abstulisti quidem mihi partem, ut exclamarem hoc loco, fieri non potest. Scio quantum defēsioni meæ difficultatis adiecerit, q̄ iampridem in domo nostra humanorum pignorum ratio non constat, sed pronuntiatū liquet, utri ex nobis facilior sit impietas, uter iuxta alterius languorē supma non fecerit. Tu unicum quotidie pturbare conaris e domo, uelles inopiam meam, uelles aspicere squalorē. Ego osculor illas expellentis manus,

ego abiícientis genua teneo,& ad patrẽ,qui me tam notabiliter odit,nõ habeo cur uelim redire,si non amor. Præualeret nominis tui fortassis autoritas,si contentio nostra coepisset a ueneno. Consumpsisti quicquid est,quod parentes ab omnium scelerũ suspicione defendit,nõ habet pater unde parricidium de filio credat,nisi quẽ posset occidere. Me quidem pater infelicis huius persuasionis simplicitatem,siquis interroget,nec a te parricidium fieri posse credo,nisi meo ueneno. Facinus tamẽ in omnibus incredibile pignoribus,nullis difficilius,q̃ liberis puto. Vos adhuc in suprema nostra præcipitat autoritas, qui filium occidere uocatis plerunq; grauitatem,sicut abdicationis emendationẽ,sicut reliqua suppliciа nostra rationis fronte protegitis,cunctosq; prærigidæ mentis affectus,uocabulo molliore lenitis. Nos nec felices facinus istud possumus concipere,nec miseri. Non perueniunt ad nefas istud,nec necessitates. Omnis citra desperationem dolor,ira languescit. Et quãto dij deæq; difficilius,si patraretur sine conscio,sine ministro,totumq; facinus,& animum filij poscat,& manus. Memento cuius obiícias immanitatis horrorem,patrem occidere uelle. Hinc tantum accipis uires,ut mori possis deprehensus. Vt sciatis,inquit,uerũ esse qd obiício,& abdicare uolui. Non põt pater efficere genus querendi,pertinacia ꝓbationis. Tu cum dicis,filius me uoluit occidere,uideris tibi facere prioribus iudicibus inuidiã, exclamare uos faciles,uos misericordes,hunc mihi redditis. Sed iniquissimũ est ut abdicatio,quæ nec in sui ualuit effectũ,fidẽ maiori crimini præstet. Non sum reus inexplorati pudoris,nec anteacta uitæ meæ sub hodierna primũ lite tractant. Felicior innocẽtia est citra suspiciones,certior post reatum,& quantũ infamiæ præstant obiecta,dũ nutant,tantundẽ autoritatis absoluta restituunt. An scilicet superatus est gratia pater,& apud senes,& apud parẽtes autoritate prævalui? Viderint qui calamitatib. suis sic blandiuntur,ut sibi affuisse credant misericordiam,fauorẽ,filius a patre delatus nunq̃ poterit superior esse nisi causa. Sane tamẽ feramus,ut prima abdicatione nõ egeseris totum dolorem,multa tibi de criminibus meis uerecundia querendi,multa paternæ pietatis abstulerit infirmitas,quid non implet repetita delatio? Reuersus es in forum iam ad iudices iratos. Quanto terrore cũcta pertulit pudor ille iam uicti & redeuntis in damnatam colluctationẽ. Acrior semper ex uerecundia dolor. Sed & iudicum cura quanto malignior circa rediturum reum. Quam multis placet illa de dissimilitudine ꝓnuntiationis autoritas,& seuerior uidẽt diuersa sententia. Tertia uero abdicatio dij immortales quẽ apparatum,quẽ mouit ambitum. Ego miror quod mihi licuit audiri,qd me non statim primus querelarum tumultus oppressit. Quid post ista noui pater obiici põt? Inter leges,inter iura consenui,non habeo in morib. meis,quod nõ melius iudices sciant. Scilicet capit natura rerũ ut futurus parricida non p̃miserit notas,nullis ante sit maximi sceleris immanitas tumultuata flagitijs,& quandoq; culeo,serpentib. expianda feritas,sub placida mente primam pertulit ætatem. Aliud est miserorũ genus,quod clementia, quod succurrendi fauore dimittit. Absoluerunt me qui sciebant non profuturũ mihi quod nõ abdicarer. Proclames igit̃ licet,subinde detuli,sæpe questus sum,ter abdicare uolui,hoc tñ res ista debet efficere,ut tibi nõ oporteat credi,quicquid aliud obieceris. Non enim sequitur pater,ut me tuis criminibus accuses,quod nocentẽ tuis moribus probes filium. Parricidam non facit seueritas uestra,non sæuitia, non terror,ad tã grande facinus nõ ira opus est,sed moribus,nõ dolore,sed mẽte. Omnes iniuriæ leuius exaspant,leuius oderunt,innocẽtis filij ultio est,mori. Quod si manifestũ est,nihil tũc in morib. fuisse meis,quod posset esse suspectũ,æstimemus unde postea traxerim parricidij causas. Vos libet interrogare hoc loco iudices,quis magis debet innocẽtiam amare? Vici patrẽ,omni nunc solicitudine,omni labore custodiam illam gratiã,illum ambitum meum,quo remuneror aduocatos,quo persoluo iudicibus,illud propter quod audeo domum reuerti,propter quod non timeo casus,non subita ꝓpatre,nõ maligna fata. Fidẽ non capit,ut me tres absolutiões & innocentẽ ꝓbauerint,& effecerint parricidam. Præterea pater q̃ infirmũ me,q̃ trepidum reddit ipsa uictoria. An scilicet ignoro qꝺ me reuersum circũ sistat totius domus maligna cura,qꝺ uiuo inter homines quibus apud te gratiã parat,si de nobis aliqua mẽtiantur fingant? Videlicet hoc nos in facinus præcipitat,impellit,qꝺ aliquid speramus de testamento tuo. Quid ego,nõ sentio qꝺ simili scelere missus in domũ,a charitate tñ exclusus,abiectus sum? Rogo qua fiducia facinus paro toties delatus,& paterna conquestione præditus? Quod uis patrocinium spem ꝓ parricidio meo? Defendi nõ possem,si bibisses tu uenenũ. Finge me parricidij uoluntatẽ,finge habere causas,unde occasionẽ,unde fiduciam? Ego nec mori possum,nisi ut deprehendar,uenenũ paro,qui ministrum,qui nõ inuenio conscium. Despicior a liberis,contẽnor a seruulis,euitant sermonẽ meũ,colloquia fugiũt,& charitatẽ tui simulãt odio mei. An uidelicet spero posse fieri ut ipse porrigã? Est em̃ mihi ad cõuictus tuos facilis accessus. Venenũ mehercle putabis quicqd dederint hæ manus. Et uirus præsentaneũ paro,quod statim,qd subito corripiat? At quẽadmodum mihi supsit ulla defẽsio? an lentũ,& qd tarda peste cõsumat,scilicet ut non statim exclames,ut te meũ uirus bibisse nõ credas? Rogo,cui paraui uenenũ,qd dare nõ possum nisi mihi? Ita,inquit,parricidæ argumentũ est & hoc ipm qꝺ habuisti uenenũ. Omnibus iudices,quib. ad scelerũ conatus adiuuat deterior quotidie fœcunda mortalitas,nõ hanc solam potentiã natura cõcessit,in quã malis mẽtibus & nocentiũ ducunt ingenijs,sed illis usus exaio est,totumq; quod faciũt,de conscientia possidẽtis accipiũt. Quid em̃ si latronẽ gladio tm probes? Sic munimus & somnos. Excute pegrinantium sinus,hærent tela solicitis. Non uetant ista lege sparare,prospicere,nec instrumẽta prohibent,sed æstimant usus. Finge me uelut in media ꝓsperitate uitæ ꝓclamare. Venenũ paraui,ad qd incerti casus,ad q̃d languor,dolor,ad q̃d cõfugeret improuisa debilitas. Miramini qꝺ hoc fecerim hõ,q̃ circa me fortunã,q̃ discrimina humana lassaui,cui nescio

quid adhuc paret toties uicta delatio? Debuit habere in sua potestate mortē, quē iā pater poterat occidere. Non est, inqt, credibile ut mori uolueris absolutus, q reus noluisti. Poteram quidē dicere pr̄, uixi dū spero fas esse ut incipias aliqñ misereri, ut te squalor meus frāgat, mitigēt lachrymæ, pallor exoret, sed ignosce innocētiæ, tūc me decuit ptinax & rigida defēsio. Vixi ne me uideret expulisse de seculo, pfundorum sceler̄ deprehēsa trepidatio, ne sup cadauer meū, pclamare posses, certe merito timui, meri to p̄dixi uenenū, q uiuēdi non habebat audaciā, ne supremis meis cōuiciareris, ne qd posses obijcere iā non negaturo. Ver̄ tibi de impatiētia mea fatendū est, eadē mēte nolui mori cū abdicares, qua nō bibi cū iuberes. Sed fruere iter̄, fruere sæpius cōfessione tā misera, & quia oculos spectaculo nō licuit implere, satient̄ aures, uolui mori. Adijce si uideret, hanc malis nr̄is contumeliā ut interroges quare, abdicare me subinde uoluisti. Quid ais rer̄ naturæ pietas? ita iustiores causas habet impatiētia, q̄ corpor̄ damna, q̄ facultatū tristis euersio? In suprema præcipitat me pater. Ita non hæc una uox cōplectitur oēs calamitates? Non uidemini nūc uobis uniuersos audire miseros? Possumus fortassis alior̄ accidentiū sperare finē, non habent proximor̄ odia regressum. Quæcūq; nexus accepere naturæ, & quæ sangui ne uiscera ibusq; constricta sunt, non laxant̄ diducta, sed pereūt. Quæ de primo tenore nascendi uix in contrariū iuxta deflectunt, diuq; prauitatis suæ rigore durata, mox in pristinū cursum remissa non redeunt, sed quo totū pondus omne sq; uires inclinata traxerūt, uigore quo sibi p̄missa creuissent, in ipsius uitij robur adolescunt. In hoc est tota difficultas, ut incipiat nō amare filiū pater, hoc cū frontē confessionis accipit, reliq̄ p̄cipiti furore decurrunt, & redituris charitatib. obstat q̄cq̄d obstiterat odijs. Semel sibi parētes liberiq; mutātur, semel auferūtur. Felices q̄ hñt in conscientia sua, quod debeāt emendare, corrigere. Illa demum pōt ira desinere, quæ coaluit ex uitijs liberor̄. Ego quid facio, cui nō luxuria, non est mutāda petulantia cuius abdicatio nō de meis, sed de patris morib. uenit? Fruſtra mihi exhortationes, fruſtra blandiētur uana solatia. Hominis quē pater odisse nō desinit, unus exitus est, ut se oderit. Et quātulum habet de toto dolore nostro ille quo uenit̄ ad iudicē dies. Ego cū dico pater me odit, illud exclamo oēs sine me sunt festi dies, oēs lætitia sine filio, nō alloquitur mœstū, non assidet ille languēti. Gratissimus quisquis de nobis tristius aliquid attulerit, quisquis maledixerit, conuiciatus absenti. Ego si hoc possum ferre, merui. Alia sunt aduersa, quæ de continuatiōe sui patiētiā parar̄it, quæ durant assiduitate, firmantq; mentē, q̄ te pater oderit, quotidie nouū est. Minus fortassis urant inuicē simultates, & mutuis detestationibus inuisa respirent. Odium is tm̄ filius p̄ferre poterit, q & ipse oderit patrē. Vos nūc iudices, uniuersos quinimo mortales infelicissimus iuuenis interrogo, qd mē facere uultis. Explicuit nos sine dubio de crimin̄ib. exitus, qđ absolutus sum, tamē nō hoc effecit, ne mori uelim, sed ut mihi liceat & uiuere. Victus sum em̄ mehercle, uictus sum iudices absolutionib. meis, & (q̄ certissima est animæ laborantis infirmitas) misera felicitate defeci. Quē mihi uultū domū reuerso, quē suadetis aīm? Non decet gaudium meū, exaspero hilaritate, offendo tristitia, capto sermonem, inuisus sum tanq̄ arrogant̄ insultē. Doloris causa dicor si p̄pius aspiciar, uideor si recedo contēnere. Quousq; uincem? Nesciūt p̄rsus abdicationib. mederi, q nō statim cedūt, q conscientiæ suæ rigore nituntur. Non uincitur pr̄, non sum absolutus, cum domū ueni, nemo me diligit, nemo reuereť. Iā ad nos de penatib. illis non p̄tinent, nisi secreta, nisi latebræ. Non exuo, nō depono sordes, & mihi quotidie senex tanq̄ ac cusaturus occurrit. Attendo qd faciā, quid loquar, qualis aspiciar, & (qđ malignissimū est solicitudinis genus) meipse custodio. Satiasti me uita, satiasti, & cū felicib. quoq; ueniat ex nimia p̄sperit atis cōtinuatione fastidiū, quod tædiū paras lassitudine miseror̄. Consumpta est in lachrymis, in precib. ætas, exacti sordibus dies, anxietate noctes. Quid mihi contra tā indigna, tā grauia promittit integritas? Abdicari debet quē nocentē pr̄ odit, mori quē innocentē. Sed ut credamus inqt, uoluisse te mori, cur potissimū ueneno? Possis quidē pr̄ hāc de oī supremor̄ genere litē facere morientib. & quia rer̄ natura uarias fator̄ uias indulsit animæ, in ullo nō exitu simili rōne reprehēdas quicq̄d electū est. Sic super strictū nudatumq; mucronē, pclamares, cur nō ueneno? Sed nihil est delicatius exitu, quē nō supplicia, nō metus, sed collecta de calamitatib. cōmendat infirmitas. Mihi tñ præcipue cū hoc mortis instrumēto propria concordia est, non spargit cruorē, nō trucē cadaueris relinqt aspectū, placida ē, quieta est. Ingratissime senex, ego & hoc sic moriēdo prospexerā, ne me occidisse alius uideret. Te nunc appḥendo, te interrogo pr̄, ita parricida sum ego q uenenū affero in domum tuā imparatū, rude, terēdum, cui tā multa restant ante q̄ dari possit? Ita parricida sum, q iuxta te q̄ro secretū, qui de potiōe tibi incerta, quā nemo detulit. q̄ simpl̄r tā facile respōdi? Secedo in medios penates, nullos ab introitu p̄pono custodes, nō euito trāsitus, nō excludo uēturos. Rogo utr̄ hæc oīa sunt occidere uolētis, an mori. Venenū q̄d tibi parare tur, inuenisses abscōsum, reconditū, multū circa illud palloris attoniti, cōcisa uerba, trepida suspiria & me negantē. Parricida deprehensus effudisset uenenū, ne fateret. Cur ergo, inquit, si tibi paraueras, nō bibisti? Breuis pr̄ & scd̄m naturā cōditionis humanæ respōdeo, nihil aliud esse in ptāte miseror̄, q̄ ut mori uelint. Ego cū dico mori uolo, nō hoc dico, moriturus sum, de aīo meo, respōdeo, non p̄mitto de fato. Miraris q̄ q̄uis iā teneam uenenum, multū tamē adhuc casib. incertisq; supereſt accipere? perfossis plerunq; uiscerib. uitā tamē ab ipsa desperatione redeunt̄? Strictos circa colla laqueos, aut nexus, aut ipsius corporis ruina decepit, rotatos p̄abrupta molis iactus explicuit. Tam consentaneū ē ne moriat̄ q uelit, q̄ q̄ morimur inuiti. Sed malo sicut cœpi simplici tecum ratione consistere. Nihil æque pater impetu constat, q̄ mori uelle, nec quicq̄ res humanæ impatientius habent pereuntis affectu. Hunc si retinere uelles, sufficit ut morereris, & rōnem quoq; homini mortis eripiet, si qs abstulerit ardorē. Frāgit

animū quisquis interuenit, abducit, auocat quisq; alloquit. Ambiūtur cuncta moriendi spacia, puta. Ideo nos mehercle crediderim eiusmōi exitū eligere secretū. Minimū est qđ confundat hoiem infirmitate morientē, & exiguis causis opus est, ut displiceat obitus quē misero suasit integritas. Quid si interueniat aliquis, q gaudeat, q uindicari se putet, si testes adhibeat oculos, quib. uidendum sit? statim me hercle arrogās uita simulabit, statim cōtumax dolor cū deprehensa morte dissentiet. Nescis q̄tū mihi hæsitationis paueris, cū interrogas, dū rndere cogis. Sed quē & reddere, iterq; litigare, defēdi. Me uero tūc pariter oēs tenuistis affectus, indignatio, pietas, reuerētia, dolor. Ego propter patrē mori possum, corā patre nō possum. Adijce nūc qđ & dixisti, bibe. Si mehercle sauciū palpitantēq; iussisses adigere ferrū, p̄merem clusis uulnerib. animā: si stringere aptatos ad colla nexus, conarer abrupto desilire laqo, si nō injceres manū ad præcipitia, pperāti, flecterē in plana cursum. Merito prorsus aia secretū solitudinēq; captaueras. Interuenit pr̄, actū est, perit ille susceptæ mortis ardor, & utroq; nos resoluit affectu, mori non debeo si uetuerit, nō potero si iusserit. Bibe, inqt. Nondum quidē potioni uirus aptatū est, sed me ideo deprehēdisti, quia adhuc terebatur. Multa tñ mihi pr̄ ante faciēda sunt. Volo prius conuocare seruulos, contrahere libertos, cōplorare, conqueri, mādare, defendi. Bibe. Mihi uero tūc adiecisse uisus es, teneris, hæres, eamus ad iudicem. Bibe. Sed hoc iubes tanq̄ negem uenenū. Interrogare uos uelut in illa secreti nostri præsentia libet, quē mihi post hāc uocem, animū datis? Dicit hoc accusator, dicit hoc uictus, dicit secreto, dicit sic ut possit negare si bibero. Bibe, Ego quidē uolo, & hoc q̄ maxime paro, sed totum hunc animū senex tua auiditate mutasti. Bibe. Quid restat aliud q̄ ut recusantis ora diducas, ut infundas per oppositas manus? Mihi uero tūc excidit quid uelim, quid pararim. Vidi truces loquentis oculos, uultus parricidali ardore suffusos, iuberi mihi uidebar ut biberē tuum uenenū. Nescisti pater pertinaciā meā seruare, nescisti. Filium, pter te mori uolentē deprehēdisti. Vis occidere? ueta, inuade poculum ne hauriā, bibam. Exclama, temerarie quid facis? Iam desino irasci, iā reuertor in gr̄am. Properabo ut hoc secū aures ferant, ut impatientia tua fruant oculi. Tibi imputes q̄ me retorsisti, q̄ ablata sunt sacramēta pereundi. Innocēti facilius est mori, si rogē ut uiuat. Fidē deorq;, in quā me contumaciā pater, in quē tunc impulisti contentionis ardorē, cū diceres, bibe. Nec uiuere mihi libuit, nec mori. Ereptus sum miser animo meo, & improuisa uocc̄ pcussus steti sine affectu, sine negatione attonitus, amēs, & me pene aliter occidi. Nihil est, pfecto improuisoq; dolore torrētius, & fractæ maloq; cōtentiōe mētes ad inexpectata caligāt. Non querelas post hoc inuenio, nō uerba, nō lachrymas. Ad nullius rei conatū sufficit mori alterius animo, & suo ueneno. Licet igit̄ noua me reatus mole cōuenias, nō pœnitet tñ illū fixisse, illū non pœnitet sp̄m rigoremq; pereundi, tanq̄ parricida moriebar. Pater q̄ queritur, q̄ non bibi, iā nunc diceret deprehēsus erat, negare non poterat. Essem nūc ter abdicatus, & me contenderet ad iudices meos redire nō ausum. Bene q̄ sic effudi, tanq̄ rursus uita placuisset. Venenū qđ uideret deprehēsum, nemo ideo bibisse crederet, quia sibi parauerat. Dic nunc, non fui passurus si bibere uolu isses. Deinde hoc sic probas, ut me hodie quoq; coneris occidere. Non eras passurus. Qñ per fidē injcis manus, potuit eadē, potuit peragi breuitate qua iusseras. Non eras passurus. Deinde nō timuisti, ne mihi animū pereundi uel hoc faceret, q̄ putabā me iuberi. Facinus est si morior, ut postea querat? an uolueris occidere. Tu licet inuidiā uocis illius alterius mētis simulatione defendas, occisuri tñ fuit ip̄m experimentum. Nec interest rigoris, quædā patiaris, an tentes. Nunq̄ mouebit patrē filius hoc q̄ moritur, quē non mouit hoc, q̄ paratus est mori. Quid nunc faciā iudices ptinacissimo rigori? in quod me cōponam patiētiæ genus? uidetis hominē quē nullus animi mei status mutat, quē constātia nostra, quē offendit infirmitas. Viuere uolo, pturbat, expellit. Mori conor, interpellat, exagitat. Iā fortassis aliquid (si nobis hodie quoq; clemētia ura succurrerit) pauit, inuenit. Quis finis, qs exitus incredibiliū maloq;? de filio absoluto fecit ut mori mallet, de moriēte ut uiueret. Vos uero sanctissimi uiri, quo iā ambitu, quibus possem cōuenire precibus? Ille uester infelix, ille uester absolutus, flere uetitus est. Non habet gratiam suā toties genua complecti, & ad fatigatā miscq; iam noui discriminis pondus attulimus. O mors semp̄ imparata miseris, negata cupientibus, qñ succurres? Me infelicē, perdidi uenenū. Sed quatenus aliquid pater expectationi tuæ repromisi, nolo desperes. Fruere quinimo ante suprema, ante exitum meum hac uoce, uicisti. Nescio quidē quod rursus eligam obitus genus, an placeat reparare uirus infelix. Sed prædico, testor, quæcunq; sederit traditio leti, miserere, ne iubeas, miserere, ne cogas. Facilius me occiderent gemitus tui, lachrymæ tuæ. Et ne mihi putetis illā secreti nostri excidisse uocem, uenenum quidem te iubente bibere non potui, quandoq; tamen hoc occidet quod bibere iussisti.

Argumentum declamationis .XVIII.

Malæ tractationis sit actio, Speciosum filium infamem tanq̄ incestum cum matre committeret, pater in secreta parte domus torsit, & occidit in tormētis. Interrogat illū mater, qđ ex filio cōperierit. Nolentē dicere malæ tractatiōis accusat.

Pro muliere contra maritum.

ETsi iudices callidissimus parricida facinus suum sic ordinauit, ut uobis matrem faceret, inuisam, siue dissimularet misera mortem filij sui, siue quereret, tantaq; monstroq; nouitate circundatam eo pduxit, ut sibi uideatur infamaturus iterq; uel patientiā nostram, uel dolorē, matri tñ cuius calamitatib. ne minimū sibi uindicat orbitas locū, ideo ad uos fugiendū fuit, ut sciretis non illi præstari q̄ tacet maritus. Laudo iudices, laudo miserā, qđ interrogare noluit domi, qđ nihil fecit & ipsa secreto. Hic coram ciuitate, corā liberis ac parētibus, & (licet dissimulare parricida uideat) corā rumore mater

inquirit, quid tormẽtis unici quæsierit, quid morte cõpererit. Respondeat saltẽ reus, fateat iratus, cur in peracta crudelitate modestiæ fronte substitit. Nec uxori põt uideri parcere de qua scire uoluit, an eẽt incesta, nec filio, quẽ tañ sciret, occidit. Añ omia igit iudices mulier infelicissimi pudoris hoc ab affecti bus publicis petit, ne uobis accusare uideat. Ream se incesti, ream parricidij putat. Exhibet populo con scientiã suam, & aduersus quẽcunq; sermonẽ, quodcũq; secretum, marito famæq; põstat interrogãdi po testatem. Vellet innocentiã suis ꝓbare uisceribus, uellet in equuleos, in ignes hanc miserã pcipitare pie tatẽ. Ignoscite iudices impatiẽtiæ, quæ cõtra callidissimã dissimulationẽ libertate doloris exæstuat. In cestum ꝓbaretur silẽtio pris, si taceret & mr. Et quidẽ iudices tã contrarios affectus senis satis admira ri, satis stupere non possum, in rumore tã suspicax, post tormẽta patiens, mõ ad fabulas uulgaresq; ser mones pronus ac facilis, in orbitate, in parricidio, reatus quoq; dolore, cõticuit. Quo repẽte cõuersus ẽt in quã modestiã desperationem q; defecit? torsit tañ dictur, tacet tañ dixerit. Fidem igitur uestram iudices ne cui præstet magnæ seueritatis autoritatẽ non posse defendi, neue ideo suspicari nefãda ma litis, qa se silẽtio parricida miraẽ. Parcere nunc illum cuiq; tacẽdo creditis? loqui secum maxime putat. Etsi bene artes & ꝓfundæ mentis consilia pspicio, respondere sibi uideẽ plusquã mr interrogat. Fallit quisquis hunc esse credit inexplicabilis doloris æstum, & int silentij confessionisq; causas miser pudo rem. Alium exitum non habet, q ut rñdere nolle uideat quisq; filiũ occidit, & ꝓbare non põt propter qd debuerit occidi. Coniũgat quantũ uolet nocẽtissimus senex cũ rumore populi silentiũ suum, & re latura ordinem tristissimæ sortis collata malignitate cludat ora, cõpescat aditus, securi tñ estote morta les, fas est, fas est innocentissimæ matri uelut in tẽplis, uelut apud ipsos ꝓclamare supos, amaui filiũ me um. Matrona iudices cuius puellares annos, primã rudemq; coniugij mentẽ nulla libidinum respersit infamia, cui impudẽs rumor, suspicax maritus nihil unq; potuit obijcere nisi filium, quæ pudicitiæ pri ma fiducia est, edidit partũ quem maritus agnosceret, non timuit ne stupra, furtiuosq; concubitus par uuli uultus, aut crescentis infantiæ similitudo detegeret. Natum de se continuo (si quid ipsi creditis) im patiẽtius complexa q reliquæ parẽtes, non in nutrices, nec in ministeria seposuit, suis aluit huberibus, suo fouit amplexu. Nunquid & hos annos parricida, nunquid & pueritiam miseri iuuenis infamas? Actum est de sacror nominũ fide, si ut uideat innocens mater, ætas tm filij facit. Accendebat hãc erga unicũ optimæ matris impatientiã rigidus pater, asper maritus, & sibi uidebat par implere, quẽ pro du obus conferebat affectũ. Rarus hic nãq; ad oscula, difficilis amplexibus, & q unicum aspiceret animo, quo quandoq; posset occidere, fecit ut notabilior esset charitas matris. Omnis igit miseræ sermo cum fi lio, omis in publicum pariter egressus. Gaudebat etiã q; laudãdus occursibus, q; omi frequentia cœtuq; conspicuus, populo iam ipse fateret, q; plus amaret a matre. Miseremini iudices, ne nefandas suspicio nes maritum ex ullius traxisse credatis indicijs, suũ rigorem, suum tm sequutus est animũ. Filium si nõ ames, uideatur tibi mr adamasse. Questurq; nunc me iudices putatis de licentia sermonis humani? Ego uero iuxta hunc patrem non accuso rumorẽ. Quæ materia fabulæ tã impudentis, qs fuerit autor iste probauit q credidit. Facillimum fuit ut loqueretur populus de incesto, de q mirabatur patrem suspi cari. Hæc sunt iudices quæ mater fecit secure, simpliciter, palã, coram marito, coram ciuitate. Referat nunc suum iste secretum. Iuuenem (quæ integritatis prima simplicitas est) nihil timentem in partẽ do mus, qua nulla proclamatio, nullus poterat gemitus audiri, rapuit, abduxit. Ibi uerberibus, ignibus, omni crudelitatis arte consumpsit. Quis unquã iudices peius de innocẽtia temporum, de sacris meruit affectibus? torsit filium ut ꝓbaretur incestũ, occidit ut crederetur. Ponite nunc ante oculos iudices duo rum parentum confessionẽ. Mater exclamat, filiũ amaui, pater dicit occidi. Nefas est utrunq; putetis in nocentẽ. Iam quidẽ nocentissime senex grande deprehensæ feritatis indicium est, q; cum filiũ occideris, ut interrogeris expectas. Non erumpis ab illo secreto tuo terribilis in publicũ, & hõ filij cruore perfu sus non proclamas, non deos homineśq; testaris, non occidis & mrem, scilicet modestia te sceler tuor q maxime decet, & ideo tibi relinquis unde sis quietæ patiẽtiæ. Miser parcis uxori, coniugales deos & lectuli iura reuereris? O q non habet nec quod mentiatur. Male tractationis agimus. Placet ergo iudi ces, ut illa uoce qua matrimonior conquerimur iniurias, gemitu quo corporum contumelias, damna cultus, & negatos in publicum deflemus egressus, orbitates ac liberorum suprema plangantur? Quid tamẽ facere uultis miserum dolorem, si non habet aliam sexus hic legem, si intra iuris huius angustias omnis nuptiarum querela constricta est? Mater quæ de morte filij maritum malæ tractatiõis accusat, non uindicat, sed probare contẽta est q; non debuerit occidi. Omittamus pauliśper iudices orbitatis tri stissimæ dolorem, & in parricidio malæ tractationis reddamus aliunde causas. Ita non iuste quereret uxor, si diceret, adulterium de me facile suspicatus es, cito credidisti? Matronalis pudor tutelam non ex sua tm innocentia habet, infirmitas huius sexus non potest toram improbitatis existimationẽ debere tm moribus suis, omnis in fœminas uenit maritorum prædicatione reuerentia, omnes sermones ori ginem de uestris pectoribus accipiunt. Tristior uultus, querela, fastidium, fatum est coniugij. De pudo re pronuntiat, mittit in ora populi, mittit in fabulas, hoc proxima ministeria narrant, hoc exteri pu tant. Nemo peiore exemplo temere de uxore credit, q; cui omnes crediturí sunt. Sane faciat uos pro nos ad suspiciones nimia charitas, & ex impatientia diligendi plerunq; descendat, ut credas facile qd timeas. Furtiua stupra, raptosq; concubitus obijciat uel falso maritus, fas est, fieri solet, parcius tamẽ si iam sit & mater, si in fidẽ castitatis uxoria fœcunditate profecerit. Quid si sit iam iuuene quoq; filio se uera, iam nurum nepotesq; prospiciat? Miseremini tempor, ne alienæ innocentiæ interpretationẽ de

ſuis quiſq; moribus trahat. Inceſtum poſſe fieri pater hoc ſolo uult probare, q̄ filium potuit occidere. Rumor, inquit, fuit. Eſt hercules cui contra rerũ naturã, contra parẽtes liberoſq; credatur, Rumor fuit. Hoc ergo ſic audiemus, tanq̃ ſi diceres conſcius detulit, ſeruus nuntiauit, ancilla, improuiſus aſtiti, dum non timeor aduenì. Rogo iudices, utrũ credibilius putatis, inceſtũ de matre, an de rumore mẽdacium? Rem impudentiſſimã populus loquẽdo fecerat, niſi pr̃ credidiſſet. Peſſimum iudices humanarũ mentium malum eſt, q̄ ſemp auidius nefanda fingunt̃, nec uſquã ſe maius operę pretium putãt maligni facere ſermones. q̃ cũ incredibilia quaſi deprehenſa narrant̃. Neceſſe eſt contẽtioſius loquaris qd̄ probare non poſſis, & affirmationẽ ſumit ex homine, quicqd non habet ex ueritate. Eſt tñ hoc iniquiſſimũ de loquacitate populi, q̄ plerunq; famã accendit contẽtio non credentium. Materiã miraris rumoris, de qua nemo nec ſibi credit, quã q̃ narrat aſſignat alij? Rumor res ſine teſte, ſine indice, res ex incertis improbiſſima, maligna, fallax, & ſimilis ſilentio tuo. Quid & ipſe de rumore ſenſeris, uis breuit̃ probem? Tormẽtis quærendum putaſti, an ueru; diceret. Sane ſit aliqua publici ſermonis autoritas in illis, ad quæ fas eſt populi peruenire notitiã. Video cur adulteria proferant̃ in fabulas, explicãtur per miniſteria, per cõſcios, habẽt inconſulta gaudia, pars uoluptatis uidetur eſſe iactatio. Facinus uero, cui ſi fas eſt ut illud humanæ mentis capiat audacia, circũdatur undiq; nox profunda, denſior caligo tenebrarũ, quod nocẽtes ſuis quoq; oculis uix fatentur, non ſeruo, non creditur ancillæ. Quid internũtijs, quid opus eſt miniſterijs? ſufficit animus duorũ, explicat omne filius materq; ſecretum. Inceſtum tãto incredibilius eſt, quanto & de illo plures loquuntur. O miſera conditio ſexus, cuius ipſe plerũq; uirtutes, fabulas parant. Cur iſta nullis in publicum gaudet egreſſibus? Vnde aduerſum oẽs tã rigida conuerſatio, tam ſeuerus affectus? Nihil concupiſcit, nihil ergo deſiderat? Filius poſſidet cũcta tpa, uniuerſos occupauit affectus, filius matris tota iactatio eſt: Rogo nunquid adamauit? Mihi credite, non eſt nefandorũ iſta ſimplicitas, da ut ſit hæc inter matrem & filium conſcientia, parcent oſculis palã, abſtinebunt coram patre complexibus, omnis familiaritas ſubſtringetur in publico, ſermones, occurſus corã ſeruulis libertiſq; uitabũt, & maximi ſceleris ardor captabit affectare grauitatẽ. Elige parricida quod uoles, inceſtum diligens ſuſpectum non erit, negligens deprehenditur. Sed quid ego ſic ago, tanq̃ inauditum, incredibile ſcelus locutus ſit populus? Teneo in hoc ſermone facinus unius mali mariti. Non intereſt inceſtum de uxore fingat, an credat. Quid iſte, ergo non timuit tam nefandæ rei famam, nec ad aures patris puenire rumor eruubuit? Diſſimules licet, a te malignitas accepit ortum, te ſecutus eſt quiſquis hoc auſus eſt narrare, pferre. Da bonum patrem, bonum maritũ, dicturum me putas, nõ credet? Neſciet eſſe rumorem. Ite nũc iudices, & adhuc dubitate quis famæ fuerit autor, cuius pater agit cauſam. Specioſus, inquit, fuit. Nõ magis hoc facinus in matre eſt, q̃ crimen in filio. Specioſus fuit. Vt hoc obijci poſſit, ut debeat, adijce & adulẽ & raptor, in illa matrõa maritali dolore pene pcuſſus, in illa uirgine publica ſubclamatꝰ inuidia, quanquã hæc quoq; intra notos diſcurrunt iuuentutis excurſus. Quid ais? ab inceſto libidines cœperunt? hoc primum unquam iuuenis admiſit? hoc ſolum argumentum ſumis ex forma? Dic potius, deprehendi iuuenem mihi uenena miſcentem, in necem meam conſcientia ſceleris eſt armatus. Infinitũ eſt quantum debeat ante feciſſe filius, ut de illo inceſtum pater ſibi credat. Specioſus fuit. Quis em̃ non eſt formoſus filius matri? Amant debilitates, amplectuntur illum morborũ, ſuppliciorumque pallorẽ, & in uires charitatis accreſcit ipſa miſeratio. Non impedit ægræ pietatis animum deformitas, pulchritudo non auget. Amare liberos unus affectus eſt. Liberi marite, liberi non amantur oculis, non complectitur mater ore, non uultu, ſed eſt in filio matri neſcio quid homine formoſius. Poſſit forſitan nouitas ſolicitare uiſus, expugnare mentes, in matris aſpectu coaleſcit infantia, pueritia conſurgit, iuuenta ſurrepit, ſpecioſum ſuum quotidie uidet, miratur, amplectitur. Quæ tãdiu amauit, qñ incipiet amare deſinere? Non eſt opus nocentiſſime ſenex ad hoc nefas charitate, ſed amentia, ſed furore. Vt in iuuene ſuo mater poſſit concupiſcere quod formoſus eſt, oderit oportet quod filius eſt, & adeo ſacris affectibus non adiuuatur in facinus, ut ad aliud niſi per obliuionem ſui tranſire non poſſit. Quid quod & incredibilius eſt, q̄ parem duorum poſcit inſaniam, & ad inceſtum opus eſt ut adamet & filius, non ut adametur? Ab utro deinde uultis incipere p̃ces, uenire ſermonẽ? Audebit hoc rogare filius matrẽ? mater hoc impetraturam ſe ſperabit a filio? Hunc animũ tuum ſenex, quo cum maxime taces (ſi non eſt callida, non maligna ſimulatio) de fide tanti ſceleris interrogo, an põt mater admittere quod loqui non poteſt pater. Specioſus fuit. Libet interrogare hoc loco omnes humani generis affectus. Placet ergo ut ſi filio obtigerit indulgentior facies, uultus erectior, refugiat mater amplexus? Si uirginem uſq; ad notabilem ſpeciem natura formauerit, timeat oſcula pater, horreat q; contactũ? Dñ deæq; male perdant tam impudentes ſolicitudines, tam nefarios metus. Prope eſt ab inceſto, timere ne fiat. Malo ſimplicitatem, quæ non uereatur infamiam, malo nudos affectus, inconſultamq; pietatem. Nihil de ſe fingi, niſi quod credat poſſe narrari. Teneat inſatiabiliter, auide, tanti fama non eſt ut amet filium mater ſolicitudine pudicitiæ. Me quidem marite ſi quis interroget, oẽs matres liberos ſuos tanq̃ adamauerint, amant. Videbis oculos nunquã a facie uultuq; deflectere, comere caput, habitumq; componere, ſuſpirare cum receſſerit, exultare cum uenerit, conſerere manus, pendere ceruicibus, non oſculis, non collo quñs, non præſentiæ uoluptate ſatiari. Hoc eſt ergo in tam nefanda ſuſpicione ſæuiſſimum inceſtum non poteſt fingi, niſi de optima matre. Execrarer mehercle iudices, ſi crimen iſtud clarius obieciſſet filio pater, ſi uſq; ad uerborũ proceſſiſſet amẽtiam. Nemini minus fas eſſe debet credere inceſtum, q̃ qui propter illud paratus eſt filium occidere. Quid q; non credis tm̃ nefande, ſed quæris? Ita tu non times

mõstri huius agitare secretum? Populus loquitur incestum, sed tu nega. Ciuitas infamat, tanto magis osculare unicũ, & coniugem tene, pariter duos circa tuũ stringe complexum. Prohinaudita feritas, ita patri nõ sufficit non credere incestum, ꝙ non põt ꝓbare? Ferrẽ tñ adhuc suspiciones tuas nefandissime senex, si dissimulant indicia tanti sceleris agitasses. Obserua sermones, secreta custodi, oĩm dieꝝ noctiũ ꝙ momẽtis sagax scrutator insiste. Quid tibi cũ abruptis? quid cũ supremis? Incestũ iam credas oportet ut torqueas. At tu, proh nefas, ẏberib. ignibus, & tota crudelitatis arte scrutaris rẽ, de qua non deberes interrogare seruos, de qua ẏ nilium q̃ꝙ corporꝝ patientiã petulãter excuteres. Laminas accẽdis, equuleos moues, & parricidio suspicaris incestũ. Nescis qđ p̃ceps, qđ abruptũ tam nefandæ diligẽtię furore cõmoueas? Pater q̃ de incesto filiũ torquet, non est neganti crediturus. Oĩm q̃dẽ iudices incertorꝝ suspiciones pessime sp̃ a corporibus incipiũt, nec bñ de cuiu squã morib, illã partẽ hois interroges, quæ nõ aĩo, sed dolore rñdet. Nondũ dico quẽ torqueas, q̃ sinter equuleos igneſq; ponat, cuius arguta prius indicia præcedant, nouissimũ debet esse quicqd torquet & punit. Fidẽ hominũ deorꝝq;, ne graui tatẽ putetis a nouissimis ultimisq; cœpisse. Non habet ꝓbationẽ facinus, de quo pater nõ põt aliũ torquere q̃ filiũ. Video qua possis ratione defendi, si oĩa ante feciſti, ut incestũ aliter erueres. Quid ais? interrogasti seruulos, nõ potuit conscius inueniri? Exq̃ fisti ancillas, non apparuit ministra flagitiꝝ, nõ ob scœna lr̃arꝝ cõmercia, nõ fatẽtis deprehẽdisti nefande blãditias? Nihil iuuenis maritus, dñs, pater? Nũc & dic scisse rumorẽ, sed ut torqueas, ducat tñ quæstio per cõiugis ministeria, per filiꝝ seruulos, in illa potius uilitate desæuiat. Prius est ut repudiet uxor, ut diuortio fiat in domo grãde secretũ. Excedit oẽm immanitatẽ, filium ideo torquere ut scias an innocẽs torqueat. Vnicũ pater ignibus ẏberibusq; interrogas, rogo q̃d facturus si pernegauerit? Videlicet ut laudes, deinde dimittas, ut amplectaris pusta uitalia, & laceri pectoris uulnera pietati rursus admoueas. Solus supest pudor homini, q̃ torsit unicũ, ut torquere debuerit. Faciat te necesse est res ista pessimũ patrẽ, & oderis oportet filiũ, cui satisfacere nõ possis, lamiã malo uenena, ferꝝ, subitos ictus, improuisamq; mortẽ, Incestũ q̃ non credit, torquere nõ debet: q̃ credit, statim debet occidere. Qđ si tormẽta etiã filiꝝ placẽt, si p̃standa est satisfactio tã nefandi rumoris, exigo ne perdas quæstionẽ, in media ciuitate, in ipsa cõstitue fama, aduoca illos malignos, illos loquaces, & seculi rẽ exquire audiente ppl̃o. Corã omnib. torqueri debet, de q̃ loquunt oẽs. Interroget q̃sq; qđ uolet, suis auribꝰ, suis credat oculis. Cur in abditã semotãq; partẽ iuuenis abducit? Secretũ quæstionis nec incesto filio debetur, nec innocẽti. Dabo adhuc inter secretum publicationẽq; temperamentũ. Aduoca propinquos, adhibe amicos, circũpone iuueni seriosenes, intersint magistratus, assistant quibus habere possit ciuitas fidẽ. Præstare debes aut tibi ut probare possis, si confessus fuerit, aut filio, si pernegauerit. At tu nefande, crudelis tollis quęstionis alteram partẽ, efficis ne possit amplius innocens eẽ qui tortus est. Quid agunt contra populũ tormenta secreta? Prædico, testor, iteꝝ dant malignis alimenta sermonibus, & a quęstione sepositа in maius reditur incertum. Corã omnibus torquere debet filium pater, & qui uult absoluere, & qui est paratus occidere. Non uultis iudices ad facinus indignissimæ quęstionis accedat, & quod ipse torsit filium pater? Adeo ne non potuit libertis aut seruulis necessitas ista mandari, non carnifex potius adhiberi? Pater in tormentis filiꝝ non auersos tenuit oculos, ipse uestes scidit, uelamenta lacerauit, manibus flagella concussit, renouauit ignes, & mori filium contentione non siuit, diduxit os, quod iam suprema claudebant, fouit animũ, ut longis cruciatibus patientia sufficeret. O dignum patrẽ, cui dicat innocens filius, feci. Non mehercle improbe mihi proclamaturus hoc loco uideor, hominẽ qui torqueꝝ in matrem, debere coram matre torqueri. Cur excluditur infelix a sua causa, a sua quęstione? Adhibe speciosi cruciatibus hanc nimis amantẽ, huius gemitus excipe, huius suspiria oculosq; custodi, si quod facinus admissum est, torquebis quidẽ filium, sed fatebitur mater. Irrumpere me tum maxime puta in illud tuum parricida secretum, iniꝛcio properanti quęstioni manum, inhibe ictus, subtrahe pauliſper ignes, quicqd est quod eruisti profer in medium, memẽto te feciſſe de filio, ꝓpter qđ tibi non debeat credi. Quid spiritum dolore præcipitas? Quid miseræ interualla patientiæ pertinaci crudelitate continuas, si frustra tibi sufficere credis qđ audieris nuntiare, ꝓferre? Incestũ ut credat ipse debet audiri. Mirabar & ego iudices si tã nefanda quęstio aliũ exitũ potuisset habere q̃ mortẽ. Hic est parricidiꝝ pudor, sic desinũt q̃ incipere nõ debẽt. Facinus quęstionis operis scelere maiore, exire tibi uideris per orbitatẽ. Scimus unde uenerit ista contẽtio, nihil extorsit sæuitia misero. Vincit torquentẽ qui occidit. Iãiam nõ miror, ꝙ post ista non habes uocẽ, ẏba non inuenis. Vnicũ sine teste laceraſti, unicũ occidiſti, soli tibi deinde uis uideri celare facinus, & in parricidio quæris aliunde tristitiã. Prępostera res est filiũ occidere, deinde erubescere. Fas non est non esse notũ, propter qđ se parricida putat innocentẽ. Eligas utrũ uoles, aut tormẽta damnes necesse est, aut silẽtium. Quod non debet indicari, quęri non debet. Possis uideri fortassis crudelissime senex silentium filio præstare, si uiueret. Cõsumpta est paterni nominis religio, oĩs pietatis sublata reuerẽtia. Si hoc ille meruit, parꝝ in quæstione, parꝝ ultionis in morte est. Vindicare uis confessionẽ, traduc cadauer, & super illa uulnera oẽs pone causas. Non est eiusdẽ fateri cur torseris, & tacere cur occideris. Quid ais seueriſſime parricida? Filium consumpsisti per flagella, per laminas. Potes agere uiscera de tuis cõcepta uitalibus, sanguinẽ qui de tua fluxit aĩa non insania, non furore? Sed quantũ uis uideri, consilio, grauitate laceraſti. Potes tacere, super uulnera unici, super exutos artus metuendus assistis, & causas quęrẽte matre, quærente ppl̃o, hoc solum dicis, occidi? Contẽta esse debet incerto. Interrogari nunc te mari te credis a matre sola? causas mortis illius reposcit solicitudo gñis humani. Stant circa liberos attoniti

parentes, horret inuicem se charitas fraterna complecti, rupta est illa osculorum inter soceros generosq; simplicitas. Quousq; nos cū silentij tui interpretatione committis? Si nihil factum est qđ debeat erubescere tēporum pudor, quid sibi uolunt ýba media, suspensa? Si nefas prodigiosis simile fabulis deprehendisti, miserere, ne sis una morte contentus. Incestam grauius odisse debes, q; & uenit in forum, q; audaciam innocentis imitatur, & tacenti uidetur irasci. Cum filium ꝓpter rumorē torseris, propter tormenta occideris, non est media res ut neutrum sciamus. Mater quidē iudices innocentissima hoc comꝓplorat, hoc ferre non potest, q; nihil parricida respōdet. Sed nobis uidet iamiāq; esse dicturus non fallit nos nefande quid captes, hoc qđ supra silentium trahis alta suspiria, q; ꝓrumpenti uideris exclamatione deficere, mēdacio parat autoritas, & infidē erupturæ uocis afferet, ut fateri uidearis inuitus. Dic tamē, par est huic rei matris integritas ut mentiaris? O quanto nunc dolore torqueris, q; instantē non potes aliqua truci ꝓclamatione discutere. Non ýba tibi contra miserā, sed argumenta desunt, non uoce sed probatione deficeris. Quod solum datur, relinquis infamiæ, & nos cū perpetua sermonum malignitate committis. Qui interrogantē nec damnat nec absoluit, rumore contentus est. Modestiam mariti pariter & patris accipite. De muliere q̄ conuinci non potest, sufficere sibi putat ut incesta creatur. Quis unq̄ tā nefandas artes, tā cruentū deprehēdit ingeniū? qa non pōt ꝓbare qđ dixerit, captat ut credat qđ non dixerit. Dissimulas, taces sæue, crudelis? inuenisti tormēta prīs. Audi qd misera simpliciſſimo dolore ꝓclamet, nō efficies, inquit, callidissime parricidarum, ut non audeā cadauer amplecti. Ego ýo incesta sum si possum moderari gemitus, cōprimere lachrymas. Coite in funus oēs liberi, oēs parētes, custodite planctus meos, obseruate suspiria, siqd feci, siqd admisi, fatebor. Ecce supra lectulū effusa feralē, lacerosartus et perustū cōplexa corpus exclamo, teneo unicū meū, uelit nolit inuidia meū misera formosum. Hoc erat qđ infelicissimā matrē ultra solitæ charitatis exagitabat affectus, amabā marite perituræ. Infames quantūlibet hāc impatientiā, ego mihi uideor defuisse, cessasse, multū de lęti tia, mulū ꝓdidisse de gaudijs. Nemo unq̄ filiū nimis amauit. Excuso tibi, inqt, iuuenis innocētissime q; supremis tuis nondū pstiti misera comitatū. Viuere qdē te defuncto cōtinuo nō debui, sed mori mari to tacēre nō potui. Rumpā tædiū lucis inuisę, sed prius licuerit corā ciuitate manib. tuis iusta psoluere, cū dānato supra callidissimū silentiū parricida, nihil te dixisse cōstiterit. Ignosce q; ad iudiciū istud orbara duraui. Timui ne si ad exitū impatiētia, si prȩcipiti pietate properassem, faceret aliū parricida de mea morte rumorem.

Ex superiore argumento declamatio. XIX.
Pro uiro contra uxorem.

DEbebatur quidem tristissimæ orbitatis misero pudori, ut iam taceremus oēs, & post tam prodigiosas rerum sermonumq; nouitates, oportuerat hoc esse nouissimū de malis infelicissimæ domus, q; occidi filiū pater. Sed qm̄ mulier immodici sp affectus, super cūcta quæ uel passus sum pauloante, uel feci, reatus q̄q; me dolore cōcussit, ueni petiturus a uobis ne me scientē silentiū contētio ni pstare credatis. Non qa occidi filiū taceo, sed occisus est ut tacerē. Vtinam iudices negare possem q; occidi, utinam totū miserę necessitatis ordinē fas esset intrare, & oris huius premere secretum. Miratē hanc aliquis patiētiam meam? Ardor ille qui me modo impegit in filium, ipsa sui immanitate cōsumptus est. Quicqd erumpere posset in proclamationē, parricidio peractū est, in orbitate conticuit. Non habeo affectum, nisi quo cuncta tm̄ patiar, audiam, feram. Vt trunq; de filio fieri non potest, ut & occiderim, & fatear cur meruerit occidi. Quapropter iudices satis admirari, satis stupere nō possum, q; mulier cuius præter optimam sane conscīam, sexus quoq; maiorē malis nostris pudorē pstare debebat, tacere non potest silentium meū. Nouo quinimo fabulosoq; secum impatientiæ gne dissentit. Queritur de populo, q; loquatur, de patre q; taceat. Nec contēta confessione mariti, nihil se dissimulare, nihil scire reatus autoritate testantis, mauult de silentio meo facere secretū orbitatis. Istud amentia sit an innocentia, perditus dolor uiderit. Ipsius animus potest scire quid filius meus dixerit, quæ me putat habere quod dicā. Fidē igitur uestram iudices, ne uos orbitatis miseratione confundat sola mater, neue maximæ calamitatis ibi tm̄ putetis resedisse sensum, unde uos lachrymæ gemitusq; conueniunt. Mei magis debetis in uxoris cōparatione misereri, qui filiū & perdidi & occidi. Ego sum infelicior ex parētibus duobus, qui quicqd iudices ista cōplorat, & patior, & feci. Felicē ignorantiæ conscientiam matris, quę sufficit interrogare. Maior me impatiētia, maior urit affectus, cur filiū occiderim indicare nō possum, nec pœnitet q; occidi. Infelix senectus, misera patientia, sic q̄q; q̄multa dicenda sunt. Fuimus quondā iudices, fuimus felicissimi parentes, cum adhuc rudis unici nobis blandiretur infantia, durauitq; domus tota prosperitas, q̄diu pariter fruebamur, pariter dileximus, q̄diu ciuitas de nobis hoc solum poterat loqui, filium nos habere formosum. Vt ýo in eam adoleuit ætatē, in qua corporalibus bonis iuuentus insolenter exultat, superbus, atq; arrogans, in nullum uitæ genus non in priuatos, non in publicos actus florentem duxit ætatē. Dij immortales quantus qualisq; circa iuuenē rumor ingemuit, oīm maledictis succlamatus, oīm denotatione damnatus est, donec & ipse consensum circa se publici doloris agnosceret. Inde rarus in publico, & tanq̄ patris occursus, tanq̄ ciuitatis ora uitaret. Nō est leue cōcipere ýbis, in quantā ciuitatis execrationē, in quantā culpā iuuenis inciderit. Dictus est occidere posse patrē, dictus ē dignus, quē posset etiā pater occidere. Quid facerē iudices infelicissimꝰ senex? iāiam nō euitabat fama nec patrē, iā meis auribus nemo parcebat. Interrogare non audebam, dissimulare non poteram. Fallitur quisquis me putat quicq̄ feciſſe consilio, impetus, ac tēporis ipsius nescio quis ardor

explicuit. Præparari filio tormenta non possunt. Est in miseris penatibus pars remota, sepositа, ꝑfunda ꝯnebris, tristis accessu, omnibus apta flagitijs, et in qua audeat facere facinus et pater. Illo fateor dū nouariæ cogitationes per totius domus spatia circūagunt, quantū intelligere licuit, improuisus aduenit. Et ille quidē ad conspectū meū tanq̄ deprehēsus obstupuit, refugitq; trepidus, puto ne quererē causam. Irrumpo festinanter, auide, sine libertо, sine seruulo, sicut me deprehēderat tēporis illius fatum, manib. ictibus, & quæcūq; ex obuijs dolor in tela trastulerat usus, ultra uires senectutis aggressus, ignes ex proximo raptos, ꝟberа quæ casus obtulerat, non diuiso dolore, non per partes, non per interualla suspenso, sed semel, sed pariter inuado, pars secreti fuit, ut ipse torquerē. Dijimmortales, quę cōtumacia, quæ fuit illa patientia, cū domi torqueret a patre, nō inuocare matrē. Non repugnauit iuuenis, nō opposuit manus, nullū implorauit auxiliū. Mersis tantū deiectisq; luminib, tanq̄ unq̄ flagella sustinuisset, tanq̄ meis torqueret oculis, oēs ictus excepit in faciē, ꝟberibus, ignibus laudatos uultus uelut illis irasceret, opposuit. Reddo testimoniū nouissimū pudori, cū iam mori uellet, occisus est. Laudo iudices patientiā mris, cū & ipsa sp plurimū esset domi, & ab illo secreto fortasse nō longe, interuenire noluit, interpellare nō ausa est. Sed & manibus meis gratulor, qđ nō propinquus aliqs, non amicus irrupit, occidissem quisqs me tunc ausus fuisset interrogare pro filio. Sepeliui tū lacera mēbra, funus indulsi, ossa collegi. Nō iniecit uxor lectulo manū, nō inter exequias planctibus elisisq; huberibus, mihi fecit inuidiā. Vnde in hanc impatientiā ꝓrupit, exiluit domi me nihil interrogauit. Possum iam mater infelix corā liberis ac parētibus, possum audiētibus dijs hoībusq; clamare, & ego amaui filium meū, non oculis, non infirmitate, nō lachrymis, sed uiribus, dolore, patientia. Vnicū quē si acie clausisset hostis, uicaria morte seruassem, si subitū cinxisset incendiū, extulissem relicta meorū parte membrorū, eripui malignitati, abstuli famæ. Habeo qđ imputē tibi naturæ pietas. Rē difficillimā feci, quod non me potius occidi. Malæ tractationis accusat. Adeo ne uxor tibi parū uideor dedisse pœnarū, post periculū & labores ne lucrifaciat pater, ꝙ occidit filiū suū? Nō pudet ergo si irascеris parricidę? Quid tibi cū lege, quā propter uos minores accepistis affectus? Querelas habet ista non gemitus, & matre sepulta solā complorat uxorē. Rursus ad populū uocas miserū pudorē? materiam noui rumoris accendis? Perdidi ergo rationē secreti mei. Sic oīa fecerā, ne quid aut quæri posset, aut dici. Iam ꝟo qđ impudentius, qđ indignius, q̄ cū sibi de liberis credunt licere tantundē, & æquū ius patris ac matris eē cōtendunt, quasi nesciant nobis arbitrium uitæ necisq; cōmissum? Non est priuilegium, filiū occidere cū fieri pōt, nec quisq̄ tantū ideo fecit, qa liceret. Viscera unici lacerare suffeci. Ignosce, si non potes mihi credere, nemo filium suū occidit odio, non erit tanti iuuenis inuisus. Illud est in patribus usq; ad parricidiū terribile, qđ amant, qđ succurrunt, qđ sibi uident aliter non posse misereri. Nō est ꝙ uos ab æstimatione malorū meorū mollior sexus abducat. Maioris affectus est filium occidere, q̄ uindicare. Desine igit me mulier fatigare interrogatiōibus tuis. Ita tibi non uidetur oīa respōdere pro filio, q dicit, occidi? Et licet comprimant exclamationes, ora claudant, nihil negat qui hoc fatet. Atqui summorū facinorū ipsa immanitas innocētia est. Filiū pater non demens non insanus occidi. Hominē extra sensus affectusq; positū q̄s nunc miserat, occidit. Vides senē sanguine suo fluentē, laceratis exustisq; illis sanctioribus charioribusq; uisceribus super exanimis unici corpus cruentis manibus iacentē? Horreo cadauer, & uelut corpora quæ cælestis exanimauit ignis, adire ꝓpius timeo. Ad quædam facinora sufficit claudere oculos, uultus auertere, tacere, mirari, & incredibiles calamitates relinquere suis causis. Mi ferere, ne quid amplius quæras, ne quid interroges. Dicturū me putas, parce seculo, parce marito, parce patri? Tu ꝟo parce illi q occisus est. Nouū iudices uxoris in maritū crimē audite. Silentium est de q̄ queri. Solebat indignatio uestra conuicia nra ferre nō posse, & matronalis indignatio dicere uidebatur, non parcis erga me mariteꝟbis, nullā habet nostri tuus sermo reuerētiam, facile ꝓrumpis in opprobria, facile qđ libet obijcis, exclamas, et dū nimiū libertati uocis indulges, pōt populus aliquē de me facere rumorē. Tu mulier obijcis mihi rē quæ nulli unq̄ crimini fuit, solā in nris moribus innocentiā uoce reprehēsam taciturnitas. Vide cur manus, cur ꝟba peccare uideant. Illis infamamus, his torquemus, occidimus. Vis scire q̄ nō possis queri de silētio meo? Felicissima fueras si idē fecissemus oēs. Finge me paulisper sepositis silentij causis, hoc tm rndere, nō prodo secretū. Ex oībus iudices, qbus humana pectora serijs grauibusq; cōplectunt affectibus, nullā difficiliorē q̄ silentij credo uirtutē, adeoq; prōptissimo sermone facile delinquimus, ut constātiam tacēdi neq; in alijs ferre possimus. Crimē hoc in me mulier uocat, qđ in priscis illis moꝝ mentiūq; rectorib⁹ fuit prima sapia, ꝙ q̄sdā totius uitæ pertulisse patientiam magis illa misera mirat antiquitas, q̄ ꝙ tēporū uices, siderum cursus, & profunda naturæ uelut conscia ratione sanxerunt. Quæ per fidē impotētia est effringere rigens sacra dissimulatione pectus, euoluere aīm, quē supra sua secreta cōpositū non lætitia, nō dolor, nō necessitas, nō fortuna laxauerint? Quisqs de tacente queri, multo minus ferre poterit loquentē. Nec adeo cōiugali societate cūcta miscent, ut nihil sibi aduersus hanc concordiā ꝓprium relinquat animus. Est aliqs etiā a sanguine suo secretus affectus, genusq; reuerentiæ, ut tacenda minime uelis scire charissimos, quædā non possis ꝟberibus, equuleis eruere, & plerosq; uideas fortiter supra sua secreta morientes. Agedū (si uidetur) utrunq; sexū, oēm conditionē, oēm scrutemur ætatem, nullum sine conscientia pectus, nulla uita sine causis tacēdi. Si te interrogaret oīa maritus, haberes aliqd & tu qđ non fatereris. Et quanto silentiū grauius ē in sene, uerecūdius in marito, sanctius in patre. Pudeat nos mulier infirmitatis. Vicit nos mō iuuenis iuic cōstantia, mori uoluit ut taceremus. Vides mulier quibus interꝓtationibus ꝑstes tuū dolo-